An alienare dicatur qui inſtituit ſucceſſurum ab inteſtato; & de alienatione neceſſaria, vel voluntaria, de verbo alienare per ſe poſito, vel cum alijs ſuis ſpeciebus.

Additio. ad num. 5. adde Hond. conſ. 68. numer. 34. 35. alias citat. lib. 2. vbi, quia in caſum contrauentionis, ideo ad uocatos in talem caſum deuolutũ ius eſſe ſuccedendi.

ad num. 6. 12. & ſeqq. adde noſt. flo. 6. num. 2. & ſeqq. & flo. 40. num. 25. & ſeqq.

ad num. 16. adde noſt. flo. 1. num. 88. flo. 2. num. 31. fl. 71. num. 19.

ad num. 28. adde Card. Tuſc. lit. ſ. concl. 856.

ad num. 29. adde Cephal. conſ. 393. num. 191. 192. 193 lib. 3.

Epitome ad 59. *Filium non hæredem reuocare alienationem fideicommiſſi ab anteceſſoribus factam.*

Quando non inducatur additio hæreditatis per filium poſſidentem quid hæreditarium, quod tale eſſe ipſe negabat, & An hæres patris præſumatur, & quando non.

ad num. 3. quod paria, &c. adde Farin. in fragmentis, lit. d. verb. delicta paria.

ad idem, & ſeqq. non hæredem reuocare alienata, hæredẽ nõ reuocare adde Cephal. conſ. 393. ſub nu. 9. 58. & ſeqq. ſub 163. & ſeqq. ſecus de naſcituris Cephal. conſ. 282. ſub num. 23. lib. 2. & ubi alienatio nulla declaratur, vt in caſu noſtro iuxta deci. anteced. in themate, & verb. teſtam. inſertis, quia etiã hæredes reuocarent Cephal. d. conſ. 393. num. 182. 184. 195. alios cumulo in tract. reſol. Feu. lib. 1. ca. 3 adde Pereg. ex profeſſo de fideic. art. 33. per tot.

Epi-

Epitome ad 60. *Ex inſtrumento diuiſionis non cenſeri fideicommiſſo renunciatum.*

Etſi renunciatum, non tamen in præiudiciũ ſucceſſorum, quamuis hæredum renunciantium.

Non teneri de euictione promiſſa, ſi euincant ipſi ex natura rei, aut ſucceſſores.

Sententias retractari cauſa ad non cauſam redactas.

Demonſtrationes virorum certas eſſe, & immutabiles.

Additio. ad nu. 1. & ſeqq. 10. & ſeq. adde ex profeſſo Peregr. de fideic. art. 52. numer. 18. & Pluribi ſeqq. March dec. 245. par. 1.

ad num. 7. eod. art. 52. à num. 53. ad 72.

ad num. 8. eod. art. 52. ſub numer. 74. verſ. non obſtat promiſſio, & ad flor. 63. num. 9.

ad num. 18. adde March. dec. 216. num. 2. & ſeqq. p. 1

ad nu. 20. in term. Cephal. conſ. 392. n. 40. & ſeqq. & conſ. ſeq. num. 58. & ſeqq. n. 109 & ſub n. 143. vſque ad 150. incluſiuè. Peregr. d. art. 53. ſub num. 15.

ad num. 21. adde flor. 20. num. 14. 15.

ad num. 22. 23. erroneam, falſam, ſeu impoſſibilem confeſſionem non nocere adde Farinac. conſ. 106. ſub num. 11. 12. 13. lib. 2. & conſ. 185. num. 17. 30. & ſeqq. & 51 eod. vbi etiam abſque reſtitutionis in integrum ope, & dec. 127. num. 10. par. 1. tom. 1. vbi relata ad ſcripturam, in qua non verificatur cõfeſſio eſt nulla.

Epit. ad 61. *Tempus ad reuocandum alienata præfixũ à teſtatore à die Scientiæ currere.*

Tranſuerſales non detrahere de fideicommiſſis dotes.

Dari pro melioramentis retentionem, antequam fideicõmiſſum remittatur.

Ex filiatione negata abſolutam à pena mulierem.

Additio. ad num. 2. & ſeqq. adde flo. 45. num. 11. Cephal. conſ. 282. num. 25. lib. 2.

ad num. 7. adde noſt. bon. 24. & 58.

ad num. 9. adde addit. hic antec. & flor. 25. num. 5. & ſeqq. & ibi add.

ad num. 11. adde bon. 11. num. 14. & bono. 58. & ibi addit.

ad num. 17. & ſeqq. adde lucenſ. 25. nu. 87. & ſeqq.

ad num. 21. adde bon. 69. num. 6. & 7. & tract. noſtr. de execut. in veſtib. cap. 7. per tot. & bon. 56. num. 18. & ſeqq.

Epito. ad 62. *Reſcripta delegatoria quomodo intelligẽda, an latè an contrà, an veriſimiliter, an ad acceſſoria, an iuriſdictio delegati prorogari.*

Additio. ad num. 5. & 6. quod ſtrictè Card. Tuſc. lit. r. concl 211. & 213.

ad num. 23. quod latè quoad virtutem appræhenſiuã March. dec. 68. num. 2. par. 1.

ad num. 31. & ſeqq. ne poſſit prorogari procedit quoad perſonas extraneas, dicit March. d. deciſ. 68. ſub num. 2 par. 1. adde lucenſ. 45. num. 6. & ibi addit. bon. 18. num. 48. & ſeqq.

ad num. 35. & ita non obſtat. d. luc. 45. num. 6.

Epi. ad 63. *A fideicommiſſo, de quo hic, fœminas non cẽſeri excluſas, Coniecturis pro maſculis non obſtantib.*

Una ſubſtitutione corruente reliquæ an corruant, & quando.

Additio. Plura eiuſdem farinæ ſunt in fl. 20. eò remitto.

Epitome ad 64. *Filias ſolas patre excluſo ſuccedere matri ad c. 9. lib. 2. ſtat.*

Pluribus ſimul vocatis ex ſtatuto, an vnus qui reperitur ſolus, ſuccedat.

Additio. ad num. 1. adde bon. 71. nu. 2. Card. Tuſc. lit. e. concl. 433.

ad iſtud ſtatutum excluſiuum patris adde lu. 25. n. 74

ad n. 15. adde flor. 29. n. 19. & per tot, & fl. 10. nu. 11.

ad nu. 21. adde bon. 67. nu. 18. & ſeqq. 28. & ſeqq.

ad num. 39. adde flor. 10. num. 15. 16. 17.

ad nu. 41. & ſeqq. adde luc. 25. num. 75. & add. ad Select. bon. 84. Sed videtur contra Rota apud Farin. dec. 67. num. 2. in crim. Sed aliud vbi extant filij, aliud vbi non extant ad ibid. ſub n. 3. pro quo Alexan. conſ. 63. num. 3. lib. 5. conſ. 3. num. 4. & conſil. 211. num. 1. lib. 7.

ad nu. 38. adde luc. 13. num. 51. & ibi add.

ad num. 42. de huiuſmodi conſenſu filiorum, & de ſignis taciti conſenſus, & alia ad propoſitum adde Meno. conſ. 237. num. 16. & ſeqq., & ibi an mater perdat legitimã, pro quo etiam in conſ. 308. ſub n. 16. vbi ſi filius declaret, aliàs non: Item de conſenſu, ſi filij ſint minores Id. Meno. conſ. 469. ſub nu. 13 & ſeqq. lib. 5. & ad conſ. 470. num. 9. & ſeqq. & ſub num. 17. vbi laudum protulit, & laudũ eius confirmatum, & adhuc in conſ. 626. num. 6. 7. vbi alia, & filios poſſe ſtatim alienata, reuocare, & conſil. 155. & de conſenſu tutoris pro filiis Surd. conſ. 164. num. 9. 44. & ſeqq.

Epitome ad 65. *excluſum à ſucceſſione an etiam à legitima cenſere debeamus eſſe excluſum, adde florent. 50 num. 40.*

Additio. an legitima aliis accreſcat, & an augeat legitimam ſuccedentium ad Card. Tuſc. lit. l. concl. 208. & 209.

ad num. 6. & 7. adde flor. 12. num. 7. & 8. limita, vt fl. 1. num. 92. & ſeqq.

Epitome ad 66. *Animum compenſandi in patre dotãte filiam cum eo, quod poſt ſuam mortem eidem filiæ reſtituendum eſt de bonis maternis non intrare ad ca. 27. lib. 2. ſtat.*

Plura de compenſatione quid ea ſit, quando, et in quibus fiat; & de diuerſitate, ſi frater ſit dotans, an verò ſit pater.

Additio. ad num. 2. adde luc. 2. nu. 10. 11. & ibi add.

ad no. 6. 7. adde fl. 1. nu. 92. & ſeqq. vbi limitatur.

ad nu. 33. excluſum ab vno capite ex altero poſſe admitti, & quando adde Card. Tuſ. lit. e. concl. 434. & ibid. concl. anteced. an ſemel excluſus, &c.

Quando admittatur compenſatio in caſu dotis adde flor. 13. per tot, & quãdo, & quomodo pater teneatur dotare de proprio. Card. Tuſc. lit. d. concl. 780. & ſeq.

Epitome ad 67. *In contrarietate, ſeu diuerſitate pactorum eiuſdem inſtrumenti quid veniat in reſtitutionem, an bona ipſa dotalia, an eorum æſtimatio, & an æſtimatio faciat emptionem, & de coniecturis ad eam inducendam, & è contrà.*

Iuſtum, vel iniuſtum pretium vnde diiudicandum de clauſulis reſeruatiuis, de fideicommiſſo in ſolutum dato, an eſſe deſinat fideicommiſſum, de conciliatione pactorum

ctorum diuerſorum, de verbo, teneatur, de confeſſione mariti bona eſſe dotalia, de locatione bonorum dotalium per maritum cum interuentu vxoris, de facultate alienandi ex pacto rem dotalem, &c.

Additio. ad hanc dec adde aliam luc.42.per tot.Cardin.Tuſ.lit.d.concl.758.

ad num.14.adde bon.noſt.41.num.7.& ibi add.

ad num.31. adde bon.54.num.fin.

ad num.40.Select.bon.dec.83.num.2.& per tot. vbi per alienationem deſinere dotalem eſſe;& ad dict. lu c.noſt.42.

ad.num.44.adde bon.54.num.61.

ad num.52.53.adde flor.9.num.12.

ad num.76.adde bon.71.num.16.& ſeqq.& num.113 & 114.

Epit.ad 68. *Fructus paraphernalium, vel extradotaliũ à marito perceptos non eſſe reſtituendos in præſenti caſu, & de controuerſia hac inter doctorum.*

An idem ſint bona paraphernalia, & extradotalia.

De conſenſu vxoris præſumpto ex actibus poſitiuis.

Additio. ad num.1.& ſeqq. adde Card.Tuſc.lit.m. concl.424.& lit.b.concl.110.

ad nu.3 adde Bertran.conſ.347.vol.4. & quando à marito ſit, ratio reddenda conſ.110 nu.11. vol.5.

ad num.12.adde dec.flor.41.num.1.bon.45.num.9.

ad num.18.adde bon.24.num.11.& ſeqq.

Epitome ad 69. *Non attentum iuramentum eius, qui retulit aduerſario, & is noluit iurare, quia ſuam intentionem teſtibus probauit.*

Additio. adde Soc.in reg.iuramentum 31.verſ. primo fallit Card.Tuſc.lit.i concl.536.numer.3.vbi non teneri iurare qui probauit.

Epit.ad 70. *Recognoſcentem non dominum ignoranter, aut per errorem in pœnam non incidere ſtatuti.*

Additio. adde Siluan.de feudi recognit quæ. 64.65. & 66.vbi ad materiam recognitionis, quando error excuſet, an facti aut iuris. Nec interuerti poſſeſſionem veri domini Alex.in l.quamuis.§.ſi conductor,nu.2.ff.de acq. poſſ.Rot.apud Farin.deciſ. 555.num.7.par.1.tom.2.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

ANTONII MONACHI
I. C. TAVRINENSIS
COLLEGIATI PVBLICI,
IN PATRIA OLIM IVRIS INTERPRETIS,
Mox Rotæ Lucenſis, deinde Florentinæ, & nunc Bononienſis,
Auditoris, & Prætoris.

LVCENSIVM DECISIONVM
Liber Primus.

S V M M A R I A.

Statuta quædam Lucenſia de damno dato referuntur numero 1.
In maiori ſumma, & minor continetur num. 2.
Limita, vt num. 3. & 9.
Quibus commiſſa eſt aliqua relatio dicuntur, vti teſtes numero 4.
Relatio facta pro maiori ſumma, quàm ſit data facultas à ſtatuto, non eſt legitima num. 5.
Statutum iubens ſtari relationi intelligitur de legitima, & idonea num. 6.
In indiuiduis vtile per inutile vitiatur num. 7.
Vnus, & idem actus non debet pro parte valere, & pro parte non valere num. 8.
Iuramentum damnum paſſi an admittendum contra Communitatem num. 10. & ſeq.
Pæna imponitur, quando damnum eſt dolo datum numero 11.
Dolus ceſſat in Communitate num. 12.
Vbi eſt caſus legis, vel ſtatuti non eſt vlterius hæſitandum num. 13.
Nec de regulis Iuris curandum num. 14.
Statur Iuramento damnum paſſi, dummodo ſit omni exceptione maior num. 15.
An pro exportatis rectè agatur in Curia Mercatorum de damno dato num. 16. & ſeq.
In exportatis eſt furtum, quod non continetur in ſtatuto de damno loquente num. 17.
Et ratio differentiæ remiſſiuè num. 18.
Statutum cap. 117. §. Cæterum verſ. & intelligatur declaratur de inciſione principaliter num. 19.
Teſtibus contra producentem creditur num. 20.
Pro damno dato de nocte non tenetur Villa num. 21.
Quod tamen non tranſit ſine difficultate num. 22.
Statuta neceſſitare ad cuſtodiam, dignoſcitur ex neceſſitate iniuncta deputandi camparios num 23.
Quando ſtatuta neceſſitant ad cuſtodiam, Villa indiſtinctè tenetur, ſiuè ſciuerit, ſiuè ignorauerit, & ſiuè dolus ad fuerit, ſiue culpa camparij, & ſic etiam de nocte numero 24.
Secus autem in caſu noſtro propter ſtatutum ſub cap. 184. lib. 4. quod declaratur num. 25. & ſeq.
Commodè non dicitur fieri cuſtodia de nocte num. 26.
Ignorantia cadit reſpectu delictorum noctis, & ideo quis pro eis non tenetur num. 27.
Diei tempore quis ſcire dicitur, aut ſcire debere nume. 28.
Ex duobus contrarijs incluſio vnius eſt alterius excluſio num. 29.
In cuſtodia iniuncta tota vis conſiſtit, quod ſtatutum voluerit etiam obligare de nocte num. 30.
Occultum eſſe, & nocte fieri parificantur num. 31.
Inter noctem, & ignorantiam eſt ſimbolum, & ſtatutum arctans ad cuſtodiam nocturnam, obligat etiam ad delictum cuius notitia non habetur num. 32.
Statutum abſoluens à delictis ignoratis ſeruandum numero 33.
Statutum cap. 177. non obligat, niſi quando damnificator ſciri, aut reperiri non poteſt, & hoc caſu Communitas non dicitur teneri, niſi in ſubſidium quo caſu non tenetur de nocte num. 34.
Ad probandam conſuetudinem plura requiruntur numero 35.
Sublata ſubſtantia tolluntur, & accidentia num. 36.
Dubium iuris in conflictu opinionum ab expenſis excuſat num. 37.

LVCENS. DECISIO PRIMA.

Adſit Spiritus Sanctus,

EXCELLENTISSIMA
Reſpublica Lucēnſis,tam ar-
te libertatis propriæ conſer-
uandæ mirabilis; quam pro-
priorum inſtitutorum ſum-
mam ob eruditionem, & per
petuantem inuiolabiliter ob-
ſeruaotiam ſibi ipſi ſemper æqualis, atque felicíſ-
1 ſima. † Habet de damnis datis peculiaria ſtatuta,
Vnum ſub cap. 177. de pena damnum dantis in
terris,& rebus alienis cultiuatis. vbi in §. decernen
tes. diſponitur, quod, vbi damnificator ſciti non
poſſit per officiales damna denuntiare debentes,
tunc, & eo caſu debeat damnum emendari per
Cōmunitatem illam, in qua damnum illatum eſ-
ſet damnum paſſo; Aliud ſub cap. 179. Rub. de
eo quod quælibet Cōmunitas, ſeu vniuerſitas ſex
milliariorum Comitatus, & diſtrictus Lucen. Ci-
uitatis teneatur, & obligata ſit eligere duos cam-
parios pro denuntiandis damnis factis in dicta Co
munitate, & vniuerſitate, vbi vltra contenta in
Rub. declaratur, quod officium dictorum Cam-
pariorum ſit cuſtodire, quod in ſuo Cōmuni non
fiant damna,nec cum perſonis, nec cū beſtijs,&c.
& diligenter inueſtigare quamcunque perſonam,
ſeu beſtiam, quæ damnum faceret & damnifica-
tores denuntiare, Aliud ſub cap 182. §.ceterum.
vbi onerantur Cōmunitates ad deputandum cu-
ſtodes, qui diligenter, & ſępe teneantur viſitare
omnes terras infra ſui Cōmunis confines,& terri-
torium ſituatas, & eas cuſtodire ab omnibus, &
ſingulis damna inferentibus &c. Et demum, quod
facit ad propoſitum Aliud ſub cap. 184. vbi quod
officialis poſſit æſtimare damnum vſque ad tres
libras, & damnum paſſus vſque ad duas, quæ ſta-
tuta ſunt in lib.4.

Aotonius Guaruerius conquæſtus fuit expor-
tatos ſibi fuiſſe furcatos 64. & ruptas vites ſuper
terra ſua campia de menſibus Ianuarij, & Februa
rij, & iterum alia vice exportatas fuiſſe ſalices inci
ſas exiſtentes in ſua curte.

Coſtos verò Cōmunis plebis Sancti Pauli retu-
lit facta diligentia non inueniſſe damnificatorem,
qui damnum pro furcatis 64. æſtimauit libris 18.
& pro ſalicibus lib. ſex, & Guarnerius ipſe vltra
hæc æſtimauit damnum lib. quatuor, & officiali
dicti Cōmunis omnia in querela contenta negan-
te, adiecit vlterius capitula, & probationes ad iu-
ſtificandum damnum.

Excellentiſſ. D. Prætor Iudex, à quo abſoluit di-
ctum Commune, & re per appellationem deducta
in Rota fuit dubitatum.

Primò loco, An relatio dicti Cuſtodis poſſet ſal-
tem pro tribus libris ſuſtineri, vſque ad quam ſum
mam potuiſſet dictum damnum æſtimare, ex d. c.
184. d. lib. 4.

Videbatur dicendum, quod ſic ex reg. vulgat.
2 † quod in maiori ſumma, & minor continetur l.
diem proferre 27. §. ſi plures, ff. de recept. arbitr.
ca. 1. de arbitr. in 6. Tamen reſoluebatur contra-
3 rium †, quia d. reg. non procedit in teſte, ſed in Iu-
dice, aut arbitro tantū, de quibus dd. iura loquun-
tur, vt declarat gloſ. in d. §. ſi plures ſuper verbo
conſenſerunt, & pulchrè Alex. poſt Salic. in conſ.
64. ſub num. 9. verſ. Non obſtat ſecundum lib. 2.
4 † Nam huiuſmodi referentes cenſeri tanquam te-
ſtes, eſt apud Pariſ. in repet. cap. quia iudicante nu.
5 9. & 10. de præſcript. † Accedebat, quod iſta rela-
tio pro maiori ſumma quam data eſſet facultas à
ſtatuto non dicitur legitima ad l. nemo poteſt de
leg. primo l. teſtandi, C. de teſtam. Afflict. deciſ.
6 355. † At ſtatutum iubens ſtari relationi intelli-
gitur de legitima, & idonea Alex. conſ 85. num. 2.
lib. 7. & in ſpecie gloſ. Monterentij ad ſtatuta Bo-
non. tit. de emendatione damni &c. ſuper verbo
ſtetur fol. 70. Item conſiderabatur, quod dictum
7 in relatione prædicta eſſet indiuiduum; † Vnde in-
traret reg. quod in indiuiduis vtile per inutile vi-
tiatur ca. vtile de reg. Iur. in 6. de quo plenius tra-
ctaui in tractatu meo de interpretatione inueſti-
turarum cap. 3. obſeruat 3. ſub num. 11. & in cap.
2. gradu 2. poſitione 3. ſub num. 22. quem, Deo
bene iuuante, aliquando edemus in lucem: Et de-
8 mum occurrebat, quod † vnus, & idem actus non
debet pro parte valere, & pro parte non, infinitos
citat Tiraquel. de retract. Conuentional. in fin. nu.
9 4. Surd. deciſ. 7. à nu. 34. vſque in fin. † Et vbi vni-
co ſermone omnis ſumma continetur Put. deciſ.
323. num. 3. & per tot. viden. lib. 1. & num. 7. vbi
in ſententia, & latè ad dec. bon. 38. in nouiſſim. &
dec. bon. 25. lib. 3. in noſt.

10 † Secundo dubitabatur, An contra Comunita-
tem admittenda eſſet probatio per iuramentum
damnum paſſi.

Videbatur dicendum, quod non, quia dicta ſta-
11 tuta imponunt pœnam quadrupli, † quæ pœna nō
imponitur, niſi quando ex dolo damnum datur.
Dec. in conſ. 83. ſub nume. 3. verſ. 3. Reſpondet.
12 † Dolus aūt ceſſat in Cōmunitate ergo, & d. pro-
batio per iuramentū iux. Farinac. q. 24. ſub nu. 16.

Verum Rota contra ſentiebat ſtante dicto ſta-
tuto ſub cap. 179. §. ceterum Iunct. cap. 184. d.
13 lib. 4. per quod ſumus in claris, † & vbi eſt Caſus
legis, vel ſtatuti non eſt vlterius hæſitandum vulg.
14 l. ancillæ, C. de furt. † nec de regulis curandum,
Surd. deciſ. 216. ſub nu. 24. & in conſ. 313. n. 101.
15 † Dummodo iuraturus ſit omni exceptione Ma-
ior, vt in d. ſtatuto 184. expreſſe diſponitur, & eſt
de iure Grat. conſ. 154. in fin. lib. 2. Dec. conſ. 34.
ſub nu. 8. Nec eſt verum ſuppoſitum, quod Com-
munitas teneatur in quadruplum, ſed tantum ip-
ſa perſona, quæ damnum dedit, quatenus damnū
negauerit iux. ſtatutum ſub capit. 178. d. lib. 4. In
quo caſu etiam Dec. loquitur d. conſ. 83. Sed hu-
iuſmodi reſolutio parum profuit Guarnerio pro-
pter ſequentia.

16 † Tertio dubitatum fuit. An ratione ſalicum
ex-

Digitized by Google

exportatarum rectè actum fuerit in Curia damno
rum datorum.
17 Viſum fuit Dominis, quod non †, quia, quoad
exportata intraret furtum propriè, non damnum
datum, & ſtatuto de damno dato loquẽte, furtum
non compræhenditur Grat. in term. conſ. 154. nu.
1. & ſeq. lib. 2. Plot. de in litem iurando, §. 50. nu.
45. & in indiuiduo Dec. d. conſ. 83. ſub nu. 3. verſ.
4. ad prædictũ, refert, & ſequit. Gloſ. Monterent.
ad ſtat. Bonon. lib. 6. tit. de offic. ſaltuarior. §. damnum datum in verbo exportatis pag. 14. & in §. ad
prædicta in verb. furtum pag. 15. vbi plenè, Carpa.
18 ad ſtat. Mediol. lib. 2. num. 18. † Magon. in puncto
deciſ. Luc. 27. nu. 24. & ſeqq. vbi ponit rationem
differentiæ.
Nec obſtare dictum fuit ſtatutum ſub d. c. 177.
§. Cæterum verſ. & intelligatur etiam damnum
datum quantum ad prædicta omnis collectio, &
exportatio fructuum, & incisio, & exportatio li-
19 gnorum. † Quia dicebatur dictum ſtatutum procedere non in exportatione de per ſe, ſed in exportatione iuncta inciſione, quo caſu non exportatio,
ſed inciſio eſt, quæ facit locum ſtatuto de damno
dato tanquam principaliter conſiderata Magon.
d. deciſ. Luc. 27. ſub num. 52. & 53. cuius dictum
ſequuti ſumus ſine titubatione, licet ipſe hæſitabundus loquatur. Item reſpondebatur ad hoc probatum fuiſſe damnum de nocte datum ex duobus
teſtibus ipſiuſmet Guarnerij ſuper undecimo, &
20 ſuper tertio interrogat. † quibus contra ipſum
creditur l. ſi quis teſtibus, vbi Scrib. Cod. de teſtib.
21 Rom. conſ. 104. ad fin. † At pro damno noctu dato non tenetur villa, ſeu vniuerſitas Bart. Bald. &
Angel. in l. p. §. occiſorum, ff. ad ſen. conſ. Sillanian. Rom. conſ. 7. nu. 5. & ibi Mandoſ. cum alijs
pluribus citatis per Oſaſc. deciſ. 88. num. 11. & deciſ. 138. nu. 24. Monterent. d. lib. 6. d. tit. de emend.
22 dat. dam. dat. in verb. de nocte † Quæ Doctrina
licet ſit in maxima diſceptatione conſtituta, vt fatet. Carpan. ad ſtat. Mediol. cap. 375. ſub num. 20.
in verb. vel de nocte, & maximè vrgeat in hoc caſu, quatenus ſtatuta prædicta neceſſitate videntur
23 ad cuſtodiam †, quod dignoſcitur ex neceſſitate
24 ſibi iniuncta deputandi camparios & cuſtodes † in
quibus terminis vniuerſitas ligatur, ſiue ſciuerit,
ſiuè ignorauerit, & ſiuè dolus ad fuerit, ſiuè culpa
camparij, & ſic etiam de nocte, vt inſigniter per
Burſat. conſ. 59. num. 27 & 28. lib. 1. quem refert,
& ſequitur Carpan. ad ſtat. Mediol. d. cap. 375. nu.
22. & ante eum Oſaſc. deciſ. 88. num. 35. ac etiam
Bald. ab his non citatus in conſ. 203. num. 1. lib. 1.
& Barbat. in conſ. 17. num. 10. lib. 1. ex quibus, &
alijs per ſupradictos relatis, apparet, hanc eſſe veriorem, & magis receptam opinionem, à qua in
iudicando non ſit recedendum.
Tamen ceſſat in præſenti ſpecie omnis difficul-
25 tas, † quia ſumus in caſu deciſo ad fauorem Cõmunitatum, propter ſtatutum ſub d. cap. 182. lib.
4. in illis verbis, & hęc quæ diximus de damnis denunciandis intelligantur ſi Cõmunia, vel eorum
Conſules, ſiue Sindici, vel Cuſtodes commodè denuntiare poſſent, ſi verò ignorarent, & veriſimiliter ignorare poſſent nomina inferentium damna,
liberentur à dicta pœna: ex quibus verbis damnũ
de nocte datum excluſum maniſeſte credidimus
26 † Notando primo illud aduerbium commodè,
quia commodè fieri non intelligitur cuſtodia tempore nocturno, quo (vt ait Poeta) ſuadent cadentia Sydera ſomnos, & alibi Nox erat, & placidum
carpebãt feſſa ſoporem, Corpora. vt hæc & alia ad
idem Iure noſtro comprobata affert Monterenũ.
in gloſ. ad d. verbum de nocte in prin. facit, & illud
dictum Euangelicũ Venit nox, in qua nemo poteſt operari, & ad Oſaſc. d. deciſ. 138. num. 26. ibi
27 item debet intelligi ſi commode &c. † Notando
ſecundo loco caſum ignorantiæ, quę propriè cadit
reſpectu delictorũ noctis tempore, & eſt propriè
ratio quare nemo teneatur, prout notat in term. Oſaſc. d. deciſ. 138 ſub nu. 24. & pulchrè Barbat. conſ.
17. ſub verſ. Capio & ſub nume. 9. vol. 1. Calcan.
conſ. 63. ſub prin. verſ. 1. quia ibi, Non obſtas ſi dicatur, Monter. ad Rub. d. tit. de emendat. damn.
28 &c. col. 2. ante med. † Ad differentiã diei, quo quis
ſcit, aut ſcire debet iux. addit. Mandoſ. ad Roman.
d. conſ. 7. in verb. ignorare paulò ante fin. & eo ipſo quod ſtatutum excludit ignorantiam requirit
29 ſcientiam † cum ex duobus contrarijs incluſio
vnius ſit excluſio alterius vulgat. l. cum Prætor. ff.
30 de Iudic. † & datur intelligi nõ ſolum cuſtodiam
requiri in qua tota vis conſiſtit, quod ſtatutum voluerit etiam obligare de nocte vt ait gloſ. Monter.
ad Rub. dict. tit. de emend. damn. col. 2. ante fin.
verſ. tota vis ad Bero. conſ. 213. num. 8. & 9. lib. 3.
Verum etiam ſcientiam vnde voluit ſtatutum excludere noctem, quia ea, quæ fiunt de nocte, veri-
31 ſimiliter præſumuntur ignorari, † & occultum
eſſe, & de nocte fieri patificantur per ea quæ trad.
Barbat. in d. conſ. Calcan. conſ. 66. ſub num. 17.
32 † & inter noctem, & ignorãtiam eſt ſymbulum,
quia vbi ſtatutum arctat ad cuſtodiam nocturnã
obligat etiam ad delictum cuius notitia non habetur gloſ. Monter. in d. Rub de emendat. dam. col.
33 2. ante medium, † quare cum ſit ſtatutum abſoluens à delictis de nocte, & ignoratis ſeruandum
eſt Clar. in pract. Crimin. §. fin. q. 82. ad ſtatutum
primum verſ. quod villa in fin. princ. Calcan. d.
conſ. 63. ſub nume. 4. ſub vers. quia Reſp. in fin.
& ſub verſ. & eodem modo, pariter in fine Bald.
34 conſ. 374. in fin. lib. 2. † Item eſt pariter clarum
ex eodemmet ſtatuto cap. 177. dum in verſ. decernentes non obligat Cõmunitates niſi quãdo damnificator reperiri, & ſciri non poteſt per officiales
damnum denunciare debentes, quo caſu cõmunitates non tenentur niſi in ſubſidium, vt in ſeq deciſ. num. 27. vbi in ſubſidium tantum tenentur,
de nocte non teneri admittit idemmet Burſat. in
d. conſ. 59. ſub num. 28. verſ. nec reſiſtunt, vbi in
hoc caſu procedere declarat opinionem eorum,
qui tenuerunt, vniuerſitatem ex delictis de nocte
non teneri enumeratos ibid. num. 26 licet autem
fuiſſet allegata conſuetudo, quod dicta ſtatuta ſeruata fuiſſent etiam ratione damnorum noctu da-

Digitized by Google

torum & data fuiſſent capitula, ac teſtes examina-
35 ti, tamen nihil fuiſſe concluſum credidimus† cum ad probandam conſuetudinem requirantur plura de quibus per Maſcard. de probat. concluſ. 424. incip. conſuetudinem probari, Menoch. conſ. 317. num. 14. 15. 16. lib. 4. quæ hic deficiebant, & maximè, quod non daretur caſus in contradictorio per actorem, cum tamen ex aduerſo daretur caſus in contrarium per vniuerſitatem in cauſa Communis Rotæ cum Bartolomeo Nuto, in qua per nos ipſos antea iam fuerat iudicatum, confirmando ſententiam Domini Iudicis, à quo licèt deciſio poſt hanc immediatè ſequatur, Ad Magon. dec. Flor. 123. in fin. vbi quod ſtatutum habuerit huiuſmodi interpretationem, vt obliget etiam in factis nocturnis, probatum fuit caſibus ſequutis, & ita non opus fuit intrare ad probationes ſuper damno dato ex
36 aduerſo factas†; quia ſublata ſubſtantia tolluntur, & accidentia Surd. deciſ. 124. num. 17. 18. & conſ. 39. num. 13. 14. 15. Sicut etiam agens iſte non potuit in præſentiarum petere aliquid emendari ſibi à d. Communi per prædicta, ita ſuperfluæ fuerunt probationes ſupradictæ ad Barbat. in ſpecie d. col. 17. num. 11. in fin. & nu. 12. lib. 2. Ex quibus ſententia Rotæ confirmatoria abſolutoriæ D. Iudicis, à quo ſatis ſuperque videtur iuſtificata.

Abſolutus tamen fuit Guarnerius ab expenſis,
37 licet ex eiſdem actis ſuccubuerit, † quia dubium Iuris in conflictu opinionum debet ab eis excuſare appellantem Abb. Sicul. in capit. finem litibus verſ. limita verum de dolo, & contumac. cum alijs citat. per Boer. in conſ. 8. in fin. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Cui Verba non conueniunt, nec diſpoſitio num. 1.

Statuta generalia generaliter intelligenda num. 2. declara vt num. 38.

Damni appellatione venit læſio ſeu occiſio quadrupedis num. 3.

Statuta de dam. datis fauore publico eſſe introducta, & cauſa publicæ vtilitatis, vt magis à delicto abſtineatur &c. num. 4. & ſeqq.

Tres rationes recenſentur, ob quas fiunt dicta ſtatuta de damno dato num. 5.

Damnum præſumitur commiſſum culpa, & defectu habitantium in territorio ſub eod.

Præſumptio eſt contra communitatem, quod non ignoret delinquentem ſub eod.

Cura debet eſſe Communis, vt eius loca ſint tuta ſub eod.

Statuentes reſpexerunt ad publicam vtilitatem num. 6.

Publicè intereſt, quod itinera ſint tuta viatoribus, & vtique habitantes, & illorum bona plerunque in Capaneis, & in locis non benè clauſis exiſtentia num. 7.

Statuta huiuſmodi ſunt fauorabilia non odioſa nu. 8. contra num. 73. & ſeqq. & num. 99. 100. 101.

Statuta eadem dicuntur fauorabilia, & extendenda nu. 9. & ſeqq.

Quando caſus largè, & impropriè continetur ſub ſtatuto non eſt extenſio ſed comprehenſio ex vi rationis quæ ampliat ſtatutum ad caſus comprehenſos ab ipſis generali ratione num. 10. 11. & ex identitate rationis n. 12.

Statuta ſtrictè interpretanda num. 13.

Statutum puniens vnum pro delicto alterius eſt ſtrictè interpretandum num. 14.

Vbi ſunt duo ſtatuta ſpecialia diuerſa, præſumitur, quod ſi ſtatuentes idem voluiſſent in alio diuerſo, id expreſſiſſent num. 15.

Maximè quando aliud ad alterum non refertur nu. 16.

Aliud eſt declarare verbum dubium, aliud mutare ſubſtantiam, quia ſtandum eſt Verbis claris ſtatuti nu. 17.

Quando duo ſtatuta ſunt diuerſa, nec agitur de eadem materia, vnum ab altero non ſumit declarationem n. 18

Agitur de pœna, eo ipſo quod Communitates alterius ex delicto grauantur num. 19.

In pœnis, vbi lex figit pedem non vltra proceditur n. 20.

Quando ſtatuta per ſe, & ſeparatim ſunt poſita non recipiunt inuicem interpretationem, ſecus ſi per viam additionis num. 21.

Statutum generale non attenditur aduerſus aliud ſpeciale num. 22.

Quando duo ſunt ſtatuta particularia vnum, quodque obtinebit in caſu ſuo num. 23.

Maximè ſi eadem ratio aſſignari non poteſt num. 24.

Animalia noſtra domeſtica, puta Aſini Boues, & ſimilia debent ire cum cuſtodia noſtra nu. 25.

Villa non tenetur, ſi culpa, vel negligentia poſſit imputari damnum paſſo nu. 26.

Damnum paſſus debet primo inquirere, à quo damnum datū ſit in terra: ſtatuti c. 177. lib. 4. & quomodo n. 27.

Et probanda eſt hæc negatiua, malefactorem non reperiri num. 28.

Teſtibus etiā ſingularibus ſtatur contra producentē n. 29

Etiam ſi eius dicto non vratur num. 30.

Debet deduci, & probari damnum datum de die num. 31.

Quando tempus eſt cauſa, vt quis agat, & obtineat eſt deducendum, & probandum num. 32.

Relationi ſeu denuntiæ cuſtodis non ſtatur, ſi ſit probatio in contrarium num. 33.

Quando in accuſatione ponitur dies Commiſſi delicti, eo non probato, reus abſoluitur num. 34.

Declara maximè, vbi diuerſitas temporis, vel loci inducit diuerſitatem delicti num. 37.

Idem ſi vel de hora ad aliam horam tantum num. 35.

Probandum eſt Aſinum fuiſſe vulneratum in tali territorio, quia potuit eò fuiſſe perductus num. 36.

Statuta ſub cap. 177. & ſequentibus an ſint generalia, & quomodo ſe ſe habeant inter ſe num. 39. & ſeqq.

Acceſſorium non aliter exiſtimatur, quam ſuum principale num. 40.

Ex præfatione dignoſcitur intentio num. 41.

Verba ſecundum ſubiectam materiā intelligi debent n. 42.

Talia ſunt ſubiecta qualia prædicata demonſtrant nu. 43.

Vbi ſunt deciſiones in terminis non eſt in regulis generalibus, ſed in particularibus inſiſtendum nu. 44.

Ceſſante identitate rationis, & identitas diſpoſitionis ceſſat num. 45.

Ab identitate rationis fit extenſio in ſtatuto, ſi ratio ſit expreſſa, vt alia reddi non poſſit num. 46.

Alias non liceret arguere num. 47.

An dd. ſtatuta ſint contra Ius diuinum humanum, &c. latè diſcutitur num. 48. & ſeqq.

DE.

DECISIO II.

FVIT per Bartolomeum Nu-
tum contra Cōmune Roræ da-
ta querela damni dati ratione
Aſini proprij de die vulnerati
in territorio d. Cōmunis, idque
virtute cap. 177. lib. 4. ſtat. Luc.
Cui fuit oppoſitum, quod d. Cap. non loqueret. in
hoc caſu, vt ex Rub. & nig. apparet, & fuit exten-
ſum rubrum in antecedenti deciſ. in princ. quod
loquitur tantum de damnis datis in terris, & re-
bus alienis cultiuatis, non autem de damno dato in
1 animantibus ratione carentibus † & cui non con-
ueniunt verba, nec conuenit diſpoſitio, l. 4. §. to-
tiens, ff. de dam. infec. Felyn. in cap non nulli, vbi
plura exempla num. 34. de reſcript. Marſil. ſingul.
339. Crauet. in conſ. pro gen. in Corol. num. 92.
Nec ſtatutum ad eum pertinet, de quo non loqui-
tur Crauet. conſ. 210. ſub num. 4. & conſ. 254. nu.
2. ſub princ. in term. Barb. int. conſ. Calcan. conſ.
66. num. 3. plura alia ad idem, & Latius in materia
Cumulaui in tract. meo reſolut. feud. tit. de exhe-
redat. num. 25. & ſeq. quem, deo dante, luci com-
mendaturi ſumus aliquando; & de hoc non erat
difficultas. Hæc enim in alio verſabatur, quia ex
parte agentis dicebatur, alia ſtatuta poſt prædicta,
loqui in genere de damnis datis, vt patet ex eorum
lectura & etiam ex Rubricis ſeu titulis in d. prima
deciſ. ſub princ. ad verbum relatis, ad quam recur-
2 ratur, ergo † generaliter ſunt intelligenda Carpi
3 in prælud. ad ſtat. Mediol. nu. 210. & ſeq. † Dam-
ni autem nomine venire læſionem, ſeu occiſionē
quadrupedis conſtat ex prin. & tot. tit. Inſtit. de l.
aquil. & probatur manifeſtè ex ſtat. ſub capitu. 8 in
lib. 4. cuius eſt hunc in modum inſcriptio, de Dam-
no. datis in animantibus ratione carentibus.
4 † Item dicebatur dicta ſtatuta introducta fuiſſe
fauore publico, & publicæ vtilitatis cauſa, vt ma-
gis à delictis abſtineatur, reprimaturque hominū
audacia, neuè deprædationes, & depopulationes
fiant, quæ omnia publicam reſpiciunt vtilitatem
ex Olaſc. ad verbum, & in term. in deciſ. 88. ſub
num. 25. vbi alios refeat, vt pacificus conſeruetur
ſtatus, & ne publica, & priuata quies turbetur, vt
5 ait D. Cabal. reſol. crimin. caſ. 149. num. fin. † Sic
ex tribus rationibus, quæ ſolent afferri, cur huiuſ-
modi ſtatuta condi conſueuerint, prima quia dam-
num præſumatur commiſſum culpa, & negligen-
tia habitantium in illo Territorio, Secunda quia
inſurgat præſumptio contra Cōmunitatem, quod
non ignoret delinquentem, annumeratur, & alia,
quia cura debet eſſe Communis, & Villæ, vt loca
eius ſint tuta, vt refert alijs congeſtis Carpan. ad
ſtat. Mediol. lib. 4. cap. 375. ad princ. nu. 7. & ſeqq.
6 † Idquod publicam ſecuritatem concernit, ad quā
ſtatuentes reſpexerūt, vt ait Bald. in conſ. 174. ſub
num. 3. col. ſeq. poſt prin. lib. 3. quem refert, & ſe-
quit. gloſ. Monteren. in ſtat. Bon. tit. de emend.
dam. &c. ad Rub. col. 3. poſt princ. fol. 56. lib. 6.
7 † Vbi hac ratione dicit factum ſtatutum, quia pu-
blicè intereſt, vt itinera ſint tuta viatoribus, tuti-
que ſint habitantes, & illorum bona, quæ plerun-
que ſunt, in campaneis, vel in domibus, non ſic fir-
8 miter clauſis, vt ibi per eum. † Vnde quod ſint fa-
uorabilia non odioſa dixit Rolan. de Curt. inter
conſ. Calcan. conſ. 64. nu. 12. ipſe Calcan. conſ. 63.
ſub num. 4. verſ. nec ſtatutum, alios adducit Car-
9 pan. d. cap. 375. num. 4 † Vnde fieret quod fauora-
bilia dicenda ſint dicta ſtatuta, & extendenda, etiā
ad caſum non expreſſum, quia quæ publicam vti-
litatem reſpiciunt dicuntur fauorabilia, & exten-
denda, licet contra ius, vel exorbitantia Crau. cōſ.
291. num. 3. Maſcard. de gener. ſtat. interpr. con-
cluſ. 4. num. 48. & ſeqq. D. Cabal. conſ. crim. 149.
nu. 1. & ſeqq. Centur. 2. & in fin. conſ. vel ſaltem,
vt indefinitè, & indiſtinctè loquentia, ita, & inde-
finitè, & indiſtinctè intelligenda, & prout verba
Sonant. in term. Rolan. de Curte inter Conſ. Cal-
10 can. d. conſ. 64. num. 12. † Conferunt generalia,
quod ſtatutum fauorabile, nedum ſit ſtrictè & pro
priè interpretandum, ſed etiam extenden. ad ca-
ſum, qui largè, & impropriè continetur, id quod
latè tractat Alderan. Maſcard. de Gen. ſtat. inter-
11 pr. concluſ. 4. num. 141. & ſeqq. † quia non eſt ex-
tenſio, ſed compræhenſio, & caſus huiuſmodi in-
eſt in ipſomet ſtatuto ex vi rationis, quæ ampliat
ſtatutum ad caſus compræhenſos ab ipſa generali
ratione Cephal. conſ. 196. num. 26. lib. 2. cum alijs
citat. per Maſcard. in d. tract. concluſ. 5. num. 27.
28. & per me in tract. etiam edendo de interpret.
12 inueſtit. cap. 2. gradu 6. per tot. † Et ita in ſpecie
ab identitate rationis arguit, & dicit, idem eſſe etiā
ſi malefactores ignorentur, vel non ſint ſoluendo
Farinac. queſt. crimin. de delict. & pæn. q. 24. nu-
me. 213.
Verum, his non obſtantibus, ſententiam D. Iu-
dicis, à quo d. Communis abſolutoriam Rota con-
firmauit, quia dicta ſtatuta in hoc caſu non loquū-
13 tur, vt dictum eſt num. 1. † Nec recipiunt exten-
ſionem, quia ſtrictè ſunt interpretanda, vt Cōmu-
niter tenent Doctor. Barbar. in conſ. 17. ſub nu. 1.
col. 2. circa Med. vol. 2. & ſub nu. 11. Gramat. de-
ciſ. 45. num. 5. & 6. vbi quod conſtitutiones non
extenduntur ad caſus, in quibus non loquuntur
in ſpecie noſtra Dec. in puncto ſtatutorum noſtro-
rum in conſ. 85. ſub num. 3. verſ. & pri. quia, Bero.
conſ. 213. num. 2. lib. 3. Menoch. conſ. 345. nu. 4.
lib. 4. & de arbitr. Iud. caſ. 345. ſub num. 11. & nu.
17. Carp. ad ſtat. Med. d. c. 375. in princ. nu. 3. Grat.
14 conſ. 154. num. 21. lib. 2. † Et eſſe apud omnes in-
dubitatam Doctr. quod ſtatutum puniens vnum
pro delicto alterius ſit ſtrictiſſimè interpretādum
aliquibus ex prædictis relatis, & alijs etiam dixit
Alderan. Maſcard. d. tract. de Gener. ſtat. interpr.
concl. 4. ſub nu. 97. plures alios cit. Farinacc. qq.
Crimin. de delict. & pæn. q. 24. nu. 195. 196.
Secundo, Conſideratum fuit, extare prouiſionē
ſpecialem circa damna data in beſtijs cap. 188. lib.
4. Rub. de damn. dat. in animantibus ratione ca-
rentibus, vbi Cōmunitates nullo huiuſmodi one-

15 re fuerunt grauatæ, † Profectò, ſi ſtatuentes idem
voluiſſent, veriſimiliter diſpoſuiſſent, quoad ani-
malia, prout fecerunt quoad alia l. vnica, §. ſin autẽ
ad deficientes, C. de Caduc. toll. c. ad audientiam
de decim. Crau. conſ. 293. ſub num 9. verſ. tertio
retorquetur, plura cumulata per Tiraquel. in pro-
poſito legis, vel ſtatuti ad l. ſi vnquam verſ. libertis
ſub num. 3. & ſeqq. præſertim ſub nume. 4. C. de
reuocat. donat. quem cum alijs citat Surd. in conſ.
279. num. 21. & 22. & conferunt alia cumulata in
conſ. 234. num. 16. & ſequen. & ad Honded. conſ.
16 1. ſub num. 36. & ſeqq. lib. 1. † Maximè quia vnũ
ad aliud non refertur ad Burſat. conſ. 44. nu. 34 bis
poſitu lib. 1. Carp. ad ſtatut. Mediol. in prælud. ſub
17 num 327. † Et quod eſſet addere alium caſum, &
immutare ſubſtantiam, non autem declarare ali-
quod dubium, quę ſunt diuerſa, quia, vbi verbum
ſtatuti eſt certum, illud eſt ſequendum ad Meno-
ch. conſ. 191. num. 48. & 49. lib. 2. conſ. 331. à nu.
100. ad 104. & ad Surd. in deciſ. 139. per tot. præ-
ſertim num. 5. & ſub num. 7. & Maſcard. de Ge-
neral. ſtat. interpr. concluſ. 2. nu. 80. & 83. & quod
non agitur de eadem materia, quia aliud eſt terra
18 cultiuata, aut non laborata, aliud animal, † ſtatuta
autem recipiunt ab alijs interpretationem, quan-
du agitur de eadem materia, ſecus ſi de diuerſa,
nam ſicut ex diuerſis non fit illatio, ita nec ex illis
poteſt aliqua declaratio inferri Iaſ. in l. ſciendum,
num. 4. verſ. 2. limita, ff. qui ſatiſd. cogan. cum alijs
citat. per Maſcard. de gener. ſtat. interpret. concl.
2. num. 129. Magon. deciſ. Flor. ſub num. 9. & 13.
19 † Et quod agitur de pœna eo ipſo, quod comuni-
tates odio alterius prægrauantur ad Maſc. eod. tit.
concl. 4. num. 91. & ſeqq.
20 † In pœnis autem, vbi lex figit pedem, non debe-
mus nos vltra procedere, Bald. in l. fin. col. 1. de liti-
gioſ. Bertaz. conſ. crim. 409. num. 11. & conſ. 465.
lib. 2. vbi etiam add. in littera A. Afflict. deciſ. 21.
num. 5. & in propoſitu Maſcar. d. concl. 4. nu. 86.
21 87. & per plures ſequent. † Quod præſertim in
preſentiarũ obtinebit, quod ſtatuta prædicta ſunt
diuerſa, & ſeparatim poſita, non autem per modũ
additionis, vel adiectionis, quo ſolo caſu pœna po-
ſita in ſtatuto cenſeretur reperita in eius additio-
ne gloſ. eſt notab. in c. 1. de multa in verſ. Eccleſia.
de preb. quam ſententiam communiter teneri te-
ſtat. Euerard. in loco à ratione legis larg. num. 67.
Sequitur Maſc. d. concl. 4. nu. 105. pulchrè Rom.
conſ. 345. ſub num. 18. & 19. & etiam ante eum
22 Bart. in conſ. 159. num. 2. & 3. † Demum ſi lex vel
ſtatutum generale non debet attendi quoad aliud
ſpeciale & de aliquo preciſè tractans Surd. deciſ.
49. ſub num. 6. & ſeq. & per totam, & ad propoſi-
tum noſtrum, quanto minus ſtatuta illa ſpecialia
circa terras, vel res cultiuatas, vel non laboratas
erunt attendenda circa aliud ſtatutum, etiam ſpe-
23 ciale, & de animantibus loquens, † Profectò vnũ-
quodque obtinebit, & ſeruabitur in caſu ſuo ad
Dec. in conſ. 444. ſub nu. 16. Carpan. ad ſtat. Me-
diol. in prelud. nu. 311. Hond. conſ. 9. nu. 19. lib. 2.
24 † Saluo ſemper alio ſtatuto cõpatibili. Marſ. conſ.
64. num. 17. lib. 1. Maximè quia eadem ratio non
poteſt aſſignari, cum eadem non ſit ratio cuſtodiæ
25 animalium, ac terrarum. † Nam animalia noſtra
domeſtica, Aſini putà Boues, & ſimilia nõ debent
ire de per ſe, & ſine cuſtodia propriorum Domi-
norum aut alicuius de familia ad l. ſi ſeruus ſeruũ
§. ſi fornacarius, & l. qui inſulam, §. qui mulas, ff.
ad l. Aquil. Angel. Inſtit. ſi quadrup. pauper. feciſ.
dic. num. 5. & ibid. Minſyng. num. 9. quibus pro-
pterea fortius imputari poſſit ſi ignorent damnifi-
26 catorẽ; † huiuſmodi autem ſtatuta regulari à ne-
gligentia, vel diligentia damnum paſſi, ita quod ſi
illi culpa, aut negligentia aliqua impingi poſſit, tũc
villa non teneatur propter admixtã culpam dam-
nificati certũ eſt ex Bald. in l. cum duobus, §. dam-
na fiſcalia, ff. pro ſoc. Crau. conſ. 119. num. 11. &
in ſpecie Magon. deciſ. Flor. 123. nume. 9. quam
vnam inter dictum ſtatutum de animalibus, &
aliam de terris differentiæ rationem poſſe afferri
viſum eſt, & ita prouidè, & cum iudicio fuiſſe di-
uerſimodè conſtitutum concludebatur.

Haſce addebatur quod etiam eſt, cap. 177. non
poterat obtinere Nutus quærelans quia in verſ.
decernentes. obligat Communitates vbi Malefa-
ctor reperiri, aut ſciri non poteſt per officiales de-
27 nunciare debentes, † Prius ergo conſtare debue-
rat, quod ignoraretur, à quo damnum datum fuerit,
quia venire contra Commune eſt in ſubſidium,
debuit ergo proprius fieri inquiſitio contra delin-
quentem in genere, quo non ſcito debuit deueniri
in ſubſidium contra Commune, vt ſignanter per
Barbat. in conſ. 17. ſub num. 12. verſ. modo in pro-
28 poſito lib. 2. † & probari hæc negatiua, malefacto-
rem non inueniri Farin. qq. crim. de delict. & pen.
q. 24. num. 211. 212. plures citat Baiard. ad Clar. in
§. fin. q. 82. nume. 17. quod nedum factum fuit ex
parte Nuti, ſed quinimo vnus ex eius teſtibus de-
poſuit, *Che ſe il Nuti voleſſe far fatica, ritrouarebbe
chi gli haueſſe dato*, & Alius *che il Nuti ha confeſſato
à Iacopo di Bartolomeo, che sà la perſona, che hà dato
29 all'Aſino*, † quibus etiam ſingularibus ſtatur con-
tra eundem producentem Salic. in l. ſi quis teſti-
bus num. 6. C. de teſtib. Socc. Iun. in conſ. 69. num.
11. lib. 1. cum alijs relatis per Excellentiſ. D. alias
primar. Senat. Pedem. Præſidem Morot. Reſp. 16.
ſub num. 4. & in reſp. 29. num. 19. & Reſp. 35. nu.
30 11. & 12. Surd. deciſ. 284. num. 18. 19. etiam † ſi
eius dicto non vtatur Surd. in conſ. 61. nume. 40.
41. & 42.
31 † Item dicebatur, quod debebat in libello de-
duci, & inde apparere, an die factum eſſet, cum, ſi
nocte, non teneretur vniuerſitas, vt in antecedẽti
deciſ. Latius oſtenſum fuit, At qui, libellatum qui-
32 dem fuit, ꝙ de die, ſed non fuit probatũ. † Quan-
do autem tẽpus eſt cauſa, vt quis agat, & obtineat
eſt articulandum libellandum, & probandum de
tali tempore l. matrem, C. de probat. cum alijs iu-
ribus, vt per Barbat. in ſpecie d. conſ. 17. num. 5. &
7. lib. 2. Immo eſt diſcordia inter relationem Cu-
ſtodis Capitulantis, & teſtium, quia cuſtos retulit
de vulneratione Aſini die x. Februarij Capitula, &

teſtimo-

Digitized by Google

teſtimonia de Aſino vulnerato die ſecũdo eiuſdẽ.
33 † Quare non poteſt fieri fundamentum in illa re-
latione, ſeu denuntiæ attenta probatione in con-
trarium, vt per Alex. in term. Aſinj vulnerati. conſ.
91. num. 1. & 8. cum ſeqq lib. 6 nec in probationi-
bus, quia continent quid diuerſum à denuntia,
34 † & quando in accuſatione apponitur dies com-
miſſi delicti, tunc quia apponens videtur ſe re-
ſtringere ad illum probandum, ideo ſi non probat
abſoluitur reus, l. habebat, ff. de inſtit. act. vbi per
illum tex. in ſpecie, ita tenent Bart. & Bal. & ijdẽ,
& communiter alij in l. Pantonius. §. rei per duel-
lionis. ff. de aq. hæred. refert plures alios. Oſalc.
35 conſ. 64. ſub num. 31. † vbi ſi in libello dicitur de-
lictum fuiſſe factum de tali hora, puta decima, &
probatur de vndecima, non poteſt ſequi condem-
natio, quia aliud eſt delictum, & in conſ. 65. nu. 8.
conſ. 66. nu. 1. ex l. libellorum, ff. de accuſat. & alija
vt ibi per eum.

Et vltimo loco opponebatur non eſſe probatũ,
quod Aſinus fuerit vulneratus in territorio Com-
36 munis Rotæ. † Neque enim ad hoc, vt villa te-
neatur, ſufficit probare, quod ibi fuerit repertus
Aſinus vulneratus, quia poteſt fuiſſe alibi vulne-
ratus, & cò perductus, vt in term. Alex in d. conſil.
91. num. 2. in fin. & nu. 3. & ibi Add. in verſ. quod
Aſinum, ex Paul. de Caſtr. in l. pen. §. ducere. ff. ne
quis eum &c. Sequitur Plot. in conſ. 30. ſub num.
37 82. † & quando diuerſitas temporis, vel loci in-
duceret diuerſitatem delicti, aut excluderet deli-
ctum, vt in noſtro caſu admittit abſolutioni lo-
cum eſſe excellen. D. Caball. de omni gen. hom.
ſub num. 449. vbi late num. anteced. & ſeq. de ma-
teria videndus ad declarationem huius, & proxi-
mè facti fundamenti.
38 † Ad contraria, & quidem ad primum, quod
ſtatuta loquantur in genere de damno, & genera-
liter eſſe intelligenda, Reſpondetur, non tamen
trahi ad diſpoſita in ſtatuto ſpeciali, quinimo ſta-
tuta generalia reſtringi per ſpeciale, vt latè Car-
pan. in prælud. ad ſtat. Mediol. num. 228. & ſeq. &
39 ad dicta ſupra num. 22. † Item negatur quod cap.
177. & cap 178. lib. 4. loquantur generaliter, quia
ſe reſtringunt ad damna in terris cultiuatis, vel la-
boratis, & capitula ſequentia non aliter loquun-
tur, vt patet ex c. 179. verſic. & quia. in fin. primæ
col. & ex cap. 180. vbi clarè in princ. & per tot. &
40 ex c. 181. & cap. 182. † Vltrà quod iſta omnia capi-
tula ſunt acceſſoria ad illa duo, quæ continent di-
ſpoſitionem circa ſubſtantialia, & alia continent
diſpoſitionem circa accidentalia, quare non aliter
exiſtimari debent per reg. c. acceſſorium. de reg.
41 Iur. in 6. † & ex præfatione dignoſcitur intentio l.
42 regula. §. & licet. ff. de Iur. & fact. ignor. † & eſt
vulgatum, quod verba ſecundum ſubiectam ma-
teriã intelligi debent. l. Proculus. ff. de vſufruct. l. in
43 ſulã de præſcr. verb. † & talia ſunt ſubiecta qualia
prædicata demõſtrant. Iaſ. in l. ſtipul. 38. §. hi q. n. 1.
de verb. oblig. Surd. conſi. 179. n. 42. 52. & 53. li. 2.
Ad ſecundum, quod dicta ſtatuta, tanquam
concernentia fauorem publicum ſint extendenda,

ſufficeret dicere, quod in puncto ſunt doctrinæ ſu-
44 pracitatæ num. 13. † & vbi ſunt deciſiones in ter-
minis non eſt in regulis generalibus, ſed in parti-
cularibus inſiſtendum. Felyn. in c. Rodolphus nu.
3. in fin. de reſcript. Magon. deciſ. Flor. 66. nu. 21.
& Luc. 7. nu. 2. & 30. Surd. conſi. 386. ſub nu. 16.
poſt Neuizz. in ſyl. nupt. verſ. iudicandum pro Cõ-
muni. Item ſufficeret dicere, quod in ſtatuto de
animalibus extat diuerſa ratio, ac in alijs, ob quam
non tam opus fuit recurrere ad remedium illud
45 onerandi communitates, † vnde ceſſante identi-
tate rationis ceſſet, & idẽtitas diſpoſitionis. c. cum
ceſſante de appell. & ceſſante fauore publico in
hoc ſtatuto, qui fauor publicus eſt in alio, ceſſare
argumentum, quod ob fauorem ſint ſtatuta ex-
46 tendenda. † Item ſufficeret dicere, ita demum
licere ex identitatis ratione extenſiones facere, ſi
ratio ſit expreſſa in ſtatuto, aut ſi alias alia reddi
non poſſit iuxta Carp. in d. prælud. ſub num. 210.
et plurib. ſequen. & clarius ac plenius per Maſcar.
de Gen. ſtat. interpret. concluſ. 4. num. 167 & plu-
rib. ſeqq. prout ita, & in hoc caſu a generalitate ra-
tionis expreſſæ arguit Farinac. qq. crim. de delict.
& pen. q. 24. num. 213. qui propterea non obſtat,
47 † alias non licet arguere, maximè in pœnalibus ad
Surd. deciſ. 62. ſub num. 24. & 25. Maſcard. d. con-
cluſ. 4. num. 59. & ſeqq.

Verùm, vt intus, & in cute intelligatur optimè
dictum fuiſſe per Docto. dum in caſu noſtro ſtri-
ctam, & ſtrictiſſimam interpretationem facien-
dam voluerunt, viſum fuit paulò diligentius in-
quirere, atque diſcutere de natura iſtiuſmodi ſta-
tutorum. An verè ſint fauorabilia, vel non, id
48 quod pendet ex eo. † An ſint contra ius diuinum
naturale poſitiuum; An iniqua, iniuſta, odioſa,
irrationabilia dura, vel rigoroſa, de quibus erit
primo diſcutiendum maximè, quia inter diuerſi-
tates opinionũ non videntur ſe reſoluere Surd. in
deciſ. 340. nu. 1. & ſeqq. Carpan. ad ſtat. Med. par.
2. cap. 375. num. 1. & ſeqq. dicta DD. diuerſa can-
num ponentes.

S V M M A R I A.

An dicta ſtatuta ſint contra ius diuinum, vel naturale. nu. 49. & ſeqq.

Sermo vniuerſalis in vno, falſus in omnibus falſus, num. 50.

Inſtantia data falſum demonſtratur, id quod præſupponitur. num. 51.

Inſtantia data ſolet eludere præſuppoſitum. num. 52.

D E C I S I O III.

49 AN ergo ſit † tale ſtatutum contra ius
diuinum, vel naturale, videtur quod
ſic, quia nemo ſit puniendus ex deli-
cto alterius, videtur è contra, quod
non ex præcepto decalog. primo, vbi
Dominus, Ego ſum DEVS zelotes viſitans ini-
quitates patrũ in filios, &c. non mirum ſi alij eſſe

alij noo eſſe dixerint, vt patet ex Surd. & Carp. ſu-
pracit. dictum fuit tamen non eſſe contra ius diui-
num, quia dantur multa exempla, vltra illud præ-
ceptum decalogi, Vnde voiuerſale illud dictum,
50 quod ſit contra ius diuinum deſtruitur, † quia ſer
mo vniuerſalis in voo falſus in omnibus redditur
falſus, Surd. deciſ. 7. num. 34. conſ. 282. num. 14. &
51 ſeqq. † Et dara inſtantia falſum demonſtratur id,
quod præſupponitur gloſ. in c. ſicut vrgere 1. q. 1.
Oſaſc. conſ. 35. ſub num 19. Surd. conſ. 551. num.
52 27. † Et ſolet inſtantia data præſuppoſitum elu-
dere Menoch. conſ. 50. nume. 3. lib. 1. & in term.
quod nō ſit contra ius diuinum defendit pluribus
pro, & contra relatis, ac etiam conciliationibus ad-
hibitis inter contrarias ſcripturas grauantes, & nō
grauantes ex delicto alt. Didac. Couar. var. reſol.
lib. 2. cap. 8 in princ. & num. 1. & ſeqq & num. 7.
Vbi in ſpecie huius modi ſtatutorum, & ad Oſaſc.
deciſ. 88. nume. 24. & ſeq. quatenus reſpondet ad
contraria; inter quæ aderat oppoſitio, quod dicta
ſtatuta eſſent contra ius diuinum, vt ibi n. 2. ante.

SVMMARIVM.

An contra ius poſitiuum ſeu Commune num. 53. 54.

DECISIO IIII.

53 AN contra ius poſitiuum, ſeu Com-
mune, quidam dicunt, quod ſic,
quia ſint contra ius diuinum, &
humanum citati per Oſaſc. d. de-
ciſ. 88. num. 2. Socc. Sen. conſ. 31.
nume. 18. vol. 1. vbi eſſe iuris non
ſolum poſitiui, ſed etiam naturalis, & diuini cor-
rectiuum, & confert tit. C. ne fil. pro patr. Verum,
& hic datur inſtantia de l. 7. de incend. ruin. & nau
fr. l. 2 §. in Sardinia, C. de offic. Præfect. Af cum ſi-
mil. citat. per Burſatt. conſ. 222. num. 8. lib. 2. Et ita
eſſe iuri conforme dixit Bero. conſ. 213. nu. 7. lib. 3.
& Citat. per Carpan. d. ca. 375. num. 5. & 6. par. 2.
54 † dictum fuit eſſe contra regulas, ſeu principia Iu
ris Communis, & ita obtineat prima opinio à qui-
bus regulis receditur ex cauſa, ſed non per hoc di-
ſpoſitio ceſſat eſſe iuris, & ſic nec huius modi ſta-
tutum, vt dico Infra num. 99. & 100. vbi declaro
eò recurre.

SVMMARIA.

An irrationale, iniquum, iniuſtum, illicitum, num. 55. & ſeqq.

Statuta dicuntur iniqua, & iniuſta, quando ſunt ſine cauſa num. 56.

Lex humana poteſt imitari diuinam num. 57.

Aequum eſt, vt metu pœnæ ad cuſtodiendos ſuos limites, vt tutus ſit à criminoſis acceſſus, homines inuitentur n. 58.

Aequum eſt, vt vniuerſitas teneatur, ſi eidem poſſit negligentia imputari, vt quia potuerit præuidere, & prouidere, & non fecit num. 59.

Dominus domus tenetur de damno dato à familia, quia tenetur cuſtodire num. 60.

Hoſpes de ſubtractis ab hoſpicio tenetur num. 61.

Communitas non obligatur quaſi ex delicto alterius, ſed quaſi ex proprio propter negligentiam in non cuſtodiendo num. 62.

Damnum datum ab illis de villa præſumitur non ab exteris num. 63.

Præſumptio eſt, communitatem non ignorare delinquentē num. 64.

Maximè ſi occaſio aliqua vel cauſa iam anteceſſerit n. 65.

Neceſſitas non habet legem, ſed ipſa conſtituit legem, & facit licitum, quod aliàs eſſet illicitum num. 66.

Statutum, aut conſuetudo quando non ſint illicita, ſi repugnant iuri poſitiuo, vel naturali mutabili num. 67.

Occaſio ſola ſufficit ad Iuſtificationem ſtatuti num. 68. vel reſcripti, aut ordinis alicuius particularis nu. 69.

Statuta, quod vnus pro alio teneatur valent quoad pœnam pecuniariam, ſecus ſi de corporali ageretur nu. 70. & ſub num. 79.

Hoc ſtatutum eſt rationale ſub num. 70.

DECISIO V.

55 AN irrationabile, loiquum, iniuſtum
illicitum? Videtur quod ſic pereci-
tar. à Surd. Oſaſc. & alijs in ſuprad.
locis. Contrarium verius eſt, quia
rationes diximus in deciſ. 2. ſupra
56 num. 4. & ſeqq. † Et quod dicitur, huiuſmodi ſta-
tuta eſſe iniqua, & iniuſta procedit quando ſunt
ſine cauſa, vt ait Oſaſc. d. deciſ. 88. num. 25. didac.
57 verò d. c. 8. vbi ſub nu. 1. verſ. Tertia dicit † quod
lex humana poteſt in hoc imitari legem diuinam
ex manifeſtis cauſis, qua propter iuſtum eſſe ſta-
tutum dicit Bero. d. conſ. 213. nu 9. lib. 3. æquum
Bald. in auth. ſi quis non dicam rapere num. 10. C.
de Sacroſ. Eccleſ. & æquo iure ſubſiſtere Burſatt.
conſ. 222. nu. 8. lib. 2. Vbi id ea ratione aſſeuerat,
58 † quod metu pœnæ ad cuſtodiendos ſuos limites,
& diſtrictus homines inuitentur, vt omnibus tu-
tus à criminoſis pateat acceſſus, & ibi Iura allegat,
& gloſ. Monter. ad ſtat. Bonon. lib. 6. de emend.
59 damn. ad Rub. verſ. & vt benè. † Vbi æquum, &
iuſtum eſſe, vt vniuerſitas teneatur, ſi negligentia
poſſit imputari eidem, vt quia potuerit præuide-
re, & prouidere, & non præuiderit, & præuiſo non
60 prouiderit, cum potuerit, † exemplo Domini do-
mus, qui tenetur de damno dato à ſua familia,
quia tenetur cuſtodire domum ſuam ex l. fin. de of
fic. præfect. vigil. tot. tit. de his qui deiecer. vel ef-
fud. cum alijs iuribus ibid. citat. Similè poſſet af-
61 ferri exemplum † de Hoſpite, ex cuius hoſpitio ali
qua fuerint ſubtracta, vt per Rimin. ſen. conſ. 391.
per tot. lib. 2. vbi num. 13. ponit exemplum in vni-
62 uerſitate in termin. noſtris. † Item cenſetur iuſtū
quia non obligatur Communitas ſimpliciter qua-
ſi ex delicto alterius, ſed quaſi ex proprio propter
negligentiam in non cuſtodiendo abſque eo quod
ſciuerit, vel dolum commiſerit, quoniam poterat
ſcire, & prohibere, adhibendo diligētiam curam,
& cuſtodiam in Caſtro, eiuſque territorio, & di-
ſtrictu,

Digitized by Google

ſtrictu, vt ait Bero. in d. conſ. 213. ſub num. 9. lib. 3. & Burſat. in d. conſ. 59. num. 27. & 28. lib. 1. Et ſequitur Monter. in d. gloſ. col. 2. poſt med. vbi ſubdit per hanc rationem ceſſare plura obiecta, immo eſſe qui dicant, quod ſtatutum ſit iuſtum, honeſtū, & fauorabile, pro quo etiam faciunt præſumptio-
63 nes, quarum vna eſt †, datum fuiſſe potius ab eiſdem met de Villa, quam ab exteris ad l. ſi quis fundum, §. imperator, ff. locat. Cepol. conſ. crim. 18. col. 2. verſ. circa ſecundum, & ſubdit ibid. Mon-
64 teren. † Et altera, quod Communitas non ignorat delinquentem, vt not. ex Afflict. & Cepoll. Cae-
65 pan. in d. c. 375. nu. 11. par. 2. † Quæ præſumptiones eò magis vrgebunt, & ſtatutum, vel reſcriptū contra Villam, vel Commune magis, ac magis iuſtificabunt, ſi ipſimet de Villa in culpa aliqua antecedenti fuerint, quæ dederit cauſam edicto, vt
66 dici ſolet ex l. 1. ff. de poſtul. †, quia neceſſitas non habet legem, ſed ipſa conſtituit legem, & facit licitum, quod alias eſſet illicitum DD. in l. quæ propter neceſſitatem, ff. de reg. iur. ibiq; Dec. & in ſpecie D. Caball. d. caſ. crimin. 149. num. 12. Cent. 2.
67 † Nec ſtatutum, aut conſuetudo dicitur illicita, licet repugnet iuri poſitiuo, vel iuri naturali mutabili, quia ſtatutum, vel conſuetudo talia iura immutát, ſecus ſi ſtatutum, vel conſuetudo repugnarent iuri diuino, vel naturali, vel eſſet ſtatutum improbatum à iure, quia illud eſſet ſtatutum, vel conſuetudo irrationalis, quæ corruptela vocatur, ita diſtinguit Lap. allegat. 101. nume. 13. refert, & ſequitur Maſcard. de gener. ſtat. interpret. conclu. 2. nu. fin. Cuius exemplum inſigne eſt apud Oſaſcon. deciſ. 88. Videri præſertim ſub num. 13. verſ. prædictis tamen, & num. 14. & ſeqq. & nume. 26. verſ. vel poteſt, & nu. 27. & 32. Nam hic duæ cauſæ concurrunt, & publicæ vtilitatis ratio, & occa-
68 ſio antecedens motiua, † Quæ vel ſola ſufficeret ad iuſtificationē ſtatuti, vt late Tiraquel. de vtroq. retract. in præfat. num. 75. Oſaſc. deciſ. 17. nu. 7.
69 † Et multò magis ad iuſtificationem ordinis, ſeu reſcripti particularis, vt in caſu præd. Oſaſc. per ea quæ notat. Caball. reſol. Crim. Cent. 2. caſ. 149. vbi per tot. aliud non minus egregium exemplum, & plura de huiuſmodi ſtatutis, quod vnus pro alijs
70 teneatur, † & id quidem pœnam pecuniariam, non etiam corporalem, vt ibi num. 40. Vbi cæteros refert, quibus addo Didac. d. c. 8. d. nu. 7. lib. 2. Var. reſolut. denique, eſſe hoc ſtatutum rationale, dicit cum relatis add. ad ſelect. deciſ. Bonon. 147. verſ. de ſtatuti.

S V M M A R I V M.

An ſtatutum ſit Laudabile, vel Honeſtum num. 71.

DECISIO VI.

71 AN ſit laudabile, Barbat. inter conſ. Calcan. conſ. 66. nu. 1. dicit tollerabile, non laudabile, ſequitur Magon. deciſ. Flor. 123. nu. 1. Ferd. Vaſq. lib. 3. Controuer. illuſtr. & vſu freq. cap. 96. ſub nu. 14. circa fin. verſ. idem ergo dicendum Marſil. ſingul. 361. ſub princ. dictum fuit, quod aut cauſa non ſubeſt, & non eſt laudabile, aut ſubeſt, & eſt laudabile, & honeſtum D. Caball. reſol. crim. Cent. 1. caſ. 149. num. pen. & ad notat. mox ſupra, & pro cauſa inſeruire poteſt occaſio, vt in caſu d. Oſaſc. in loco mox citat. D. Caball. in loco ſuprà citato, quibus in caſibus verè laudabile iudicare ſtatutum, vel reſcriptum, maximè ex effectibus magnis, quos ſequutos vidimus, vt tempore Sixti V. Pontificis Maximi dum per huiuſmodi ordinationes Thurmas, & exercitus bannitorum deleuit tanta cum orbis terrarum vtilitate, & alia ſtatuta alijs poſſe eſſe laudabiliora, certum eſt, prout alij alijs magis cautè ſe gerūt in huiuſmodi materia, quam in rem notabilē ipſe animaduerti conſtitutionem Illuſtriſſimi Iuſtiniani apud Bonon. Rub. 18. per tot. ſanè videndam, imitandam, & laudabiliſſimam ad quam, &c.

S V M M A R I A.

An ſit fauorabile num. 72. & ſeqq.

Odioſum diſtinguitur, vel capiendo pro iniquo, vel aliter ſaluo iure communi, aut cum læſione, vel iuris communis ſimpliciter, vel iuris communis, id eſt regularum, & principiorum eius num. 73. & ſeqq.

Statutum dicitur odioſum, quatenus quis alterius ex deſto grauatur, quia id eſt contra regulas iuris num. 74.

Denominatio fit à principali in iudicando, an ſtatutum ſit fauorabile, vel odioſum num. 75.

Dicta ſtatuta eſſe principaliter odioſa, oſtenditur nume. 76. 77.

DECISIO VII.

72 AN ſit fauorabile? † videtur, quod ſic excitat. ſupra num. 9. E contra videtur, quod ſit odioſum, vt odioſum dicit Barbat. d. conſ. 17. num. 1. lib. 2. Alex. de Neuo conſ. 87. nu. 6. conſ. 88. num. 3. Bero. conſ. 213. nu. 2. lib. 3. odioſum, & rigoris plenum. Menoch. conſ. 27. nu. 56. lib. 1. & caſu 545. nu. 17. in tract. de arbitrar.
73 Diſtinguendum eſt de odio, nam quatenus pro prima ſignificatione odium capias pro iniquo, prout hos term. promiſcuè ponit Menoch. d. conſ. 271. nu. 9. aut iniuſto, ſeu irrationabili, vt Surd. d. conſ. 49. nu. 10. dictum fuit non eſſe odioſum, quia eſt iuſtum, & rationabile ad ſupra cit. num. 55. quid ſit eſſet odioſum irrationabile vid. Dec. conſ. 64. ſub nu. 6. Marſil. ſingul. 214. iuxta finem, verſ. dicit tamen. Quatenus verò odioſum pro ſecunda ſignificatione capias prout ſimpliciter opponitur fauorabili, id quod poteſt duplici modo fieri; primo, ſaluo iure communi, i. quando nō læditur in aliquo ius cōmune, ſed eſt ſubiecta materia ipſa, quę eſt, & dicitur odioſa, veluti dicimus ſtatuta odioſa, quæ pœnā continent, non odioſa, ſed fauorabilia, quia præmium, aut aliud, ad Oſian. in tract. de interpret. ſtat.

ſtat.nu.4.latè Camil.Gallin.in trac. de verb.ſignif.
lib.8.c.1.nu.30.& ſeqq.& lib.8.cap.7. Carpan. in
prælud.ad ſtatut. Mediol.nu.58. Maſcard. de gen.
ſtat.interpret.concluſ.4.ſub num.146.Secundo ve
ro modo ſi ſit in aliquo læſio iuris Communis, vt
in ſtatuto includente agnatos, & fęminas exclu-
dente, quod eſt contra regulas iuris communis,
quo nulla ſit perſonarum diſcretio in ſuccedendo,
iuxta l.;maximum vitium. C. de lib. præt. dictum
ergo fuit, ſtatutum huiuſmodi eſſe partim fauora-
bile, & partim odioſum, dicitur fauorabile, quia
74 publicam reſpicit vtilitatem, † dicitur odioſum,
quia non conuenit regulis iuris communis, quo
nemo debet alterius odio grauari, ad l. Sancimus.
C. de pęn. Farin.qq. Crimin. de delic. & pęn. q. 24.
in princ.& nu.193.195.ſub 203. & Did.var.reſol.
75 lib.2.cap.8. in princ.& num.1. † Verùm denomi-
natio fit à principali, nam ſi ſtatutum principaliter
ſit odioſum; Secundariò verò fauorabile erit odio-
ſum, ſicut & è contra.
76 † Id genus autē ſtatuta eſſe principaliter odioſa
ex eo datur intelligi, quia continent pęnam, quæ
ſui natura odioſa dicitur ad ſupra ſub nu.73. Item,
quia principaliter conſulunt indemnitati priuato-
rum eorum, ſcilicet, qui damnum paſſi ſunt cum
alterius iactura, licet ſecunderio intret vtilitas pu-
blica, quo caſu vtilitas publica non facit ſtatutum
fauorabile. Cephal.conſ.161. num.6.7.lib.2. cum
citat per Maſcard. de gener. ſtat.interpr.concluſ.4.
num.139.& 140.& ſub num.46. & ad nu.94. in
fra 77. Ideoque odioſum paſſim magis, quam fa-
uorabile dicunt Doctor. vt patet ex citat. ſupra
num.13.72.

S V M M A R I V M.

An ſit validum. num.78.

D E C I S I O VIII.

78 AN ſit validum, omnes † dicũt, quod
79 ſic. Oſaſc. deciſ.88. nu.18. Didac.
var.reſolut.lib.2.c.8.num.7. † vbi
quoad pęnam pecuniariam, non
autem quoad corporalem. Carp.
ad ſtat. Mediol. d.c.375.nu.6. An-
ton. Gabr. de iur. quæſi. non tollen. concluſ.2.nu.
18.verſ.4.amplia. Farinac.qq.Crimin.lib.1. tit.de
delict.& pæn.q.24.nu.150.cum ſeqq. vbi nu.189.
& 190. verſ. ſublimita ſecundo, intelligit quoad
pecuniariam tantum veram, & communem opi-
nionem ex ſupraſcriptorum teſtimonio. & alijs
relatis, dicit D. Caball.d.caſ.crim.149.num.18. &
gloſ. Monter ad ſtat. Bonon. de emendat. damn.
dat. in verb. de nocte colum.2. poſt princ. lib.6.

S V M M A R I A.

An ſit durum, vel rigoroſum num.80. & ſeqq.
Durum, rigoroſum, iniuſtum, iniquum, odioſum, hos termi-
nos confundunt Doctor. nu.81.
Non confundendi tamen propriè. num.85. & ſeqq.
Durum tametſi ſtatutum ſeruandum tamen. nu.82.
Non eſt inconueniens, quod quis grauetur ex facto alte-
rius, ſi ſubſit cauſa. nu.86.
Aliud duram eſſe legem, aliud iniquam, dura eſſe poteſt,
iniqua non poteſt. nu.87.
Non datur lex ſine ratione, ſi non iuris, æquitatis, tamen
vtilitatis, vel neceſſitatis ſaltem. nu.88.
Rigor ſeu duricies, eſt exceſſus quidam, vel auſteritas iu-
ris ſcripti, quæ propriè verificatur in actu ipſo diſpoſi-
to. nu.89.
Aequitas, vel iuſtitia, eſt cauſa huiuſmodi diſpoſitionis.
num.90.
Pecus ipſum ſuſpenſum, cum ipſamet fœmina, quæ ſeſe ei
immiſcuerat. nu.91.
Ex cauſa, ne tali flagitio contaminata, indignam refricet
facti memoriam. nu.92.

D E C I S I O IX.

80 AN durũ, vel † rigoroſum videtur quod
nõ, quia his vocibus nil aliud, quam
iniquũ, aut iniuſtum, aut odioſum vi-
81 detur indicari. † Nam hos terminos
confundunt DD. patet ex Surd.d.de-
ciſ.49.ſub nu.10.11. Menoch d.conſ.27.num.55.
56. in ſuperioribus autem probauimus, neque ini-
quum eſſe, neque iniuſtum, nec omnino odioſum.
82 Communis eſt in contrarium, nam durum vo-
cat, licet ſeruãdum Calcan.conſ.63. ſub num.4.
verſ. quia reſpondetur. in fin. Rol. de Curte in conſ.
83 64. ſeq ad Calcan. ſub num.12. in fin. princ. † vbi
idem dicit, rigoroſas conſtitutiones dicit Menoc.
84 caſ.345. ſub num.11. de arbitr. † rigoris plenum,
idem Men. in d.conſ.27.nu.55. Surd. d. deciſ. 49.
in fin. Gloſ. Mont. ad ſtat. Bonon. d. tit. de emend.
dam. in d. verb. de nocte col.2. verſ. & notum eſt.
Non obſtat quod Doctor. confundant hos ter-
85 minos, quia reſpõdetur, id fieri impropriè; † Cæ-
terum proprie conſiderando diuerſi ſunt, quod
enim quid poſſit dici rigoroſum, vel durum, non
86 per hoc tamen eſt iniquum, aut iniuſtum, † quia
non eſt inconueniens, quod quis grauetur ex facto
alterius, ſi id fiat ex cauſa, vt in ſpecie Crott. conſ.
87 6.num.15. lib.1. † & aliud eſt duram eſſe legem,
& aliud iniquam, dura, immo perdura eſſe poteſt
l. proſpexit, ff. qui, & à quibus, quam in hac ſpecie
citauit Calcan. d. conſ.63. ſub d. num.4. ſub d. verſ.
quia Reſp. & d. gloſ. Monter. ſub d. verſ. & notum
eſt, iniqua eſſe non poteſt l. 1. & ſeqq. ff. de legib.
88 † quia non poteſt dari lex ſine ratione, ſi non iu-
ris, æquitatis; vtilitatis, aut neceſſitatis ſaltem, vt
euidenter oſtendo in tract. meo reſolut. feudal. lib.
1.c.6.num.46.& ſeqq. vbi l. non omnium, ff. de le-
gib. declaro, vt cauendũ ſit à conſ. cuiuſdam Car-
lo. Sacc. 65. nu.1. inter Conſ. Calcan. dum duram
inquit eſſe legem, quæ eſt ſine ratione, quaſi aliqua
lex ſit ſine ea.
89 † Rigor ſeu duricies eſt exceſſus quidam, vel
auſteritas iuris ſcripti Marant. de ordin. Iud. par.4.
verſ. vt Iud. Mercat. ſub nu.162. quæ propriè ve-
rificatur

rificatur in actu ipſo diſpoſito.

90 † Aequitas, vel iuſtitia eſt cauſa huiuſmodi diſpoſitionis, dum ex cauſis, & circumſtantijs incidentibus, vel intercurrentibus etiam ad terrorem; ſic, vel ſic eſt aliquid diſponẽdum ad l. Pomponius de neg. geſt. l. non nunquam, ff. de iudic. l. aut facta de pœn. l. bonafides. vbi elegantiſſima ratiocinatio I. C. ff. depoſ. quo fit, vt durities eò maior appareat in aliquo conſtituendo, quo cauſa eſt ma-
91 ior, & delictum putà immanius †, Vnde, & pecus ipſum ſuſpenſum legitur cum ipſa fœmina, quæ ſe ei immiſcuit, profectò non poteſt non ſentire durities, quod belua ratione carens, & à culpa immunis, nec cauſam tormenti præſentiens ſuſpenda-
92 tur. † Verum cauſa ineſt, ſeu immanitas delicti, ſeu ne tali flagitio contaminata indignam refricet facti memoriam capit. mulier. 15. q. 5. Didac. qui alios citat in d. lib. 2. var. reſol. cap. 8. num. 1. & per tot. vbi alia.

S V M M A R I A.

Defenditur ex Iure communi opinio, quod ſtatuta talia ſint ſtrictè interpretanda num. 93. & ſeqq.

Vel quia conſiderent publicam vtilitatem ſecundariò nume. 94. vel quia tollerabilia num. 95.

Vel quia non omnimoda ſit æquitas, ſed rudis num. 96.

Vel quia dura, ſeu rigoroſa num. 97.

Vel quia contra regulas Iuris Communis num. 98.

DECISIO X.

93 AN ſit ſtrictè interpretandum diximus ex communi opinione, quod ſic, quæ quàm ſit iuridica ex prædictorum reſolutionibus reſultat,
94 † nam ex eo quia ſtatutum publicam vtilitatem conſiderat ſecundariò non principaliter, ideo ſtrictè interpretandũ dicit Carpan. in præludi. ad ſtat. Mediol. num. 223. Cephal. d. conſ. 161. nu. 6. & 7, lib. 2. Fulgoſ. conſ. 215. col. 2. verſ. cũ nanq; , cum alijs citat. per Maſcard. de Gener. ſtat. interpr. concl. 4. num. 140. &
95 ad num. 146. † Et ex eo quod dicatur tollerabile
96 Barbat. conſ. 17. ſub nu. 11. lib. 2. † Et ex eo, quod non omnino æquum, ſed eadem iniquitatem contineat, & quod ſufficiat occaſio aliqua antecedens ad iuſtificationem ſtatuti facit Vinc. de Franch.
97 in deciſ. 91. in fin. † Et ex eo, quia durum, & rigoroſum Menoch. d. caſu 145. ſub d. nu. 11. & 17. de
98 arb. iud. Surd. d. deciſ. 49. in fin. † Et ex eo, quia ſit contra ius commune, & odioſum, ſcilicet, (vt ipſe quidem ita intelligo) contra regulas iuris communis, & ideo, vt quanto minus fieri poſſit lædatur ius Commune Farin. d. q. 34. num. 195. 196. ſub 203. Vltra cit. num. 13. ſupra.

S V M M A R I A.

Interpretatur, quibus modis dicatur quid contra ius diuinum, vel humanum, & quomodo intret extenſio, vel non, ad conciliationem opinionum num. 99. 100. 101.

Villa non tenetur, ſi homines ſunt clauſi in Caſtrum. 102.

Non tenentur abſentes, infantes, infirmi, ſenes, quicquid in facto contrarium ſeruetur nu. 103.

Non tenetur Villa ad emendationem damni illati cum multitudine, cui reſiſti non poterat nu. 104.

Non currit tempus officiali, ſi adeo fuit occultum delictũ, quod facile ſciri non potuit, facta diligenti inquiſitione nu. 105.

Non tenetur Communitas ex delicto ſubito Commiſſo, quod præuideri non potuit num. 106.

Nec, quando malefactori facile fuit aufugere extra Territorium num. 107.

Nec, quando in loco eſſet ſuſpicio inimicorum. num. 108.

Fit remiſſio ad DD. circa alia contingibilia in hac materia, num. 109.

DECISIO XI.

99 PRo maiori prædictorum declaratione dic, aut quid eſt contra ius diuinum, & humanum regulare, aut contra ius diuinum, ſeu humanũ contra ordinarias regulas introductum, quod fit, quando, vel æquitas, vel vtilitas, vel neceſſitas faciunt recedere à iuris regulis ordinarijs, & Communibus: Primum recipit extẽſionem, & in his term. loquuntur lnecque leges, cum tribus ſeqq. ff. de legibus, alterum non recipit, & in his term. loquitur, l. quod verò, cum duab. legib. ſeqq. ff. eod. tit. vbi nota verba illa ſimul iuncta, *Rationem Iuris*, tam in d. l. quod verò, quam in l. in his: quaſi duplex ſit ratio, vna iuris, altera non iuris, & illa eſt, quæ eſt ſecundum regulas Communes iuris, hæc autem, quæ contra: vt hæc fuſius in tract. meo reſolut. feudalium lib. 1. capit. ſexto declaro. Et per hoc reſoluitur quod hæc ſtatuta ſint quidem contra ius Commune ſecundum vnum, & ſint Iuris Communis ſecundũ aliud, quia, & dantur caſus contra rationem Iuris, & tamen ſint iuris communis, iuxt. dd. leges, & ad l. proſpexit, ff. qui, & à quibus, quam in corpore iuris communis legimus. Sed cum hac differentia, quod regularia Iuris Communis latam interpretationem recipiant, irregularia verò non recipiãt, & dicantur odioſa, quia lædunt regulas, & prima principia Iuris Communis, debet autem ita interpretatio fieri, vt quanto minus fieri poſſit ius Cõmune, quoad huiuſmodi regulas, & propria principia lædatur, quæ propoſitio, & in ſtatutis noſtris verificatur per iam citat.

100 Ex prædictis infertur primo. † Conciliatio ad Doctores dicentes, alios quidem dicta ſtatuta eſſe conformia alios non conformia iuri communi, omnes benè dicunt ſecundum expoſitionem mox factam.

102 Item benè ſentire, qui dicunt, villam ad cuſtodiam de nocte obligatam non teneri, nec ſtatuto ligari, ſi homines eſſent clauſi in Caſtro, vt ait Barbat. in conſ. 17. nu. 10. 11. lib. 2. ſequitur Monter. ad ſtat. Bonon. tit. de emend. dam. in ver. de nocte col. 3.

col.3.paulò ant.fin.
103 † Item non teneri, ſeu non puniri abſentes, infantes, infirmos, ſenes, innocentes, ad Monteren. ibid. d. 3. col. ſub med. Farin.qq.Crim.de pœn. & del.q.24.num.200. Vbi tamen ſubdit, contrarium ſeruari de facto.
104 † Item non teneri villam ad emendationem damni illati cum multitudine, cui reſiſtere non poterat. Farin.ibid.num.203.aut tempore guerræ iuxt. Monter.d.col.3.poſt med. & prouidum ſanè Bonon. ſtatutũ. in eod. tit. § ſaluo quod tempore guerræ, Ratio illa per ipſoſmet cit. maximè Barb. & Farin. & alios cit.num. 13.vt minus lædant ius commune, & addi poſſet, quia aliter dicere ſape-
105 ret iniquitatem.† Nec curris tempus officiali, ſi adeo fuit occultum delictum, quod, facta diligenti inquiſitione, de eo non potuiſſet haberi notitia, aliàs ſecus. Seraph.da priuil. Iur. Priuil.4. num.fin.
106 † Sic nõ teneretur vniuerſitas; ſi eſſet delictum, ſic ſtatim commiſſum, quod præuideri, nec proui
107 uideri poſſet; † quando malefactori facile fuit
108 aufugere extra territorium; † quando in loco eſſet ſuſpicio inimicorum, quia homines non tenerentur accurrere. Maſcard.de probat.concl.1413. num.21.cum mille alijs, id genus continentibus, vel impoſſibilitatem, vel periculum, vel caſum improuiſum, aut quid tale, vbi onerare Communitates eſſet iniquitas manifeſta, adeo verum eſt, di-
109 cta ſtatuta in cauſis † quibuſdam eſſe fundata, ſine quibus aliter ſtatutum non fuiſſet. De quibus, & alijs pluribus contingibilibus, vltr. Farinac. & alios citat.in tota deciſione. vide Bonacoſ. in qq. ſtat.crimin. lit. D, Rub. de damn.dat. & Rub. de dam.& incend.clam dat. & in ver.villa, Marſil.de Bannit.in ver.villa, Boſſ.de captur.reor. nu. 41. & ſeqq. vt monet Farin.d.q.24. in fine. & nouiſſimè dec.Bon.137.& ibi add.copioſiſſima inter nouiter ſelect. per tot.excellentiſs. D. San.Loſe.de iur.vniuerſ.par.4.num.55.& ſeqq.Laus Deo.

SVMMARIA.

Inquiſitio eſt nulla ſuper ſola aſſertione querelantis, nullis receptis prius informationibus.num.1.

Dictum querelantis non eſt ſufficiens ad inquirendum. numero 2.

Etiam ſi Iudex procederet ex mero ſuo officio, & ad voluntatem ſuam, & ſecundum ſuam conſcientiam. numero 3.

Propter nullitatem inquiſitionis totus proceſſus eſt nullus. num.4.

Confeſsio delinquentis, vbi nulla eſt inquiſitio, non nocet. num.5.

Sola confeſsio, aliter non conſtito de delicto, non ſufficit ad condemnandum.nu.6.

Maximè ſi ſit qualificata.nu.7.

Obſeruantia communis optima legum interpres. numero 8.

Pendente termino, quieſcere debet Iudex.nu.9.

Qualitas, à ſtatuto requiſita, debet ſpecificè probari.numero 10.

Non ſolum delictum, ſed etiam qualitas, in accuſatione deducta, probanda eſt.nu.11.

Et prædictis non probatis, reus eſt abſoluendus. numero 12.

Laboratores in alieno, de mandato alterius nemine contradicente, pœnam non merentur.nu.13.& 15.

Teſti vnico deponenti de commiſsione ſibi, vel alteri facta creditur.nu.14.

Non debet impediri reus, qui cœpit examinare teſtes. ſub eodem.

Probationes ſunt ampliandæ, non coanguſtandæ. numero 16.

Reus eſt abſoluendus, ſaltem rebus ſic ſtantibus, quando fiſcus non probauit contra eum.nu.17.

DECISIO XII.

SVper ſimplici denuntia Biãchi Pieri, vnius ex Gubernatoribus villæ ad Rhodium, nullis alijs fiſco præſtitis, indicijs, vel probationibus, fuit formata inquiſitiu contra Dominicum Pieruccium, quod diſboſcauerit quædam bona d. Communia contra formam ſtatutorum ipſius, qui confeſſus eſt, vti laboratorem, & operarium conductum mercede à Peregrino Fridiani de Partigliano.

Et intra terminum ſibi aſſignatum, ad faciendum ſuas defenſiones, in quo cœperat examinari vnus teſtis, qui depoſuit, quod tanquam operarius diſboſcauit, & quod dicta bona non ſunt communalia, Dominus Iudex, à quo aperuit, & publicauit proceſſum, &, aſſignato iterum ipſi inquiſito tempore ſex dierum, ad faciendas defenſiones, tandem condemnauit ipſum inquiſitum in pœnam ſcutorum decem, & florenorum decem, Rota in appellatione dixit fruſtratoriè recurſũ, quia nulliter iudicatum.

Allegabatur per informantes inquiſiti.

Primo, quod præſens proceſſus eſt nullus, &
1 nulliter fabricatus, † quia inquiſitio fuit formata, & fundata ſuper ſimplici aſſertione querelantis, nullis prius receptis informationibus, ad inquirendum ſufficientibus, & ſic redditur inquiſitio nulla, iuxta latè tradita per Aret. de malef. in verbo hæc eſt quædam inquiſitio per tot. Clar.in prax.in
2 §. fin. q.10. in principio, † vbi affirmat, dictum querelantis, ſeu denunciantis, non eſſe ſufficiens ad inquirendum, ſed tantum ad ſumendum informationes, & eſt communis opinio DD. vt latè teſtatur Clar.in prax.q.5. verſ.ſcias etiam. Roland.
3 in conſil.17.nu.10.lib. 3. † quod procedit in quocunque delicto, etiam ſi iudex ex ſuo puro, & mero officio procederet, & haberet facultatem à ſtatuto, vel conſuetudine, vel aliter, procedendi liberè ad ſuam voluntatem, & ſecundum ſuam conſcientiam, vt, ex communi DD. ſententia plures congerendo, affirmat Hond.conſil.108. à num.9.
4 vſque ad 18.† & ideo, ſtante nullitate dictę inquiſitionis ex defectu ſubſtantiæ, redditur etiam nullus totus proceſſus ſubſequutus, vt tradit Bero. in

conſ.

Digitized by Google

conſ.167.num.15.lib.3.Rol.d.conſ.17.num.10.&
latiſſimè Hond. vbi ſupra,lib.1.

Nec obſtar confeſſio ipſius Dominici, quia, vl-
tra quod confeſſio fuit qualificata, & qualitates ne
gatæ,non ſueruut probatæ per denunciatoré,vel fi
5 ſcum, † eſt etiam indubitatũ de iure,quod, quan-
do inquiſitio fuit nulliter formata ex informationi
bus non præcedentibus, ſi inquiſitus confiteatur
delictum,talis confeſſio ei non nocet,nec ex cõfeſ-
ſione poteſt modo aliquo condemnari,& ſi condé-
netur, ſententia eſt ipſo iure nulla, vt habetur per
Angel.in conſ.175.addentes ad Aret.de Maleſic.in
verb.anno n.7.verſ.ité adde, Honded.d.conſ.108.
nu.19. & ſeq. Bero.d.conſ.167.& Rol.d.conſ.17.
vbi de cõmuni teſtantur. Et propterea cum,vt prę
citat. DD.affirmant, inquiſitio ex tali defectu nul-
la,nec ex confeſſione,vel ſubſequentibus probatio
nibus,conualidari poſſit,multò minus poterat con
demnari Dominicus appellans, cum nullæ proba-
tiones, vel informationes inquiſitionem pręceſſe-
6 rint,vel ſubſequutæ fuerint, † & ſola confeſſio,ali-
ter de delicto non conſtito,non ſufficit ad condem
nandum vulg.l.1. §.item,ff.ad Sillan.Boſſ.in tit.de
delict.n.1.& 16.Clar.in §.fin q.55.verſ.poteſt etiá
Rip.in l.4.§.hoc auté iudicium.n.78.ff.de dam.in-
7 fect.† maximè in confeſſione qualificata,vt in caſu
noſtro,quæ nunquá ad condemnationem eſt ſuffi-
ciẽs,vt tradit Alb.in c.auditis,n.32.de præſcr.latè
Aſſis.qui de cõmuni teſtatur,deciſ.Luc.19.per tot.

Sed Rota dicta fundamenta non attendit, quia
ex decreto anni 1572.poſito ad c.1.ſtatut.lib.4.po-
teſt formari inquiſitio ſuper ſimplici denuncia, &
8 ita ſe habet obſeruantia communis,† quę eſt opti-
ma legum interpres ad deciſ. noſtram Florent.28.
num.19. & ſeqq.

Secundo allegabatur, quod pendéte termino da
to ad faciendũ defenſiones, & probandum fuit per
Iudicem, à quo publicatus proceſſus,& lata ſenten
9 tia contrà vulgaré iuris regulam, † quod pendente
termino, vel dilatione iudicis officiũ conquieſcit,
& ſi quid fiat in tantum eſt nullum, vt, nec etiam
conſenſu partium,conualidari poſſit, vt plura iura,
& authoritates congerendo, & de communi atte-
ſtando trad.Gab.de dilat.concl.1.li.2. Lancell.de at
ten.p.2.c.7.per tot.

Tertio allegabatur,condénari non potuiſſe,quia
debebat probari qualitas,ab ipſis ſtatutis requiſita,
10 quod, ſ. bona eſſent Cõmunalia, † quia qualitas à
ſtatuto requiſita debet ſpecificè probari,adhoc, vt
habeat locũ ſtatuti diſpoſitio, Oſaſc.deciſ. Pedem.
88.n.6. Crau.cõſ.202.n.31.Rol.conſ.11.n.10.lib.3.
11 † & debet nó ſolum probari delictũ,ſed etiam qua
litas in accuſatione deducta Clar.in prax.q.66.ver-
12 ſic.ſed quid ſi pro parte, † quibus nõ probatis, in-
quiſitus eſt omnino abſoluẽdus.Bero.cõſ.169.n.23.
lib.3.& cõſ.170.n.6.eod.lib.quę qualitas fuit ab ap
pellãte negata,dum confeſſus fuit ſe diboſcaſſe, vti
operariũ Peregrini, & in bonis per ipſum Peregri-
num tentis, non autem ſuper bonis cõmunalibus.

Quarto, quia probauit, quod vti laborator, &
operarius Peregrini Fredianı de Pattigliano, fecit
cõtenta in inquiſitione, & de ipſius Peregrini mã-
13 dato, & commiſſione, † vnde ſuccedit regula. gl.
& ibi not. per DD.in l.in rem. §.tignum. ff. de rei
vend.quod, ſ. laboratores conducti de eo, quod fa-
ciunt de commiſſione conducentis nemine reſiſtẽ-
te, vel contradicẽte nullam pęnam merentur, quę
gloſ.eſt cõmuniter approbata, vt ibi dicunt DD.fa
cit l.pupillares,ff.de adm.tut.Bal in l.indicia, C.de
rei vendic.& in l.non eo minus.Vbi etiam Salic.C.
de accuſ Bar. in l.non ſolum,§.ſi mandati.ff.de in-
iur. Alex.conſ.36.num.1. & 2.lib.1.

Nec obſtat, quod probauerit per vnicum tantũ
teſtem,quia,cum teſtis deponat de cõmiſſione, ſi-
bi,& ipſi Dominico facta de diſboſcando bona prę
14 dicta,probat, † quia teſti vnico deponenti de com
miſſione ſibi, vel alteri facta creditur, vt per Alex.
in conſ.88.n.20.lib.5.Ruin.conſ.65.col.4.vol.5.&
Refert Gabr.de teſtibus concl.1.n.20. Rota appro
bauit fundamentum nullitatis proceſſus ex capite
publicationis factæ intra dilationem ad faciendas
defenſiones, maximè,quia inquiſitus cæperat exa-
minare,& teſtis examinatus depoſuit ſuper quali-
tate,vt ſupradictum eſt, quare non debuerat impe
diri examen, ſufficientius enim forte probata fuiſ-
ſet intentio rei, vnde, & à pęna excuſari potuiſſet
ad gloſ.& ibi adden.in d.l.in rem. §. tignum, de rei
15 vend. † & etiam quia, & ſi diſboſcaſſet in re verè
communali, & aliena, tamen cum id nemine con-
tradicente, & de alieno mandato feciſſet, veniebat
excuſandus, Alex.conſ.36.n.3.lib.7.nõ debebat er
16 go impediri in probationibus,† quæ ſunt amplian
dæ non coanguſtandæ l.quoniá multi,in fin. C.de
17 teſtib. Surd.deciſ.43.n.5. † Vltra quod in meritis
pro parte fiſci nihil pænitus fuit probatum de con-
tentis in denunciatione, vnde magis abſoluendus
videretur dictus inquiſitus,quam condemnandus,
ſaltem rebus ſic ſtantibus ad l.qui accuſare, C. de
eden. l.ei qui.de probat. Teſſ.deciſ.81.nu.1. deciſ.
122.num.13. d.Cabal. Caſ.crim.94.nu.8.& ſeqq.
per tot. Cent.1.

S V M M A R I A.

Venditio dicitur facta ad corpus,quãdo contrahentes cę perunt exprimere conceptũ animi ſui à corpore, n.1.

Aduerbium, videlicet, ſtat demonſtratiuè, ſecundum ſubiectam materiam, ad quam regulatur, num.2.

Aduerbium,videlicet,in dubio ſtat magis demonſtratiuè, quam reſtrictiuè, num.3.

Declara, vt num.14. & 43.

Falſa demonſtratio non vitiat, num.4.

Declara, num.42.

Acceſſorium ſequitur principale,num.5.

Declara vt num.44. & ſeqq.

Coquina dicitur à coquendo, num.6.

Quando poſt genus ſequitur enumeratio ſpecierum, genus ad ſpecies enumeratas reſtringitur, num.7.

Legatum certum corpus bonorum cum voce,videlicet,nominatis quibuſdam bonis,reſtringitur ad bona nominata, num.8.

Quando enumeratio ſpecierum à ſciente facta eſt taxa-

tionis gratia, & hoc conſtat, genus reſtringitur, nu.9.
Et dicitur cõſtare per verba, ideſt, videlicet, ſcilicet. n.10.
Scientia præſumitur ex qualitate facti, quod veriſimiliter in notitiam debet deuenire, n.11.
Et ex vicinitate, num.12. & in facto egregio, num.13.
Vbi deſignatur, in quo loco, in quo angulo, verbum videlicet, ſtat limitatiuè, num.14.
Idiotarum verba plano modo ſunt intelligenda, nu.15.
Expreſſis ſtandum eſt, num.16. & Conuentis. num.17.
Verba vniuerſalia, omnia bona infraſcripta, reſtringuntur ad infraſcripta nominata, n.18.
Vt venditio cenſeatur facta ad corpus, tria requiruntur, vt num.19.
Ex appoſitione confinium habetur certitudo, num.20.
Et hoc eſt fundamentum reſolutionis, num.21.
Deſignatio confinium dicitur eſſe declaratio loci, de quo fit mentio, num.22.
Vbi verba non conueniunt, nec diſpoſitio, num.23.
Deſtructo fundamento corruit ædificium, num.24.
An ad corpus, an ad menſuram venditum ſit, declaratur ex coniecturis, num.25.
Quælibet diſpoſitio ad caſum poſſibilem referenda eſt, num.26.
Generalitas, propter medium inhabile, non operatur, niſi in quantum poteſt, num 27.
Verba, bona, vt ſupra aſſignata, correſpondent membris venditis non corpori, num.28.
Verba ſunt earum, quæ ſunt in animo paſſionum notæ, num.29.
In Symbolum habentibus facilior eſt tranſitus, nu.30.
Per verba conformia declaratur aliquid volũtatis, n.31.
Vox, vt ſupra, eſt repetitiua præcedentium qualitatum, num. 32.
Repetitio oſtendit mentem contrahentium, magis premere in aliqua re, num.33.
Non eſt veriſimile, quæ principalia ſunt omitti, ſi ita voluiſſent contrahentes, num.34.
Quæ, ſpeciali nota digna ſunt, ſi omittantur, habentur pro omiſſis, num.35.
Qui vult emere, ſolet rem diligenter inſpicere, & contra eum fit interpretatio, num.36.
Verus intellectus eſt, quem rerum exitus verum eſſe demonſtrat, num.37.
Ex tollerantia præſumitur acquieſcentia, num.38.
Et ſi multi temporis intrat præſcriptio, num.39.
Etiam factis mens declaratur, num.40.
Ceſſante præſuppoſito, conſequentia ceſſat, num.41.
Eſt in facultate patrisfamilias totum ad partes reducere, ita quod partes totum quid ſint, num 44.
Citra mutationem ſubſtantiæ, num.45.
Pars fundi, rectè fundus appellatur, num.46.
Et pars præbendæ ab alia diuulſa, eſt præbenda, nu.47.
Idem eſt de partibus de per ſe, & de toto, num.48.
Aliud eſt ſi totum vendatur, & aliud ſi pars, & effectus num. 49.
Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, numero 50.
Series, ſeu ordo ſcripturæ, ordinem voluntatis demonſtrat, num.51.
Argumentum ab alluſione vocabuli arridet, ſed non concludit, num.52.
Argumentum ab ethymologia non valet, vbi repugnat communis vſus loquendi, num.13.
Non eſt curandum de vocabulo, vbi aliter conſtat de mente, num.54.
An ſuccumbens ex eiſdem actis, licet in prima obtinuerit, ſit in expenſis condemnandus, num.55.
Rota Lucenſis non ſolet condemnare in expenſis dictum ſuccumbentem, num 56.
Qui ſtylus debet à ſucceſſoribus in eadem rota ſeruari, num. 57.

DECISIO XIII.

ALoyſius Tinctor habuit à D. Mattia pro dote ſecundum (vt dicit ad verbum inſtrumentum anni 1585.) ſolarium, quod habet infraſcripta mẽbra, videlicet, ſalam, coquinam, & cameram, & ſalam paruam, vt vulgò dicitur, ſaletta, cum cellario in terreſtri ſubtus coquinam, cum anditu hoſtij curiæ, pro eundo ad dictum cellarium, vnius Domus, &c. cui cohærent & cet. in eodem ſolario eſt etiam vna coquinetta, & vna camereta, quas pretendit dictus Aloyſius eſſe partem dicti ſolarij, & eas poſt 20. annos, demum petijt à Nicolao Durantio earum poſſeſſore, & obtinuit primam ſententiam, quam tamen nos infirmauimus, eundem reum conuentum abſoluendo, vt in ſententia.

1 Ad fauorẽ dicti Aloyſij actoris dicebatur, quod contrahentes inceperunt explicare conceptum animi ſui à corpore, ideſt à dicto ſolario in quo ſunt dictæ camereta, & coquineta petitæ, quo caſu, quicquid intra illud corpus, & fines deſignatos cõtinetur, translatum cenſetur ex communi opinione authore Oldrad. conſ.197. Dec. conſ.347. nu.1. Socc. Sen. conſil.32. numero 1. verſ. aliquando, & quarto Socc. iun. conſ.42. num.6. lib.2. Pariſ. conſil.64. num.31.32. & per tot. lib.1. Gabr. conſ.64. num.4. lib.2. Surd. deciſ.64. per tot. Vbi ſub princ. dicit de veriori, à qua nemo deuiauit, & deciſ.275. ſub num.2.

2 † Item ponderabatur aduerbiũ, videlicet, adiectum poſt clauſulam, quod habet infraſcripta mẽbra, videlicet, ex quo datur intelligi ſtare demonſtratiuè, non reſtrictiuè, quia non eſt appoſitum cum voce illa ſolarium, videlicet, ſed cum dicta clauſula demonſtratiua membrorum contentorũ in dicto ſolario, Vnde, & ipſum aduerbium ſtet etiam demonſtratiuè ſecundum ſubiectam materiam, ad quam regulatur, iuxta Dec. in conſil 47.
3 num.4. verſic. non obſtat verbum videlicet, † & in dubio ſtat magis demonſtratiuè, quàm reſtrictiuè Crau. conſ.227. num.4. & 8. conſ.245. ſub numero 9. conſ.273. ſub num.9. Pariſ. conſ.52. nu.41.
4 lib.1. conſ.21. num.47. lib.2. † Vnde, licet non fuerint dictæ duę ſtantiæ demonſtratæ, falſa tamen demonſtratio non nocet l. ſi quis fundum. de actio. empt. l. falſa demonſtratio, & ibi Barr. ff. de condit. & demonſtrat. Socc. conſ.32. num.6. lib.4. Corn. conſ.59. lib.4. Dec. conſ.347. Socc. iun. conſ 42. ſub num.9. lib.2.

Tertiò dicebatur, ex teſtibus inſtrumẽtis, & ex oculari inſpectione conſtitiſſe, quod dd. ſtantię eſ-

ſent

ſent de pertinentijs, & partes d. ſecundi ſolarij, vn
de eſſemus in claris, ad l. cōtinuus, §. cū ita. de verb.
5 obli. † per regulā, qđ acceſſoriū ſequitur principale
c. acceſſoriū. de reg. iur. in 6. l. fructus. ff. de rei vēd.
Quartò, & vltimo dicebatur, eas ſtātias fuiſſe di
cto inſtrumēto nominatim comprehenſas, dū fuit
etiam coquina nominata, quæ alibi verificari ne-
quit, quā in coquina petita, quæ habet caminū ad
coquendum, non in alia à parte prætenſa, quia non
habet, nec habuit vnquā caminum, ſine quo coqui
6 nō poteſt, † & à coquēdo coquina dicitur, & quod
non habeat caminū expreſsè deponunt ipſimet te-
ſtes rei cōuenti ſuper ſecundo Interrogatorio, im-
mo verò, quod ſit ſimplex aditus, & pro aditu in-
ſeruiat ingredientibus aulā, deponit magiſter Her
cules Faber murarius. Quartus teſtis actoris ſuper
3. interrogatorio, dicens loquendo de ſecundo ſo-
lario, che ci è ſala, ſaletta, camera, cucina, l'andrio-
ne d'andare in ſala. &c.
Quibus tamen minimè mouentibus, ſtetimus
in reſoluta abſolutione, quia nobis viſum fuit, ſatis
clarè contrahentes indicaſſe eius mentis nō fuiſſe,
vt dictę camereta, & coquineta cōprehenderētur;
etenim cōſideratum fuit, dictū ſecundum ſolariū
eſſe, vti, vel totū quid, vel uti genus, quod continet
7 ſub ſe plures, vel partes, vel ſpecies, † quando verò
poſt genus ſequitur enumeratio ſpecierū, vt in hoc
caſu, tunc genus ad huiuſmodi ſpecies enumeratas
reſtringitur, l. ea tamen adiectio. de leg. 3. l. habita-
tio. §. ſed ſi non adijciatur, ff. pro ſocio Bart. in l. cū
ita 33. §. in fideicōm. n. 1. de leg. 2. Pern. cōſ. 7. & 10
Iſern. in §. bis verò. de grad. ſucceſſ. in feud. Abb.
conſ. 3. q. 3. vol. 2. reſoluere videtur dictū Corn. in
cōſ. 195. n. 4. li. 3. quē retulit Menoc. in cōſ. 706. ſub
8 n. 10. lib. 8. † cum dixit, quod ſi legatū ſit certū cor
pus bonorum, deinde, adiecta hac dictione, videli-
cet, exprimantur certa tantū bona particularia ad
ea tantū nominatim expreſſa legatū reſtringitur;
Item etiā fortius hoc reſoluere viſum eſt aliud di-
ctū Bart. in l. quæ ſitū, §. ſi quis fundum, q. 3. nu. 25.
verſ. aut fuit facta enumeratio. ff. de fund. Inſtr. in-
ſtrum. leg. Ruin. cōſ. 45. n. 13. lib. 1. quos retulit, &
ſequutus eſt Menoch. in conſ. 1041. ſub n. 10. verſ.
9 quinto Ruin. lib. 11. † cū dixit, quod quando dinu
meratio ſpecierū à ſciente facta eſt taxationis gra-
tia, & hoc conſtat, quod tunc ſignificatio generis
10 minuitur l. legata. in 1. Reſp. ff. de ſuppell. leg. † &
tunc dicitur conſtare (ſubijciunt Bart. Ruin. & ex
eis Menoc.) quando appoſita fuit dictio, i. vel vide-
licet, vel ſcilicet, & ad Pariſ. de ſciente, conſ. 64. nu.
41. lib. 1. Addebatur in noſtro caſu, quod d. Nicol.
rens cōuentus tēpore d. aſſignationis habebat ibid.
vnum telare, vt dixit 7. teſtis ad 5. Interrogatoriū à
nobis viſum, & lectū in proprio originali cū in co-
pia eſſet error, & loco Nicolai legeretur Aloyſius.
11 † Vnde ſciuit, quia ſcientia præſumitur ex qualita-
te facti, quod veriſimiliter in notitiā debet deueni-
12 re Crau. cōſ. 168. n. 5. † & ex vicinitate, vt per Ma-
13 ſcar. de prob. concl. 1293. in ver. ſcientia, † & in
facto egregio, vt ſunt hic duæ illę ſtantiæ Maſcard.
concluſ. 638. num. 22. & ſeqq.
14 † Reſoluere etiam videtur dictum Socc. ſen. in
ba

conſ. 37. ſub num. 3. vol. 4. à contrario ſenſu; quia
in caſu noſtro fuit, in quo loco, & in quo angulo ex
preſſim declaratum, & ideo verbum, videlicet, ſtat
ad limitationem præcedentium, & eò magis eſt ac
cipiendus intellectus in hunc modū, quia eſt intel-
lectus naturalis, & planus, & ſecundum qualitatē
15 perſonarum, † quæ cum ſint idiotę, non eſt veriſi-
mile, quod aliud voluerint, quam quod tenor ver-
borum merè ſonat l. ſi chorus de leg. 3.
Et concludebatur ex prędictis, nos eſſe in claris,
& in voluntate contrahentium exprimente ſigilla-
tim quid, quale, & quantū datum eſſe voluerunt,
16 † & expreſſis eſt ſtandū Crau. conſ. 134. n. 44. Ca-
17 putaq. deciſ. 28. nu. 3. par. 1. † & conuentis pręciſè
l. ſtipulationū, l. vbi autem l. quicquid aſtringendę,
ff. de verb. oblig. & in fortioribus terminis, in clau-
18 ſula, oīa bona infraſcripta, † quod illa vox vniuer-
ſalis reſtringatur ad infraſcripta tantū, & verba eſ-
ſe clara, nec ab eis eſſe recedēdum, dicit Corn. d. cō
ſil. 195. ſub d. n. 4. verſ. tamen non obſtantib. lib. 3.
Et hæc veritas, ex reſponſione ad contraria, ma
gis eluceſcet.
Ad primum enim reſpondetur, primò, nō bene
19 terminos applicari, † quia adhoc, vt venditio cēſea
tur facta ad corpus, ita quod totum cōtineatur tria
requiruntur, vnitas pretij, quod confines fuerint
deſignati, & quod inceptū ſit à corpore, in quibus
tota conſideratio conſiſtit, vt ait Pariſ. conſ. 64. n.
20 63. lib. 1. † & patet ex ratione adiecta, quatenus di
cunt, ideo numerū vel menſuram, ſtare tm̄ demon
ſtratiuè, & ea non attendi quia ex appoſitione con
finium habetur certitudo rei venditę, capiendo cō
fines claros, & diſcurrendo iuxta illorum rectitudi
nem per lineam, vt conſiderat Bart. in tract. Tybe-
riad. in 1. p. in 30. figura, ſequitur Pariſ. d. conſ. 64.
21 n. 68. lib. 1. † & eſt fundamentum huius reſolutio-
nis, vt patet ex Soc. ſen. in conſ. 32. ſub n. 1. verſ. ali-
quando, & 4. lib. 2. Pariſ. d. conſ. 64. paſſim, vltra lo
cos præcit. vt ſub n. 6. & ſeqq. ſub n. 31. 33. 58. 59.
Bald. ad Rub. C. de contrab. empt. n. 45. Surd. deciſ.
64. ſub n. 5. & ſeqq. deciſ. 257. ſub n. 2. Ruin. conſ.
22 83. ſub n. 2. lib. 1. † Vbi, quod dicta deſignatio con
finium, dicitur eſſe declaratio illius periæ terræ, de
qua fuit facta mentio, &c. Vt ibi per eum. Hæc au
tem non verificantur in caſu noſtro, quia cōfines
non fuerunt appoſiti ipſi corpori vendito, ſ. ipſi ſo
lario, ſed domui ipſi, in qua eſt non ſolum illud ſo-
23 larium, ſed etiam alia, † quare, vbi non conueniūt
verba, nec diſpoſitio l. 4. §. totiens, de damn. infect.
venire verò totam domum confinatam abſurdum
eſt dicere, nec pars ipſa tale quid vnquam pręten-
24 dit, † & ſequitur, quod deſtructo fundamento cor
ruit ædificium totum c. cum Paulus. 3. q. 1. quod ſo
lum ſufficeret pro victoria rei, citra aliam reſpon-
ſionem ad alia contraria.
Sed pro maiori declaratione adijcitur, quod ex
coniecturis adhuc intentio actoris manifeſtè exclu
25 ditur, † quas in materia hac eſſe attendendas dicit
Didac. Couarr. eum cit. pract. quæſt. cap. 3. ſub nu-
mero 3. verſ. hæc verò.
Prima cōiectura ſe offert ex lectura eiuſdem in-
ſtrumēti, quo dicta aſſignatio facta fuit, quatenus,

pro eundo ad ſecundum ſolarium venditum, adeſ-
ſet vna ſcala conſueta, & ordinaria, & per hāc con
ceſſus fuit aditus ad d. ſolarium, pro eundo autem
ad d. coquinetam, & cameretam, dicta ſcala nō in-
ſeruiebat, ſed alia particularis, quare, cū aditus per
dictam ſcalam conceſſam ſit impoſſibilis ad d. ca-
meretam, & coquinetam, non eſt veriſimile quod
26 eūe de huiuſmodi intellexerint cōtrahentes, † quia
quælibet diſpoſitio ad ſenſum poſſibilē referenda
eſt, vt in deciſ. noſtra aſſecurationis Flor. 1. num.
27 76. † & generalitas propter medium inhabile non
operatur, niſi in quantū poteſt l. ſi de certa, C. de trā
ſact. Euerard. in loco à Generalit. ſub princ. vt hic,
in quantum poteſt iri per ſcalas conceſſas, & non
vltra, vnde animaduerſum fuit, quod d. Nicolaus
reus cōuentus locauit eidē Aloyſio actori d. came-
retā, & coquinetam, & quod ob hoc fuit factū no-
uum hoſtiū à parte d. Aloyſij. pro intrādo in dictas
ſtantiolas cōductas qui quidē actus poſitiuus valde
præcedētia declarat, vt infra dicetur n. 37. & ſeqq.

Secunda coniectura deſumebatur ex verbis ip-
ſis, quatenus cōtrahentes repetere ſoliti ſunt verba
bona, vt ſupra aſſignata, nō autem ſolariū vt ſupra
28 aſſignatū, † dicta enim verba bona ſimbolizant cū
numero ipſo ſtantiarū enunciatarū, ad quas veriſi-
milius mens dirigebatur, quā ad ſolariū ipſum to-
29 tū, † verba. n. ſunt earū, quæ ſunt in animo paſſio-
30 nū notæ l. labeo. 7. ff. de ſupell. leg. † & in Symbolū
habentibus facilior eſt trāſitus l. an inutilis. §. acce-
ptilatio. ff. de acceptil. D. Mortr. Reſp. 30. nu. 16.
31 † & per hoc oppoſitū volūtas huiuſmodi videtur,
neſcio quid amplius declarari, ad l. ſi. in fin. cū gloſ.
fin. ff. de trit. & ol. legat. l. nā quod. § fin. ff. de pęn. le
32 gat. † Vltrà etiā vocem, vt ſupra, quę eſt repetitiua
præcedentiū qualitatum, Surd. deciſ. 269. n. 19. &
33 quod dd. verba ſūt ſæpius repetita, † quæ repetitio
mentem contrahentium in idē magis premere de-
monſtrat, l. Baliſta. cū ibi notat. ad Trebell. Decius.
conſ. 500. nu. 3. in fin. Alex. conſ. 92. num. 2. lib. 7.
34 † Tertia cōiectura fuit, quia, cū d. coquineta, &
camereta eſſent de mēbris magis principalibus, nō
eſt veriſimile, quod ſi ad eas voluntas ſe extēdiſſet,
quod fuiſſet omiſſum, præſertim cū alia minoris lō
gè momenti expreſſa fuerint ad l. vnic. §. ſin autē ad
deficiētis. C. de cad. toll. Oſaſc. cōſ. 68. n. 43. ad fin.
Crau. cōſ. 989. n. 12. Menoc. præſ. 110. ſub n. 4. li. 4.
35 † & quæ ſpeciali nota digna ſunt, ſi omittātur, ha-
bētur pro omiſſis l. apud Labeon. 15. §. ait prǣt. ff. de
iur. iur. Oſaſ. dec. 23 0. 43. Nat. cōſ. 382. ſub n. 15.

Quarta cōiectura deducitur à cōiter accidentib.
quia, antequā quid acquiratur, ſolet videri, recide-
ri, & viſitari, quod fortius procedit, vbi facilè om-
36 nia videri potuerunt, nec erat aliquid latens, † quo
caſu contra eū fit in dubio interpretatio Natt. cōſ.
267. n. 3. Onded. conſ. 30. n. 31. lib. 1. cū alijs in ma-
teria per me de interpret. inueſtit. c. 2. grad. vlt. ob-
ſer. 1. nu. 21. & ſeqq. & ante per num. anteced. 5. &
vltima, & omnium potiſſima ad hanc veritatē fun
dandā, coniectura conſiſtit in factis ſubſequutis,
37 † quia verus intellectus eſt ille, quē effectus, & re-
rū exitus verum eſſe demōſtrat, vt in deciſ. noſtra
Luc. 14. n. 14. quia d. Aloyſius dictarū tantum ſtan
tiarum, & bonorū ſtatim poſſeſſionē apprehendit,
38 & vlterius per 20. annos, & vltra tacuit, † & tolle-
rauit, nec vnquā de tali re quicquā conqueſtus eſt,
vel reclamauit, vt in propoſito, ita arguit Pariſ.
39 d. conſ. 64. n. 48. ſub 68. & nu. fin. † Vbi etiā dicit,
obſtare præſcriptionē lib. 1. Socc. ſen. conſ. 32. in
fio. lib. 4. Ruin. cōſ. 83. ſub n. 6. verſ. prætereà, & 2.
lib. 1. Socc. iun. cōſ. 42. nu. 11. Ad fin. & nu. 12. 13.
40 † Vbi, quod nō ſolum verbis, ſed etiā factis mens
declaratur, & ex his quæ paulo poſt ſequūtur, quæ
mens à principio fuerit intelligitur lib. 2. Immo idē
Aloyſius ab eodem Nicolao conduxit eaſdem ſtan
tias, & eum in dominium recognouit ad ſupra nu
mero 11. & ſeqq. & ſub num. 27.

Ad ſecundum obiectum Reſpōdetur, illud eua-
neſcere ex dictis ſup. verſ. & hęc veritas, quia, quod
demonſtratio falſa nō vitiet, ſupponit aliunde con
41 ſtare de corpore putà ex cōfinibus. † quod ſuppoſi
tū cum ceſſet, ceſſat, & id omne, quod ex eo conſe
qui prętenditur, ad dicta in alia deciſ. noſtra Flor.
42 48. num. 4. & 5. † & Bart. in dicta l. demonſtratio
falſa vult, quod venditor teneatur ex falſa demon-
ſtratione, quando falſitas cōſiſtit in ſubſtātia. puta
in re, vel in precio, ſed nō eſt falſitas in ſubſtantia,
ſi non totū, ſed pars tantū certi numeri vendatur,
vt per Socc. ſen. d. conſ. 32. n. 2. iuncto ſub num. 1.
verſ. confirmatur iſta per tot. lib. 4. & eadē ratione
non obſtaret, ſi verbū, videlicet, ſtaret demōſtrati-
43 uè; † vltrà quod negatur. ſtare demonſtratiuè, ſed
limitatiuè ex diſtinct. ad Menoch. in d. cōſ. 706. ſub
n. 11. lib. 8. vbi quando in expoſitione idē eſt, quod
in vocabulo expoſito, tunc habeat vim demōſtran
di, & quando minus tunc habeat vim limitandi, vt
in caſu noſtro. dū non omnes ſtantiæ expoſitæ fue-
rūt, quæ in vocabulo ſolarij expoſitæ cōtinebātur.

Ad tertium obiectū Reſpondetur, neu negari,
quin d. Camereta, & coquineta eſſent ante aſſigna
tionē de pertinentijs ſolarij. & etiam partem eiuſ-
dē, ſed hoc negamus hodie poſt d. aſſignationem,
44 † quia eſt in facultate patrisfamilias deſtinatio-
ne propria diuidere totū, & in partes reducere, ita
quod ſingulæ partes pro toto habeantur l. rectè dici-
45 mus. ff. de verb. ſign. † citra mutationē ſubſtantiæ
46 rei l. naturalē, §. apiū de acq. rer. Domin. † ſic pars
fundi rectè fundus appellatur l. planè 34. §. fin. de
47 leg. 1. † & pars Præbendę ab alia maiori pręb enda
diuulſa, eſt præben. Io. Monac. in c. 27. n. 3. de pręb.
48 in 6. † & ſic cenſeri debet de qualibet parte de per
ſe, ac quod de ambabus, quando ſimul vnitæ erant
l. ſi ead. 3. ff de off. aſſeſſ. Prob. ad Io. Monac ad d. c.
27. n. 6. & 7. de præb. in 6. & in propoſito Soc. ſen.
49 d. cōſ. 32. ſub d. n. 1. lib. 4. † Vbi aliud, ſi totum ven
datur, & aliud, ſi pars, & Pariſ. d. conſ. 64. ſub n. 68.
verſ. pręterea lib. 1. vbi defendit, venditionē ad cor
pus factā cenſeri, non ad mēſuram, quod vno caſu
fuit vendita pars tantum, & alio totum, vnde nulla
adſit contrarietas declarādo in ſpecie Soc. iun. d. cōſ.
32. vt ibi per eū, & vtrunque eſſe poteſt, quod d. ca-
mereta, & coquineta ſūt pars dicti ſolarij. & quod
50 non habeantur, vt pars per ſeparationē. † quare co
probat hoc eſſe, qd ab hoc corrigi, probeſſe, l. in ſi bis
C. vnde legit. & in propoſito Sur. cōſ. 366. n. 24. l. 3.

Ad

Digitized by Google

Ad quartum & vltimum Reſpondetur, ordinẽ
litteræ tollere difficultatem, quatenus dictum fuit,
ſalam, coquinam, &c. Coquinam, ſcilicet ſalæ, cui
adhæret contiguam, non aliam coquinetam, & ca
meretam alijs ſtantijs interiacentibus longè diſtã-
51 tem, † ſeries enim, ſeu ordo ſcripturæ huiuſmo-
di, ordinem voluntatis demonſtrat, Bal. poſt tex. in
l. quoties, ff. de vſufr. l. generaliter, §. quod ſi lega-
tum, & ibi gloſſ. ff. de fideicom. libert. tex. & gloſſ.
in c. mandato de præb. in 6. l. 5. de manumiſſ. teſt.
ad l. cum ita 33. §. in fideicommiſſ. de leg. 2. Prob.
ad Monac. in c. licet 4. ſub num. 2. cum ſeqq. de ſe-
pultur. in 6.

Nec obſtat, quod coquina iuxta ſalam non ſit
coquina, quia coquina dicatur à coquendo, &
52 ipſa non habet caminum ad coquendum, † nam
hoc argumentum ab alluſione vocabuli arridet
quidem, ſed non concludit ad l. Tabernæ. 183.
de verb. ſign. l. fin. §. pen. ad Municip. Signor. conſ.
70. nu. 3. nam cum placuerit nominare ſic dictam
53 coquinã, & mos eſſet, ita nominandi, † non valet
dictum argumentũ ab ethymologia, vbi repugnat
cõmunis vſus loquendi Albert. in l. 2. §. appellata,
n. 2. ff. ſi cert. pet. Euer. in loco ab ethymol. nu. 20.
54 † & præterea cum ex prædictis, & expreſſim, &
tacitè per coniecturas conſtet, dictas cameretam,
& coquinetam non cõtineri in dicta aſſignatione,
non eſt curandum de vocabulo l. ſi quis in fundi vo
cabulo; & ibi gloſ. 2. ff. de leg. 1. Alex. conſ. 8. nu. 4.
libro 4.

55 Partes autem ab expenſis abſoluimus, † quia
quicquid ſuccumbens ex eiſdem actis, licet obti-
nuerit in prima, in expenſis condemnandus videa-
tur, ex Veral. deciſ. 179. deciſ. 340. par. 1. deciſ. 142.
par. 3. Guid. pap. q. 436. num. 8. 9. & q. 137. Capell.
Tholoſ. deciſ. 222. apud quos de pluribus præiudi-
56 cijs conſtat † tamen hanc opinionem Rota hæc
nunquam fuit ſecuta, ſed ſemper abſoluit ab ex-
57 penſis, † Ideo, & nos per l. minimè, ff. de legib. &
per Menoch. conſ. 633. num. 15. lib. 7. & rectus eſt
hic vſus Rotę, quia contraria opinio, quod non ſit
condemnandus dicitur communis ſacroſancta, &
veriſſima per Viu. dec. 47. ſub nu. 5. & ſeqq. ſequi-
tur, & veriorem dicit Barz. dec. bon. 113. in fin. ex
quibus &c. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Inſtrumentum diuiſionis probat dominium inter partes, & earum ſucceſſores, num. 1. & 2.
Diuidentes inuicem ſibi de euictione tenentur, num. 3.
Ex poſſeſſione totius, etiam pars poſſidetur num. 4. & 9.
Poſſeſſio authoris in ſucceſſorem continuatur, nu. 5. & 8.
Et præſumitur continuata, num. 6.
Etiam naturaliter, & ciuiliter, num. 7.
Nemo cogitur laborare, vel quid facere in ſuo, nu. 10.
Non amittitur poſſeſſio, ſi non vtatur, dummodo corpore inſiſtat, num 11.
Sufficit totam partem poſſideri, vt aliqua pars cenſeatur poſſeſſa, num. 12.
Ex obſeruantia ſubſequuta, dubietas præcedentis diſpoſitionis tollitur, num. 13.
Verus intellectus eſt, quem effectus, & rerum exitus verum eſſe demonſtrat, num. 14.
Ferre debet quiſque legem, quam ipſe tulerit, num. 15.
Non minus facto, quam verbo voluntas declaratur, n. 16
Imo melius factis, quam verbis, num. 17.
Ceſſante cauſa ceſſat effectus, num. 18.
Appropriatio facile præſumitur, vbi aliàs res remaneret inutilis, num. 19.
Inæqualitas inter fratres eſſe non debet, num. 20.
Eſt contra æquitatem, vt vnus in damno, alter in lucro verſetur, num. 21.
Ex diuiſione non debet reſultare diſproportio, ſed congruitas, num. 22.
Vna, & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri, nu. 23.
A primordio tituli poſterior formatur euentus, nu. 24.
Ab originali cauſa ſubſequentia interpretationem ſumunt, num. 25.
In ſymbolizantibus facilis eſt tranſitus, num. 26.
Nemo cogitur ſtare in communione ſub eodem.
Teſtis, ab vtraque parte productus, eſt omni exceptione maior, num. 27.
Cui creditur, & magis, ſi ſit adminiculatus cum alijs, num. 28.
Etiam ſi de credulitate, vel ſuo iudicio deponat, n. 29.
Etiam ſi fuerit productus in parte, & partibus, nu. 30. maximè, quando reddit rationem, num. 31.
Annexum alteri dicitur de eius pertinentijs, nu. 32. 35.
Teſti veriſimilia deponenti magis creditur, nu. 33.
De pertinentijs ea dicuntur, quæ ſunt deſtinata ad rei vſum, num. 34.
Et quæ ei ſunt coniuncta, niſi ſpecialiter fuerint excepta, num. 35.
Signa, quæ in parietibus, prout dicuntur eſſe ſigna domini, num. 36.
Eius eſt locus, cuius eſt aditus ad eum, num. 37.
Declara in additamentis, idèſt in his, quæ ſunt extra parietes, aliàs non, num. 38. & ſeqq.
Ceſſante ratione legis ceſſat, & eius diſpoſitio, num. 39.
Inducta in vnum finem, diuerſum effectum operari non debent, num. 40.
Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem, num. 41.
Omnia à fine, ad quem diriguntur, regulantur, num. 42.
Aduentitius caſus rei naturam non immutat, nu. 43.
Aer impediri non poteſt, & aer eius eſt, cuius eſt, & ſolum, num. 44.
Declara vt num. 45. & ſeqq.
Aerem, qui dicit, quid commune omnium fatetur, n. 45. qui impediri non poteſt, num. 46.
Quiſque poteſt in ſuo facere quodlibet, num. 47.
Priuatio præſuppouit habitum, num. 48.
Aeris non impediendi ratio ceſſat ex cauſa, num. 49.
Quælibet diſpoſitio intelligitur, rebus ſic ſtantibus, numero 50.
Ad diuiſionem inducendam quantum tempus requiratur, num. 51.
Ad præſcriptionem rei communis inducendam tria requiruntur, num. 52.
Primo curſus triginta annorum ſub eod.
Secundo probatio initij, & finis cuiuslibet decennij numero 53.

Inueniri poteſt, quod fecerit dormire præſcriptionem, num. 54.

Tertiò, requiritur actualis poſſeſſio, num. 55.

Tantum cenſetur præſcriptum, quantum poſſeſſum, numero 56.

Commoditas inſpiciendi non præbet poſſeſſionem, niſi ſequatur traditio, num. 57.

Vel actus corporalis, num. 58.

Sine poſſeſſione nulla currit præſcriptio, etiam per mille annos, num. 59.

Præſcriptionem iurium allegans, debet probare, nu. 60.

Non præſumitur quis vſus iure ſuo in incorporalibus, niſi, vt num. 60. 61. 62.

Ius canonicum, cui ſtandum eſt, prohibet omnem præſcriptionem cum mala fide, num. 63.

Nec ſucceſſores ex propria perſona præſcribere poſſunt, num. 64.

DECISIO XIV.

IN Domo communi fratrum de Nerijs adeſt tubus quidam per modum Putei; & ad Puteum ab initio deſtinatus, nunquam tamẽ ad Puteum actu redactus. In diuiſione fratrum vni obtigit pars intermedia domus cum pertinentijs alteri extremę, idest ſuprema, & infima cum pertinentijs, ſcalis, & quibuſdam alijs in communione relictis, de tubo in ſpecie nihil fuit expreſſum: qui habuit partes ſupremas, & infimas, prætendit totum rubũ, quia à ſola parte ſua ſit aditus, pro in eum ingrediendo; orſuccio alterius ſucceſſore prætendente, tubum, in quantum tangit partem intermediam ſibi obuẽtam, tanquam de pertinentijs, ſuum eſſe, & obtinuit prædictam ſententiam, quam excellentiſſimi alij Domini mei reformarunt in hunc modũ, quod nihil noui fiat hinc inde, & factum reſtituatur, donec aliter fuerit ordinatum, ſaluo iure dictis partibus, prout melius in alio iudicio, Ego verò ſimpliciter confirmaui, & fuit meum votum poſtea confirmatum, & executum.

Conſideraui enim, conſtare de Dominio actoris, tum ex titulo habito ab altero ex dictis fratribus authore ſuo, tum ex inſtrumento diuiſionis
1 inter dd. fratres, † per quod probatur Dominiũ, maximè inter eaſdem partes, Curt. Iun. conſ. 118. num. 28. & 31. vol 2. Maſcard. de probat. concluſ.
2 541. num. 115. † & etiam inter earum ſucceſſores Crau. conſ. 19. in prin. & nu. 1. & in hoc non erat difficultas, quia ambæ partes fatebantur, domum Cõmunem antiquitus, & nouam in præſentiarũ
3 diuiſionem ad Maſcard. concluſ. 536. num. 2. † in tantum, quod viciſſim ſibi de euictione quilibet teneatur DD. in l. qui Romæ, §. duo fratres. vbi Bar. in 10. q ff. de verb. oblig. Decian. conſ. 55. num. 81. lib. 1. Menoch. conſ. 91. nu. 23. lib. 1. Hier. de Monte de finib. cap. 2. nu. 7. Gomez. de empt. & vendit. nu. 33. verſ. 6. Surd. conſ. 311. nu. 26. vbi tamen limitat. & conſ. 67. num. 7. Vbi Vide.

Et etiam conſtare de poſſeſſione dd. fratrum antiqua, pro indiuiſo, totius Domus, & de noua poſſeſſione, quoad partes diuiſas, & conſequenter, quoad tubum, de quo in actis, cum tubus ſit in do-
4 mo, vt pars in toto, † & ex poſſeſſione totius, etiã pars dicitur poſſideri per l. qui vniuerſas, ff. de acquir. poſſeſſ. l. eum qui ædes, ff. de vſucap. l. in rem 23. §. item quæcunque, in fin. & § fin. in term. do-
5 mus, ad fin. §. ff. de rei vindic. † quę propterea poſſeſſio, etiam in ſucceſſorem continuatur per l. Põponius. §. 1. cum ſeqq. ff. de acquir. poſſeſs. Vult. de feud. lib. 1. c. 9 num 13. in fin. Vueſemb. conſ. 41. num. 25. & conſ. 33. par. 1. Ioã. Schon. diſp. feud. 5. Theſ. 105. vbi gloſ. ſub littera D, & diſp. 6. Theſ.
6 39. & diſput. 9. Theſ. 122. † & præſumitur continuata, cum, qui ſemel poſſedit, & hodie præſumatur poſſidere, vt latè Maſc concl. 1201. de probat.
7 † etiam naturaliter, & Ciuiliter ibidem, num. 35.
8 † & idem procedit in ſucceſſore ibidem num. 14.
9 † & eſt clarius in caſu noſtro, eo enim ipſo, quod actor poſſidet partem domus ſibi aſſignatam, quæ in ea ſunt poſſidere dicitur per d. l. qui vniuerſas, & alia, vt ſupra cit. num. 4.

Nec obſtare viſum fuit, quod ipſe nullum aditum ſibi fecerit ad rubum, quia ſi non fecit, pote-
10 rat tamen facere, † nec enim quiſquam cogitur laborare, aut quid facere in ſuo l. 1. §. fin. ff. de aq. plu. arcen. l. quoties, la 1. §. 1. de ſeruit. Cæpol. de ſeru.
11 Vrban. præd. cap 42. ſub nu. 6. † & non amittitur poſſeſſio, ſi nõ vtatur, dummodo corpore inſiſtat l. 1. de acq. poſſeſs. Maſcard. concl. 1184. nu. 1. vel animo iuxta l. 3. § in amittenda, in fine, ff. eod. tit.
12 † quia ſufficit, totam partem poſſidere, vt reliqua cenſeantur poſſeſſa, l. 3. in princ. de acquir. poſſeſs. vbi ſufficit quamlibet fundi partem introire, dum mente, & cogitatione hac ſit, vt totum fundum vſque ad terminum velit poſſidere, l. reſtituta, & ibi DD. ff. ad Trebell. Crau. conſ. 318. nu. 3. in propoſito Cornaz. deciſ. 122. num. 49. Roſent. in Synop. feud. cap. 6. concluſ. 14. & ibi gloſſ. plures cumulans.

Et ex hac poſſeſſione pro indiuiſo, poſſeſſionem pro diuiſo ſubſequutam, cenſui ex infraſcriptis
13 † Primò ex obſeruantia ſubſequuta, per quam dubietas præcedentis diſpoſitionis declaratur, l. ſi de interpretatione, ff. de legibus. Iaſ. conſ. 128 col. 3. in princ. lib. 2. loquens de verbis inſtrumenti, quibus medietas quædam bonorum erat vni attributa, & ſcribit, non eſſe ambigendũ de verbis inſtrumenti, cum appareret, partẽ controuerſam perue-
14 niſſe in partem illius, &c. ſubdens, † quod verus intellectus eſt ille, quem effectus, & rerum exitus demonſtrat, ſequitur Decian. conſ. 124. n. 43. lib. 3. Crau. conſ. 459. num. 21. Abb. conſ. 62. num. 4. vbi optimam eſſe interpretationem dubiæ cũcc ſſionis cam, quæ ex poſſeſſione ſubſequuta deſumitur, cũ alijs ad propoſitum ſcitè conferentibus adductis, per Mornt. Reſp. 14. num. 8. & ſeqq. Ioſeph. Lud. concl. 38. per totam; Nam D. Nerius ipſe vtebatur fruebatur dicto tubo pro diuiſo, pro parte ſua tantum, tam à ſuperiori parte, facto ibidem à 25. annis citra hoſtio, ad tubum, & ab inferiori factis feneſtrellis quibuſdam in pariete ipſo tubi, & contecto à parte ſuperiori dicto tubo ſolariolo ſuper impoſito,

ſito, diſtinguēte partem ſuam tubi ab alia eiuſdem
tubi ſubtus immediata, hodie prætenſa per Orſuc
cium actorem.

In omnem caſum dicebatur, quod pars ipſa ce-
15 pit facto ipſo diuidere à parte ſua, † vnde intraret,
quod ferre debeat legem, quam ipſamet tulit, iux-
ta illud Catonianum patere legem, &c. l. C in tit.
16 quod quiſque iur. in aliū ſtat. &c. † Nam non mi
nus facto, quam verbo voluntas declaratur l. repre-
hendenda vbi DD, C. de inſtit. & ſub lit. Cephal.
17 conſ. 253. num. 23. † immo melius factis, quam
verbis, Rimin. Iun. conſ. 16, num, 28. & in propoſi-
to facit dictū l. C. in l. non ideo. ibi, & iden fides rei
geſtæ ratam diuiſionem ſatis affirmat, C. famil. er-
ciſc. plura adhæc per Balz. de feu. tit. de pac. tenen.
§. ſi quis hominem, num, 15. fol. mihi 251. pag. 2.
colum. 2.

Concurrebat & illud quod ceſſaret cauſa cōmu
nionis dicti tubi, quia iam non erat redactus ad pu
teum, vnde facilius fuit ad appropriationem (vt
ſic dixerim) ſingulorum pro rata, iuxta vſum poſ-
18 ſibilem deuenire, † cum ceſſante cauſa ceſſet effe-
ctus c. cum ceſſante de appellat. Tiraq. in tract. ceſ-
19 ſante cauſa, in princ. num. 11. † maximè, ne res re-
maneret inutilis, ad l. cum de indebito, de probat.
§. hoc amplius, verſ. qua ratione, Inſtit. de rerum di
20 uiſ. † nec inæqualitas inter fratres, vt vnus totum
tubum haberet, alius nihil, ſine ſpeciali conuentio-
21 ne, contra Menoch. præſ. 60. num. 7. lib. 3. † nec ini
quitas, quia eſſet contra omnem æquitatem, quod
alter in lucro, alter verò in damno verſaretur, ad l.
placuit, C. de Iudic. Menoch. præſ. 76. nu. 12. lib. 2.
Crau. d. conſ. 318. nu. 3. contra naturam ipſam di-
22 uiſionis, † ex qua nulla reſultare debet diſpropor-
tio, ſed magis congruitas, & proportio, Ad Alex.
23 conſ. 92. nu. 4. lib. 2. & contrà regulam iuris, † qua
vna, & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri,
ideſt pro parte diuiſa, pro parte non diuiſa l. eum
qui ædes. ff. de Vſucap. Crau. in term. diuiſionis, cō
ſil. 318. ſub num. 2. & contrà veriſimile, quia ſtan-
te reliquorum diuiſione reuertitur ad naturam pri
24 mam, † & certum eſt, quod à primordio tituli po-
ſterior formatur euentus, l. 1. C. de Impon. lucr. de-
25 ſcript. lib. 20. † & ab originali cauſa ſubſequentia
interpretationem ſumere Rimin. Iun. conſil. 214.
nu. 20. & ſeqq. Bero. adhæc conſ. 120. nū. 11. lib. 2.
26 Oſaſc. deciſ. 167, num. 26. & ſeqq. † & in ſimboli-
zantibus facilem eſſe tranſitum Morot. Reſp. 30.
num. 16. quare, ſi non fuiſſet diuiſa, nunc eſſet diui
denda, maxime, quia nemo cogitur ſtare in com-
munione l. fin. C. com. diuid. & facit dictum Bald.
in l. 1. ſub num. 14. C. de fideicom. dum ait, quod ſi
duo fratres poſſederint pro diuiſo decē annis, præ-
ſumitur diuiſio ex eo, quia ex prima natura omnes
erant obligati ad diuidendum, & ſic non probatū
obligationem, ſed executionē obligationis, quod
huic accommodatur, dum re vera dicti fratris vo-
luerunt inter ſeſe diuidere, quicquid citrà vſum cō
munem ſtare poſſet, & cōmunia relinquere, quæ
in vſu communi erāt, vt ſcalæ, & alia quædam, tu-
bus autem, cum in puteum deſtinatum non fuerit
conuerſus, manſit inter ea, quæ ſeruitio commu-
ni ſuffragari nō poſſent, & ſic redimus ad primam
naturam, & fit, ſi non verbis, ſaltem factis ipſis di-
uiſio, quaſi in executionem primæ diuiſionis.

His omnibus accedat teſtis, qui depoſuit, che à
ſuo giuditio tiene, che detto vano dal primo ſolaio
à baſſo verſo il terreſtre, ſia delle pertinēze del pri
mo ſolaio, & dal ſecondo in sù ſino al tetto delle
pertinenze del ſecondo ſolaio, ex qua depoſitione
viſa eſt res in claro poſita, quanquam ſit vnicus, &
27 de credulitate deponens, † quia fuit ab vtraq; par-
te productus, & ad inſtantiam vtriuſque examina
tus, & ſic omni exceptione maior Crott. de teſtib.
28 num. 237. † Cui præſertim cum ſupraſcriptis Iu-
ris adminiculis, præſumptionibus, & fundamentis,
potuit fides magis accommodari, ad Dec. conſ. 63.
ſub num. 2. cum alijs, vt per Gabr. de teſtibus con-
29 cluſ. 2 num. 62. † etiam de credulitate, vel ſuo iu-
dicio deponente Morot. Reſp. 29. ſub nu. 19. Reſp.
30 16. num. 4. & 5. † atque etiam non obſtāte produ-
ctione eiuſdem in parte, & partibus ad Maſcard.
concl. 1369. num. 13. vbi num. penult. ait, facere
maximum indicium Natt. conſ. 31. num. 2. ad fin.
Lepid. deciſ. Luc. 106. verſ quia reſpondetur quod
31 hic, † maxime quia reddit rationem dicti, Rolan.
32 conſ. 57. nu. 33. vol. 1. † & quia ſolariolum dicti tu
bi, apparet annexum vna cum dicto tubo, vnde
præſumitur, quod ſit de pertinentijs ad Bertazol.
33 clauſ. 26. gloſ. 13. num. 35. † & teſti veriſimilia de-
ponenti, magis creditur. Crau. conſ. 1000. pro ge-
34 ner. num. 372. † & etiam, quia dictus tubus erat
deſtinatus ad vſum totius Domus, nam ea de per-
tinentijs eſſe dicuntur alicuius rei, quę ad eiuſdem
vſum deſtinata ſunt, Crau. conſ. 234. ſub num. 2.
35 † & quæ eidem ſunt coniuncta, niſi ſpecialiter fue
rint excepta, Cephal. conſ. 144. nu. 22. in fin. lib. 1
Dec. conſ. 516. num. 23. Purpur. conſ. 341. num. 1.
& etiam dictus teſtis eſt adminiculatus ex alijs te-
ſtibus deponentibus, quod pars tantum poſſedit à
ſuo ſolario ſurſum vſque ad tectum, & non à dicto
ſolario deorſum, inquantum capit ſolarium acto-
ris, & quod nunc demum, ideſt à duobus annis ci-
tra, aduerſarius tentauerit poſſidere, etiam deor-
ſum, & ſub dictum ſolarium, & per totum tubū,
apponendo ſcalas à parte inferiori, vſque ad extre-
mam ſuperiorem penetrandas, occupata parte in-
ter media dicti actoris, ad quorum actuum inno-
uationem motus actor, & ipſe cępit erumpere ex
parte ſui, & eo tubo, quatenus ſe protendit ſolariū
ſuum vti. Vltra hæc apparebat veſtigium ab anti-
quo, ex ligno tranſuerſo in pariete, ſub quo debue
rat aliquando fieri oſtium hodie factum per acto-
rem, & adſunt hodie etiam nunc canalia quædam
à tubo in coquinam dicti actoris in pariete facta,
cum alijs quibuſdam feneſtrellis ad tempus obtu-
36 ratis, † hæc enim ſunt ſigna Dominij ad Cepoll.
de ſeruit. vrb. præd. cap. 40. num. 13. & ſeqq. Ma-
ſcard. de probat. concl. 1149. per tot. l. quidam hy-
berus. ff. de ſer. vrb. præd. Boer. conſ. 5. n. 6. Gram-
mat. conſ. 164, num. 4. Menoch. præſ. 73. num. 11.
& 12. lib. 6. Pariſ. conſ. 116. nu. 10. lib. 4. Ruin. con-
ſil. 55.

ſil.5 5.num.6.lib.4.Crott.conſ.15 3.num.10.& 13.
Sim.de Pret.conſ.183. ſub n.18. Surd.conſ.126.
lib.1. Theſ.deciſ.219.num.2.& 4.

Neque verò viſum fuit obſtare, quod foramen
tubi adeſſet à parte inferiori, quæ hodie repetitur
37 eſſe conuenti,† & ſic eius ſit tubus, cuius eſt aditus
ad eum, per l.quod conclaue, ff.de damn.infect. l.
prædijs.§.Balneos de l.3.l fin.in prin.ff.de ſer.vrb.
præd. Angel.in l.Olimpico.ff.eod.tit. Dec.conſ.59
num.2.verſ.4.coadiuuatur.

38 † Nam reſpódetur, hæc iura habere locum in ad-
ditamentis, ideſt in his, quæ ſunt extra parietes do
mus, in alijs verò vnde ſit aditus non curatur, vt
per Alex.conſ.204. ſub num.5.lib.6. & conſ.223.
ſub num.3.circa m: d.lib.2.refert, & ſequitur Má-
tic.de coniect.vlt.volun.lib.9.tit.2.nu.37.Id quod
maximè procederet hic, vbi foramen non erat ad
id comparatum, vt eſſet loco aditus ad tubum, ſed
quia puteus fiendus erat, ideo foramen ex neceſſi-
39 tate adeſſe oportebat, † vt ceſſante ratione legis
ceſſet, & diſpoſitio, vulg.l.adigere, §.quamuis.ff.
40 de iur.patr. † & inducta in vnum finem alium, &
diuerſum effectum operari nō poſſunt l.legata in-
41 utiliter, 19.de leg.1. † & actus agentium non ope-
rantur vltra eorum intentionem l.non omnis. 19.
42 ff.de reb.cred. † omnia enim à fine, ad quem diri-
guntur regulantur l.verum. ff. de furt. l.ſi is qui in
aliena.63. §.quod ſi ſeruus. de acquir .rer.domin.
43 † nec aduentitius caſus rei naturam immutauit,
Schad.de feu.par.10.ſect.7. num.110.& 147.

Neque etiam obſtare viſum eſt, quod, ex inter-
mediata interclusione d. Tubi, eſſet præcluſa via
exhalationi aeris ab inferiori parte ad ſuperiorem,
contra l.altius, & l.ſi ædibus, C.de ſeruit.Cepol. de
44 ſer. vrb.præd.c.39.in princ. † ex quibus aer impe-
diri non poteſt, & quod aer eius eſt, cuius eſt, &
ſolum.

45 Quia negatur, hic eſſe aerem, † qui enim aerem
dicit, quid commune omnium fatetur, §.& quidē
46 inſtit.de rer.diuiſ. † & hoc eſt quod impediri non
poteſt, vt conſtat ex cit. à Cepol. in præcit.loco, &
in tit.de aere pen.in princ. de ſeruit.ruſt. præd.ſed
47 eſt quædam portio domus, † quæ prout eſt in do-
minio actoris, ita is poteſt inuito altero, quod vult
in ſuo facere, etiam luminibus vicini officiendo
iux.d.l.altius, quæ propterea retorquetur; & ipſa-
met pars, vt toties dictum eſt, habebat à ſuperiori
parte ſolariolum, d.tubum inter medians, & hodie
adhuc habet tectum domus, per quæ ceſſat quod
non licet aerem impedire, quia iam eſt aliunde im-
48 peditus, † & intrat regula, quod priuatio præſup
49 ponit habitum l.decē de verborum oblig. † & prę
terea, ex quo mutatus eſt vſus deſtinatus pro pu-
teo, in quo fuiſſet aer neceſſarius, non intrat am-
plius quæſtio, ſeu ratio aeris non impediendi, ad
Eug.in term.conſ.47.num.32. vbi de communi,
50 † quia quælibet diſpoſitio intelligitur rebus ſic ſtā
tibus, Menoch.conſ.156.num.32.lib.2.conſ.201.
num.156.conſ.208.num.29.lib.3.

Neque etiam cenſui, intrare allegatam præſcri-
ptionem, dum prætédit pars excurſu temporis ac-
quiſiuiſſe Dominium totius tubi, ex Gabr.de præ-
ſumpt.concl.1.nu.28. Menoch.lib.3.præſ.60.n.3.
51 Maſcard.concl.526. † quia, licet ad diuiſionem ta
citè inducendam, decem vel viginti anni ſufficiāt,
vt hoc dicunt præcitati, & in his terminis loquun-
52 tur, † in præſcriptione tamen rei communis plura
requiruntur, quæ in caſu iſto deficiunt.

Et primò quidem curſus triginta annorum.l.ſer
uus. C.fam.erciſc.l.3.vbi gl. C.ex quibus cauſ.ceſ-
ſat.long.tēp.præſcript. Boer.deciſ.58.num.6.& 7.

Aſt pars habet oſtium per quod aditus ſibi pa-
tet ad tubum ab annis 25.tantum.

53 † Secundò, requiritur probatio initij, & finis cu
iuſlibet decennij, Maſc.concl.1201.nu.34.& 35.
54 † alioquin facilè inueniri poſſet, quod fecit dormi-
re præſcriptionem, vt per eundem Maſcard.concl.
1221.num.15.& ſeqq.& ſub nu.22.quod requiſi-
tum non adeſt.

55 † Tertiò, requiritur non ſolum, quod pars ha-
buerit facultatem intrandi in d.tubum, ſed etiam
requiritur actualis ingreſſus, & totius tubi in ſoli-
56 dum poſſeſſio actualis † eum tantū cenſetur prę-
ſcriptum quantum poſſeſſum, & non vltrà, DD.
in cap.audiuis. de præſcript. Pariſ.conſ.114.nu.23.
& ſeq.lib.7. Unded.cōſ.79.n.47.lib.1. Boer.d.de-
57 ciſ.58.num.6. † adeo vt ne quidem commoditas
inſpiciēdi præbeat poſſeſſionem, niſi ſequatur tra-
ditio l.1.§.ſi expreſſum.l.quod meo.§.ſi venditorē.
ff.de acq poſſeſs.Maſcard.concl.1189.num.19. &
58 ſub num.20. † vel actus corporalis l.quemadmo-
dum.8.ff de acq.poſſeſs.l.3.in princ. & ibi gloſ. in
59 verbo animo. ibi. vel dic, quod. ff.eod.tit.† Ete-
nim ſine poſſeſſione nulla currit præſcriptio, etiā
per mille annos, l ſine poſſeſſione de vſucap.c.ſine
poſſeſſione vbi DD.de reg. iur.in 6. Bart. & alij in
l.celſus.de vſucap.Balb.de præſcript.2.par.4. quæſ.
princ.octaua, Ceph.conſ 40.num.32. Menoch.de
retin. poſſeſs.remed.6. num.130. Unded.conſ.82.
num.34. lib.1.

Nec etiam, intraſſe poſſeſſionem iuris propter
aſcenſum, & deſcenſum per ſcalas, ibidem factas
60 exiſtimaui, † quia præſcriptionem iurium allegās
debet probare, ſe vſum fuiſſe eo animo, vt iure ſuo
vteretur, aduerſariò etiam inuito, quod vltra defe-
ctum legitimi temporis, de quo ſupra, hic pręterea
deficit, ad l.vlt.vbi ſcrib.ff.quē ſer.amitt. cum alijs
61 allegat.per Maſcard.concl.1220.num.1.† nam, ſi
vel per mille annos aqua per fundū meū lapſa fue-
rit in puteum per fundum tuum, abſque eo, quod
tu in fundo meo aliquod feceris opus, iſto caſu nō
pręſumitur quis vſus iure ſuo l.proculus.ff.de dam.
infect.l.ſi in meo fundo.ff.de aq.pluu.arcen. Maſc.
62 d.concl.1220.nu.3.in fin. † & vlterius, quod vſus
fuerit ſciente, & patiente aduerſario, vt plenè ibid.
per Maſcard.num.38.cum ſeqq.maximè non pro-
bato vſu. 30. vel 40.annorum, vt in caſu noſtro.
Tandem ex ipſo diuiſionis titulo non potuit pars
Dominium præſcribere, cum ſciret, non fuiſſe ſibi
tubum totum peruentum, & conſequenter in ma-
63 la fide extiterit, † quæ omne pręſcriptionis genus,
etiam vltra tricennarium, vel quadragenariū ex-

cludit

Digitized by Google

eludit ex iure Canonico, quod in hoc ub peccatum ſeruandum aiunt DD. vt latè per Magd. de n. teſt. teſtam. pat. 1. c. 3. ſub n. 135. & ſeqq. Gayl. lib. 2. ob-
64 ſer. 18. num. 7. & 8. † quod adeo verum eſt, vt ne quidem ſucceſſores ex perſona propria præſcribere poſſint, Ooded. conſ. 82. nu. 46. vbi infinitos cu mular. & de magis communi lib. 1. ex quibus &c. Laus Deo.

Et fuit attenta diſcordia io reuiſione confirmata mea ſententia, & plenariè executa vt dictũ eſt.

S V M M A R I A.

Semel condemnatus non poteſt iterum condemnari, n. 1.

Non debet quis pro eodem delicto, iterum moleſtari, numero 2.

Probandum eſt, quod mortuus fuerit ex vulneribus illatis, num. 3.

Quando vulneratus iuit de per ſe, non præſumitur poſtea mortuus ex vulnere, ſed ex alia cauſa, num. 4.

Imputanda eſt mors ſequuta poſterioribus vulnerantibus, non primis, num. 5.

Præſumitur quis deceſſiſſe magis ex negligentia, quam ex vulnere, num. 6.

D E C I S I O XV.

BArtholomæus aliàs fuit inquiſitus de vulnere illato, & condemnatus. Mortuus poſtea eſt vulneratus, vnde, iterum fuit inquiſitus de homicidio, & condemnatus per D. Prætorem, cuius ſententiam nos infirmauimus.

1 † Moti, quia iam aliàs fuit de eodem vulnere illato inquiſitus, & condemnatus, vnde non potuit iterum condemnari, l. 1. & tot. tit. ff. & C. de ſent.
2 & re iudic. † Nec debet quis pro eodem delicto bis puniri, vel moleſtari, Mar. de ordine iudic. par. 4. diſt. 1. num. 19. & 20. & par. 6. ad princ. num. 92. fol. mihi 249. pleniſſimè D. Caball. caſ. crimin. 93. in princ. & per tot. Clar. in pract. Crim. §. fin. q. 57. in princ. latiſſimè etiam Farinac. lib. 1. qq. Crimin. tit. de inquiſ. q. 1. num. 51. verſ. ſextum eſt requiſitum, & q. 4. in princ. num. 1.

Nec obſtat, quod actum ſit occaſione mortis, in
3 perſona vulnerati ſubſequutæ intra 30. dies, † quia non probatur, quod mortuus fuerit ex vulneribus per inquiſitum illatis, ad l. eum qui, ff. de probat. l. actor, C. eod. latè Maſcard. concl. 1253. num. 3.

Quinimo conſtat de contrario, nèpe quod vulnera non erant letalia. Item, quod ſtatim idem vul
4 neratus per ſe, & ſolus iuerit Piſam verſus, † quo caſu non præſumitur mortuus ex vulnere, ſed ex alia cauſa, addit. ad Papien. in forma ioquiſitioois verſ. ex qoibus percuſſionibus, Alex. conſ. 109. ſub princ. lib. 1.

Item, quod in itinere, & ſuper cacumine Montis fuit ab alijs quibuſdam percuſſus, & vulnera-
5 tus, ita vt non poſſet amplius incedere, † quibus eſt imputanda mors, non iſti primo, vt ait Boer. deciſ. 323. num. 9. quod hic certius eſt, quia conſtitit, iam primum vulnus mortale non fuiſſe.

Quibus accedat, quod quidam ex teſtibus dicũt credere, quod magis ex negligentia, & exigua cura perierit, quam ex vulneribus, quibus credendũ
6 eſt, † quia etiam ita eſt de iure, quod præſumatur, quem ex negligentia magis, quam ex vulnere deceſſiſſe, iuxta Boer. d. deciſ. 323. num. 7.
Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Si non conſtat de alia ſententia, aut appellatione, ſententia, de qua conſtat, tranſiuit in iudicatum, num. 1.

Non appellans dicitur ſententiæ acquieſcere, num. 2.

Aduerſus ſententiam, reſtitutio in integrum nominatim petenda eſt, num. 3.

Citatio eſt neceſſaria in quolibet actu, num. 4.

Vbi prætendentes ſunt certi, non ſufficit citatio generalis num. 5.

Fraudibus eſt obuiandum, num. 6.

Poſt rem iudicatam finis liti imponitur, num. 7.

Sententia contra aliam ſententiam, quæ tranſiuit in iudicatum non ſubſiſtit. num. 8.

Reſeruatio reſtitutionis in integrum in alio iudicio, n. 9.

D E C I S I O XVI.

QViricus fuit conuentus per Reuer. D. Barſutũ, ad ſoluendum penſiones decurſas eum patre dicti Quirici, & fuit condemnatus; Rota confirmauit, reſeruato iure reſtitutionis in integrum dicto Quiricio, ſi, & quatenus competat.

Quia non parum vrgere viſum eſt, quod, ad ſolutionem eiuſdemmet penſionis. dictus Quiricus in maiori ætate conſtitutus fuerat condemnatus, iam
1 de anno 1599. 26. Iunij. † quæ ſententia tranſiuit in iudicatum, poſteaquam non conſtat de contraria ſententia, immo ne quidem de appellatione, vt l. a, c. quoad conſultationem de re iudic. l. fin. C. de
2 ſent. quæ ſin. cert. quant. &c. † Vnde acquieuiſſe dictæ ſententiæ dicitur dictus Quiricus, iuxta Bar. in l. 1. ff. de relat. cum alijs, vt per Magon. deciſ. Luc. 67. num. 2. & 3.

Nec viſa fuit, iottare oppoſitio dicti Quirici, quod fuit reſtitutus in integrum aduerſus aditionem hæreditatis auitæ, & paternæ, & ſic non tene-
3 ri ad debita paterna. † Quia dicebatur, hoc non ſufficere, ſed oportuiſſe, ſpecialiter, & principaliter, etiam aduerſus d. ſententiam reſtitutionem impetraſſe ex l. diuus, & ibi Iaſ. num. 8. & num. 30. ff. de re iudic. Magon. d. deciſ. Luc. 67. num. 14. ac intra quadriennium à die late ſententiæ l. fio. C. de tempor. in integr. reſtit. Clem. 1. de teſtit. Odd. conſil. 6n. num. 6. quæ difficilius conceditur.

Et præterea cur in iudicio prædicto, in quo dictus Quiricus fuit (in maiori ætate conſtitutus,) cõdemnatus, nõ oppoſuit de dicta reſtitutione aduerſus additionem intentata, & de qua pariter iudiciũ pendebat? & cur eundem D. Reuer. actorem ad cauſam citari non fecit, cum ex dicto iudicio ad pẽſiones inchoato redditus fuiſſet certus de preten-
4 ſione R. D. actoris, † qui propterea erat citandus, ad

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ad interueniendum in cauſa ad l. de vnoquoque,
5 ff. de re iudic. † & quidem perſonaliter, & ſpecialiter, non ſufficiente citatione per edictum, vbi prætendentes ſunt certi Felyn. in c. cognoſcentes, ſub num. 17. de conſtit. ad Oſaſc. deciſ. vlt. ſub num. 1. Syluan. de feud. recogn. q. 109. num. 53. & tamen non citauit, quare, nec ei poteſt ſuffragari talis reſtitutio contra eum non citatum, immò male nobis oluit hæc omiſſio, vtroque iudicio vno, & eodẽ tempore pendente, & multò magis hęc tarda, & non in tempore opportuno facta oppoſitio, ad di-
6 cta in deciſ. noſtra Luc. 56. nu. 36. & ſeqq. † & fraudibus obuiandum eſt l. in fundo, ff. de rei vendic.

Et etiam reiecta fuit alia oppoſitio, quam idem Quiricus faciebat, quod nulla bona paterna poſſi-
7 deret, † quia obſtaret ei res iudicata prædicta, per
8 quã liti fuit finis impoſitus. l. 1. ff. de re iudic. † nec alia ſententia, contra illam tranſactam in rem iudicatam, ſubſiſteret l. 1. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. Bart. & DD. in l. ſub praetextu. C. de trãſact. Crau.
9 conſ. 163. n. 4. & ex alijs proximè dictis. † reſeruauimus tamen reſtitutionem in integrum d. Quirico ſi, & quatenus ei competat, ad l. Bebius. ff. de pact. dotal. ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Teſtes non repetiti, non probant, num. 1.
Teſtes probant contra producentem, num. 2.
Teſtis, de auditu publicè, quomodo deponere debeat, numero 3.
Teſtis vnicus ſuper interrogatorijs partis, non probat contra inducentem, num. 4.
Nec de auditu, num. 5.
Probationes debent de neceſſitate concludere, num. 6.
Probationes in criminali debent eſſe luce meridiana clariores, num. 7.
Viam eſſe publicam, quomodo probetur, num. 8.
Ex bona fide dolus excluditur, num. 9.
Qui fecit, quod ſolitum eſt fieri ab anteceſſoribus, eſt in bona fide, num. 10.
Et quando non conſtat de intereſſe eius, num. 11.
Simplex conductor excuſatur, faciendo aliquid bona fide in re conducta, num. 12.
Vbi non eſt dolus, nec pęna eſſe debet, num. 13.
Si via reſtricta ſit ab anteceſſoribus, excuſatur ſucceſſor à pena, non tamen ab obligatione reducendi in priſtinum, num. 14. & 15.

DECISIO XVII.

INquiſitus fuit Andræas Tabachinus, quod reſtrixerit viam publicam, contra formam, cap. 1. lib. 2. Fundac. & condemnatus à D. Prætore in pænam, lib. 62. & ad reducendum viam in priſtinum.

Rota à pæna abſoluit, in reliquis dictam ſententiam confirmauit. Et à pœna quidem abſoluimus, quia non fuit probatum, quod Andræas viam re-
1 ſtrinxerit, non ex teſtibus fiſci; † quia non fuerunt repetiti, & ſæpe aliàs dictum fuit, non facere fidẽ,
2 non ex duobus teſtibus inquiſiti, † qui probant ſingulariter contra eum, vt in deciſ. noſtra, Luc. 1. numero 20. & dec. Luc. 2. num. 29. 30.

Quia primus dicit, tantum ſe audiuiſſe publicè dici, dictum Andream viam, de qua agitur paulisper reſtrinxiſſe, ſed non dicit, à quibus audiuerit,
3 † & an à fide dignis, vel ne, prout neceſſe fuiſſet, Maſcard. conſ. 749. num. 10. & 14. & in his noſtris term. Cornaz. deciſ. 152. num. 4. Quinimò, ex ipſiuſmet teſtis depoſitione, elicitur, quod id nõ audiuit à fide dignis, ex eo, quod ſuperius dixit, ſe credere, viam in ea parte fuiſſe occupatam ab alijs conductoribus eiuſdem terræ eius anteceſſoribus, & ſic patet, quod non credidit, fuiſſe occupatam ab Andræa, prout dixit publicè audiuiſſe. Præterquã quod in hoc eſt vnicus, & deponit ſuper interroga-
4 torijs fiſci, ſeu inſtigatoris, † & ideo, nec cõtra inducentem probat Borgn. deciſ. 12. nu. 4. par. 1. Peregr. conſ. 75. num. 14. Maſcard. concl. 1211. n. 29.
5 † Prout, nec probat contra inducentem, quãdo de auditu deponit Granne. Theorem. 20. n. 9. Rimin. iun. conſ. 60. num. 5. & ſeqq. lib. 1. Oroſd. conſ. 4. num. 73. lib. 2.

Alter verò teſtis dicit, nunquam vidiſſe dictũ Andræam occupare viam, de qua agitur, & quamuis affirmet, ipſam viam nunc eſſe aliquantulum anguſtiorem, quàm eſſet antequã d. Andræas conduceret bona contigua, ex hoc tamẽ non ſequitur, ab eo fuiſſe occupatam, & idem aduerſus illum ex
6 tali occupatione nihil poteſt inferri, † probationes enim debent de neceſſitate concludere c. in preſen-
7 tia de probat. l. neque natales, C. eo. † & in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores. l. fin. C. de probat. Cornaz. deciſ. 50. num. 2.

Accedat, quod nullus ex teſtibus probat, illam partem occupatam, fuiſſe viam publicam, quamuis enim fortaſſe crederetur, eſſe viã, eo quod per eam etiam iretur, nihilominus cũ poſſit eſſe, quod iure eſſet de pertinentijs campi, & per eam mato-
8 res tranſirent, eo quod relinqueretur inculta, † non reſultat ex hoc de neceſſitate, quod pars illa eſſet de pertinentijs viæ publicę, prout concludenter probari debuiſſet, vt in indiuiduo Cornaz. d. deciſ. 52. num. 1. & 2. & ſatis veriſimile redditur, dictũ terrenum, quod dicitur occupatũ, eſſe de pertinẽtijs campi, nam vltra illud via remanet adeò lata, vt per eam, & currus, & plauſtra commodè trahi poſſent, & præterea per teſtes examinatos proba-
9 ta fuit ipſius bona fides, † ex qua dolus excluditur
10 Alb. conſ. 358. nu. 11. † Dum nihil aliud fecit, quã quod ab eius anteceſſoribus fieri conſueuit, Maſc.
11 concl. 532. num. 12. † ac etiam ex eo, quod non cõſtat de aliquo ipſius intereſſe, ad Maſcard. vbi ſup. ſub nu. 4. erat enim ſimplex conductor, vt ex pro-
12 ceſſu apparet, † ex quo potiſſimũ excuſari debet, ad trad. in ſimili per lepid. deciſ. 84. verſ. cẽſuimus.
13 † Vbi autem non adeſt dolus, non poteſt habere locum pęna, leg. 1. C. ad leg. Cornel. de ſicar. farin. quæſt. 87. num. 1.

Hinc vidimus in fine anni præteriti, quod ex tercentum denuncijs occaſione occupationum viarum coram officio ad hoc deputato ab Excellentiſſimo

Digitized by Google

tiſſimo Conſilio, quamuis per multi condemnati
fuerint ad reducendum in priſtinum, nulli tamen
aliqua pęna pecuniaria fuit irrogata.

Ad reſtituendum autem in priſtinum condem-
natiuus confirmata, quoad hoc ſententia D. Præ-
toris, quia conſtitit nobis ex actis, viam fuiſſe reſtri
ctã à ſuis anteceſſoribus, à quibus cauſam habet,
14 † quod licet valuerit ad excuſandum à pæna l. vni
15 ca, ex delicto defunct. Farin. q. 87. num. 1. † non ta
men excuſat ab intereſſe, ſeu ab obligatione, ad
quam tenetur defunctus iuxta l. eum à matre. C.
de rei vendic. Menoch. conſ. 304. num. 54. vol. 4.
cum alijs in materia per me in tract. reſol. feudal,
lib. 6. num. 8. iuncto etiam d. c. 1. fund. lib. 2.
Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

*Scriptura priuata, vt habeatur pro recognita in contu-
maciam, requiſita, num. 1.*
Forma ſtatuti ad vnguem ſeruanda eſt, num. 2.
Forma ſtatuti non ſeruata, actus eſt nullus, num. 3.
*Statutum, quod ſcriptura habeatur pro recognita, eſt
exorbitans à iure communi, num. 4.*
*Termino ad audiendam voluntatem pendente, nihil eſt à
Iudice innouandum, num. 5.*
Citationes exequutæ abſque teſtibus, ſunt nullæ, nu. 6.
Vnica citatio ſufficit, num. 7.
Limitatur, num. 8.
*Defectus in vna ex tribus citationibus, effectum om-
nium impedit, num. 9.*
*Citatio debet ſpecificè continere cauſam, putà ad recogno
ſcendum ſcripturam, num. 10.*
*Scriptura ipſa recognoſcenda, eſt actualiter præſentanda
& quando, num. 11.*

DECISIO XVIII.

Hieronymus Mariani, prætendens ſe credito-
rem D. Chriſtophori Bonafide de ſumma ſcu
torum 66 7. 4. pro precio, & valore Drapporum,
ſericorum, vigore ſcripti priuati ipſum D. Chriſto
phorum citari fecit, ad recognoſcendum d. ſcriptũ;
Deinde proceſſit ad aliam citationem, cui reſpon-
dendo D. Chriſtophorus prædictus, dixit, illam nõ
approbare pro ſecunda citatione, & nihilominus
oppoſuit ferias meſſium, cum in aſſerto ſcripto nõ
fuerit renunciatum ferijs, & cum diſputaretur, an
feriæ obſtarent, necne, & D. Iudex monuiſſet ſu-
per hoc partes ad eius voluntatem audiendum, ad
primam diem Iuris, dicto termino adhuc penden-
te, idem Hieronymus tranſmiſit aliam citationem
ad recognoſcendum dicto D. Chriſtophoro, & tan
dem aſſerens, dictum D. Chriſtophorum ter fuiſſe
citatum ad recognoſcendum, petijt pronunciari,
dictum ſcriptum haberi pro recognito, vnde D. Iu
dex auditis prædictis, pronunciauit, ferias oppoſi-
tas non obſtare, & dictum ſcriptum haberi pro
recognito.

A qua pronuncia interpoſito recurſu ad formã
capitulorum Rotæ, cap. 31. & 52. dictum fuit, nul-
1 liter fuiſſe interloquutũ. † Præcipuè, quia ad hoc,
vt ſcriptura priuata habeatur pro recognita, requi
ritur, quod ſcribens de mandato Iudicis, per per
nuncium ſit citatus ad videndum, & recognoſcen
dum eam, & contumax exiſtat non reſpondendo,
vel etiam non comparendo, ita expreſsè diſponen-
te ſtatuto noſtro lib. 1. c. 97. verſ. ſed ſi fuerit contu
max, quod ſtatutum modum, & formam citandi,
& procedendi ſuper huiuſmodi recognitionibus,
2 tradit, † quæ forma ad vnguem debebat ſeruari,
Felyn. in cap. cum dilecta, num. 10. verſ. amplia vn
decimo de reſcript. Soccin. loquens de forma tradi
ta à ſtatut. Lucen. conſil. 24. num. 20. & 21. vol. 1.
3 † qua non ſeruata, actus fuit ipſo iure nullus, l. cum
hi, §. ſi prætor. ff. de tranſact. & ibi gloſ. in verbo ir
ritam, dicit, totum haberi pro irrito, cum aliquid
de faciendis omittitur, & eſt text. in l. hac conſul-
tiſſima, C. de teſtament. cum ſimil. quæ eò magis
4 ſunt attendenda in caſu iſto, † quia huiuſmodi ſta
tutaria diſpoſitio ordinans, ſcripturam haberi de-
bere pro recognita, eſt in effectu exorbitans à iure
communi, & iuri communi contraria, vt in puris
terminis ſimillimi ſtatuti conſulendo, firmauit
Corn. conſ. 296. num. 9. vol. 3. & poſt eum, & alios
Rebuff. in tract. de ſchedul. & Chirogr. recogn. in
præfat. num. 9 & per conſequens reſtringenda, vel
ſtrictè intelligenda erit, per dictum Conſ. Corn.

Quod autem in occurrenti caſu non fuerit ſer-
uata forma, & diſpoſitio præcitati ſtatuti, ex pro-
ceſſu colligitur, nam aſſerta prima citatio trãſmiſ-
ſa D. Chriſtophoro non apparet ex officio, & man
dato cuius iudicis emanauerit, & corã quo iudice
eſſet comparendum, vt ex originali eiuſdem cita-
tionis, oſtenditur. Secunda non fuit commiſſa die
iuridico in originali tranſmiſſo, contra formam ſta
tuti de citatione, loquentis lib. 1. cap. 16. verſ. decla
rantes inſuper, minuſq; fuit executa perſonaliter,
vt in iſto caſu requirebatur ex diſpoſitione d. ſtatu
ti, c. 97. verſ. adijcientes, quod. Tertia pariter non
fuit commiſſa die iuridico, eiuſque commiſſio, &
tranſmiſſio fuit facta, pendente termino monitio-
nis D. Iudicis ad audiendum eius volũtatem ſuper
5 oppoſitione feriarum, † quo termino durante ni-
hil erat innouandum, immo, ſtante dicta monitio-
ne, Iudex non poterat pronunciare, ſcriptum habe
ri pro recognito, vt eſt in terminis deciſio Rotæ
Luc. Lepid. deciſ. 11. verſ. additur ex abundanti, &
Cornaz. in deciſ. 80. num. 9. qui cum ita pronuncia
uerit, iure merito potuit D. Chriſtophorus à tali
grauamine recurſum interponere ad not. in dd. de
ciſionibus, & per cap. Rot. 31. iunct. c. 52. verſ. ſed
ab executionibus, & eò magis, quia omnes citatio-
nes prędictæ laborant alio vitio nullitatis, nempe,
quia fuerunt executæ abſque teſtibus, prout ex re-
lationibus apparet, contra expreſſam diſpoſitionẽ
6 ſtat. d. cap. 16. circa fin. † & propterea iſtæ citatio-
nes non erant attendendæ, vt in pũcto concluſum
fuit in d. deciſ. Lepidi verſic. Nec releuat, & d. de-
ciſ. Cornaz. in fin.

Ex quibus conſtat, citationes prędictas minimè
potuiſſe inducere contumaciam trium citationũ,
requiſitarum ex forma dicti ſtatuti, ad effectum, vt
poſſet

Digitized by Google

poſſet pronunciati, dictum ſcriptum haberi pro re
7 cognito. † Nam licet regulariter vnica tantum ci-
tatio ſufficere dicatur in quacunque cauſa ciuili sũ
maria, vt dicit Marian. Soccin. in tract. de citat. ar-
8 tic. 2. num. 8. † tamen aliquando, propter grauita-
tem præiudicij, huiuſmodi regularis diſpoſitio nõ
procedit, & proptérea leges, tam communes, quã
municipales ſæpius plures citationes ordinant, &
requirunt, vt in caſu iſto omnino tres loco vnius
ſtatutum requirit, vt idem Socc. conſiderat in eo-
9 dem loco, num. 57. † & hinc eſt, quod defectus in
vna ex iſtis tribus citationibus, effectum omnium
debeat impedire, cum habeantur pro vna, & duæ
ſine tertia non operentur, Caſtrenſ. poſt gloſ. in l.
1. §. ſi plures, num. 6. ff. de exercit. actio. Soccin. con
ſil. 24. num. 21. vol. 1. Socc. iun. conſ. 37. à num. 6.
vſque ad num. 17. vol. 2. & Marian. Soccin. in c. ſi-
gnificantibus, num. 20. de libell. oblat. facit Corn.
d. conſ. 296. num. 10. verſ. nam ſtatutum.

Accedat etiam, quod citatus, in propoſito reco-
gnitionis ſcripturæ, non poteſt haberi pro cõtuma
ce in recognoſcẽdo, niſi in termino citationis agẽs
perfeciſſet ex parte ſua, & à reo potuiſſet perfici
actus, ad quem fit citatio illa ſecundum ordinatio-
nem à dicto ſtatuto cap. 97. præſcriptam, ibi ad vi-
dendum dictam ſcripturam, & recognoſcendum,
10 & cõfitendum, vel negandum eam, † qualitas nã-
que iſta, ad videndum dictam ſcripturam, & reco-
gnoſcendum (in ſtatuto principaliter expreſſa) vl-
trà, & præter id, quod ſpecificè in citationibus de-
bebat contineri, vt arctaret citatum ad comparen
dum ad illud, ſecundum Bald. in l. 1. §. vſus in fin. ff.
11 de procurat. † debuiſſet etiam in actu comparitio
nis factæ poſt dictas citationes, effectualiter præſen
tari in iudicio ipſa ſcriptura originalis, vt actus hu-
iuſmodi, ad quem citabatur D. Chriſtophorus per
ficeretur, mediante effectuali oblatione ſcripturæ
recognoſcendæ, dum per eundem agentem citati
contumacia accuſabatur, ſine quo ſucceſſiuo actu,
effectualis præſentationis, & oblationis ſcripturæ
originalis in iudicio recognoſcendæ, citationes ad
videndum ipſam ſcripturam perfectè, & legitimè
expletæ non dicebantur, ad fundandam contuma-
ciam citati ad effectum, vt poſſet pronunciari, ſcri
pturam haberi pro recognita, cum non potuiſſet ci
tatus, etiam ſi voluiſſet eam recognoſcere, ex quo
non fuit actualiter præſentata, ita enim in termi-
nis huius materiæ declarauit Corn. d. conſil. 296.
num. 10. verſ. nam ſtatutum vol. 3. prout in caſu no
ſtro aſſerta tertia citatio, nõ ſolum habet defectũ,
quod citatus veniat ad videndum produci ſcriptu
ram, ſed etiam omnes dictæ citationes non habẽt
eundem ſucceſſiuum actum realis præſentationis
ſcripturæ recognoſcendæ, quæ in effectu, neque in
termino citationis, neque in alia parte proceſſus,
apparet fuiſſe præſentata, & per conſequens Do-
minus Chriſtophorus citatus minimè potuit eam
videre, & recognoſcere, & ſic non fuit contumax
in recognoſcendo, quo caſu non poterat contra ip-
ſum pronunciari, ſcripturam haberi pro recognita.
Quare, &c. Laus Deo, &c.

SVMMARIA.

Inſtrumenti appellatione propriè, ſcripta priuata non continetur, num. 1.

Inſtrumentum, cur ſic dicatur, num. 2.

Decretum, non inſertum in corpore ſtatutorum, eſt producendum, num. 3.

A relatione peritorum Iudex recedere non debet, nu. 4.

Maximè, ſi de conſenſu electi ſint, num. 5.

Et maximè ſi non fuit petitum, retractari ſententiam ex relatione aliorum magis peritorum, num. 6.

DECISIO XIX.

CONuenit Andreas Maffini de reaptãdo domum
Dominici Lenziani, vt in ſcripto in actis produ
cto, & reaptauit, vt ex depoſitione trium perito-
rum communiter electorum apparuit, qui operã,
& precium declarauerunt. Vnde petita executio-
ne, obtinuit ſententiam, à qua appellatum fuit; Ro
ta autem dubitabat de executione concedenda di-
cto ſcripto priuato, quia ſtatutum in cap. 111. li. 1.
1 loquitur tantũ in term. Inſtrumenti publici, † quo
nomine, propriè ſcriptura priuata non continetur
l. 1. C. de iur. iuran. l. ſcripturas, C. qui pot. Clem. 1.
vbi Imo. de procur. & Corn. in l. 1. C. de iur. iuran.
2 propter cal. dan. † Inſtrumentum enim ſic dicitur,
quoniam confectum ſit à perſona publica arg. l. cen
ſus. ff. de probatio. quod de ſcriptura priuata non
verificatur.

Verum allegabatur decretum Excellentiſſ. Con-
ſilij ſub anno 1564. mandantis, ſcriptas priuatas
eandem vim habere, ac publica inſtrumenta, ſed
3 nec hoc mouebat, † quia cum dictum decretum
non eſſet inſertũm in corpore ſtatutorum, non ſo-
lum allegari, ſed etiam produci oppottebat, Cac-
cialup. in l. omnes populi, num. 279. ff. de inſtit. &
iur. Aſin. in praxi Iudic. §. 22. cap. 17. limit. 3. Bor-
gnin. par. 1. de Iudic. dec. 6. ſub num. 1. Carpan. in
præl. ad ſtat. Mediol. num. 512. quare, cum de hoc
fuiſſet parti dubitatum, ſuppleuit producendo di-
ctum decretum ante probationem ſententiæ, & re
ſolutum fuit pro confirmatione primæ ſententiæ,
maximè quia ex relationibus, ſeu depoſitionibus
peritorum res fuit poſita in tuto, dum conſtitit, &
de implemento ex parte actoris, & de precio debi-
4 to, † à quorum dicto non debet Iudex recedere,
ſed ſecundum illud debet ſententiam ferre, Alex.
conſ. 174. n. 7. lib. 2. D. Theſaur. deciſ. 41. ſub n. 24.
5 & deciſ. 23. nu. 2. Cepol. de parie. nu. 14. † & id po-
tiſſimum in caſu præſenti, ſtante approbatione de
conſenſu ad D. Morot. reſp. 39. nu. 11. & Reſp. 69.
num. 16. & magis in termin. Menoch. conſ. 849.
num. 6. & ſeqq. Vbi, quod aſcribendum eſt impru-
dentiæ ipſarum partium, quæ tales peritos elege-
runt, & etiam attento, quod non fuit petitum, re-
tractari ſententiam ex relatione aliorum magis pe
6 ritorum, † Vnde dicta ſententia tranſijſſe dici po-
teſt in Iudicatum, vt per Menoch. d. conſ. 849. n. 5.
ex Iaſ. in repet. l. admonendi, num. 43. verſ. ex iſtis

Infero.

Digitized by Google

Infero. ff. de iure iur. Bernard, Diaz. regul. 678. in fin. à quibus neminem diſſentire, teſtis eſt ibid. Menoch. in fin. d. num. 5.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Cenſus, vt ſit validus, quæ requirantur, num. 1.
Opponens generaliter non auditur, num. 2.
Creditori cenſus datur remedium ſummariſſimi poſſeſſorij, num. 3.
De clauſula, per quam contrahentes ſe referunt ad formam bullæ Pij V. num. 4.
Non ſoluens cenſus tenetur ad intereſſe quanti plurimi poſt moram, num. 5.
Ob cenſum non ſolutum poteſt peti immiſſio in poſſeſſionem rei cenſualis ſub eod.
Vſurarius dicitur contractus, quando omnia pacta ſunt ad fauorem creditoris, aut maior pars, num. 6.
Ex diuerſis non infertur, num. 7.
Si cenſus non conſiſtat in pecunia, ſed in fructibus, an valeat ſub eod.
In conſtitutione cenſus attenditur communis obſeruantia, num. 8.
Pendente reductione, interim ſoluendum eſt, num. 9.
Exceptio competens tertio, non excluſiua iuris agentis, non nocet, num. 10.

D E C I S I O XX.

AD fauorem creditoris intentantis pro ſolutione cenſuum decorſorum hypothecariam, ſeu Saluianum interdictum fuit pronunciatum, eſſe immittendum in poſſeſſionem rei cenſui ſuppoſitæ, quia inſtrumentum cenſus habet formam, ac alia requiſita iuxta conſtitutionem Pij Quinti.

1 Primò, quia eſt creatus ſuper re immobili, de ſui
natura fructifera, in certo loco ſita, iuxtà ſuos fines. Secundò, quia pecunia numerata ſoluta. Tertiò, pacta redimendi perpetuo, ad not. per flam. de Boccacc. de cenſ. 2. par. n. 201. qui autem opponit, non habere requiſita tenetur probare, cum ſit fundamentum excipiẽtis, ſed in caſu noſtro nulla fuit facta oppoſitio à parte, & Iudex non debet, nec te-
2 netur impartiri officium ſuum non petenti, † immo, nec opponens generaliter non ſpecificata forma poteſt audiri, ex forma ſtatuti, c. 44. lib. 1. & tantò minus, quia actrix eſt in quaſi poſſeſſione exigẽdi cenſus, quo caſu per exceptionẽ, quæ requireret altiorem indaginem, non poteſt aufugere ſolutio-
3 nem, † quia ad fauorem exiſtentis in quaſi poſſeſſione exigendi cenſum, datur remedium ſummariſſimi poſſeſſorij, in quo nõ admittitur exceptio proprietatis, vt fuit deciſum in vna cenſus 8. Febr. 1577. coram Seraphino, Lucana relata à Flaminio de ciogulo vt ſup. n. 175. quod, & magis confirma-
4 tur, ex eo, † quia in hoc inſtrumenti partes ſe referunt in omnibus, & per omnia iuxta formam bullę de cenſu, quo caſu inſtrumentum apparet validiſſimum, & firmat Flamin. loc. de quo ſup. p. 2. n. 95.
5 † Ideoque Borgnin. Caualc. deciſ. 43. nu. 54. par. 1. dicit, non ſoluentem cenſus cogi ad ſoluẽdum intereſſe quanti plurimi poſt moram, & poſſe ob cẽſum non ſolutum, petere immitti in poſſeſſionem rei cenſualis, & aliorum bonorum cenſuarij, fructusq; capere, quouſque cenſus ſibi ſoluti nõ ſint poſt Bened. Born. & alios plures ibi cit. & ſequitur Felician. de cenſ. c. 10. ſub num. 19.

Neque obſtat, quod opponitur de Doctr. Natæ in conſ. 498. nu. 11. quia non loquitur in terminis inſtrumenti cenſus creati vigore Bullæ Pij V. ſed in venditione cum pacto de reuendendo, & vbi vendens remanſit in poſſeſſione, quo caſu con-
6 tractus feneratitius præſumitur, † nam, vt dicit Surd. in conſ. 281. lib. 2. num. 21. Vſurarius dicitur contractus, quando omnia pacta ſunt in fauorem
7 creditoris, vel maior pars, † & ideo ex diuerſis non infertur Natt. conſ. 497. num. 14.

Neque obſtat prætenſus exceſſus ex eo, quia fructus non conſiſtit in pecunia, ſed in tritico ad rationem ſtariorum duodecim pro quolibet centenario; nam iſta taxatio non eſt habita in conſideratione, quia tempore creati cenſus de anno 1589. currebat iuxta conſuetudinem generalem talis ſolutio, vt eſt notorium, & qui excipit contrariũ ip-
8 ſe tenetur probare, † & in his ſimilibus cauſis attenditur Communis obſeruantia loci, & conſuetudo Ludou. Molin. de Contract. diſput. 385. n. 6.
9 Flam. de cenſib. 3. par. num. 50. † Vlterius quouſque non fuerit in iudicio ordinario à debitore petita reductio, (vbi competeret;) interim eſt ſoluendum donec reuocetur, vt firmat idem Flam. nu-
10 mero 50. † & tantò minus iſta exceptio competeret tertio conuento, eo quod non ſit excluſiua in totum Iuris aduerſarij, per prædicta, & per conſequens remanet inconcuſſa intentio actricis ad l. locicorpus. §. competit. vbi Bart. & alij. ff. ſi ſer. vindic. Theſſ. plenè in deciſ. 4. per totam.

Ex quibus, &c. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Hæredes cum beneficio legis, & inuentarij iure proprio vti poſſunt, num. 1.
Inſtrumentum eſt probatio probata, &c. num. 2.
Sequeſtratio eſt prohibita, niſi debitor ſit conuictus, numero 3.
Fallit quoad inſtrumenta cenſuaria, quæ habent executionem paratam, num. 4.
Iudicium ſequeſtri eſt exequutiuum, num. 5.
Habens tamen inſtantiam cauſæ ordinariæ num. 6.
In iudicio ſequeſtri non admittuntur exceptiones, impeditiuæ executionis, num. 7.
Etiam contra hæredes ſub eod.
Confeſſione propria nulla melior probatio, num. 8.
Cenſuarius debet manuteneri in quaſi poſſeſſione exactionis cenſus, num. 9.
Damnum conuentum reficiendum eſt, num. 10.
Pactum inter fratres de refectione damni eſt iuri conforme, num. 11.
Modus calculandi damnum ſubſequutum, poſt æquatas partes, num. 12. & ſeqq.

Leſio non ex vna re, ſed ex vniuerſo conſideratur, numero 13.
Leſio, vel damnum à cauſa finali regulantur, num. 14.
Cauſa finalis fratrum paciſcentium in diuiſione, numero 15.
Natura diuiſionis eſt, vt ſit congrua, & proportionata, num. 16.
Aequalitas, maximè inter fratres ſeruanda, num. 17.
Natura hæreditatis eſt continere damna, & lucra, numero 18.
Debet ille modus aſſumi, per quem vtrique parti æquè conſulitur, num. 19.
Fratres debent admittere modum, ſingulis æquè prouiſionalem, num. 20.
Damni vis, & effectus ſtatim à caſu, de quo conuenit aſſumitur, num. 21.
Ceſſante cauſa ceſſat effectus, num. 22.
Stipulatio commiſſa in vno caſu, amplius committi non poteſt, num. 23.
Damnum non radicatum de præſenti, ſed reſpiciens futurum, non conſideratur, num. 24.
Damnum poſterius poſt primum, dicitur, vt lucrum ceſſans, num. 25.
Laudum loquens de damno, non intelligitur de lucro ceſſante, num. 26.
Et loquens de intereſſe intelligitur, ſcilicet de præiudicio ſimpliciter, num. 27.
Conuentio de intereſſe pro vſura intellecta, eſt reprobata, num. 28.
Intereſſe permiſſum de iure non fit, niſi per moram ſub eodem.
Neceſſaria requiſita ad moram cauſantem intereſſe, petitio, interpellatio, liquidatio, nu. 29. 30. & 31.
Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, numero 32.
Vbi cauſa ad non cauſam redacta fuit, actus retractandus, num. 33.
Ob hoc etiam ſententiæ executio impeditur, num. 34.
Idem ſi cauſa ſit falſa, vel erronea, num. 35.
Habenti iuſtam ignorantiæ cauſam, magis ſuccurrendum eſt, num. 36.
Cum tertijs mitius eſt agendum, num. 37.
Tarda productio malè olet, num. 38.
Sequeſtrum triennio expirat, ſub eodem.
Exequutio inſtrumenti liquidi cenſualis, non retardatur in concurſu aliorum potiora iura prætendentium, illiquida tamen, vel confuſa, num. 39.
Per cautionem conſulitur indemnitati aduerſarij, numero 40.
Cautio, & pignus vice ſolutionis ſufficiunt ſub eod.
Reſeruatio iurium in alio iudicio, num. 41.

DECISIO XXI.

IAcobus olim Chriſtophori Sufficienti vendidit Reuer. D. Ioanni Roberto Vinca annuum cenſum ſtariorum decem grani, conſtitutum ſuper vna ſua petia terræ, qui fuit ſolutus vſque ad obitum ipſius conſtituentis, quo mortuo, relictis hæredibus Marco, & Benedicto eius fratribus, dictus Reuerendus obtinuit ſequeſtrum in fructibus dictæ terræ pro ſtarijs decem vnius anni, comparuerunt dicti fratres, & oppoſuerunt, ſe habere meliora, & potiora iura ſuper dictis bonis.

D. Iudex à quo eoſdem condemnauit, ad conſignandum dicta ſtaria decem grani, ſeu tot de mobilibus, de quibus in inuentario pro rata dicti grani debiti, præſtita prius fideiuſſione per d. Reuer. D. Vincam de reſtituẽdo id totum, & omne, quod receperit, ſi & quatenus, &c. reſeruando iura dictis fratribus talia qualia in alio iudicio, abſolutis partibus ab expenſis, dictum fuit, bene iudicatum, quia dicti, Sufficienti non benè liquidauerint.

Fundamentum iurium, per eos prætenſorum, erat in laudo diuiſorio anni 1588. inter dictum Iacobum ex parte vna, & dictos Marcum, & Benedictum ex alia, in quo inter alia continetur, quod in euentum, quod Molendinum eis obuentum deberet demoliri ad requiſitionem Excellentiſſimi Conſilij, ipſe Iacobus teneretur erga ipſos ad tertiam partem damnorum, expenſarum, & intereſſe cum hypotheca bonorum obuentorum eidem Iacobo, inter quæ eſt dicta terra cenſui ſuppoſita, & caſum demolitionis eueniſſe dicebant, & ipſos anteriores eſſe, quia cenſus fuit tantum de
1 anno 1595. creatus, † & quia eſſent hæredes dicti Iacobi cum beneficio legis, & inuentarij, ad l. ſcimus, §. etſi præfatam. C. de iur. delibe. & ibi gloſ. & DD.

Exaduerſò verò D. Actor dicebat, ſe habere intentionem fundatam in inſtrumento cenſuario,
2 † quòd eſt probatio probata, & veritas apparens, indubitata, & notoria. vt latiſſimè Tiraquel. de re
3 tract. lignag. §. 2. gloſ. 1. num. 20. & ſeqq. † & licet ſequeſtratio ſit prohibita, niſi prius debitor ſecundum iuris ordinem ſit conuictus l. 1. & ibi Bald. & Salic. C. de prohibit. ſequeſtr. pec. Papienſ. in forma
4 ſequeſtri nu. 1. † tamen, quia inſtrumenta cenſualia habent promptam, & paratam executionem tam per ea, quæ ſignanter notat Barz. deciſ. Bonon. 56. num. 1. & ſeqq. quàm ex diſpoſitione ſtatuti libro 1. cap. 111. potuit in iudicio iſto incipi à ſequeſtro, ita etiam expreſsè diſponente cap. 158. eod. lib. 1.

5 Nec obſtare exceptionem prætenſi dãni, † quia ad hoc primo reſponſum fuit, hoc iudicium ſequeſtri eſſe exequutiuum, ad Cornaz. deciſ. 107. nu. 1.
6 & 2. † licet habeat inſtantiam cauſæ ordinariæ, ex
7 cap. 51. Rotæ in princ. † in quo non poſſunt admitti exceptiones impedientes executionem inſtrumẽti, præcipuè cenſuarij, ſed eis reiectis ſummariè, & feſtinanter debet ad executionem procedi, pro cenſu decurſo, & maturato contrà quoſcunque obligatos, & etiam contra hæredes, vt in puncto tenet Barz. d. deciſ. 56. n. 1. 2. 3. 4. 27. & ſeqq.

Id quod maximè procederet in caſu noſtro, cũ D. Actor ſit in quaſi poſſeſſione exigendi dictum cenſum, vt fatentur ipſimet rei conuenti, reſpon-
8 dendo primæ poſitioni in prima inſtantia, † qua confeſſione nulla melior eſt probatio, l. quod te. C.
9 de tranſact. † Vnde in ea debet manuteneri, l. 1. ff. vti poſſidet. Dec. in l. fin. nu. 6. & 7. C. de edict.

D. Ad.

D. Adr. tollen. & in term. Barz. d. dec. 56. ante n. 3.
Nos verò eo magis hanc, hoc in caſu, ſequuti
fuimus, quia meritis cauſæ deguſtatis nó vidimus
intereſſe prætenſum ita fuiſſe liquidatum, vt pro
nunc tutum poſſet ferri iudicium.

Conſideratum enim fuit, in præſenti cauſa de
duplici damno diſceptari, & in vtroque eum defe-
ctum liquidationis, tanquam minus legitimè, aut
ſufficienter factæ, obſtare. Primum damnum il-
lud fuit, quod paſſi fuere dicti fratres illicò ſequu-
to præcepto excellentiſſ. Conſilij de demoliendo,
quo ſolo, etiam citra demolitionem actualem in-
cepit damnum, quia ſtatim molendinum ceſſauit
à conſueto exercitio, vnde, & redditus, & lucra il-
10 licò ceſſarunt, † quod damnum, licet nunquam
dubitatum fuerit, quin eſſet per Iacobum reficien
dum pro rata, ſcilicet pro tertia parte ſua, iuxta cō-
11 uenta, ad l. 1. §. ſi conuenerit, ff. depoſ. † iuri, &
æquitati conformia, iuxta l. maioribus, & l. final.
C. comm. vtriuſque Iud. vbi res ad æqualitatem
ſemper redigenda eſt; Tamen hoc damnum non
benè fuit liquidatum, per confuſionem ſecundi
prætenſi damni, vt mox patebit.

Alterum enim, & ſecundum damnum præten-
ſum, fuit ſequutum à die demolitionis, ſeu præce-
pti ſupradicti, vſque ad mortem dicti Iacobi; in
hunc modum initis calculis, vt primum damnum
conſiſteret in valore ipſiuſmet molendini ante de-
molitionem, qui valor dicebatur eſſe ſcutorum
4500. & alterum damnum in carentia redditus
annui ſcutorum 350. quibus omnibus ſimul coa-
ceruatis à dicto tempore præcepti, vſque ad tem-
pus mortis Iacobi, damnum eſſet ſcutorum 4287.
quarum ſummarum pars tertia eſſet ſcutorum
2529. ad cuius reſtitutionem teneretur dictus
Iacobus.

Dicebatur tamen, hunc modum liquidandi non
12 admittendum de iure. Primò, quia damnum ex
huiuſmodi modo calculandi non eſſet dimetien-
dum, ſed eſſe iterum partes omnium ſaltem intel-
lectu confundendas, ſimulque æſtimandas adhoc,
vt ex viciſſitudinaria hac bonorum, comparatio-
ne, & æſtimatione omnes partes ad æqualitatem
reducerentur, tam in damno quam in lucro, ad l.
quærebatur 82. ſub princ. ibi, *Quare cum nomen mi
nus ſoluendo eſt in hæreditate eius, quod exigi poteſt,
pro rata fit diſtributio reſidui, venditio facienda, vt
id demum in hæreditate computetur quanti nomen di
ſtrahi poteſt*, & ad materiam l. in quartam, ff. ad l.
Falc. l. 1. in fin. princ. & per tot. poſt verſic. neque
13 intereſt, ff. ſi cui plus quam per l. Falc. † & ad id,
quod aiunt DD. læſionem, non ex vna re, ſed ex
vniuerſo, conſiderari, iuxta Surd. conſil. 217. ſub
num. pen. & vlt.

14 † Secundo dictum fuit quod læſio, vel damnum
à cauſa finali regulatur, vt benè per Surd. d. conſil.
15 217. ſub d. num. penul. & fin. lib. 2. † Cauſa finalis
inter dictos fratres dum fecerunt dictum pactum,
nulla alia fuit, quam vt partes ſemper æquales eſ-
ſent, nec per ſuperuenientiam præcogitati caſus,
aliquo pacto ad aliquam inæqualitatem redigerē-
tur, vt patet ad ſenſum. Hæc autem intentio, &
cauſa finalis per huiuſmodi calculos deluſa iace-
ret, quandoquidem ipſi fratres totam hæreditatē
haberent, ipſi verò Iacobo nihil omnino de hære-
ditate diuiſa ſupereſſet, vt ita oſtenditur, portio
obuenta ipſi Iacobo erat valoris, vel eiſdem fratri-
bus admittentibus & confitentibus, ſc. 1661.
& bononenorum 38. Tertia autem pars damni,
vt ſupra ex prædictis calculis eſt ſcutorum 2929.
quæ ſumma abſorbet prædictam, quo quid abſur-
dius? & quid magis contra naturam diuiſionis?
16 quæ debet eſſe congrua, & proportionata, iuxta
Alexand. conſ. 91. num. 4. lib. 2. & quid etiam ma-
17 gis contrarium æqualitati? † quæ tamen maximè
inter fratres ſeruanda eſt, iuxta Menoch. præſum-
ptio. 60. num. 7. lib. 3. è contra verò, per alium mo-
dum omnibus, æquè veniet conſultum, quia om-
nes ſuam proportionabiliter partem & damni, &
18 lucri conſequentur, † vt eſt de natura hæredita-
19 tis, l. 1. ff. de bonor. poſſeſſ. † & ideo debet iſte mo-
dus aſſumi, per quem vtrique parti æquè prouide-
20 tur, l. 1. & ibi Bald. & Caſtr. Si quis caut. † & rectè
facient dicti fratres talem modū admittere ad l. 1.
§. rectè, ff. vſufruct. quemad. cau. Balb. ad Oſaſc.
poſt deciſ. 68. num. 27.

Tertiò dictum fuit, ſufficere, quod dānum ſemel
æſtimetur ex ipſamet occaſione præcepti, ſeu demo
litionis cauſatū, non etiā, vt in futurum ſucceſſiuè
21 protraheretur, † quia eo ipſo, quod præceptū ema
nauit, & demolitio ſubſequuta fuit, ſtatim omnis
vis damni conſumpta eſt, ad l. ſi ſic ſtipulatus, 83.
ff. de verb. obligat. vbi quod ſtipulatio ſemel ad in-
tereſſe commiſſa iterum non committitur, ſi fa-
ctum non eſt iterabile, vt profectò non eſt iterabi-
le damnum in hoc caſu, quia ceſſante ipſo princi-
pali ſtatim à præcepto, & demolitione, iam nó eſt
dare acceſſorium fructuum, cap. acceſſorium. de
22 regul. iur. in 6. † Et ceſſante cauſa ceſſat effectus,
23 cap. cum ceſſante de appell. † & commiſſa ſtipula
tio vno caſu, amplius ex alio committi non poteſt
l. ita tamen 5. §. in hac. ff. iud. ſol. l. boues. §. hoc ſer-
mone, & ibi Tiraquell. circa princ. & per tot. ff. de
24 verborum ſignific. † ſic damnum non radicatum
de præſenti, ſed reſpiciens futurum, non haberi in
conſideratione, egregiè Bald. in conſil. 82. locatæ
fuit, num. 4. & 5. lib. 1. refert, ac ſequitur Crau. con
ſil. 40. ſub num. 10. & hos Menoch. caſ. 149. nu. 21.
de arbitr. Iud.

25 † Quartò fuit dictum, quod tale damnum lu-
crum ceſſans magis appellaretur, ad Bald. d. conſil.
26 149. num. 2. & ſeqq. lib. 1. † Cum autem laudum
loquatur de damno, ſeu intereſſe reficiendo, non
videtur, poſſe trahi ad lucrum huiuſmodi, l. procu-
lus. 26. ff. de dam. infect. Medic. de defin. capit. 59.
num. 14. Crott. in cap. cum ſpeciali. num. 10. de ap
27 pell. † Intereſſe autem hic enunciatum poni pro
mero præiudicio, iuxta ſubiectam materiā ad Fe-
lin. in c. edoceri, ſub n. 9. verſ. omittitur, de reſcrip.
dicendum eſt, cum ſubiecta materia hic non ſetat,
28 aliud intereſſe, niſi vſurarum † quo caſu eſſet à iu-
re reprobata conuentio, Gayl. obſer. 5. nu. 16. lib. 2.

Digitized by Google

Crau. conſ.87.nu.fin. & conſ.189.cum alijs vt in
deciſ. Flor.1.num.45.& ſeqq.

Aut aliud intereſſe de iure permiſſum propter
moram, quod quidem intrare non potuiſſet, quia
non fuit notificata demolitio, nec ſequuta aliqua
interpellatio ad ſoluendum principaliter damnũ,
29 nec liquidatio aliqua facta, † quæ ſunt omnia ne-
ceſſaria requiſita ad moram cauſandam, in primis
enim erat liquidandum ipſum damnum, Rot.lan.
deciſ.193 ſub nu.13.& 15, Onded.conſ.50.nu.24.
30 lib.1. † & petendum damnum principaliter Alex.
31 conſ.27.n.3. lib.4. † interpellandus debitor Felin.
in c.cum contingat, num.6.in princ.& verſ.6.con-
cluſi, extra de reſcript. & ad Doct. in l.quod te.
ff.ſi cert.pet. l.mora. ff.de vſur. Rot.lan. deciſ.61.
num.9.dec.139. & 192. Vinc.de Franc. deciſ.23.
num.5.Onded.conſ.39.lib.1.& proximè ad term.
noſtros Gozzad.conſ.27.n.3.4.5.& ſub n.11. poſt
princ.& in verſ.non obſtat quod iſta, & num.9 in
fin.& num.10. Vbi quod, ſi facta fuiſſet interpella-
tio, non ſolum teneretur ad id, in quo ſunt obligati
principaliter, ſed etiã ratione moræ ad omne aliud
intereſſe, ſecus autem ſi nulla fuit interpellatio, ma
ximè, ſi non exteterit iuramentum, vt non eſt in ca
ſu noſtro, & ad Onded. in conſ.36, nu.4 25.lib.1.
Vbi præſertim, quando eſt dies incerta, vt hic vbi
eſt incertum tempus, cum caſus demolitionis eſ-
ſet incertus, nec omnino exiturus.

Ad hæc omnia accedebat alia cauſa legitimam
liquidationem impediens, quatenus poſt dictũ lau
dum lata fuit alia ſententia, per quam, vnà cum di
ctis tribus fratribus fuit admiſſus ad eademmet bo
na, iam inter eos diuiſa, alius ex fratre eorũ nepos,
cuius in executionem ipſe Iacobus fuit coactus di-
mittere aliud molendinum ſibi obuentũ, median-
te laudo prędicto, vnde iam nõ amplius pro tertia,
ſed pro quarta tantum parte teneretur, de quo nul
32 la ratio habita fuit in dictis calculis, † nam quæ de
nouo emergunt nouo indigent auxilio, l.de ætate,
§ ex cauſa. ff.de interrog.act. cap. miramur. 61. diſt.
33 † & cauſa ad nõ cauſam reducta fuit, & ideo actus
retractandus, ad Natt.conſ.289.nu.8. Surd.deciſ.
34 289.nu.11.& ſeqq. † Vbi ob hoc etiam ſententia-
rum executionem impediri, † vel ſi ex falſa cauſa,
& erronea Menoch. conſ.91. num.50. lib.1. cum
concord. vbi in term. diuiſionis ex laudo.

Licet autem proponeretur ſequeſtrum factum
per dd.fratres odio Iacobi viuentis, non tamen eos
iuuare duximus in aliquo, cum non per hoc reſulta
ret liquidatio prætenſionum, ex qua tota vis pẽdet
moræ conſtituendæ, vt patet ex prædictis, & alijs
in deciſ.noſtra Flor.11. in cauſa Peregrina, nu.46.
60.87.94. quod maximè, non nocere, cenſuimus
in præſentiarum, quia cũ Iacobus ipſe benè infor-
matus paratus eſſet ſe defendere, ipſi ſtatim acquie
uerunt, & per quinquennium tacuerunt, nec niſi
contra d.Reum actorem repetierunt, cõtra quem
36 non tam debuiſſet operari dictum ſequeſtrũ, † vt
cui tanquam iuſtã habenti ignorantiæ cauſam ma
gis eſt ſuccurrendum, l qui in alterius. vbi Dec.ſub
n.5. verſ.2.limit. & ibi Cagnol.nu.1. ff.de reg.iur.
37 cap.cum quis, & ibi Din.de reg.iur.in 6. † & cum
quibus, tãquam cum tertijs, mitius agitur l.legem
38 cum ibi not. C.de natur. liber. † Vltrà quod tar-
da productio, non benè ipſa per ſeſe olet, & ſu-
ſpecta eſt, per ea, quę alia deciſ.noſtra Bon.10.n.19.
20. retulimus, & ad alia in alia deciſ.2. Flor.nu.10.
& ſeqq. & demum, quod ſequeſtrum triennio
expirauerat cit.per Caroc.de ſequeſt. p.4.in princ.
39 † Quare non erat retardãda executio inſtrumẽ-
ti liquidi, & præſertim cenſualis inter tantam con-
fuſionem, & incertitudinem prætenſionum dicto-
rum de ſufficientis, ſaltem in bonis hereditatijs de
bitoris, per d.l.ſcimus. §.& ſi præfatam & per tot.
C.de iur delib. & præſertim media cautione, vt
40 in dicta ſententia, † per quam ſatis erit cautũ in-
demnitati eorum, quatenus alio Iudicio vincerẽt,
ad l.1.& tot.ff.ſi cui plus quã per l.Falc.&c. & l.1.
& tot. ff. ſi quis caut. quia cautio, aut pignus vice
ſolutionis ſufficiunt l.reſcripto, §. debitores. verſ.
41 planè.ff.de mun.& honor. † Ideo enim reſeruaui-
mus eis iura talia qualia in alio Iudicio, quia præiu-
dicare omnino eis non intendimus, quatenus &c.
ad l.Bebius. ff.de pact.dotal. Cornaz.deciſ.207. in
Ex quibus, &c, Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Interdictum, nequid in loco publico contra claudentem viam, num.1.

Querelant debet probare, viam eſſe publicam, num.2.

Subrogatio in rebus particularibus non inducitur, niſi expreſſè, num.3.

Qui aliquando prohibet ire, interrumpit præſcriptionem ſtatutariam currentem, num.4.

Abſtinendum aliquando à diffinitiua, & iura in aliud iudicium reijcienda, num.5.

Iudicio criminali nõ dandæ manus in caſu, vt n.6. et ſeq.

Prætendentes ſe tueri in poſſeſſione criminaliter, non ſunt moleſtandi, num.8.

Vbi aliò tranſiri non poteſt, vicini tenentur permittere viam per fundos proprios, num.9.

Qui ſunt in quaſi poſſeſſione eũdi, debẽt manuteneri, n.10.

Via propria authoritate claudi non poteſt, num.11.

Oblatio in Iudicio facta, habet vim ſtipulationis, nu.12.

Confeſſio, vel oblatio, quando diuidi poſſit, num.13.

Qui acceptat cum clauſula, ſi, & in quantum nullum ius acquirit, num.14.

Gerundium, reſtando, importat conditionem, num.15.

Quælibet promiſſio intelligitur rebus ſic ſtantibus, n.16.

Etiam iurata, num.17.

Vbi quid offertur, aut promittitur intelligitur niſi pars, quid committat, ob quod non ſit ei ſeruandum, n.18.

Oblatio Iudicialis permittentis, alium tranſire per fundum proprium, importat præcarium, num.19.

In dubio ad euitandam donationem, num.20.

Contra eum interpretatio facienda, qui ſe fundat in confeſſione, promiſſione, oblatione alterius, num.21.

Natura præcarij eſt, vt quandocunque poſſit concedens reuocare, num.22.

Tranſitus innoxius concedendus, num.23.

Si adeſt ſcriptura priuata, quam tu ſcripſiſti, & ego vtor, cenſetur facta ſtipulatio, num.24.

Super

Super incidenti Iudex non cogitur pronunciare, num. 25.
Agi poteſt in caſu viæ ad intereſſe, & aliter, vt ſub eodem, & ſeqq.
Reſeruatio cur facta, vt in ſententia, num. 26.
Pretium viæ debet reſtitui, licet ſecus fiat de conſuetudine, num. 27.
Quæ tamen conſuetudo eſt probanda, alioqui pretium erit reſtituendum, num. 28.
Agi poteſt ratione viæ retenta ad intereſſe, num. 29.
Oportet, iudicantem cuncta rimari, num. 30.
Iudices, quando pares ſunt probationes, iudicant per vti poſſidetis, num. 31.
Sententia, etiam nulla ex defectu iuriſdictionis, poteſt reformari, num. 32.
Mens ſtatuti eſt attendenda, num. 33.
Statutum, dans facultatem cognoſcendi de via publica, habet locum etiam, ſi viam eſſe publicam negetur, num. 34.

DECISIO XXII.

SPectabilis Nicolaus Deodatus habet pulchram villam, & in ea rectum perpulchrum, de more villarum nobilium, & amplum ſtradonum, quod cum clauſiſſet, facta fuit denuncia, quod clauſerit dictum ſtradonum, pœnamque inciderit ſtat. fund. lib. 2. cap. 1. & cum fiſco adhærentes alij intereſſati circumuicini inſtantes aperiri, & in priſtinum re-
1 duci, † interdicto per eos intentato, nequid in loc. publ. ad Menoch. conſ. 449. num. pen. lib. 5.

Spectabile officium viarum condemnauit, & declarauit, omnibus licere ire per dictum ſtradonum, & plenius, vt in ſententia.

Nobis viſum eſt, reformando ſententiam d. ſpectab. officij, à quo, abſoluere ſpect. Nicolaum, rebus ſic ſtantibus, & mandare, nihil eſſe innouandum, ſine iuris cognitione in alio iudicio, citra præiudicium iuris quæſiti ex oblatione, de qua in actis, & dicto ſpectab. Nicolao omne ius ſibi competens cauſa, & occaſione dictæ viæ, ſi, & quatenus competit, reſeruauimus.

Ne ſpect. Nicolaus poſſet condemnari effecit, quia qualitas in querela, ſeu denũcia adiecta, quod
2 via eſſet publica, non fuit probata, † quæ tamen erat probanda, vt poſſet per fiſcum, & inſtantes obtineri. Aſſis. deciſ. Lucan. 12. num. 17. Farin. de inquiſ. q. 1. n. 23. cum alijs fuſè in term. terminantib. traditis, & cumulatis per Barz. deciſ. 156. num. 3.

Ac quod, ne quidem ſimpliciter poſſet abſolui effecit aliud, quia pro parte fiſci, & interuenientiũ allegabatur, dictum ſtradonum fuiſſe ſubrogatũ, vt ſeruiret per modum viæ publicæ, in locum alterius viæ publicæ, dictæ via mortellinarum, pro qua ſubrogatione multa ſigna, multęq; præſumptiones dabantur, è contra verò negabatur dicta ſubroga-
3 tio, † quæ maximè in rebus particularibus non inducitur, niſi expreſſim, ad Morot. Reſp. 83. num. 6. ac etiam negabatur, quod dicta via mortellinarum eſſet publica: Item allegabantur teſtes ipſius fiſci, & adhærentium, qui depoſuerunt, fuiſſe per ſpect. Nicolaum aliquãdo prohibitum, per dictum ſtra-
4 donum iri, † quo caſu fortè præſcriptio ex d. ſtatuto interrupta fuiſſet, ad gloſ. in l. nemo, §. temporaria, ff de reg. iur. Balb. de præſcrip 4. par. 3. part. numero 2. & alia iura, & coniecturæ adducebantur, verum, cum plenè de iure partium nondum cõſtaret, & ne partibus aliquod præiudicium ex ſenten-
5 tia diffinitiua per nos fieri contingeret, † ideo abſtinere viſum fuit à diffinitiua, & reſeruare in alio iudicio ad Aſſiſ. concl. 50. verſ. quemadmodum.

Nec audire voluimus probationes, quæ in hac
6 appellatione fieri prætendebantur, † quia ſumus in iudicio criminali, in quo interuenit pœna fiſco appli-
7 canda per d. c. 1. lib. 2. ſtat. fund. † Conuenientius autem viſum fuit, quod hæc tractanda eſſent ciuiliter, & iudicio ciuili, ad dicta Clar. in §. fin. q. 1. ſub princ. & maximè cum ageretur eum graui perſona, & pro intereſſe ciuili ad tuendam poſſeſſionẽ ſuam; ad Crau. conſ. 280. ſub nu. 3. verſ. ex quibus
8 fundamentis, † vbi quod poſſeſſores prætendentes ſe tueri in poſſeſſione non debent criminaliter moleſtari, ſed ciuiliter; & prætetea nobis obſtabat ſtatutum ſub cap. 18. ad fin. lib. 5.

Diximus autem, nihil interim, & ſine iuris cognitione innouandum per ſpect. Nicolaum, ad impediendum iter per dictum ſtradonum, hac potiſſimum de cauſa, quia in via mortellinarum adeſt flumen, ſeu torrens, Fraga appellatus, qui quidem in exitu dictæ viç veteris, indicatæ nobis in loci viſitatione per ſpect. Nicolaum habet lectum, tam malè poſitum, & abruptũ, vt præſertim hyeme, impoſſibile ſit illud flumen peruadere, conſtat enim ex actis, torrentes adeò rapidos, & furentes agere, vt aliquando horti contigui muros diſiecerit, ſecumque traxerit, vnde licet ſtradonus non eſſet publi-
9 cus, † non poſſet tamen tranſitus per eum, tanquã locum viciniorem, & itinerantibus minus periculoſum, & magis commodum impediri l. ſi locus, §. fin. ff. quem. ſer. amittatur. Surd. deciſ. 42. num. 11. Natt. conſ. 642. ſub num. 5. & ſeqq. Aſſiſ. concl. vlt.
10 col. pen. Abb. in cap. omnes leges 1. diſtinct. † immo ipſi circumuicini ſunt in quaſi poſſeſſione eũdi, & redeundi per dictum ſtradonum, vnde debet interim, donec cognitum, ſeu aliter ordinatũ fuerit, manuteneri ad Menoch. de retin. poſſ. rem. 7.
11 ſub nu. 110. & ex ſtat. lib. 4. cap. 170. in princ. † quã ob cauſam propria authoritate claudi non poterit, l. non eſt ſingulis de reg. iur. Balb. poſt deciſ. Oſaſc. in conſ. 68. num. fin. Cepoll. de ſeruit. Ruſtic. præd. cap. 3. nu. 27. 39. 42. Surd. deciſ. 42. num. 7 & 10.

Et vlterius ad idem propoſitum accedebat epiſtola ipſiuſmet ſpect. Nicolai, directa ad ſpect. officium viarum, quod dictam primam tulit ſententiam, ſub hac forma. *Mà perche dalli huomini di S. Pancratio, e Ciciana, nõ hò riceuuto nel paſſare per detto ſtradone danno, come da altre perſone della montagna, quando ci vorranno paſſare, mi contento, che tanto ad eſſi, quanto à quelli, che haueranno occaſione d'andare alli prefati dua communi, ſia lecito di potèr liberamente frequentare detto ſtradone, reſtando però riſpetto à gl'altri mio proprio, come egli è,* Nam, ſaltem in præiudicium dictorum Communium, non

C 3 potuiſ-

potuiſſet ſtradonus ſic clauſus remanere, ſtãte hac
12 oblatione iudiciali, † quæ dicebatur habere vim
ſtipulationis calore iudicij, l. cum oſtendimus. §. fi-
deiuſſores, ff. de fideiuſſ. tut. Caſtr. in l. ſciendum.
verſ. & ratio diuerſitatis, ff. de verb. oblig. Barbat.
latè in conſ. 40 nu. 10. per tot. lib. 2. Vbi quod etiam
parte abſente operatur, quia calor iudicij idem ope
ratur, quod ſtipulatio &c. vt ibi per eũ, nec refert,
13 quod dicta oblatio ſit conditionalis, † quia, ex quo
adſunt præſumptiones contra ſpect. Nicolaũ, quod
dictus ſtradonus, etiam circumuicinis inſeruierit
pro via, ideò potuit diuidi confeſſio, ſeu oblatio, &
pro parte, acceptari, & pro parte reſpui, iuxta Alex.
in conſ. 39. nu. fin. lib. 7. Burr. conſ. 65. verſ. & dico
probatum Gabriel. concl. crimin. 19. ſub num. 2.
verſic. amplia.

Ad hæc tamen variè replicabatur per excellen-
tiſs. D. Nicolaum Saminiatum in cauſa Aduocatũ,
vti ſolitus eſt, & Doctiſſimè, & exactiſſimè, ad om
nia, & in ſpecie, quod dicta oblatio non fuit acce-
ptata à ſpect. officio, niſi cum clauſula, ſi & in quã-
14 tum. † vnde, nullum ius acquiſitum fuiſſe, cenſe-
retur, iuxta Ruin. in term. in conſ. 166. ſub num. 1.
verſ. & iſte eſt caſus noſter, iuncto etiam num. 2.
lib. 5.

Item replicabatur, quod dicta oblatio fuit condi
ditionalis propter gerundium illud *Reſtando*, *&c.*
15 † quod ad futurum tempus relatum importat con
ditionem, & modum, ſine quo oblatio remãſit in-
ualida, ſecundum Bar. in l. 1. ff. de condit. & demõ-
ſtrat. in l. ſi tu ex patre, ff. de acq. hæred. Corn. con-
ſil. 90. nu. 5. prope fin. lib. 4. Mag. deciſ. Flor. 1. n. 8.
Certum eſt autem, quod dictum ſpect. officium, ne
dum acceptauit dictam conditionem, & modum,
verum etiam reiecit, dum declarauit, omnibus lice
re ire per dictum ſtradonum.
16 † Item replicatum fuit, quod quælibet promiſ-
ſio intelligi debet, rebus ſic ſtantibus, & aliquo de
nouo non ſuperueniente, l. quæro, §. inter locato-
rem, ff. locat. Socc. conſ. 129. n. 8. lib. 1. Gozad. con-
17 ſil. 27. num. 1. † etiam ſi ſit iurata Barz. deciſ. 132.
num. 13. Maſcard. de probat. concl. 1162. n. 7. Vn-
de cum, & fiſcus, & ſpect. Alphunſus Cittadella, &
Franciſcus Mariani poſt oblationem factam, tam
in prima, quam in ſecunda inſtantia, ſemper inſti-
terint pro declaratione viæ publicæ, quoad omnes
indifferenter, & ſequuta fuerit ſententia cõformis
eorum deſiderio, iam res non eſt amplius in eodem
ſtatu, & faciem mutauit, & quod ſemel placuit am
plius diſplicere non poteſt, & indignus eſt benefi-
18 cio legis, qui contra eam facit per vulg. † & vbi
quid offertur, vel promittitur, intelligitur, niſi pars
quid contra committat, ob quod non ſit ei obſer-
uandum, Corn. conſ. 51. num. 4. & 5. Vbi latiſſimè
exornat lib. 1. Barz. d. deciſ. 132 num. 15. 16.
19 † Et demum fuit replicatum, quod in omnem
caſum verba prędicta non importarent, plus quam
beneplacitum, & præcarium ipſius ſpect. Nicolai
ea proferentis, iux. Theoricam Barr. in l. 1. ff. de prę
20 car. † quod ſupponere in dubio debemus, ad exclu
dendum donationem in term. Maſcard. de probat.
21 concl. 1203. num. 8. † & interpretatio eſt ſemper
facienda contra eum, qui ſe fundat in confeſſione,
promiſſione, ſeu oblatione alterius, Alex. conſ. 171.
& ibi add. nu. 14. lib. 6. Socein. in l. quem hæredi, §.
cum quæritur, nu. 4. ff. de reb. dub. Dec. in cap. cum
venerabilis. num. 24. extra de except. & conſ. 482.
22 nu. 6. † Sed natura præcarij eſt, vt concedens poſ-
ſit ad ſui libitum reuocare, prout reuocata fuit in
actis oblatio prædicta, d. l. 1. & in l. quæſitum § . eũ
quoque, ff. de præcar. Dec. in l. in omnibus obliga-
tionibus, ſub num. 5. ff. de regul. iur. Menoch. præ-
ſumpt. 16. num. 5. lib. 6.

Verum, cum per hæc replicationes non tolle-
retur, nec tolli poſſet, quin ſpect. Nicolaus quaſi
poſſeſſionem dictorum cõmunium admiſerit, &
etiam quin dixerit id, quod dixit, dũ ſubdidit cau-
ſam, qua motus eſſet quoad dictos Cõmunes, quia
ſcilicet ab eis nõ recepit damnum, ſicut recepit ab
23 alijs, † vnde tranſitus, tanquam innoxius eſſet cõ
cedendus Natt. conſ. 642. nu. fin. & etiam tolli non
poſſit, quin ſtent contra eum præſumptiones, pro-
pter quod potuiſſet reijci pro parte, & pro parte ac-
ceptari confeſſio, iuxta ſupra nu. 13. Et quod etiã
verè exactis nobis reſultaret, quod dicta oblatio
24 ſpecialiter fuit acceptata, † vnde intraret dictum
Caſtr. in d. l. ſciendum verſ. ratio diuerſitatis. ff. de
verb. oblig. vbi, ſi adeſt ſcriptura priuata, & tu ſcri-
pſiſti, & ego vtor cẽſetur facta ſtipulatio. Ideo nul-
lum irreparabile præiudicium volumus circa hoc
partibus inferre, ſed tanquam incidens maluimus
remittere cum alijs in alio iudicio decidendum,
25 † cum non eſſet neceſſe, vt ſeparatim ſuper huiuſ-
modi incidenti pronunciaretur, Bart. ad reprimen
dum. in verb. videbitur ad fin. Bald. in l. ait prætor.
ff. de minor. Maran. in prax. par. 4. diſt. 9. nu. 26.

Et poterit etiam ſpect. Nicolaus alio iudicio ex-
periri de omni iure, cauſa, & occaſione dictæ viæ,
ſibi competenti, vel agendo ad intereſſe, vel ad viã
veterem in compenſationem, vel aliter, prout me-
26 lius experiri de iure potuerit, † quia hanc ob cauſã
talia iura reſeruauimus, vt in ſententia ad Carpan.
27 ad ſtat. Mediol. cap. 248. num. 2 a. lib. 2. † vbi quod
pretium debet reſtitui, licet ſubdat, de conſuetudi-
28 ne non ſeruari, † quid enim, ſi non probaretur con
ſuetudo? profectò hoc dictum non noceret, Natt.
conſ. 554. num. 25. cum alijs per eundem Carpan.
cit. ibid. nu. 23. & ad Cepol. de ſeruit. Ruſtic. pręd.
29 c. 3. ſub nu. 29. vſque ad nu. 42. † Vbi quod agi po-
teſt ratione viæ reiectę ad intereſſe.

Ad hæc autem temperamenta deuenimus. Pri-
mò. quia conuenientius ciuili Iudicio, quam crimi
nali, huiuſmodi controuerſias dirimendas eſſe, cen
ſuimus, vt ſupra in verſic. non audiuimus, deinde
etiam, quia ardua videretur cauſa, & in qua, & in-
tereſſe publicum, & intereſſe etiam egregiæ perſo
næ magnum verſabatur, vnde non videretur, ſic
30 de facili deglutienda, † quia oportet, iudicantem
cuncta rimari, ad c. iudicantem. 30. q. 1. Menoch.
31 conſ. 36. in princ. lib. 1. † & tertio etiam quia, quã-
do pares videtur vtrinque ſuper poſſeſſione proba-
tiones, ſolent non rarò Iudices per vti poſſidetis
pronun-

pronunciare teſte Menoch. de arbitr. Iud. q. 56. in fine.

Nec obſtare diximus, quod dicebatur, ſententiam ſpreto officij fuiſſe nullam, quia iudicauerit, ſine iuriſdictione; quia extra tenorem ſtatuti fundaei, ſecundum quod non potuiſſet cognoſcere, niſi, an via publica ſit impedita, necne, & ſic cum præſuppoſito, quod ſit publica, quod tamen in præſenti, de quo diſputatur, ſed oportuiſſet omnino nullam ſententiam declarare, non reformare

32 ad Deciſ. Florent. 13. num. 208. & ſeqq. † quia dictum fuit, ſententiam etiam nullam, ex defectu iuriſdictionis poſſe confirmari, & reformari in appellatione, Alex. conſ. 11 t. per tot. lib 5. Vant. quibus mod. ſent. null. def. poſſ. ſub num. 13 1. Cæſ. de Graſſ. de ſent. & re iudic. dec. 4.

Immo capiendo intentionem, & mentem ſtatu

33 ti, † quę eſt attendenda, Oſaſc. deciſ. 59. n. 7. Carp.

34 in præiud. ad ſtat. Mediol. ſub n. 130. & ſeq. † Statutum dans iuriſdictionem ſuper via publica, etiã ad viam, de qua contenditur, an ſit talis pertinet, ad Mox. cit. ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Venditio terræ incerta ratione loci, & quota eſt inualida num. 1.

Declara ſi vtrunque concurrat, num. 2. 3.

Item declara, niſi fuerit per actus ſubſequentes certificata, num. 4.

Item limita, non procedere in poſſeſſoribus veris, numero 5.

Præſcriptio 30. annorum tollit omnem actionem, n. 6.

Abſolutio ab expenſis ob dubium iuris, num. 7.

DECISIO XXIII.

ALlegabatur pro parte actorum nunc appellantium, quod venditio terræ, de qua in actis, eſ-

1 ſet inualida, † tanquam de re incerta ratione loci, & quotæ, ad l. 3. §. incertam, vbi communiter Doctor. de acquir. poſſ. Burſ. conſ. 74. n. 1. & ſeqq. lib. 1. Bero. conſ. 130. num. 73. lib. 2. Pariſ. conſ. 55. num. 4. & 5. lib. 1. Lepid. deciſ. Luc. 26. verſ. 2. demõſtratur, Cornaz. deciſ. Lucan. 116. per tot. Mag. deciſ. Luc. 20. & 21. Surd. deciſ. 82. per tot.

2 Exaduerſò autem reſpondebatur. † Primò, ad hoc, quod incertitudo vitiet duo concurrere debere, nempè, & quod ſit incertitudo ratione loci, & quod ratione quotæ, vt præſupponit d. §. incertã, & meminit Cornaz. d. deciſ. 116. ſub num. 5. ſub verſ. Nam Reſpondetur, hic autem ex tribus venditionibus pluribus vicibus factis, ſaltẽ ex vltima conſtare de loco in illis verbis. *Tantam ratam, & partem occidentẽ verſus, &c. luogo detto à ſolco, &c.* Cum additione confinium, & vberius, vt in d. In-

3 ſtrumẽto de anno 1568. † & ſic intrare Doct. Magon. in d. deciſ. 20. nu. 14. cum alijs ad eandem rẽ relatis, quibus addi poteſt Gozad. conſ. 55. nu. 5. ex quibus apparet, talem venditionem ſubſtineri, & validam eſſe.

4 † Ex quo etiã inferebatur, reliquas venditiones fuiſſe per hanc vltimam certificatas, & attẽtis, maximè teſtium depoſitionibus probantibus, quod terra tribus dictis vicibus vendita, tota eſt comprehenſa in dictis inſtrumentis, nil amplius eſſe ambigendum, nec manere vllam de incertitudine quæſtionem, maximè in odium aſſignantis, ad Magon. d. deciſ. 20. num. 15. 16. 17. & 29. Tiraq. de conſt. poſſ. limit. 19. num. 4.

Verùm aliunde etiam, ad ita ſentiendum, ipſi

5 mouebamur, † quod eſſemus in rei emptæ poſſeſſoribus veris, non fictis, in quibus term. & vbi ſequuta eſt traditio, non loquuntur Doct. in contrarium citat. nec habet locum regul. d. §. incertã. l. 1. ff. de acq. poſſeſs. Ruin. conſ. 170. nu. 11. lib. 4. Mag. d. deciſ. 20. ſub nu. 29. id Angel. in l. 2. & ibi Caſtr. ſub num. 43. C. de pericul. & com. rei vendit. Surd. in term. deciſ. 82. num. 14.

Accedente maximè annorum plus quam trigin

6 ta poſſeſſione, & conſequẽter præſcriptione, † per quam omnino eſt ſublata actio, & nullitatis dictio contra dicta inſtrumenta, ad cap. 61. lib. 1. ſtat. & tit. C. de præſcript. 30. &c.

7 Abſoluimus ab expenſis ob dubium iuris, ſtantibus prædictis ad Boer. conſ. 8. ſub num. fin. Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

A ſententia interlocutoria non datur appellatio, ſed recurſus ex cap. Rota 1. & 6. num. 1.

Iudices tenentur obſeruare ſtatuta, num. 2.

Inferior contra legem ſuperioris diſpenſare non poteſt, num. 3.

Reſpondetur ad deciſionem Lepid. 119. & ſtat. cap. 136. lib. 2. & declarantur, num. 4.

Interlocutoria dicitur, quæ fertur ſuper emergenti inter principium, & finem, num. 5.

In dubio iuſta cauſa præſumitur excuſandi ab expenſis, num. 7.

DECISIO XXIV.

1 QVia à ſententia Interlocutoria, tametſi non expectante aliam diffinitiuam poſt ſe, non

2 datur appellatio, ſed recurſus, ex Cap. Rot. 31. † ad cuius obſeruantiam tenemur l. formam. C. de off. præfect. Prætor. Plot. de in lit. iuran. §. 9. num. 14. Bart. in l. 1. C. de legib. & in l. vbicumque, 21. n. 10.

3 ff. de interrogat. action. † & inferior contra legem ſuperioris diſpenſare non poteſt, l. teſtandi. ibi. *Nã iuriſdictionis mutare formam, vel iuri publico derogare non eſt cuiquam permiſſum.* C. de teſtam. Vant. de nullit. ex defect. proceſ. ſub num. 12.

4 † Nec obſtare videbatur Lepid. deciſ. 119. nec ſtat. ſub c. 136. lib. 2. quia loquuntur in iudicio nunciationis plenario; in caſu noſtro agitur tantum de executione pœnæ in præcepto contentæ ſub prętextu violati præcepti, & de ſententia emanata occaſione huiuſmodi præcepti, quæ eſt interlocutoria,

5 † quia lata ſuper emergenti inter principiũ, & finem

6 nem cauſæ, ad Surd. conſ. 288. num. 22. lib. 2. † in quanon appellatio datur, ſed recurſus ex d. capit. Rotæ.

Abſoluitur ab expenſis, quia non carebat hic 7 articulus difficultate, vt ex ſupradictis cõſtat, † & in dubio iuſta cauſa litigandi præſumitur, Afin. §. 32. cap. 21. limit. 1. num. 5.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

Reus eſt abſoluendus ex non iure actoris, num. 1.
Reo ſufficit ad abſolutionem offuſcare iura actoris, nu. 2.
In re dubia abſolutum non poteſt ferri iudicium, nu. 3.
Simulatio arguitur ex cauſa, num. 4.
Cauſa in ſimulatione attendi debet, num. 5.
Contraria non poſſunt ſtare ſimul natura, num. 6.
Nihil eſt actum, dum aliquid eſt peragendum, num. 7.
Propoſitum in mente retentum nihil operatur, num. 8.
Veritas in ipſa rei exiſtentia verificatur, num. 9.
Simulatio in ſola apparentia conſiſtit, num. 10.
Confeſſioni patris in præiudicium filiorum ſtandum eſt, num. 11.
Emptum per vxorem præſumitur de pecunia mariti, numero 12.
Declara, vt num. 78.
Contrahentium mos eſt ſibi, & hæredibus acquirere, numero 13.
Veriſimile attenditur in ſimulatione, vel non, num. 14.
Hæres tenetur factum defuncti approbare, num. 15.
Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, num. 16.
Ex poſſeſſione bonorum paternorum arguitur aditio filii, num. 17.
Si filius ergo hæres, num. 18.
Vendens, ſeu cedens res, vel iura hæreditaria, dicitur aditor, num. 19.
Quod fit virtute mandati, ſuſtinendum eſt, num. 20.
Pater ſuccedit filiorum alius filius, num. 21.
Limita, vt num. 74. 75.
Hæres ſuccedit in ius defuncti, num. 22.
Nemo debet cum alterius iactura locupletior fieri, numero 23.
Filius non debet retinere pecuniam, eius, cuius ab hæreditate abſtinuit, num. 24.
Sufficit producere inſtrumentum acquiſitionis in publiciana, num. 25. & alia num. 26. 27. 28.
Etiam ad fauorem filiorum hæredum, num. 29.
Et etiam non obſtante titulo rei conuenti, quando fuit poſterior titulo actoris, num. 30.
Seu quando fuiſſet acquiſitus ab eo, qui eadem actione conueniri poſſet, num. 31.
In poſſeſſorio reintegrandæ ſufficit de antiqua poſſeſſione, & moderna docere, num. 32.
Etiam ad fauorem hæredis, cui competit dictum remedium ad recuperandam poſſeſſionem defuncti, numero 33.
Poſſeſſio bonorum per patrem, tanquam vſufructuarium capta, intelligitur etiam capta pro filijs proprietarijs, num. 34.
Mulier poteſt ſuo nomine acquirere, num. 35.
Quando ita voluit, num. 36.
Non dicitur acquiri ei, qui, etiamſi maximè velit, non poſſit, num. 37.
Omnis diſpoſitio intelligitur in cauſa poſſibili, num. 38.
Non creditur quis voluiſſe, quod non potuit, num. 39.
Interpretatio ſemper facienda ad exclusionem contrauentionis, vel fraudis, num. 40.
Diſpoſitio quælibet debet interpretari in ſenſu valido, non in inualido, num. 41.
Inſtrumenta præſumuntur vera, & prout in figura apparent, num. 42.
Contractus cenſentur veri, iuſti, non ſimulati, aut fraudolenti, num. 43.
Ex incluſione vnius intelligitur excluſio alterius, numero 44.
Ab oppoſitis mens contrahentium indicatur, num. 45.
Fraus, & ſimulatio diuerſa, & fictio, & imaginatio, num. 46. 47. 48.
Ad fraudem inducendam duo requiruntur, euentus, & conſilium, num. 49.
Et ambo ſunt probanda, num. 50.
Simulatio, quando eſſet ſuperflua, & ſine effectu non eſt attendenda, num. 51.
Conſtito de cauſa contractus excluditur ſimulatio, numero 52.
Ad ſimulationem probandam requiſita, num. 53. 59. 60.
Verba expreſſa magis efficacia, quam tacitè intellecta, num. 54.
Contractus ex conuentione legem accipiunt, num. 55.
Inueriſimile non præſumitur, num. 56.
Iuris præſumptio non aptatur ad impugnandum, nu. 57.
Res empta de pecunia aliena fit ementis, nec intrat ſimulatio, num. 58.
Coniecturas legales requiri ad probandam ſimulationem, non hominis, num. 60.
Quiſque præſumitur poſſidere ex cauſa licita, num. 61.
Et ex cauſa, de qua conſtat, ſeu ex titulo præambulo, numero 62.
Aditio excluditur, ſi alio titulo poſſideatur, num. 63.
Aditio non præſumitur, quando hæreditas eſt damnoſa, num. 64.
Inſtrumentum repudiationis indicat clarè animum non adeuntis, num. 65.
Pater in aduentitijs filiorum habet tantum vſumfructum, num. 66.
Pater non poteſt alienare aduentitia filiorum, niſi ex cauſa neceſſaria, num. 67.
Mandatum expirat ſtatus mutatione, num. 68.
Mandatum ad vendendum non extenditur ad tranſigendum, num. 69.
Quod fit vltra mandatum, eſt nullum, num. 70.
Procurator conſtitutus ad vendendum non poteſt alteri committere, num. 71.
Maximè poſt mortem mandatarij finit ſubſtitutio, numero 72.
Mandatum ad vendendum morte mandantis expirat, num. 73.
Per tranſitum ad ſecunda vota pater excluditur à ſucceſſione filij in bonis maternis, num. 75.
Inſtrumentum, requirens extrinſecam probationem, non dicitur liquidum, num. 76.
Præſumptio transfert onus probandi in aduerſarium, numero 77.

Sufficit

Sufficit præſentia mariti, etiam tacentis in acquiſitione, quam facit mulier, num. 79.
Requiritur tamen veriſimile, quod mulier aliunde pecuniam habuerit, num. 80.
Et citrà veriſimile redduntur ſuſpectæ confeſſiones, numero 84.
Data inſtantia in vno falſum redditur præſuppoſitum, num. 81.
Cognito vno contrariorum cognoſcitur, & reliquum, numero 82.
Veritas in contrarium apparet, docendo, rem aliter ſe habere, num. 83.
Præſumptio, quod de pecunia mariti emptum fuerit in caſu præſenti, habita fuit benignior, num. 85.
Præſumptio præſumptionem abſorbet, num. 86.
Circuitus inutiles ſunt euitandi, num. 87.
Cum tertijs mitius agendum eſt, num. 88.
Actio ad pecuniam competit, vbi emptum de pecunia alterius, num. 89.
Vbi competit actio, tanto magis retentio, num. 90.
Vis clauſulæ ſola facti veritate inſpecta, & aliarum ſalutarium, num 91. 92.
Quando exceptio venit ex eodem fonte, & virtualiter ex natura rei poteſt de ea cognoſci, num. 93.
Lites ſunt, quam citius fieri poteſt, terminandę, numero 94.
Fructuum condemnatio à die litis conteſtate, nu. 95.
Vſuræ pecuniæ debitæ cum fructibus rei compenſandæ ſunt pro rata, num. 96.
Maritus pro portione lucratur fructus, reliquos mulieri reſtituit, num. 97.
Liquidatio in executione reſeruatur, num. 98.

DECISIO XXV.

CVm Nicolaus Rocca vendidiſſet Domum, partim ſpect. Federico Balbano, & partim alijs litis conſortibus, Laurentius eiuſdem venditoris filius, patre mutuo contra omnes egit rei vendicatione, publiciana, & remedio recuperandæ poſſeſſionis cumulatis, tanquam hæres matris emptricis cum interuentu mariti, prout plenius in inſtrumẽto, de quo in actis, Dominis conuentis ſe defendentibus, prout infra ſigillatim.

Primò dicebatur, quod licet inſtrumentum cantaret ſub nomine ipſius D. Barbaræ, tamen ita fuit ſimulatum, quod re vera pecunia eſſet mariti, & quod ei facta eſſet in veritate acquiſitio, vnde ipſi Domini conuenti forent abſoluendi ex non iure
1 agentis, † quod ſufficit, etiam ſi reus nihil præſtiterit l. Paulus, in fin. quibus mod. pign. vel hypoth. ſolu. l. fin. & ibi gloſſ. cum concord. ff de rei vend. Corn. conſ. 219. num. 4. lib. 4. Oſaſc. deciſ. 144 n. 5. Cagno. in l. in pari in princ. num. 1. ff. de regul. iur.
2 c. cum ſit partium. de reg. iur. in 6. † Et ſat eſt reo intra actoris offuſcare, & dubia reddere, adhoc, vt abſolutionem obtinere poſſit, Bald. conſ. 79. nu. 7. lib 2. Laut. conſ. 6. num. 127. Natt. conſ. 32. in fin.
3 lib. 1. † Cum in re dubia abſolutum non poſſit eſſe iudicium, ne veritas offendatur, vt loquit ad literã text in c. fin. 33. diſt. Surd. conſ. 160. num. 63. lib. 2.

4 Primò arguebatur ſimulatio ex cauſa in ea poſita, quod maritus, tanquam forenſis, eſſet prohibitus acquirere in territorio Lucenſi, ex ſtatuto ſub cap. 74. lib. 2. de quo in materia, Surd. in conſil. 48.
5 num. 2. 3. & 24. † cauſam autem in ſimulatione attendi, dicit Alex. conſ. 28. num. 12. lib. 5.

Itẽ, & ſecundo loco arguebatur ſimulatio, quia cum in contractu ipſo dictum eſſet, quod ſolutio fieri deberet de pecunia extrahenda ex venditione bonorum dotalium, non tamen appareret de taliũ bonorum alienatione, dum adhuc exiſterent eadẽ bona penes ipſum actorem, contraria autem hæc
6 ſunt bona eſſe vendita, & non vendita, † contraria autem non ſtant ſimul natura l. 1. C. de furt. & mutuo ſe expellunt Surd. deciſ. 24. nu. 10. & ſi ſunt adhuc vendenda, interim verum non eſt dicere, quod pecunia ſit exacta, ac de eadem facta acquiſi-
7 tio, † quia nihil eſt actum, dũ aliquid supereſt per
8 agendũ l. pen. in fin. C. ad ſen. conſ. Sillan. † & eſt vulgatum illud, quod propoſitum in mente retentum nihil operatur, l. non omnis. ff. ſi cert. pet. remo
9 ta ergo veritate, † quæ in ipſa rei exiſtentia verificatur Menoch. de arbitr. Iud. q. 50. num. 6. quia te-
10 ſte philoſ. eſt adæquatio rei ad intellectum, † manet ſimulatio, tot. tit. plus valet. quod agitur, &c. quæ in ſola apparentia conſiſtit.

Augebat hanc coniecturam, quia adhuc in eodem inſtrumento dicũt, vigintiquinq; ſcutos fuiſſe extractos de bonis dotalibus, dum tamen mox præſupponitur, adhuc fore extrahendam ab eis pecuniam, vnde manifeſta contradictio reſultaret, ad l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur.

Aderat, & confeſſio ipſiuſmet mariti, qui alio inſtrumento anni 1595. faſſus eſt, dictam domum
11 de pecunia propria emptam fuiſſe, † cui in præiudicium liberorum ſtandum videtur, iuxta Soccin. in conſ. 129. num. 13. lib. 4. Salic. in l. liberis, n. 1. C. de inoffic. teſtam. & latè Maſcard. de probat. concl. 1149. num. 12. lib. 3.

12 Accedebat, & iuris præſumptio, † quæ eſt, vt emptum de pecunia mariti præſumatur, ad euitandam ſuſpicionẽ turpis quæſtus l. quintus Mutius. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. etiam. C. eod. tit. Menoch. lib. 3. præſ. 51. Maſcard. de probat. concl. 30. & concl. 214.

Item, & aliud, quatenus fuit acquiſitum etiam communibus filijs nominatim, quod videtur, indicium quoddam continere pecuniæ paternæ, quaſi voluerit pater, ſi non ſibi, quia non poſſet, ſaltem filijs conſulere, cum forte, ſi verè pecunia vxoris
13 fuiſſet, ipſa † de more contrahentium hæredibus indiſtinctè conſuluiſſet, ad l. tale pactum. de pact.
14 dotal. † & hoc videtur à veriſimili non abhorrere, quod maximè attenditur in ſimilibus, vt ad Maſc. infra citandum ſub verſic. nec in caſu præſenti, numero 80.

Secundò loco principaliter opponebatur, quod dictus Laurentius fuerit hæres Nicolai patris, &
15 alienantis, † hęres autem tenetur factum defuncti approbare, vulg. l. Cum à matre, C. de rei vendic.
16 † & quem de euictione tenet actio, eundem agen-
tem

tem repellit exceptio, l.vindicantem, ff. de euict.
& probatum dicebatur ex tribus teſtibus, ex 3.fol.
31.33.34.35.39.& 40. & quarto fol.49.50.& 51.
& ex 5 fol.58.59. deponentibus dictum Lauren-
tium eſſe hæredem Nicolai patris, quia poſſidet
multa corpora bonorum in communi Maſtiani,
quæ prius poſſidebat Nicolaus pater, dũ viuebat,
17 † ex qua poſſeſſione, pręcipuè in filio, arguitur adi
tio, relati per Maſcard.concl.45.num.12. Menoch.
18 lib.4.præſ.101.nu.72.73. † quia cum verbis, & fa
ctis concurrit alia iuris præſumptio, ſi filius ergo
hæres, D.Paul. ad Galat.cap.4.quem refert gloſ. in
l.1.in verſic.ob eam rem.C.ſi min.ab hæred.ſe ab-
ſtin.Menoch.d.præſ.101.num.72. lib.4.

Item, de additione conſtare, dicebatur ex ven-
ditione directi Dominij facta per Laurentium nõ
nullorum bonorũ manu D.Saladini, de an. 1601.
quorum vtile conceſſerat Nicolaus pater de anno
1587. manu D.Ricardi Santuccij, Bernardino Vẽ
turæ, Poli de Luca, iſta enim venditio, ſeu ceſſio di
recti Dominij in hęreditate remãſit, ſicut fieri nõ
19 poterat citrà ius, & nomẽ hæredis, † ita de neceſ-
ſitate in perſona vendentis, ſeu cedentis, additionẽ
inducit, Soccin.iun.in conſ.107.num 1.lib.4.rela-
ti per Maſcard.concl.44.num.1.

Et coadiuuabantur prædicta ex venditione di-
uerſorum bonorum, facta per d.Laurentiũ D.Vin
centio Cantarino, & Baſtiano Cinquini, vt ex duo-
bus inſtrumentis productis apparet, cum eadẽ bo-
na in hæreditate Nicolai eſſe, & ab eo, dum in hu-
manis eſſet, poſſeſſa, teſtarentur 3.teſtis, fol.34.
4.fol.51.

Tertiò, principaliter opponebatur quod erant
dictorum Nicolai, & Barbaræ filij, Andræas, &
Laurentius actor, Andræam verò mandatum fe-
20 ciſſe Nicolao patri de vendendo, † vnde ſaltẽ pro
parte eiuſdem ſuſtineri poſſet venditio iux. l.1. &
tot.tit. ff. mandat.

Addebatur, quod Andræas præmortuus eſt re-
21 lictis ipſo patre, & Laurentio, † Vnde ſaltem pro
parte, in qua pater vnà cum filio ſucceſſit ipſi An-
dreæ, & eius hæres fuit ex auth.de hęred.ab inteſt.
venien.in princ.& §.1.& auth.defuncto, C.ad Ter
22 tull.ſuſtinetur omnino d.vẽditio, † quia hæres ſuc
cedit in ius defuncti l.hæredem, l.hæreditas. ff. de
regul.iur.

Quartò & vltimò principaliter allegabatur, li-
cèt in allegationibus iuris tantum, quod in omnem
caſum competeret retentio, ſaltem pro rata pecu-
niæ mariti impenſæ in emptionem dictæ domus,
ne (quatenus aditio ipſius ſufficienter probata non
23 eſſet,) † cum alterius iactura locupletaretur dictus
Laurentius contra l.bona fides.ff.depoſ.l.iure natu
ræ. de reg.iur. capit.locupletini. de regul.iur. in 6.
24 † retinendo pecuniam eius, à cuius hæreditate ab-
ſtinuiſſet, ad l.1. & tot.tit.ff.& C.de acq.vel repu-
dian. Hęredit.

Rota tamen ſic cenſuit, Primò condemnauit di
ctos reos conuentos poſſeſſores, ad dimittendum
dictam domum. Secundò ſolutis, tamen prius pe-
cunijs de bonis Nicolai patris, à Laurentio actore
habitis in executione liquidandis. Tertiò, condem
nauit ad reſtitutionem fructuum conuentos à die
litis conteſtatæ perceptorum, ſaluo pro rata pecu-
niæ ſolutæ per maritũ pro emptione dictę domus,
pro qua rata per compenſationem vſurarum recõ
penſatiuarum dictos conuentos abſoluit. Quartò
& vltimò liquidationem dictarum pecuniarum,
& fructuum in executione reſeruauit, fundamen-
ta ſingulorum capitum ſunt infraſcripta.

Ad primùm caput condemnauimus dictos poſ-
ſeſſores ad dimittendum dictam domum, quia in-
ſtrumentum emptionis dictæ domus eſt clarum,
quod D.Barbara emit ſibi, & nomine proprio di-
25 ctam domum, † quòd ſufficit, maximè cum vltra
rei vendicationem fuerint cumulata publiciana, &
remedium recuperandæ, ad Cornaz.deciſ.90. nu-
mero 1. & ſeqq. latè per Onded.conſ.22.num.22.
26 & ſeqq.lib.1. † præſertim cum fuerit probatus ti-
tulus, & conſtiterit de poſſeſſione vxoris, & filio-
rum, cum maritus iure familiaritatis poſſediſſe di-
cendus ſit, ex pluribus citatis per Surd. conſ.572.
27 nu.8.lib.4. † quæ ſufficiunt in publiciana ex On-
ded.ſupra, & Alex.conſ.94.nu.10.lib.2. Afflict.de-
28 ciſ.178.num.15. † Vbi, etiam ſi allegentur in iuris
allegationibus, Soccin.iun.conſ.128.n.17 & ſeqq.
29 lib.2.Socc.ſen.conſ.89 ſub num.17.lib 1. † etiam
ad fauorem filiorum hæredum Onded.d.conſ.22.
30 num.23.lib.1. † Nec obſtante titulo reorum con-
uẽtorum, quia fuit quæſitus poſt mortem matris,
Alex.d.conſ.94.ſub d.num.10.lib.2. Onded.d.con
ſil.22.nu.24.lib.1. & nulliter quidem ex cap.115.
31 lib.2. † Et quia acquiſitus ab eo, qui eadem actio-
ne conueniri potuiſſet, Onded.d.conſ.22.nu.25.
32 † & cum fuerit cumulatum etiam remedium redin
tegrandæ, ſufficit, de poſſeſſione antiqua matris,
& moderna conuentorum, fuiſſe probatum ad ob
tinendum, Menoch. de recuper. remed.15.q.13.
33 † & competit etiam hæredi ad recuperandũ poſ-
ſeſſionem defuncti in ipſum continuatam vigore
ſtatuti, quamuis effectualiter nunquam apprehen
ſam, Gabr.conſ.36.num.11.lib.1. Menoch.de recu
per. remed.1. num.397. Couarr. Var.reſol.lib.2.
cap.5.num.6. Onded.conſ.18.num.20.lib.2. multò
34 magis in caſu noſtro, † Vbi mediãte perſona patris
tanquam vſufructuarij apprehenſa fuit poſſeſſio,
etiam quoad filios proprietarios iux.gloſſ.fin.in l.
quiſquis.C.de donat Morot.reſp.44.num.12. Ti-
raq in tract.le mort.in prim. declar.3 par.ſub nu-
mero 2. Iaſ.in l.naturaliter, in princ.n 12. de acq.
poſſeſs. Maſcard.qui prædictos non allegat, in con-
cluſ.1189. num.2.

35 His ita ſuppoſitis, non eſt dubium, quin in per-
ſona ipſius D.Barbaræ conſiſtere poſſit emptio, de
qua in inſtrumento, quia mulieri non obſtat dictũ
ſtatutum prohibens, ſicut marito, Rol.conſil 79.
ſub nu.49.lib.3. Cephal. conſ.526.nu.21. & ſeqq.
iuncto num.3.volum.4. Ladereh.conſ.74.num.4.
36 Onded.conſ.6. vol.2. † & quæ re vera voluerit ſi-
bi emere, & acquirere, non autem marito, per tex.
in l.multum intereſt. verſic. ſi verò ab initio, C. ſi
quis alter vel ſibi. Ruin.conſ.170.num.4 lib.4 Ro-

man.

m an. conſil. 291. num. 11. Onded. conſ. 41. nu. 33.
libro 2.
37 Id quod fortius procedit in caſu noſtro, quia
etiamſi maximè voluiſſet ei acquirere, nõ potuiſ-
ſet, ad l. delata, cum ibi not. ff. de verb. ſignific. &
quia id literis rotundis profeſſi ſunt in inſtrumen-
to ipſo, dum D. Barbara emere dicitur dictam do-
mum de pecunijs extrahendis ex proprijs bonis
dotalibus, eo quod (aiunt) ipſe Nicolaus non poſ-
ſet acquirere bona ſtabilia in ciuitate, & territorio
Lucenſi, quæ verba clara ſunt, & non eſt vlterius
38 diſputaodum, † eò magis attendenda, quia com-
prebendunt caſum de iure poſſibilem, excludunt
impoſſibilem, & omnis diſpoſitio de iure cõmuni
intelligitur in caſu poſſibili, l. Lucius, §. pro Infan-
ti, ff. ad munic. p. cum alijs adductis in deciſ. noſtra
39 Florent. nu. 76. † Nec videtur quis voluiſſe quod
non potuit facere, Onded. in termin. ſtatuti ſimi-
lis noſtro, conſ. 6. num. 27. lib. 2. & quia compre-
hendunt caſum licitum, excludunt illicitum, & in-
40 trat diſpoſitio iuris communis, † quod ſemper fa-
cienda eſt interpretatio ad excluſionem contrauen
tionis fraudis, vel delicti, l. meritò, ff. pro ſoc.
Bart. & cæteri in l. non ſolum, §. ſed & probari, ff.
de oper. nou. nunc. Peregr. in term. ſimulationis,
conſ. 75. num. 5. & 6. Onded. d. conſil. 6. num. 28.
lib. 2. vbi, quod quis cenſetur velle, quod lex ſuæ
patriæ iubet, & nullo modo contra iuris pręcepta
voluiſſe diſponere; & quia comprebẽdunt caſum
validum, excludunt inualidum, & ita eſt de iure,
41 † quod quælibet diſpoſitio debet interpretari in
ſenſu valido, non in ſenſu inualido l. quoties. de re
bus dub. & hæc omnia vltra præſumptionem, quę
42 ſtat pro inſtrumentis, † quod vera ſint, prout in
figura apparent Bald. in l. quoties. C. de iudic. Pere-
43 grin. conſ. 75. ſub num. 1. † & contractus cenſen-
tur veri, & non ſimulati, cenſentur iuſti, & non
fraudolenti Alb. in conſ. 97. ſub num. 34. lib. 1.

Denique quod maritus non fuerit in conſidera-
tione colligitur ex pacto, quod filij ſuccedant in di
44 cta domo, † ex hac enim incluſione filiorum, ad
patris excluſionem infertur l. cum Prætor. ff. de iu-
45 dic. † & ex hoc quaſi ab oppoſitis mens in cõtra-
rium, quoad patrem datur magis intelligi, ad Cra
uet. conſ. 293. ſub num. 9. verſ. 3. retorquetur, &
verſ. 4. etiam & ad fin conſ. Surd. conſ. 234. nu. 16.
& ſeqq. conſ. 278. nu. 21. 12.

Simulatio verò allegata non habita fuit in con-
ſideratione. Primò, quia non intraret, per ea quæ
mox dicta ſunt, & ex Peregrin. & alijs præcitat.
46 † Deinde etiam, quia hic non ſimulatio, ſed fraus
magis propriè raderet, vt in fraudem ſtatuti pręди
cti aliter ſcriptum, aliter conuentum fuiſſet, ad l. in
47 fraudem. ff. de his quib. vt indig. † prout aliud eſſe
in fraudem factum eſſe, aliud ſimulatum, aliud fi-
ctum, aliud imaginarium dicit Alciat. Parerg. lib. 8.
cap. 11. refert in propoſito Alb. conſ. 97. num. 34.
48 lib. 1. † & de differentia, an contractus ſit ſimu-
latus, an in fraudem, agit Boſſ. titul. de bon. publ.
num. 48.
49 † Ad hoc autem, vt quis cenſeatur eſſe in frau-
de, duo copulatiuè requiruntur, ſcilicet euentus,
& conſilium, id eſt animus l. fraudis interpretatio-
50 ne. ff de reg. iur. † & ambo probanda ſunt, Alb.
d. conſ. 97. num. 36. quorum tamen neutrum pro-
batum eſt. Tertiò, quod dictum eſt de ſimulatio-
ne, ea non eſt ad propoſitum negotij, neque veriſi-
milis, neque ſufficiens, neque etiam idonea, cum
ſit impoſſibilis, vt reducatur ad actum, & ideo non
51 releuans, ſed ſuperflua, † quare non attenditur,
Alb. d. conſ. 97. n. 28. lib. 1. Amat. deciſ. March. 98.
num. 4. Onded. conſ. 41. nu. 28. & 29. lib. 2. Si qui-
dem marito nullo modo prodeſſe potuiſſet ſimula
tio, ergo vanum eſt præſuppoſitum.
52 † Quartò, immo verò hunc contractum non
fuiſſe ſimulatum, manifeſtè colligitur, cum liqueat
de intentione contrahentium, & de cauſa cur mu-
lier ſibi, & filijs acquirat, ſcilicet quia maritus ſit
prohibitus, ad eundem Amat. ibid. verſ. Immo ex
53 hoc, id quod directò deſtruit ſimulationem, † ad
hanc enim probandam oportet deducere ſpeciem
ſimulationis, & certam cauſam, quinimò, & cer-
tam perſonam, propter quam facta ſit ſimulatio,
vt egregiè Alb. conſ. 9. num. 6. quem refert Ond.
conſ. 41. num. 28. lib. 2. hæc autem non ſolum non
probantur, verum etiam probatur contrarium in
54 dictis verbis expreſſis, † quæ plus operantur, quã
ſi tacitè intelligerentur, l. non nunquam. ff. de con-
dit. & demonſt. l. actus legitimi. ff. de verb. ſignif.

Cætera verò ad inducendam ſimulationem,
ex aduerſò allata, non faciunt ad caſum; eſto enim
quod de pecunia mariti, (hunc enim ad ſcopũ om
nia ditigimiur) facta fuiſſet acquiſitio, ex hoc ta-
men nõ poſſet inferri ad ſimulationem, ſi præſens,
& interueniens maritus noluit etiam, non obſtan-
55 te pecunia propria, ſibi acquiri, † quia contractus
ex conuentione legem accipiunt, l. iuris gentium.
§. prætor ait, ff. de pact. l. 1. §. ſi conuenerit. ff. de-
poſ. & vnuſquiſque ſuæ rei eſt moderator, & arbi-
ter, l. in re mandata, C. mand. Immo amplius exur-
geret inconueniens, quia nec vxori fuiſſet quæſi-
tum, quia pecunia eſſet mariti, nec marito, quia nõ
eam voluntatem habuit ſibi acquirendi, nec habe-
re poterit obſtante ſtatuto, ergo contractus omni-
no corrueret, ad l. vlt. C. plus valet. quod agit. &
viderentur dicti iugales elegiſſe viam, per quam
56 ſuum iudicium impugnaretur, † hoc autem eſt in
veriſimile, nec pręſumitur l. 3. ff. de milit. teſtam.
57 † & iuris præſumptio non aptatur ad impugnan-
dum id, quod agitur, ſed magis ad confirmandum,
l. ſi quis à filio. vbi Doctor. de leg. 1. Mantic. de cõ-
58 iectur. vlt. vol. lib. 6. tit. 3. num. 25. † Vltra quod ex
hoc, quod de pecunia mariti emptum fuiſſet, non
propterea, vel ſimulatio induceretur, vel res em-
pta eſſet mariti vt per gloſ. Bald. Salic. & alios in l.
1. C. ſi quis alt. vel ſibi. & in d. l. multum intereſt, in
princ. & ibi not. Bart. num. 1. eod. tit. Aſſil. deciſ.
Peruſ. 12. num. 23. Oſaſc. deciſ. 140. num. 6. 9. Ex
quibus, quod res eſt ementis nomine proprio licet
pecunia ſit aliena, & ad alia in dec. noſtra in cauſa
D. Peregrin. Luc. 42. num. 30. & ſeqq.
59 † Et quod demum ad probandam ſimulation
plu raſ

pluta requiruntur, vt apud Doctor. maximè verò
Bald. & Salic. in d l.multum intereſt. C.ſi quis al-
ter. vel ſibi,fusè Peregr.d.conſ.75.num.7.cum plu
60 ribus ſeqq. † Vbi num.16.& 31.probat,non ſuffi
cere probationes per coniecturas,niſi legales, & à
iure approbatas, quia hominis coniecturæ nõ ſuf-
ficiunt ad condemnationem, vt ibi per eum, cum
pluribus vt, Hond.d.conſ.41.lib.2. Alb.d.conſ.9.
& conſ.97.lib.1. Maſcar.de probat.d.cõcl.438.&
ſeqq. Mantic.de tacit. & ambig.tit.15.lib.13.quæ
proculdubio longè abſunt à caſu noſtro.

Neque etiam obſtare, viſum eſt, quod d.Lau-
rentius diceretur eſſe hęres patris,ad cuius factum
teneretur,quia omnibus & teſtibus, & inſtrumen
tis venditionum, & alijs maturè conſideratis, &
inter ſeſe collatis, viſum fuit, non fuiſſe probatam
aditionem hæreditatis paternæ per dictum Lau-
rentium, quia bona omnia fuiſſent Barbaræ ma-
tris,& dotalia, & etiam quia non veriſimile, quia
ipſa erat diues maritus pauper, & vlterius prohibi
tus in illo territorio bona habere, niſi ex cauſa do-
61 tis, † qua propterea ex cauſa, tanquam licita præ-
ſumeretur maritus poſſidere, iuxta Bart. in l.non
ſolum, §.ſed vt probari,ff.de nou.oper.nunc. Alb.
62 conſ.64.num.32. † Vnde,& Laurentius præſume
retur, continuaſſe in eadem poſſeſſione ex eodem
titulo præambulo, de quo apparet, & non ex eo,
de quo non apparet,Surd.conſ.527.num.12.lib.4.
63 Menoch.præſ.67.num.1.lib.6. † excluditur autẽ
aditio,quando alio titulo,quam hæreditario poſſi-
detur, Maſcard.concl.45.nu.29.cum pluribus rela
tis. Deci.conſ.445.num.54. Bald.conſ.224.vol.2.
conſ.306.vol.3. Menoch.præſ.1 11.num.35.lib.4.
Mant.de coniect.lib.12.tit.10.nu.17.& 18. Caſtr.
64 in conſ.113.num.2.lib.1. † Item non erat veriſimi-
lis aditio,etiam ex alio, quia hæreditas Nicolai pa-
tris eſſet damnoſa, vt ex teſtibus conuentorum cõ
ſtabat in reſpõſionibus ad interrogatoria, ad Rot.
deciſ.800.num.7. par.1.diuerſ. vbi, quod de facili
pręſumitur repudiatio hæreditatis damnoſæ, ſicut
65 lucroſæ de facili aditio; † Quinimo exhibitũ fuit
inſtrumentum repudiationis,& in actis ſæpius de-
clarauit,ſe dicta bona poſſidere, vti materna,qua-
re eſſemus in claris, ad Maſcar.d.concl.45. ſub nu
mero 32. & ſeq. Surd.conſ.445. num.12.

Nec obſtabat tertia principalis exceptio, quod
Nicolaus vendiderit, & cõtraxerit cum dictis reis
conuentis ex mandato Andreæ, quia fuit reſpon-
ſum, quod dictus Nicolaus vendidit non in vim
mandati, ſed nomine proprio, quod ex prædictis
66 non poterat facere, † quia pater in bonis filiorum
aduentitijs habet tantum vſumfructum, ex cap.9.
& 20. ſtat.lib.2.& ex iure communi l.quęcunque,
67 C.de bon.quæ liber. † nec poteſt ea alienare, niſi
ex cauſa oneroſa, & neceſſaria non ex voluntaria,
iuxta Doctor. in l.1.& ibi Pincl.p.3.num.76.C.de
bon.mater.Octau,Simoncel.in tract.de decret.lib.
3.tit.8.ſpec.1.nu.9. Gayl.pract.obſer.lib.2. obſer.
72.num.14.Crau.conſ.215.nu.6. Maſcard.de pro-
bat.concl.1154.nu.18. & concl.ſeq. Menoch.pręſ.
81.num.5.lib.3. Peregr.de fideic.art.40.num.34.

Cabal.conſ.ciuil.10 r. num.fin. vbi quod alienatio
debet eſſe neceſſaria,ideſt ob ęs alienum,vel aliam
vrgentem neceſſitatẽ,quæ filiofamilias immineat,
aut in executionem voluntatis teſtatoris antece-
dentis poſt Simonc. quem allegat, de quibus non
conſtat in caſu noſtro.

Secundò fuit reſponſum,quod tempore vendi-
tionum per patrem factarum d. Andræas erat con
demnatus capitaliter cum bonorum confiſcatione
68 ex homicidio, † vnde expitaſſet mandatũ ob mu-
tationem ſtatus, Bald.in l.mandatum, ſub nu.14.
C.mand. Alex.ad Bart.in l ſi cum Cornelius in lit.
D.in fin.ff.de ſolut. Vant.de nullit.ex defect.mand.
num.171. Men.præſ.36.num.30.lib.2.

Tertiò fuit reſponſum,quod ne quidem dictum
mandatum ſeruatum fuit, quia in contractu inito
cum Io.Baptiſta Briamonti tranſegit, & hypo-
thecauit dictam domum pro ſolutione eiuſdem-
met Nicolai, & tamen mandatum erat tantum
69 ad vendendum, † quod non extenditur ad tranſa
ctionem, & ad alia diuerſa ad Dec. conſ.36. col.4.
in princ. verſ.3. quia ſub num.5. vbi quod manda
tum ad vendendum non extenditur ad tranſactio-
70 nem, ſequitur Alb.conſ.376.nu.37. † Vbi etiam,
quod quicquid fit vltra tenorem mãdati eſt nullũ.

In contractu verò inito cum ſpect. Michaeli de
Balbonis non venditio, ſed quædam ſocietas fuit
celebrata, & in caſu inobſeruantiæ promiſſorum,
ipſe Nicolaus conſtituit procuratorem ipſum ſpe-
ctab.Michaelem ad vendendam dictam domum;
71 quod non potuit facere per prædicta, † & quod
procurator conſtitutus ad vendendum non poteſt
alteri committere Bart. in l.1.num.fin. C.de offic.
72 Procuratoris Cæſ. † maximè poſt mortem man-
datarij, ad Rot in nouis. de procur.deciſ.33. Me-
noch.conſ.792.ſub num.16.lib.8. vbi ſicut manda
tum finitur morte, ita etiam ſubſtitutio.

In contractu verò cum ſpect. Federico Balbani
d.Andræas erat iam naturaliter mortuus, & ſciue-
runt contrahentes,quia enunciarunt in inſtrumen
73 to ipſo, vt patet ex tenore ipſius, quo fit, † vt man
datum ad vẽdendum per mortem mandantis ex-
pirauerit, iuxta text.in puncto in l.fundi. §.Item ſi
amicus, in fin.iuncta gloſ.ff.de acq.poſſ.ſ.l.ſi de-
functus. ff.de procur. §.Item ſi adhuc. Inſtit.mãd.
Gabr.de procurat.concl.2.num.1. Menoch.d.con-
ſil.792.num.16. lib.8.

Ad aliud verò, quo dicebatur, ſuſtineri poſſe vẽ
ditiones pro parte Nicolai ſibi tangente ex ſucceſ-
ſione d.Andreæ filij præmortui, Reſponſum fuit
74 ex ſtat.cap.9.lib.2. † ſolos fratres ſuccedere exclu-
ſo patre in bonis maternis, per quod ſtatutum di-
ſpoſitio auth.defuncto, C.ad Tertull. reducitur ad
term.d.l.quæcunque, C.de bon.quæ liber,vt conſi
derat Lepid.d.conſ.vlt. verſ.quibus tamen, & verſ.
nec obſtãtea, & etiam ſine dicto ſtatuto pater ex-
cluſus fuiſſet ab huiuſmodi bonis, propter tranſitũ
ad ſecunda vota, antequam Andreas deceſſiſſet,
75 † per quem tranſitum pater priuatur ſucceſſione
filij in dote, & bonis maternis, quoad proprietatẽ,
quicquid ſit de alijs bonis aliunde obuenctis, Bart.
in l.ſe-

in l.fęminæ, num.2.C.de ſecund.nupt.Crau.conſil.37. num.1. & 2. vbi bona materna ab alijs diſtinguit Aret.conſ.72.nu.3.Corn.conſ.241.nu.6.
lib.2. Dec.conſ.87. num.3. conſ.230.num.1.vbi plures allegat, & de Communi teſtatur.

Sanè vltimum, quo dictum fuit, quod Laurentius, ſaltem pro rata pecuniæ mariti impenſæ in emptionem dictæ domus, teneretur, iri, & æquitati conſonum duximus, & ideo, ſoluendas eſſe prius pecunias huiuſmodi reis conuentis, iudicauimus, quia inſtrumentum non dicit, quod de pecunia extracta eſſet ſolutum in contantis, quo caſu inſtrumentum eſſet liquidum, & ei eſſet ſtandum, ſed de pecunia extrahenda ex alienatione bo
76 norum dotalium, † quo caſu non eſt liquidũ, ſed
liquidandum, quia adhuc eget extrinſeca probatione, Surd.deciſ.27.num.5.& ſeqq.& non fuit probatum de alienatione, & extractione prędictis, quare ſi melius non probauerit, & liquidauerit dictus Laurentius, ſe de venditione dictorum bonorum dotalium, & de pecunia inde extracta, re vera ſolu iſſe precium domus, præualere cenſuimus validas probationes, quæ ſtant, quod de pecunia mariti emptum ſit, de quibus ſupra in verſ. Item, & ſecundo loco, & verſ.ſeqq. quæ ad arguendam ſimulationem minus idonea, efficacia tamen & ſufficientia, ſaltem ad inducendam præſumptionem, quod aliqua pecunia mariti intrauerit, arbi-
77 trati ſumus, † ita quod onus probandi contrariũ
in ipſummet Laurentium foret transferendum ad Menoch. præſ.116 num.34.lib.4.
78 † Nec in caſu præſenti ad rẽ facere, cenſuimus, quod attenta præſentia mariti, in contrarium præſumptio ſtet pro vxore, quod de pecunia ipſius emerit, Oſaſc.deciſ.140.nu.8. quia hoc habet locũ, vbi pecunia eſt præſens, & numeratur ab vxore ſuo nomine præſente, vel confitente marito pe-
79 cuniam eſſe vxoris, vel etiam tacente, † quod ſufficit, vt declarat Menoch.præſ.51.num.27 & 28.
Vbi de Communi lib.3 & conſ.6 7 num.15 vbi
80 pariter de Communi lib.7. † & requiritur, etiam
in hoc caſu veriſimile, vt putà, quia mulier habuerit aliunde bona, ex quibus pecunia extracta fuerit ad Maſcard.concluſ.363.in princ.qui non ſunt termini noſtri, & prærerea reſtrictio illa inſtrumẽti, quod fieri debeat ſolutio de pecunia extrahenda ex bonis dotalibus eo iuncto, quod de alienatione bonorum dotalium non plenè conſtat, vehementius operatur ad excludendam præſumptionem,
81 quod de pecunia vxoris fuerit emptum, † nam data inſtantia in vno, falſum eſt, quod præſupponitur, ad deciſ.noſtram Luc.5.num.51.52. & con-
82 traria, iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, † & cogni
to vno contrariorum cognoſcitur, & alterum, In-
83 ſtit.de his qui ſunt ſui, vel alien.Iur. vel non, † &
veritas in contrarium apparet eo ipſo quod docetur, rem aliter ſe habere, ad dec.noſtram Luc.31.
84 num.48. † alias citrà veriſimile huiuſmodi con-
feſſiones valdè ſunt ſuſpectæ, vt per Maſcard. con
85 cl.214.n.4.& concl.30.nu.6.& ſeqq.† & hæc pręſumptio, quod pecunia eſſet mariti, videtur conſideratis circumſtantijs huius caſus benignior, & ideo potentior, Menoch.lib.1 q.29.num.5.& quę cũ alijs videtur abſorbere quicquid præſumptiuè
86 adduci poſſet ad fauorem mulieris, † quia pręſum
ptio præſumptionẽ abſorbet, & abſorbentes vincunt, & magis attendendæ ſunt e.vn. ſi de feu.def. controuer. ſit. l.fin. de in integr.reſtit. gloſ. in l.1. C.qui. & aduer.quos &c. Alc.de præſumpt.regul. 1.præſ.9.in fin.Crau.conſ.988.nu.65.& ſeqq.

Ad hanc autem reſolutionem facilè inclinauit Roja, vt prius liquidaretur pecunia mariti, & ſol-
87 ueretur, † maximè ad euitandos circuitus inutiles, ad Oſaſc.deciſ.133.nu.10. præſertim, quia res
88 agitur cum tertijs, † & ideo mitius cum eis agen-
dum foret, l.legem.cum ibi not. C.de natur.liber.
89 Magon.deciſ.Lucan.92.nu.6.† quibus, vt compe
tijſſet actio ad pecuniam Menoch. præſ.51.nu.42.
90 vbi plures citat lib.3. † tantò magis retentio fuit
indulgenda, iuxta Molignat de retent.q.1.206.& 417.adminiculante etiam ſtatuto ſub cap.14.li.1.
91 †.quo proceditur ſola facti veritate inſpecta, † &
92 ſtantibus clauſulis ſalutaribus, ad Menoch. de arbitr. Iud.q.31.per tot. Hond.cõſ.22. per tot.n.28. conſ.94.n.49.& ſeq.lib.1.conſ.40.nu.39.conſ.44. n.45.conſ.54.n.48.& ſeqq.lib.2.Crau.conſ.1000. n 206.Grammat.deciſ.19.n.4 5.6.& 7. & per tot. ex quibus poteſt in aliud condemnari, quam petitum, & potiſſimum ſtante alio ſtatuto ſub cap.15. lib.1.cuius vigore reus cenſetur omnes ſuas defenſiones, & ius, quod ſibi competit deduxiſſe, quod
93 quidem eò magis attendendum duximus, † quia
exceptio hæc de pecunia mariti veniret ex eodem fonte, & virtualiter ex natura rei, ad Magon. deciſ.Luc.53.ſub num.17. & quæ etiam in actis fuit oppoſita, meritò, æquitatem de more ſequẽdo, ſic
94 reſoluimus, † vt lites quantò citius terminentur,
nec de lite lites fierent, ad c.finem litibus de dol.&
95 contum.l.properandum.C.de Iudic. † & condẽ-
nauimus reos cõuentos, ad reſtitutionem fructuũ
96 à lite conteſt. ex l.certum 22.C.de rei vend.† non
tamen pro rata pecuniæ mariti, quia vſuræ eiuſdẽ pecuniæ veniunt cum fructibus compenſandæ ex æquitate l.curabit, C.de action.empt.& ibi Doct. & ad l.fin §.ſi per mulierem.ff.de fund.dotal. vbi
97 Doct.& Molignat.d.tract.de retent.q.397.† vbi,
quod maritus pro portione lucratur fructus, reliquos mulieri reſtituit.
98 Quæ omnia, tam probatio, ſeu liquidatio, quod
de precio bonorum vxoris alienatorum ſolutũ fuerit per d.Laurentiũ, quàm reliquorũ reiecimus in executione fienda, ex allegat.in dec.Luc.56.h.fin.
Ex quibus, &c. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Vbi non eſt terminus præfiſcus, non currit interim tempus, num.1.

Debet probari cauſa, ob quã dilatio ſit reſtringenda, n.2.

Non datur recurſus, vbi dilationes ſunt arbitrariæ, ſi iterum fuit pars monita ad reſpondendum, num.3.

DECISIO XXVI.

VIdimus vſque ſub die 19. Ianuarij, monitum
fuiſſe procuratorem ad reſpondendum poſitio
nibus admiſſis, & denuo ſub die 23. Febr. facta ea-
dem monitione, interpoſitum fuiſſe recurſum.

Et quoniam ſtatutum cap. 68. in princ. lib. 1. di-
ſponit, quod Iudex poſitionibus productis faciat re
1 ſpondere, nullus tamen præfigitur terminus, † nõ
viſum fuit agi de aliqua dilatione legali, quæ fuerit
coarctata, & ideo non intrare Doctr. Abb. in c. 1.
n. 6. & 7. de dilat. Rip. & alior. in l. 2. n. 26. & 27. de
2 re Iudic. † Immo cum recurrens teneretur proba-
re cauſam, quare dilatio reſtringi non potuiſſet, vt
tradit idem Rip. in d. l. 2. nu. 28. ex proceſſu autem
non appareat, quod intra illud decurſum tẽpus allo
gatæ cauſæ multiplicitatis ſcripturarũ mederi non
3 potuerit, † potius credidimus talem recurſum da-
ri non potuiſſe ad Menoch de arbitr. q. 70. nu. 4. &
5. cum dilationes ſint arbitrariæ, d. l. 2. de re iud. l.
1. C. de dilat. Menoch. d. q. 70. Ideo dictum fuit ma
lè recurſum, & benè pronunciatum.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

Connexio cauſarum ex arbitrio Iudicis iudicatur, nu. 1.
Cauſæ connexæ, vel ſeparatæ iudicantur, ex origine, ex actione intentata, & ex fine, num. 2. 3.
Connexa dicuntur inſeparabilia, num. 4.
Non eſt inconueniens, diuerſas ferri ſententias ſuper eadem re inter diuerſas perſonas, ex diuerſis actionibus intentatis, num. 5.

DECISIO XXVII.

PRonuntiauit D. Iudex, à quo, attenta connexi-
tate cauſarum, eſſe ſuperſedendum in publica-
tione proceſſus vnius, vſque ad publicationẽ pro-
1 ceſſus alterius cauſæ, † quæ connexitas cauſarum,
licet iudicetur talis arbitrio Iudicis, vt per Menoc.
de arbitr. caſ. 95. num. 4. Gabr. conſ. 38. n. 6. vol. 1.
2 tamen viſa non fuit poſſe attendi in propoſito, † cũ
huiuſmodi cauſæ, tam inſpecta earum origine,
quam actione intentata, & fine, ad quem dirigun-
tur, non connexæ, ſed ſeparatæ, & diuerſæ diiudi-
centur ad Menoch. conſ. 123. nu. 20. & ſeqq. lib. 2.
3 Decian. conſ. 98. n. 10. lib. 2. † licet videantur habe
re primordialem originem ex eodem fonte media
tè, & cauſatiuè, Socc. iun. conſ. 136. n. 5. lib. 2.
4 Et cum alias connexa dicantur inſeparabilia,
Menoch. d. caſ. 95. num. 5. & talia quorum vnum
pendet ab altero, & in neceſſarium antecedens, vel
neceſſariũ conſequens venit, Menoch. ibi n. 8. dixi
mus, talem connexitatem non cadere in præſenti
5 caſu, † cũ non ſit inconueniens, vt ſuper eadẽ re in
ter diuerſas perſonas, diuerſis actionibus intẽtatis,
contrariæ ferantur ſententiæ, Crau. conſ. 232. n. 3.
cum alijs relatis, per Men. d. conſ. 123. & d. caſ. 95.
Ideo diximus, bene recurſũ, & male pronunciatũ.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

Nepoti teſti minus creditur, num. 1. & famulo teſti, numero 2.
Et famulo, qui eodem die habuit pecuniam mutuam ab inducente, num. 3. & 4.
Et colonis pro Domino teſtificantibus, num. 5.
Teſtibus deponentibus de negatiua, magis creditur, quando affirmatiua non fuit benè probata, num. 6.
Et quando ſinguli æque benè videre potuerunt, num. 7.
Et in delictis, vbi creditur magis teſtibus deponentibus pro non delicto, quam teſtibus pro delicto, num. 8.
Et in criminalibus, num. 9.
Coniecturæ probationibus cedunt, num. 10.
Operi de facto, de facto reſiſti poteſt, num. 11.
Quando vterque, ſe poſſidere contendit non eſt agendum criminaliter, num. 12.
Intereſt noſtra continuare in poſſeſſione, non cedere, n. 13.
Magnum commodum eſt poſſeſſionis, & magno pretio emi poteſt cauſa poſſeſſorij, num. 14.
Non eſt agendum criminaliter, maximè quando nullum damnum, ſequutum fuit, aut in nullo deterius factum ius partis, num. 15.
Delictum purgatur per deſiſtentiam, num. 16.
Qualibet cauſa excuſat à dolo, & pœna, num. 17.
Reus, actore non probante, abſoluendus, num. 18.
Probatio bonæ famæ, rei ſuſpiciones euacuat, num. 19.

DECISIO XXVIII.

AD querelam ſpect. Leonardi Veccoli prætende
bat fiſcus, & ſimul cum eo idẽ querelãs, quòd
Sebaſtianus, & alij inquiſiti de S. Maccario, puniẽ-
di forent ſub prætextu, quod acceſſerunt ad quen-
dam locum d. ſp. Veccoli cum Archibugio, & funi
culo accenſo minis, impetu, & inſultu, dicẽtes ad-
uerſus eius laboratores, ne inciderent quandam ar
borem, quam incidi faciebat d. ſpect. Leonardus,
prætendendo, locũ, & arborẽ ipſam, quæ incideba-
tur, eſſe ſuã, ad c. 137. 214. 171. cũ ſimil. lib. 4. ſtatut.

Verum per D. Prætorem rectè abſolutos fuiſſe,
cenſuimus, neq; enim, (quod pertinebat ad funem
accenſam) id ſatis probatum fuiſſe, intelligebamus
ex teſtibus, qui de hoc depoſuerunt, quia vnus eo-
1 rum eſſet nepos d. ſp. Leonardi, † cui minus credi
poteſt Rip. in l. admonendi, nu. 178. ff. de iure iur.
Ang. in l. ſi fœminam. C. ad turpil. latè Gabr. de te-
2 ſtib. concl. 13. per tot. † & alter famulus inſeruiens
continuè in ſeruitio ſerico, vt ad 15. interrogato-
rium, cui etiam non tam facilè eſſet fides præſtan-
da, iuxta eundi Gabr. de teſtibus concl. 10. per tot.
3 † Vltrà quod, eodemmet die ſuæ depoſitionis ha-
buit ab eod. ſpect. Leonardo pecuniam mutuo, vt
ad 13. Interrogat. ad Papien. in forma oppoſ. contr.
4 teſtes in verſ. in facto nu. 4. † maximè quod in tali
actu teſtificandi accepit ad Bero. q. 58. & ad Ma-
ran. de ord. iud. par. 3. n. 66 & 67. & licet non per
hoc ad ſubornationẽ totaliter cõcluderetur, moue
re tñ potuit ad minus credendum, cum hoc ſit Iu-
dici arbitrariũ, vt in alia deciſ. noſtra Luc. 67. n. 49.
5 † & alij duo ſunt laborãtes, & coloni eiuſdem in-

ducen-

Digitized by Google

ducentis, vt deponunt ad duodecimum Interro-
gatorium, qui pro Domino non ſunt integri te-
ſtes, Alex.conſ.47. num.17.lib.6.

Accedebat, quod ex alijs teſtibus, multò pluri-
bus pro parte inquiſitorum productis, contrarium
omnino reſultabat, quibus tametſi negantibus,
6 magis credendum putauimus, † cum affirmatiua
ſupradicta non fuerit idoneè per minus idoneos
7 probata, ad Gabr.de teſtibus num.12. † & quod,
ſi funis accenſa fuiſſet, ipſi neceſſario æquè vidiſ-
ſent, cũ æque præſentes eſſent, ad Bart. & DD. in
l.hæredes palam, ff.de teſt.latè Gabr. d.cõcl.4.n.6.
8 † Vltra quod magis creditur teſtibus deponẽti-
bus pro non delicto, quam pro delicto iuxta Gab.
d.concl.4.n.21.& 24. Affiſ.dec.Luc.3.n 23.& 24.
9 † Ac in criminalibus fallere regulã, quod magis
credatur duobus affirmantibus, quam decem ne-
gantib. cenſent Doct. Marſil.ſingul.541. Petr.Ge-
ard.ſing.11.Corſ.ſing.9.Felin.in c.ex his de prob.
Roman.conſ.241. Gabr. d.concl.4. num.9.

Et ex his ceſſare viſum fuit, quod allegabatur,
inuetiſimile eſſe, quod eò acceſſerit nõ habẽs funẽ
10 accenſam, † quia coniecturæ probationib. cedũt,
præſertim in crimin. Maſc.de prob.cõcl.107.n.6.

Ad abſoluendos ſupradictos, quoad omnia, etiã
quoad minas. & inſultum, mouebamur inprimis,
quod arbor ſupradicta prætendebatur, eſſe poſita
in fundo Reuerend. Patrum Fratr. de Friſonaia,
& ideò eo ſupradictos inquiſitos acceſſiſſe pro iu-
re dictorum fratrum conſeruando, & ad opus de
11 facto, etiam de facto ſe opponendo, † quod de iu-
re permiſſum eſt, ad c. in literis. de reſtit. ſpoliat.
Gayl.obſer.76. lib.2. Pap. in forma libelli ſpoliat.
poſſeſ.verſ.tentæ, & poſſeſſæ, ſub num.2.l.vt vim.
12 ff.de iuſt.& iur.& ibi DD. † & quãdo vterq; poſ-
ſidere contendit non eſt agendum criminaliter,
ſed ciuiliter, Crau.conſ.280.ſub num.3.verſic.ex
13 quibus fundamentis, † & intereſt noſtra continua-
re in poſſeſſione, non cadere, & deſipiſceret qui
14 hoc fecerit, Natt.conſ.606.nu.13 † quia magnũ
commodum eſt poſſeſſionis, & magno precio emi
poteſt cauſa poſſeſſorij, idem Natt.conſ.630.n.6.
15 Et tantò magis, quia nullum damnum ſequutũ
fuit, ad l.1.§.fin.ff.quod quiſq; iur.conſiderato euẽ-
tu, ad l. facta. §. euentus, ff. de pœn. nec in aliquo
factum fuit deterius ius d.ſpect.Leonardi, qui non
fuit prohibitus continuare vſque ad finem dictæ
inciſionis, ad Bertaz. in l.ſi quis maior, quæſt.49.
num.737. & ſeq. C.de tranſact.

Et tandem, quod ijdemmet in ipſo actu decla-
rarunt, ſe habere reſpectum ad cappam nigram,
ideſt ad dignitatem perſonę d.ſpect. Leonardi, &
ideo deſtiterunt, ad l.alia cauſa, C. de his quibus
16 vt indig. † Vbi quod delictum purgatur per deſi-
ſtentiam, vt in ſimili Bal. & Alex. ibid.

Quam ob cauſam dictum eſt, nõ intrare allega-
ta ſtatuta, ſed maximè ex eo etiam, quia dolus non
17 eſſet probatus, † & quia quælibet cauſa ab eo ex-
cuſat, & ad pęna ſtatuti, Corn.conſ.205.n.6.lib.2.
Vbi dicit, neceſſarium eſſe dolum ex propoſito,
qui termini in iſto caſu non verificantur.

18 Quod vero dicebatur, arborem prædictã fuiſſe
nocte ſequenti ablatam per inquiſitos; dictũ fuit
de hoc non conſtare ex actis, & ideo abſoluendos
19 eſſe per l.qui accuſare.C.de edend. † iuncta pręſer-
tim probatione bonæ famę inquiſitorum, per quã
etiam ſuſpiciones euacuantur, Crau.conſ.99.nu.
11.conſ.319.num.1.Marſ.ſingul.608.Boſſ.de in-
quiſit.num.36. & 37.

Ex quibus, &c. Laus Deo, &c.

SVMMARIA.

Inſtrumenta relata ſunt producenda, num.1.

Declara, quando inſtrumentum referens producitur ad fundandam intentionem producentis, num.2.

Ratio eſt, quia non eſt liquidum ſine productione relati, ſub eodem.

Si inſtrumentum factum ſit inter eaſdem partes, ei creditur abſque productione relati, num.3.

Declara, ſi certam, & plenam voluntatem contrahentium non contineat, eſſe relatum producendum à venditore qui habet relatum, num.4.

Item declara, vt, quando recurri poteſt ad notarios, non ſit neceſſaria editio, num.5.6.

Item ſi ipſemet inſtrumentum produxit, non poteſt petere editionem relati, maximè ſit ſit actor, num.7.

Petitio generalis non eſt admittenda, num.8.

Qui fecit mentionẽ inſtrumẽti in libello, poteſt ſe liberare ab eius petita exhibitione iurando, ſe nõ habere, n.9.

Quod iuramentũ poteſt Iudex ex officio decernere, n.10.

DECISIO XXIX.

1 QVod † aiunt, inſtrumenta relata eſſe produ-
cẽda, vt Alex.cõſ.3.n.2.vol.2.Dec.cõſ.302
n.2.3. Natt.conſ.634.n.15.add.ad Matth. ſing.40.
2 Habet locum, quando inſtrumentum referens
producitur ad fundandã intentionem producẽtis,
& ipſum inſtrumentum factũ eſt inter alias partes
ratio eſt, quia nõ eſt liquidũ ſine productione rela-
ti & ideo nõ poteſt inſtrumentũ ſolum, & de per
ſe prodeſſe parti producenti, vt conſtare poteſt ex
ſupracit. & per Ant. Sol. ad antiq. Sab. decret.tit.
de oppoſitione contra formã extrinſecam Inſtr.ſu-
per decret.quãdo in iudicio.gl.1.n.13.& tit.de ord.
proteſt.cau.Inſtr.gl.1.n.2.Bern.Pand.de præſent.
3 & execut.Inſtr.p.3.declar 20.n.54.† Secus ſi factũ
ſit inter eaſdem partes, quia creditur inſtrumento
referenti, etiã abſque exhibitione relati, Bar.& oẽs
in auth.ſi quis in aliquo, C.de edẽ.in l.ſciendũ.ff.de
verb.oblig. Nat.conſ.252.n 15. Ant.Sol. in antiq.
Sab.decr.de iure emph.decr. Rẽpub.p.2.gl.4.n.7.
4 † Eſt verũ, ſi ex ſolo inſtrum.referẽte certa, &
perfecta voluntas, cõtrahentiũ reſultare nõ poſſit,
velle in hoc caſu Doctor, inſtrumentum relatum,
(ſi ſit pęnes venditorẽ, aut quatenus confeſſus fue-
rit in actis ſe habere,) teneri venditorẽ exhibere
emptori, ſi ei expedierit, ex tex.& ibi Bart.& Bald.
in l.titius hęres. ff. de act.empt. qui in his terminis
intelligendis ſtant, vt per eund.Bal.in §. Vaſallus ſi
feudũ, n.fin.ſi de feud.def.&c. in vſibus feud.Caſt.

ad l.quoties 15 nu.fin. & ibi Iaſ. C.de rei vendic.
Caputaq.deciſ.294.par.t.& ad Rom.conſ.305.Al
cia.auth.ſi quis in aliquo.n.16. C.de eden.Rebuff.
de Chitograph. & Sehed.recog.in præfat.n.16.

Ex his,nullius ex p-titis inſtrumentis exhibitio
ni locum fuiſſe,cenſuimus,quia inſtrumentű refe-
rens fuit factum inter eaſd. m partes,nec aliàs con
ſtitit nobis vllo loco in actis, quod iura in d.Inſtru
mento relata extiterint. aut extent penes d.ſp.Ber.
5 nardum venditorem, quare ſumus in regula, † &
vlterius obſtat D.Sinibaldo,quod poteſt recurrere
ad notarios.qui receperunt dd.iura, qui ei exhibe-
re tenebuntur,vt Caſtr.in l.inſtrumenta.n.2.C.de
fideicő. & integra deciſ. Oſaſc.57. præſertim nu.
6 fin. † Vnde non ſit, (vbi aliunde haberi poſſint in-
ſtrumenta,) neceſſaria editio Bero.in c.1.nu.62.
verſ.vlt.de probat.Mag.in.deciſ.Luc.5.num.9.

Nec poteſt conqueri D.Sinibaldus, ſe certam
ſcientiam non habuiſſe, nec habere poſſe ex inſtru
mento referente, quia ipſemet idem inſtrumentű
7 prius produxerat in ipſo libello, † per quã produ-
ctioné cenſetur, fateri omnia contenta in eo, vt in
alia deciſ.noſtra Luc. 31.nu 60. maximè, quia eſt
actor, ad l.qui in alterius.ff.de reg.iur. & ſic nő in-
trat ſtat.c.51.lib.1.quia loquitur,quando pars ſola
produxit inſtrumentű, non quando vtraq; pars,
quo caſu ceſſat ratio ſtatuti, & præterea ſtatutum
loquens in caſu ſimplici non extenditur ad caſum
mixtum,vt in deciſ.noſtra Flor.1.num.72.

Vltrà quod per talem productioné præſumitur,
quod d.D.Sinibaldus fuerit inſtructus, & dato qđ
non eſſet inſtructus, plenariè declarare debuit, in
quo nő ſit inſtructus,& quæ ſint illa iura,quæ poſ-
8 ſent eum inſtruere,& illa tantű petere,† aliàs peti
tio eius generalis non eſt admittenda, Natt.conſ.
61 a.ſub n.2. Ad tollendos auté omnes ſcrupulos,
cenſuimus,eſſe deferendum iuramentű ex diſpoſi
tione ipſa ſtatuti lib.1.c.51. eximentis ab hac ne-
ceſſitate producendi,eum,qui non habet talia iura
9 medio ipſius iuraméto,vt in eo,† & eſt de iure,vt,
qui fecit mentioné de inſtrumento in libello, poſ-
ſit ſe ab exhibitione liberare cű iuramento, ſe illud
non habere, ad Innoc.in c.1.de prob. Rot.dec.36.
10 in nou.Seraph.de priuil iur.priuil.6.n.21.† & po-
tuimus etiã ex officio decernere dictum iuramen-
tum,ad Marant. de ordin.Iudic. verſ.& an Iud.ſit
ordin.vel ſum.n.29.Seraph.priuil.33.num.195. &
in ſpecie ex ſtat.cap.67.lib.1.

Ex quibus, &c. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Iudex à quo, pendente appellatione à ſua pronuntia in poſſeſſorio,poteſt ſe intromittere quoad attẽtata,n.1.
Per recurſum non eſt ſuſpenſa iuriſdictio circa ea,quæ de nouo emergunt, num.2.
Recurſus non poteſt interponi, quando non concurrit qualitas ſtatuti, num.3.
Limitata diſpoſitio limitatum producit effectum,nu.4.
Conceſſio non operatur,vltra intentionẽ concedentis,n.5.
Iudex declarando,procedi ad Vlteriora,non excedit,n.6.
Exceſſus, in quo, & quando fiat ſub eodem.
In relaxatione executionis,aut in reiect.exceptionű,n.7.
Sine grauamine non datur appellatio, vel recurſus, n.8.
Iudex aſſignando terminum ſtatuti,non grauat, num.9.
A grauamine ſtatuti non datur appellatio,vel recurſus, num. 10.

D E C I S I O XXX.

PEndente recurſu Coram Rota,fuit innouatű per
Cardoſiű, & articulus innouationis fuit à parte
introductus coram Iudice ipſo, à quo Cardoſius
oppoſuit de recurſu, Iudex ad vlteriora procedi
mandauit,& ab hac pronuntia fuit per eundé Car
doſium recurſum ad Rotam, quæ pronuntiauit,
huic recurſui locum non eſſe.

1 Quod enim Iudex,à quo pendéte appellatione,
ſiue recurſu, à pronuntia per eű lata ſuper reme-
dio poſſeſſorio,coram eo intentato poſſit ſe intro-
mittere, & cognoſcere de cauſis innouationű, &
attentatorű ſuper ea poſſeſſione, à qua fuit appel-
latum, dű modo non cognoſcat de articulo appella
tionis, præterquam quod apertè legitur in c 59.ca
pitulorű Rotæ in §.& dicta citatione,eſt etiam ex-
preſſe de iure deciſum in c.cum teneamur vbi Frã
cus. in 2.notab. dicit, eſſe menti tenendű extra de
appellat. ſequuntur Imol.Innoc. & alij relati per
Dec.ib.ſub n.15.Hercul.in trac.de attẽt.c.13.n.10.
Cum ergo ſuper innouatione facta per Cardoſiű
fuerit aditus Iudex ordinarius,inficias iri nő pote-
rat,quin Iudex cőpetens aditus eſſet,& per conſe-
quens patet, illum potuiſſe ſe intromittere in iſta
2 cauſa, † cum per recurſum interpoſitű non ſit ſu-
ſpenſa eius iuriſdictio,circa ea,quę ſuperuenerunt
de nouo,vt tradunt DD. in loc. ſupra allegatis.

Nulliter autem fuiſſe à Cardoſio recurſum in
cauſa iſta innouationis, & attentatorű à pronun-
tia per D.Iudicem facta de procedendo ad vlterio
ra,clarius etiam patet, ſtante diſpoſitione d.ſtatu-
ti,ſeu decreti ſummariſſimi poſſeſſorij,dű à pro-
nuntijs latis, ſeu factis in cauſa dictarum innoua-
tionum, & à qualibet ipſarű eſt prohibita appella-
tio, & recurſus ſolum permiſſus, iuxta diſpoſitio-
nem c.31.Rotæ,& quidé non ſimpliciter,& abſo-
lutè, ſed limitatè, & reſtrictè, quoad pronuncias,
quæ non expectant aliã ſententiã poſt ſe,ex quo.n.
pronuncia de procedédo ad vlteriora aliam poſt ſe
expectat,quæ dirimit cőtrouerſiam principalé in-
3 nouationis, † certiſſimű eſt, recurſum interponi
minimè potuiſſe, non concurrente qualitate à ſta-
tuto requiſita, Bart.in l.1.§ quod ait prætor. ff.ne
quid in flum.publ. & in l.prætor. §.docere. ff.de vi
bonorű raptor. Dec.cőſ.520.n.11. Aym.in reſpőſ.
4 pro genero n.21.† limitata enim diſpoſitio limita-
tum producit effectum, l.in agris, ff.de acquir.rer.
5 dom.l.age.C.de tranſact.† & conceſſio non opera-
tur aliquid vltra intentionem concedentis, l.non
omnis. cum vulg. ff.ſi cert.petat.

Et præterea conſideratum fuit, nos non eſſe in
aliquo ex caſibus enumeratis in dicto cap.Rotæ,&
6 quod ideo nő intraret; † preter quam quod Iudex
clarãdo,procedendű eſſe ad vlteriora,nullo modo
exceſ-

Digitized by Google

excesſit terminos Iuris, cum nullam executionem fecerit, in qua præcipuè ſolet exceſſus conſiderari, quando ſcilicet non admittit exceptiones impediẽtes executionem, vel exequitur ante tempus, vel in alia re concedit executionem, prout declarat Berous, conſ. 32. num. 15. lib. 3. Curt. iun. conſil. 287. num. 38. Contard. in l. vnic. limit. 19. num. 5. C. ſi de momenr. poſſ.

7 Non enim in caſu noſtro fuit relaxata aliqua executio, neque exceptiones oppoſitæ, quæ per iudicẽ fuerint reiectæ, & conſequenter patet, non conſtare de aliquo exceſſu, vt per Bero. d. conſ. 32. num. 16. & 17.

Sicut neque de aliqun nouo grauamine conſta-
8 te poteſt in caſu iſto, † ſine quo nulla appellatio, aut recurſus conceditur, vt cauſa 2. q. 6. per tot.
9 Surd. conſ. 102. num. 13. † Nam Iudex aſſignando terminum à ſtatuto conceſſum, non grauat, ſed ſi
10 grauamen irrogetur à ſtatuto procedit, † & à grauamine ſtatuti non datur appellatio, neque recurſus Bart. in l. ſi ſecundum legem, C. de iur. Reipub. lib. 11. Alex. in l. fin. de appellat. recip. Broderod. de appell. par. 1. tit. 20. ſub Rub. à grauam. ſtat. an appelletur. Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

In hypothecaria debet præcedere excuſſio, etiam in cauſis dotalibus, & etiam vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta, num. 1. & 2.

Fallit vt num. 11. & 18. & ſeqq.

Relationi nunciorum non ſtatur, ſi contrarium probetur, num. 3.

Declara vt num. 14. & ſeqq.

Imputandum videtur parti, quæ non egit in tempore, quo aderant bona, num. 4.

Declara vt num. 20.

Perſonalis non competit contra non hæredem, num. 5.

Hæres non eſt, poſſidens alio titulo, quam hæreditario, ſub eod.

Ceſſat in filio negante, & conuento, ſi filius ergo hæres, num. 6.

Reſcripta delegatoria ſunt ſtrictè intelligenda, num. 7.

Declara, vt num. 46. 47.

Reus poteſt pluribus exceptionibus vti num. 8.

Per ſolutionem extinguitur obligatio, num. 9.

Inſtrumenta faciunt probationem probatam, num. 10.

Excuſſionis defectus non poteſt opponi à debitore, vel eius hærede, num. 11.

Fides non facit fidem, num. 12.

Separatorum ſeparata eſt ratio, num. 13.

In nuntio ſufficit referre iuxta tempus, quo fit excuſſio, ſeu quo hypothecaria intentatur, nu. 14. 15.

Etiam ex ſtatuto, c. 139. num. 16.

Salvianum interdictum in dubio videtur intentatum ex clauſulis ſalutaribus, num. 17.

In ſaluiano interdicto excuſſio non requiritur, nu. 18.

Excuſſionis exceptio, quando opponenda ſit, num. 19.

Si antea non fuit actum, non ob id Iura amittuntur, num. 20.

Perſonalis competit contra hæredem, num. 21.

Aditio inducitur ex poſſeſſione rei hæreditariæ, nu. 22.

Maximè in filio, iuncto, quod ſi filius ergo hæres, numero 23.

Teſtes deponentes de aditione, & diuerſi in tempore eam probant, num. 24. & ſeqq.

Teſtes dubitatiuè deponentes de tempore probant, numero 25.

Diuerſitas in tempore non vitiat, ſi actus ſit iterabilis, num. 26.

Si tempus non ſit de ſubſtantia, num. 27.

Teſtibus diuerſis de tempore maior fides datur, numero 28.

Modica diuerſitas in tempore non nocet, num. 19.

Iudex poteſt dare fidem teſti, ſi inducatur ad credulitatem, num. 30.

Melioramenta ſunt probanda per architectos, numero 31.

Fallit, ſi agatur de probandis melioramentis tantum in genere, num. 32.

Melioramentum differt ab additione, num. 33.

Verba teſtium non ſunt impropria nda, niſi ex neceſſitate ad contrarietatem euitandam, num. 34.

Non dicitur adiiſſe hæreditatem, qui ignorauit teſtamentum, num. 35.

In ſuo hærede præſumitur licentia teſtamenti, vt numero 36.

Et ex ſolutione in vim teſtamenti, num. 37.

Aeris alieni ſolutio non fit, niſi iure hæreditario, numero 38.

Mulier, quæ ex ſtatuto non poteſt contrahere, an poſſit adire, num. 39.

Hæreditatem lucroſam mulier poteſt adire, non obſtante ſtatuto prohibente contrahere, num. 40.

In dubio hæreditas præſumitur lucroſa, num. 41.

Probandum eſt, mulierem habuiſſe maritum tempore aditionis, num. 42.

Mariti conſenſus ſuperueniens, etiam ex facto ſolo, validam facit aditionem mulieris, num. 43.

Hypothecaria, & perſonalis ſimul fuiſſe intentatas, & potuiſſe intentari, num. 44. 45.

Cum delegatur cauſa ordinario, iuriſdictio dicitur potius excitari, quam de nouo tribui, num. 47.

Error in facto proprio non probatur, docendo, rem aliter ſe habere, num. 48.

Sed probatur probando, ex falſa cauſa teſtatorem debitum fuiſſe confeſſum, num. 49.

Cauſa falſa non probatur, error non præſumitur, & confeſſio in vim legati ſuſtinetur, num. 50.

Summarum conuenientia valdè confert ad mentem coniecturandam, num. 51.

Error non præſumitur, ſed probari debet, num. 52.

Maximè in eo, qui rei ſcientiam habuit, num. 53.

Error per poſſibile in contrarium excluditur, num. 54.

Verbum pertinens, ſeu attinens quid importet, num. 55.

Nihil magis dicitur pertinere ad dotem, quam interuſurium, num 56.

Confeſſio pro exoneratione ſuæ conſcientiæ, in diſcrimine vitæ facta, ſincera, & vera præſumitur, nu. 57. 58.

Ratio ſemel calculata, iterum non eſt in dubium reuocanda, num. 59.

Per productionem alicuius ſcripturæ, omnia in ea contenta cenſentur approbata, num. 60.

Etiam cum ſuis qualitatibus non obſtante clauſuls in parte, & partibus, num.61.

Ad intereſſe non probatum non ſit condemnatio, numero 62.

Vbi non verificantur verba ſtatutorum, nec diſpoſitio, num. 63.

De impenſa minima non eſt curandum, num.64.

Ratio ſtatuti, ne grauentur partes pluribus expenſis, ceſſat, vbi modica eſt expenſa, num.65.

Iuſta cauſa litigandi, & multa conſilia Doctorum excuſant ab expenſis, num.66.

DECISIO XXXI.

ACtum fuit per Andream Magium, vti filium, & hæredem Angelæ perſonali, & hypothecaria ſimul pro ſumma ſcut. . . . contra D. Eleonoram Bonafide, tam vti hæredem hęredis principalis debitoris, quam vti poſſidētem domum, de qua in actis, pariter eiuſdem debitoris principalis, & cum longam litem ſuſtinuiſſent, tandem ad ſupplicationem d. Andreę, omnes prætenſiones hinc inde, & lites prædictæ pendentes fuerunt nobis delegatæ, qui condemnauimus d. Eleonoram ad dimittendum domum prædictam d. Andreę actori pro ſumma dictorum ſcutorum . . . . detinendam iure pignoris, &c. quouſque, &c. Et etiam quoad recurſum per eādem D. Eleonoram interpoſitum pro expenſis d. Actorem abſoluimus, & ambas partes ab expenſis.

Et tamen videbatur abſoluenda D. Eleonora conuenta. Primò, quia nulla actione teneri diceba-
1 tur, non hypothecaria, † quia non præceſſit excuſ-
ſio, quæ etiam in cauſis dotalibus fieri debet, Iaſ.
in l. ſi conſtante. ff. ſolut. matrim. Neguſ. de pign.
2 par. 8. memb. 1. ſub num. 23. & 27. † etiam vbi ſo-
la facti veritate inſpecta procceditur, Theſ. deciſ. 52
3 per tot. Vbi latè † Nec obſtante relatione nuncio-
rum, cum conuincātur falſum retuliſſe ex teſtibus
conuentæ, iuncta etiam fide N. qui dixit, nihil tale
dixiſſe eiſdem nuntijs de eis, quod ipſi retulerunt
ad text. cum ſua gloſſ. in c. licet de teſtib. Grat. con-
4 ſil 75. col. 1. vol. 1. † & imputandum eſſe parti, etiā
dicebatur, quæ non exegit in tempore, quoade-
rant alia bona non fideicommiſſaria, prout proba-
tum fuit, arg. tex. in cap. ſcienti. de reg. iur. in 6. l. eu
ius per errorem. ff. eo. tit. Rol. conſ. 85. ſub nu. 44.
vol. 1. Men. præſ. 190. num. 47. lib. 4.
5 † Non perſonali, quia non ſit d. Conuenta hæ-
res quōdam Philippi, & ſic, nec q. Vincentij, poſſi-
deat autem bona quædam eorum non iure hæredi
tario, ſed fideicommiſſi, ad trad. in l. 1. & 2. C. de re
pud. hæred. Maſcard. concl. 45. num. 29. & ſeqq. de
6 probat. † & ceſſat in filio, filiaue negantibus, illa-
tio illa communis, ſi filius ergo hæres, Menoch. de
præſ. lib. 4. pręſ. 99. num. 5. quando conueniuntur,
vt ibid. Menoch.

Et tantò minus hypothecaria, vel perſonali ſi-
7 mul, maximè quia non apparent cumulatæ, † &
reſcripta huiuſmodi delegatoria ſunt ſtrictè, vt di
cebatur, interpretanda, ad Caſtr. propè in term. in
conſ. 253. num. 3. lib. 1. Grat. deciſ. 46. num. 3. Vltra
alia ad idem multa cumulata.
8 Præterea, vt reus poteſt pluribus exceptionibus
vti l. nemo ex ijs. ff. de reg. iur. opponebantur varię
9 ſolutiones factæ, † per quas dicebatur extincta om
nis obligatio, ſi qua fuiſſet, Inſtit. in princ. tit. qui-
bus mod. tollit. oblig.

Quibus tamen minimè obſtantibus, contrariū cenſuimus, moti quod multifariam de debito conſtaret. Primò ex inſtrumento dotāli, & originario eiuſdem debiti contracti cum q. Vincentio præfato ſub 7. Octobris 1561. quo eidem pro dote aſſignauit ſcutos 400. & pro corredo, 50.

Secundò ex eiuſdem Codicillo ſub 4. Aprilis 1569. Vbi in hæc verba, &c. *Itē, &c. & declarauit, & declarat habuiſſe, et habere in ſuis manibus ſc.400 de dotibus d. Dominæ Angelæ ſuæ filiæ, & ad eam attinentes, & alios ſcutos 50. pro corredis &c. quos ſcutos 450. auri, voluit ſibi ſolui, & reſtitui per hæredem, &c. & interim vſumfructum ſcut. 36. ſingulis annis.*

Tertiò, ex ipſomet inſtrumento à parte producto ſub 11. Aprilis 1583. vbi fiunt noua pacta ſolutiones, & calculi, & remanet reſiduum debiti in ſc. 150. petitis.

Quartò, ex ipſo deinde teſtamento Philippi pa-
tris dictæ conuentæ ſub 3. Iunij 1599. in hæc ver-
ba. *Item pro manifeſtatione veritatis dictus teſtator*
dixit, & confeſſus fuit, eſſe verum, & legitimum debi
torem D. Angelæ de ſumma, & quantitate ſcutorum
150. *&c. pro reſiduo ſuarum dotium, quæ ſolui de-*
beant per hæredem, & interim ſc. 8. pro ſingulis 100.
10 † quæ iura faciunt probationem probatam, & ve-
ritatem apparentem, Bald. in l. intereſt, nu. 2. C. de
ſolut. Dec. conſ. 432. num. 10. Cornaz. in his term.
deciſ. 10. num. 1.

Neque verò obſtare videbantur contraria, &
primò quod hypothecaria huc non intret ob non
factam excuſſionem; primò quia, vt infra probatu
ri ſumus, D. Conuenta cōuincitur, quod fuerit hę-
res q. Vincentij media perſona Philippi patris,
11 † quo caſu non poteſt opponi excuſſio à debitore,
vel eius hærede, tex. & ibi ſcrib. in l. mulier. ff. qui
potior. in pignor. hab. Molin. vbi alios citat de Hi-
ſpan. primogen. cap. 10. nu. 12. lib. 1. Surd. conſ. 219.
num. 8. & 9.

Secundò, quia facta fuit excuſſio iuxta formam
ſtatuti in c. 139. lib. 1. nec obſtare, quod nuncij cō-
uinci dicerentur de falſa relatione, quia, quoad fidē
12 allegatam nulla fides ei danda eſſet, † quia fides
non facit fidem Farin. de teſtib. q. 80. num. 32. De-
cian. conſ. 51. num. 1. & ſeq. lib. 2. qun verò ad alios
teſtes, qui duo erant deponētes ſuper capitulis par
tis producentis, quod q. Vincentius reliquit in hæ-
reditate alia bona mobilia valoris ſcutorum mille,
vt dixit primus teſtis, aut ſcutorum 800. vt quin-
tus, dicebatur, quod non per hoc inferebatur ad fal
ſam nuntiorum relationem, cum de diuerſis depo
nant, teſtes enim deponunt de propria ſcientia,
Nuntij verò, quod ſciſcitando intellexerunt, retu-
lerunt, & poteſt eſſe quod id intellexerint, quod

alias

13 alias verum non fuiſſet,† & ſeparatotum ſeparata
eſt ratio l.inter ſtipulantem. §.ſaccam. de verborũ
obligat. Tind.lib.1.de teſtib.caſ.13.num.4 & ſic
eoruodem nuntiorum dictum manet ſaltem,quo-
ad non depoſita per teſtes,nempe quod Philippus,
vel Thomas nulla reliquerit bona hoc tempore,
quo fit excuſſio,licet aliquando,& aliàs habuerint,
14 quia non ſunt contraria dicta, † & in nuntijs,tem
pus, quo fit excuſſio eſt inſpiciendum,non autem
tempus illud, quo mortuus eſt q. Vincentius. Ang.
& Raph.in l.mulier. §.cũ proponeretur. ff.ad Tre-
bell. Iaſ.in auth. res quæ. num.33. verſ.12.limita.
15 C.com.de legat.† ſeu tempus quando hypotheca
ria intentatur, auth. hoc ſi debitor. C. de pignor.
auth.præſente. C.de fideiuſſ. Papien.in form.reſp.
hypot. verſ.exceptionem excuſſionis nu.5. Pariſ.
conſ.50. num.66. lib.1. nec aliter ſentit ſtatutum
16 in c.135.lib.1. † Dum dat modum probandi con
trarium,probãdo, ſcilicet,debitorem eſſe idoneũ,
& ſoluendo, & habere alia bona, & quidem ſuffi-
cientia pro ſatisfactione integrali, Lepid.deciſ.36.
in fin.

Tertiò reſponſum fuit,quod in Saluiano inter-
17 dicto, † quod in dubio videtur intentatũ ex clau-
ſulis ſalutaribus, Crau. conſ.201.num.6. Caualc.
dec.27. nu.2.par.2. iuncto reſcripto delegationis,
& diſpoſitionis ſtatuti, cap.15. verſic. & ſemper
18 intelligatur lib.1.† Excuſſio non requiritur ex ve
riori,& magis recepta opinione, Aym.d.conſ.201.
nu.45. cum alijs adductis per Contard. de mom.
poſſ.limit.14. num.10. Menoch. de adip.poſſ. re-
med.3.num.179. Surd.conſ.4.num.36.& 38. vbi
reprobat tenentes contrarium,& de communi te-
ſtatur, & in deciſ.44.num.14.ſtat.de Salu. interd.
inſp.2.c.2.nu.26. & ſeqq.

19 Denique exceptio excuſſionis non factæ, debet
opponi in primordio litis, & ante litem conteſta-
tam, hic autem vix poſt publicationem proceſſus
tantum, & non antea fuit oppoſita, ergo inutili-
ter, quia non facta oppoſitione ante litem conte-
ſtatam,cenſetur quis ei renunciare, Surd d.deciſ.
44. num.2. Vbi alios citat.

20 † Nec etiam obſtat, quod nõ fuerit antea actũ,
quia non per hoc iura noſtra amittuntur, cum ne-
mo inuitus agere compellatur, l.vn.C.vt nem. in-
uit. l.creditor. C.de pignor.& hip. allegata in con-
trarium ad rem non faciunt, & licet dicat,atten-
dendum eſſe tempus, quo fieri debet reſtitutio, id
dicit ſolum ad excluſionem præteriti temporis,de
quo erat quæſtio, non autem ad excluſionem futu
ri,de quo non agebatur, quinimo illud etiam vir-
tualiter includit.

Neque verò obſtat, ſecundo quod dicebatur,
21 perſonalem huc non cadere, † quia quinimo cade
re,dicebatur ex eo,quod appareret,ream conuen-
tam fuiſſe, & eſſe hæredem d.q. Philippi, & con-
ſequenter q.Vincentij primi debitoris, per l.qui
per ſucceſſionem. ff.de reg.iur.ex poſſeſſione me-
lioramentorum, ſeu additionis factæ per eundem
Philippum domui fideicommiſſariç,de qua teſtes
22 actoris depoſuerunt, † inducitur enim aditio per
poſſeſſionem rei cuiuslibet, quę non ſit fideicom-
miſſaria, Crau.conſ.33.num.14. Maſcard.de pro-
bat. concl.45. in princ. & ſub num.32. & per tot.
23 † iuncta maximè iuris præſumptione, ſi filius er-
go hæres, vt has ſimul coniungit ad facilius aditio
nem arguendum, Menoch.pręſ.101.nu.72.lib.4.
datur enim contra hæredem perſonalis deciſ.19.
num.2. lib.2.

24 Nec obſtaret, non eſſe attendẽdos teſtes ob eo-
rum ſingularitatem in tempore, cum vnus depo-
ſuerit, factam fuiſſe aditionem de annis 12. alius
de 25 alius de 30.alius de 34. Pariſ.conſ.57.n.18.
25 lib.1.† quia omnes depoſuerunt per verba (poſ-
ſunt eſſe anni tot,&c.) & ſic dubitatiuè, quo caſu
non deficit eorum fides Alex.conſ.185.num.3.4.
26 & 5.lib.7. Crau.conſ.78. ſub num.9. Item quod
de actu iterabili, & ſucceſſiuo,quo caſu diuerſitas
in tempore non vitiat, Rol.conſ.33.num.6. & 7.
27 lib.2. Gabr.conſ.55.num.4.lib.1. † maximè,quã-
do tempus non eſt de ſubſtantia, vt per eoſdem,&
per Rom.conſ.30.num.2. Crau.de antiq. tempor.
28 §.ſed enim num.16.17. † Immo maior fides adhi
29 betur, Crau. conſ.78.nu.11. † Item quod ſaltem
quoad eos,qui de annis 30.& 34.depoſuerũt adeſt
modica diuerſitas, quæ quoque non attenditur,
30 iux.Rol.& Gabr.ſupracit. † & denique poteſt Iu-
dex fidem adhibere ſi inducantur ad credulitatem
Crau.d.conſ.78.num.7. Dec.conſ.63.ſub num.2.
31 Gabr.d.concl.2.num.62. † & hæc procedunt,ta-
metſi non videremus probata dicta melioramen-
ta per architectos, iuxta Curt.iun. conſ.165. nu-
32 mero 20. † cum agatur de probandis melioramẽ-
tis, & additionibus in genere, vt ad aliud, non in
ſpecie, vt per ſe, vel ad eorum æſtimationem ad
Rol.conſ.82.nu.42.& 43.lib.2. Crau.d.conſ.78.
num.6. Gabr.d.concl.2.num.18. iuncto num.21.
De quibus cum depoſuerint teſtes per verba *me-
lioramenti, & Aggiunta;* nõ eſt inferendum, (pro-
33 ut pars prætendebat,) ad reparationes ſolas, † cũ
hæc inter ſe differant, Boer.deciſ.44.in princ. vſq;
ad num.6.& qui addit rei veteri,quid applicare di
citur, non eam reficere, reparare, aut reſtaurare,
ad §.quibus, in 1.Conſtit. C.Pap.in libel.act.real.
in verſ.ſaluo iure,num.6. Doctor.in l.edita. C.de
eden.in l.hæredes palam, §.ſi quid poſt de teſtam.
34 in l.Ius ciuile,ff.de Iuſt.& iur. † Et cum verba te-
ſtium non improprientur,niſi ex neceſſitate ad cõ
trarietatem euitandam, Tindar.in tract.de teſtib.
par.3.cap.6 num.3.& cap.7.num.7.non eſt,quod
dicta verba melioramenta, & additiones pro repa
rationibus accipiantur, cum hoc non niſi impro-
priè fieret.

35 Nec etiam obſtare dicebatur, quod dicta Con-
uenta non habuerit notitiam teſtamenti paterni,
propter quod non potuerit ex poſſeſſione rerum
hæreditariarum ad aditionem hæreditatis inferri,
iuxta Maſc. de probat.concl.45.num.46. & ſeqq.
36 † quia Reſpondetur, quinimo in ſuo hærede ex
poſſeſſione bonorum præſumi ſcientiam, ſtante
maximè notoria conſuetudine notariorum, publi
cantium teſtamenta, & quod omnia hodie teſta-

menta

Digitized by Google

menta ſunt nuncupatiua, vt latè defendit Rol. con
ſil. 36. num. 12. & per tot. lib. 2. eſt de mente Maſc.
d. concl. 45. num. 55. & ad concl. 1299. nu. 4. cum
ſeqq. & num. 21.

Oſtendebantur etiã ſolutiones interuſurij hu-
iuſmet debiti, factæ, per ipſam D. Conuentam, &
maritum eius ex ſcripturis productis, & recogni-
tis, in quibus apparet manifeſtè de notitia teſtamẽ
37 ti, † eo ipſo quod eius virtute ſoluerunt ad Me-
38 noch. plenè lib. 6. præſ. 23. num. 61. † Item ex eo,
quod æris alieni ſolutio non poteſt fieri, niſi iure
hæreditario, Maſc. concl. 47. per tot. iunct. concluſ.
44. num. 5.

39 Minus obſtare dictum fuit cap. 39 lib. 1. vbi mu-
lier non poteſt contrahere, vel quaſi, ſine conſen-
ſu mariti, & ideo, nec hæreditatem adire, quia re-
ſponſum fuit, huiuſmodi ſtatutum non procede-
re in aditione, Dec. conſ. 230. aliàs eſt 331. col. 1.
& 2. Verum, quia iſta reſponſio non eſt tuta per ea
quæ dicit Lambert. ad ſtat. Mediol. gloſ. 3. in ver-
ſic. ex contract. vel quaſ. ideo aliter reſpondetur.

40 Primò, quod ſumus in hæreditate lucroſa, quo
caſu non intrat ſtatutum prædictum, Angel. in §.
ſin autẽ. In fin. Inſtit. de hæred. quæ ab Inteſt. de-
fer. vbi dicit, ſe ita obtinuiſſe, refert, & ſequitur
41 Lambert. vbi ſup. num. 4. † in dubio autem hære-
ditas præſumitur Lucroſa, Burſat. conſ. 101. n. 11.
Lambert. vbi ſup. num. 7.

42 Secundò, nõ fuit probatum, quod dicta mulier
tempore dictæ aditionis, haberet maritum, prout
opportebat, ad Rol. conſ. 10. num. 12. & 13. lib. 4.

43 Tertiò, adeſt mariti conſenſus, ſaltem tacitus,
eo ipſo, quod ipſe ſimul cum vxore poſſidet eadẽ-
met bona hæreditaria, & ſoluit debita, vt ſupra, ad
Corn conſ. 175. num. 54. lib. 2. Soec. conſ. 153. n. 2.
lib. 2. & tandem concludendum ſit, perſonalem
competere.

44 Amplius, & perſonalem, & hypothecariam ſi-
mul, prout ſimul fuerunt intentatę, vt de perſona-
li apparet clarè in ſupplicatione, & de hypotheca-
ria in libello, coram nobis virtute ſupplicationis
porrecto, quod potuit fieri, ſtante maximè clauſu
la ſupplicationis, *Che voglia reſtar ſeruito di delega
re queſte ſuoi pretenſioni dedotte, e prouate, nè pro-
ceſſi già fatti, con quel più, che occorreſſe dedurre, &
prouare*, ad Papien. in lib. act. real. verſ. deducendo,
45 & in verſ. Saluo iure per tot. † quæ procul dubio
potuerunt cumulari, §. ſed neque auth. de fideiuſſ.
Gayl. obſ. 26. nu. 4. lib. 2. Guid. pap. q. 108. per tot.
Pap. in lib. act. hypoth. verſ. ex memoratis cauſis,
num. 9. & ideo ceſſat oppoſitio, quod huiuſmodi
46 reſcripta ſint ſtrictè interpretanda, † vltra quod,
quando reſcripta ius commune non lædunt, latiſſi-
mè interpretari debere dicit Vant. de nullit. titul.
quibus mo. ſent. nu. l. def. poſſ. nu. 64. & 65. &
maximè vbi huiuſmodi reſcripta delegatoria ſunt
47 directa in perſonam Iudicis ordinarij, † quo caſu
iuriſdictio dicitur magis excitari, quam de nouo
tribui, ad tex. in auth. vt null. Iud. §. & hoc verò iu-
bemus Bart. in l. more. vbi etiam alij. ff. de iuriſd.
omn. iud. Felin. in c. licet. de offic. ordinar. quæ qui-
dem verificantur in præſentiarum.

Supereſt vltima exceptio, quod ex varijs ſolu-
tionibus extincta ſit omnis obligatio, ſed Reſpon-
debatur, quod ſolutiones allegatæ apparebant fa-
ctæ ante, & codicillos auitos, & inſtrumentũ cal-
culi inde ſubſequutum, & tandem ante teſtamen
tum paternum, de quibus ſupra, vbi extant dictæ
confeſſiones.

Nec obſtat quod dicitur, dictos Vincentium,
& Philippum erraſſe confitendo adhuc debitum
pro ſumma duc. 450. cum tamen appareat de tem
pore dotis conſtitutæ fuiſſe 100. recepta, & ita,
fuiſſe continuatum interuſurium ſolum pro 300.
quia Reſponſum fuit, quod hic error eſſet in facto
48 proprio, † qui non probatur, docendo rem aliter
49 ſe habere, Maſc. concl. 461. n. 3. 4 5. † ſed probatur
probando, teſtatorem ex falſa cauſa debitum iterũ
confeſſum fuiſſe, iuxta tex. cũ gloſ. in l. 1. in verb.
fideicommiſſi, C. de falſ. cauſ. Clarius Bald. ibid.
50 num. 19 verſ. eo autem caſu, † qua cauſa non pro
bata non error pręſumitur teſtatoris, ſed legatum,
& quod legare intellexerit, ita quod iure legati ſu-
ſtineatur confeſſio, vt per Bald. mox cit. & ad Ma-
ſcard. de probat. concl. 359. ſub num. 1.

Quinimo, factis calculis, apparebat, quod teſta
tor remanſerat debitor quarundem ſummarum
ratione interuſurij nondum ſoluti, quæ proximè
accedebant ad ſummam, quæ dicebatur per eun-
51 dem, amplius quam deberetur, confeſſa, † itã con
uenientia ſummarum valdè facit ad coniecturan-
dam mentem, ad Menoch. lib. 3. præſ. 136. n. 18.
52 † conferunt generalia, quod error non præſumi-
tur, ſed debet probari, l. ſi poſt diuiſionem. C. de
53 iur. & fact. ignor. † maximè in eo, qui rei ſcientiã
54 habuit, Sylu. conſ. 57. num. 27. † & per poſſibile
in contrarium excluditur, ad l. neque natales. C. de
probat. Alex. conſ. 119. num. 2. lib. 1.

55 Et ponderabamus verba d. q. Vincentij Codicil
lorum (In manibus, & attinentes,) quibus ver-
bis omnis cauſa potuit comprehendi, ſiue princi-
palis crediti, ſiue connexorũm, & eorum etiam,
quæ in nulla eorum cauſa ſunt, ſed eſſe poſſunt
l. Verbum illud pertinere. Vbi Rebuff. ff. de verb.
56 ſignif. † nihil autem magis dicitur pertinere ad do
rem, quam interuſurium de iure ipſo debitum,
Couar. lib. 3. Var. reſol. cap. 1. num. 3. cum ſeq. Lud.
deciſ. Luc. 21. num. 17. Rom. conſ. 517. num. 7.

57 Accedebat teſtamentum eiuſdem iner Philippi,
ponderando verba, *pro manifeſtatione veritatis*
Domauder. in ſua prax. Ciuil. cap. 173. num. 3. ad
Maſcard. de probat. concl. 539. num. 4. 25. & ſeqq.
58 † Vbi quod confeſſio in vitæ diſcrimine cenſetur
vera, & ſincera, & præſertim facta ad exonetatio-
nem conſcientiæ.

Item inſtrumentum illud nouorum pactorum
59 nouationum, &c. † cum ratio ſit inde calculata, ite-
tum non ſit in dubium reuocanda, niſi euidenter
appareat de dolo, aut errore ad l. 1. C. de erro. Calc.
Rol. conſ. 49. nu. 65. cum ſeqq. lib. 1. Morot. reſp.
58. num. 1.

Maximè, quia fuit productum ab ipſa conuen-

ta,

60 ta, † per quam productionem omnia in eo côtenta, tanquam vera approbaſſe ceoſetur, cap. cum olim. de cenſib.l.cum precû. C.de liber.cauſ. DD. in c.cum venerabili.de except. D.Morot. reſp.16.
61 nu.3. † & cum ſuis qualitatibus acceptaſſe,etiam non obſtante clauſula, ſi in productione addita eſſet, in parte, & partibus vtilibus, Oſaſc.deciſ.39. num.3. & 26. cum ſeqq.
62 Nec tamen condemnauimus in intereſſe petitum, quia nihil articulatum fuit, vel probatum l. quatenus. ff.de reg.iur. Maſc.Concl.934. nu.1. & ſeqq. ad l.qui accuſare. C. de edend. l.ei qui. ff. de probat.Rot.Gen.deciſ.9.num.16.cum variata ſit perſona, ad quam iam non amplius pecunia iure dotis pertinebat.

In reconuentionali autem, in qua D. Eleonora prætendebat expêſas factas in cauſa recurſus, qua pendente delegatio iſta ſuperuenit, idque ex ſtat. cap.9. & 120.lib.1.abſoluimus actorem,quia quoad expenſas in prima inſtâtia actor fuit abſolutus, & ideo non intrauit dicta ſtatuta, cum Iudicium
63 ſuum finem habuerit, † & in hoc caſu non verificantur verba dictorum ſtatutorum, & ideo,nec diſpoſitio locum habet, Dec.conſ.669.num.6.Surd. conſ.174.nu.8. deciſ.39.nu.1. Cornaz.deciſ.191. num.10. Quoad vero alias expenſas, coram Rota in d recurſu,eę non habitæ fuerunt in côſideratione aliqua, tum quia ſequuta non fuit ſententia, &
64 poterat D. Eleonora etiam ſuccumbere, † & etiâ quia impenſa fuiſſet minima, & ideo non curâda, ad l.ſcio. de in integr.reſt. & ad deciſ. noſtrâ Flor.
65 24.num 50. Vnde ceſſaret ratio ſtatuti,† quæ eſt ne pluribus expenſis partes grauentur,qua ceſſante,ceſſat,& diſpoſitio ad Crau.conſ.205.nu.17.
66 Abſoluimus etiam partes ab expenſis ob multa, quæ faciebant mulieri conuentæ iuſtam litigandi cauſam,& ob multa conſilia pro ea Caball.conſ. ciuil. 79. nu.44.45. & ſtante arbitrio noſtro Menoch. de arbitr.caſ.177. num.2.
Ex quibus,&c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Dies, ſecundum ius Canonicum, incipit à veſperis, numero 1.
Dies, ſecundum iut ciuile, incipit à media nocte, numero 2.
Dies cæptus in fauorabilibus,habetur pro completo, numero 3.
Dies triplex legalis,conuentionalis, & eccleſiaſticus,numero 4.
Dies termini non computatur in termino, ſub eod.
Præpoſitio, intra, & intra tot dies, quid importet, numero 5.
Alimentorum cauſa eſt fauorabilis, num.6.
Cauſa excarcerationis, & redemptionis captiuorum, etiam ex delicto, eſt fauorabilis, & piæ cauſæ æquiparantur, num.7.

D E C I S I O XXXII.

EX ſtatuto Lucenſi cap.124. lib.1. oportet infra octo deferri à creditore inſtante alimenta carcerato, die 3. Menſis fuit carceratus debitor, & die vndecima allata fuerunt alimenta; carceratus dixit,ſe eſſe excarcerandum, quia non fuerunt allata alimenta intra octauam diem ad formam ſtatuti,
1 † & ita fuit Iudicatum,ſiue dies,ſecundum ius Canonicum, diceretur incipere à veſperis ad Anchacaran. in c.quidam partibus 65.diſt. Surd.conſ.558.
2 num.8.lib.4.† Siue ſecundum ius ciuile, quod in caſu iſto eſt attendendum, à media nocte iuxta l. more Romano, & ibi Alexand. & alij, ff.de ferijs,
3 quia vtroque modo dies eſſet iam inceptus, † qui in fauorabilibus habetur pro completo, ſecundum Communiorem opinionem,gloſ.in l.3.§.minorê, in verbo momentum propè fin.ff.de minor. & ibi Bart.nu.2. Alber.in princ. & Bald.in fin.latè Odofred. poſt princ. verſ.ad ſolutionem gloſ.2. in fin. eſt etiam gluſſ.in c. Subdiaconus diſtinct.77. & ibi Præpoſit. num.5. verſ. item in fauorabilibus; & gloſ. in c.cum in cunctis.in verbo exegerit. in fin. & ibi Abb. num.6. Butr.num.23. 24.25. extra de elect. & in caſu ſimili, text.in l.1. ff.de manumiſſ.
4 † & ex alio,etiam id probatur,quia cum triplex ſit dies legalis,conuêtionalis, & eccleſiaſticus,ſumus in die ſtatutario, qui in loco ſtatuti dicitur legalis, & quando à lege aliqua, vel ſtatuto in actu obſeruando dies præfinitur, de momento ad momentû computatur, & dies termini computati debet in termino, Menoch. conſ.871.num.19.20. & 21.
5 lib.9. † Itê etiam ex alio quia ſtatutum dicit,intra octo,quæ præpoſitio,intrà,hoc importat,quod nô requiratur perfectio, Aret.Alex.& Iaſ.in l.ſi cui legetur,ff.de leg.1.Surd.deciſ.178.num.8.vbi etiam num.14. diſtinguit in materia fauorabilia,ab odioſis, Vide etiam de hac materia omnino Rot.deciſ. 75.par.2.in nouiſſim.
6 Alimentorum verò cauſam eſſe fauorabilem, nemo dubitat, & ponit Surd.in tract.de aliment. q.120.n.10. & ad l.ſi inſtituta,§.de inofficioſo,ff. de inoff. teſtam. quem text. procedere fauore alimentorum, dicit Nicol.de Neap.in l.Imperatoris. ff.de tutel. & ration. diſtrah. vt refert Surd. ibi. l. mela.ibi pietatis intuitu, ff.de alim. & cibar.legat.
7 † & idem de cauſa excarcerationis, cauſa redemptionis captiuorum, etiam ex delicto, & cauſa alimentorum æquiparantur, l.Sancimus 21. C.de ſacroſan.eccleſ. Tiraq in tract.de pia cauſ.In præfat. verſ. Item relictum, & verſ ſeq.pag. mihi 10.
Ex quibus,&c. Laus Deo,&c.

S V M M A R I A.

Non amplius tractandum, & diſputandum de ijs, quæ finem tranſactione habuerunt, num.1.
Tranſactio introducta fuit cauſa litium finiendarû, n.2.
Tranſactionis exceptio æquiparatur exceptioni rei iudicatæ, num.3.

Tran-

Tranſactio dicitur peremptoria litis finitæ exceptio, numero 4.

Tranſactio dicitur probatio euidens, & notoria, nu. 5.

Maximè iurata, num. 6.

Tranſactio dicitur res deciſa, num. 7.

Partes poſſunt recedere à prima tranſactione, num 8.

Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus: num 9.

Expreſſum id dicitur, quod ad aliud habet relationem, num. 10.

Referens ſe ad aliquod inſtrumentum, cenſetur ſe ad illud reſtrinxiſſe, num. 11.

Compromiſſum factum verbis efficaciſſimis, ſeruandum eſt etiam contra tranſactionem aliàs initam, num. 12.

Factis non minus, quam verbis voluntas declaratur, num. 13.

Immo plus, & melius factis, quam verbis, num. 14.

Verborum repetitio enixam magis voluntatem oſtendit, num. 15.

Reſcriptum eſt attendendum, vt dignoſcatur, quæ cauſæ ſint delegatæ, num. 16.

Præſertim ſi ſit clarum, num. 17.

Reſcriptum ſe referens ad ſupplicata ab eis declaratur, num. 18.

Reſcriptum obtentum in contradictorio, maius robur habet, num. 19.

Et verba eius magis ad vnguem attendenda, nu. 20.

Renunciationes factæ in compromiſſo euaneſcunt, compromiſſo expirato, num. 21.

Princeps ſpiritum vitæ inſufflat, & de nihilo facit aliquid, tanquam Deus terreſtris, num. 22.

Principem potuerunt mouere aliquæ cauſæ ad concedendam inſufflationem, num. 23.

Princeps de poteſtate ordinaria, an poſſit res tranſactione finitas ſuſcitare, num. 24.

Vbi vſus eſt communis, expenſæ communiter ſunt faciendæ, num. 25. & 44.

Tranſactionis ratio habenda non eſt, vbi continet pacta exorbitantia, num. 26. etiam ſi iurata, num. 27.

Fatuitas eſt cauſa tranſactionis non attendendæ, nu. 28.

Magis conſideratur, quid in tabulis ſcriptum, quam qui ſcripſiſſet, num. 29.

Fatuitas ex actu ipſo dignoſcitur, ſi non prudenter factus, minus cautè, vel ſapienter, num. 30.

Quæ non nocent ſingula, multa nocent, num. 31.

Qui habet ius eundi, debet ciuiliter eo iure vti, num. 32.

Canale non debet grundare in ſolo alieno, num. 33.

Quod intra fines domus venditæ eſt, id totum fit emptoris, num. 34.

Semel vni venditum, alij vendi non poteſt, ſaltem validè, num. 35. 37.

Res noſtra à nobis inuitis extrahi non poteſt, nu. 36.

Curia empta, & pariete diuiſo, non poteſt amplius vltra parietem diuiſorium intelligi, eſſe, vel extendi, numero 38. 43.

Qui habet ſeruitutem in vno loco, non poteſt alium ſibi eligere, num. 39.

Et ſeruitutem in plus grauare, num. 40.

Per tranſitum ab vna parte, cæteræ liberæ manent, numero 41.

Quod tibi prodeſt, & alteri non nocet, de facili eſt concedendum, num. 42.

Abſolutio viciſſitudinaria abhinc inde petitis pro diſcordijs dirimendis, num. 45.

Actore non probante, reus abſoluitur, num. 46.

DECISIO XXXIII.

QVia ſententiamus, & declaramus, ad dictum Ioannem ſpectare ius eundi, & redeundi per portam ordinariam à parte viæ publicæ, iuxtà formam inſtrumenti emptionis, per ipſum Ioannem factæ à ſpect. de Michaelibus, & hoc vſque ad ſecundam porticum tantum.

Item condemnamus d. Hieronymum ad remouendum Canale, ſeu ad illud its aptandum, vt nõ poſſit grondare ſuper curia, & bonis d. Ioannis.

Item condemnamus d. Hieronymum ad tenẽdum feneſtram, ſeu feneſtras, exiſtentes verſus tectum, & domum d. Ioannis craticulatas craticulis ferreis, vel ligneis ad formam ſtatutorum.

Item declaramus puteum, & cellariolum, de quibus in actis, ſpectare ad d. Hieronymum, nec vllum ſuper eis ius habere d. Ioannem.

Item condemnamus d. Ioannem ad remouendum portam nouam, per eum factam in muro diuiſorio exiſtente in Curia, & ad abbaſſandum teſtuccium altius eleuatum, & illud in priſtinum reſtituendum, prout erat antea.

Item condemnamus dictum Ioannem ad ſoluendum ſuam ratam partem dicti parietis diuiſorijs ratione appodiamenti ad murum, per ipſum facti, & propter vſum communem, quam ratam, declaramus, eſſe valoris ſcutorum octo.

Et ab omnibus alijs hinc inde petitis, & ab expenſis ambas partes abſoluimus, præter quam ab honorario noſtro, & ita omni meliori modo, &c.

Opponebatur pro parte d. Ioannis Santuccij
aduerſus prætenſiones d. Hieronymi; de transa-
ctione inter eos inita de anno 1602. die 22. Iunij,
qua mediante dicebatur, omnes ferè controuer-
ſias remanſiſſe deciſas, nec in præſentem delega-
1 tionem veniſſe, † nec eſſe amplius circa ea diſpu-
tandum, quæ finem aliquãdo tranſactione huiuſ-
modi habuerunt, l. cum tu proponas, l. non mino-
2 rem, & ton. tit. C. de tranſact. † cum introducta fue
rit tranſactio cauſa, litium finiendarum, vnde non
ſit amplius locus pœnitentiæ, Ioſeph Ludou. deciſ.
3 Peruſ. 18. num. 38. † ideoque tranſactionis exce-
ptio æquiparatur exceptioni rei Iudicatæ, vt ibid.
4 Lud u. num. 42. † & dicitur tranſactio exceptio
peremptoria litis finitæ quæ nec Princeps reſcri-
5 pto infringi debet, vt ait Oſaſc. deciſ. 72. nu. 4. † &
probatio euidens, & notoria Vant. de nullit. pro-
6 ceſ. tit. qui poſſ. dicer. de nullit. proceſſ. nu. 54. † &
iuramento ſuffulta ad Oſaſc. d. deciſ. 91. num. fin.
7 Iaſ. de action. §. item ſi quis num. 14. † & res deci-
ſa; Crau. conſ. 31. num. 7. Ceph. conſ. 109. num. 5.
in princ.

Ex aduerſò autem replicabatur in primis, quod
contenta in d. Inſtrumẽto tranſactionis, & ipſum-
met inſtrumentum fuere deducta in primo com-
8 promiſſo inter eaſdem partes facto, † non eſſe au-

tem

tem dubitandum, quin potuerint partes recedere
à priſtina tranſactione, & eandem adhuc in cópro
miſſum deducere, maximè quia timor ſuberat no
uę litis, prout res ipſa hoc ipſum manifeſtum fecit,
ad Bart. Bald. Caſtr. Alexan. Salic. Iaſ. & Alc. in l. ſi
cauſa cognita, C. de tranſact. l. poſt rem iudicatam.
ff. eod. tit. Miſing. obſer. 47. num. 4. Cent. 4.

Quæ quoque fuerunt repetita in ſecundo, & vl
timo compromiſſo per relationem primi, tametſi
erroneè, errore tamen per nos comperto, Vnde ſe-
9 qui dicebatur, † quod relatum eſt in referente cũ
omnibus ſuis qualitatibus, Oſaſc. deciſ. 168. n. 20.
Theſ. deciſ. 146. ſub n. 3. & 15. Ant. Sol. in nou. Sab.
decr. tit. de iure iur. gloſ. 11. nu. 2. & tit. quom. pro-
10 ced. ſit in exeq. cauſ. gloſ. 2. nu. 2. † & id expreſſum
dicitur, quod ad aliud habet relationem, Oſaſc. de-
11 ciſ. 128. n. 2. & 15. † & referens ſe ad aliquod in-
ſtrumentum videtur, ſe ad illud reſtrinxiſſe Oſaſc.
deciſ. 100. num. 30.

12 Nec hic videbatur, vlla ſubeſſe difficultas, ex
quo compromiſſum, vltra dictam relationem, fa-
ctum apparebat verbis generalibus vniuerſalibus,
& efficaciſſimis, ad Crau conſ. 290. Menoch. con-
ſil. 156. lib. 2. Immo verò facto ipſo conſtabat, de-
ducta in primo compromiſſo, & prius comprehen
ſa in dicta tranſactione, ita fuiſſe per nouum com-
promiſſum, & repetita, & in dubio poſita, perin-
de, ac ſi nulla vnquam tranſactio præceſſiſſet, ac de
13 ſemel tranſactis nihil omnino curarent, † certum
autem eſt, quod factis non minus, quá verbis volũ
tas declaratur l. reprehendẽda, vbi Doct. C. de in-
14 ſtit. & ſubſtit. l. non ideo, C. fam. hercis. † Immo
quod plus eſt factis, quam verbis loqui, gloſ. in ex-
trau. Communi in verſ. ſuper non generalibus, cir-
ca princ. de ſenten. excom. Balzar. de feud. tit. de pa
ce ten. §. ſi quis hominem, num. 25. & quod etiam
melius factis, quam verbis Rimin. Iun. conſil. 16.
num. 28. Cephal. conſ. 253. num. 23. tantò magis,
vbi cum factis verba coniuncta ſunt ad diſſimulá-
dam anteactam tranſactionem, eamque poſt ha-
bendam, valde enixa, vt colligitur ex compromiſ-
ſis repetitis, & ex alijs geminatis actibus, inter eos
15 ſequutis, † quæ omnia magis enixam voluntatem
oſtendunt, per trad. in l. Baliſta. ff. ad Trebell. Dec.
conſ. 185. n. 10. Iaſ. de action. §. in perſonam. n. 48.
Crau. conſ. 1. num. 42. Hipol. ſing. 378. Euer. in lo-
co à vi geminat,

Ac tandem, quod eademmet in poſteriore com
promiſſo deducta, in delegatione noſtra fuere com
16 prehenſa iuxta reſcriptũ, † quod pro parte d. Hie
ronymi dicebatur eſſe attendendum, tanquam il-
lud, quod demonſtrat, quæ cauſæ ſint delegatæ ex
c. cum olim Abbas de off. Iud. deleg. c. ſuper literis,
& cap. dilecti. de reſcript. DD. in l. beneficium. ff.
17 de conſtit. † & clara ſeſe offerebant in hoc idẽ ver
ba dicti reſcripti, ad l. ille aut ille, §. cum in verbis.
ff. deleg. 3. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig.

Id quod tantò clarius ſe nobis exhibebatur, quã-
tò ad id reſpiciebãt ſupplicata per d. Hieronymũ,
18 † ad quæ refertur reſcriptum, & ſecundum illa
declaratur, & interpretatur, Alex. conſ. 34. nu. 7.
lib. 1. Magon dec. Flor. 87. num. 5. Oſaſc. deciſ. 23.
num. 44. Caſtr. conſ. 253. nu. 2. & 3. lib. 1. Attenta
præſertim contradictione, & contrario conatu di-
cti Ioannis per expreſſam dictæ inſtrumenti mẽtio
19 nem, & cum die, & conſule deſignationem, † ex
hoc enim vehementior mens colligi licet, volentis
nihilominus, eo nõ obſtante, circa iuſtitiam cauſę
cognoſci, ad tex. cum gloſ. fin. in l. final. ad fin. ff. de
trit. & ol. lega. l. nam quod. §. fin. ff. de pen. leg. aper
20 ta ſibi via ferro, † & ideo verba præfatæ delegatio
nis in id quod mere ſonant, & ad finem præfatum
tendentia, multò diligentius attendenda & ſeruã-
da ad vnguem fuerunt ad Bald. in l. precibus. C. de
impub. & alij ſubſt. col. 9. verſ. modo contra Rol.
conſ. 90. in princ. vol. 3.

Ex quibus ceſſare videretur fundamentum di-
cti Ioannis in eo poſitum, quod renunciationes re
ſultãtes ex dictis compromiſſis, nihil officere poſ-
21 ſent dictæ tranſactioni, † ex eo quod compromiſ-
ſa expirarunt, ad Felin. in c. cum olim. in fin. de præ
ſcript. Iaſ. in l. poſtquam lite. nu. 8. C. de pact. Alex.
conſ. 22. num. 1. & 2. lib. 1. & conſ. 63. nu. 6. lib. 3.
Dec. conſ. 93. num. 4.

Nam viſum eſt, quod dictum compromiſſum
reuiuiſceret excellentiſſimi Principis inſufflatio-
22 ne, † qui Spiritum vitæ inſufflat in cauſa mor-
tua, & ſic de nihilo facit aliquid, tanquam Deus
Terreſtris. Gram. deciſ. 69. ſub nu. 4. & per tot. ad
23 Natt. conſ. 497. ad fin. vbi exempla, † & quem po
tuerunt aliquæ cauſæ mouere, ad cõcedendam in-
ſufflationem prædictam, ad Parid. de Put. in tract.
de Sindac. in verſ. inſtantia. in cap. reſtat vnũ aliud,
Gramat. Dec. 91. ſub num. 1. & facit id. Gram. de-
ciſ. 103. nu. 17. Boet. deciſ. 247. nu. 10. cum ſeqq.
Aſin. in prax. §. 2. cap. 16. num. 9. & ſeqq.

24 † Nec obſtat, quod princeps de poteſtate ordinã
ria, nequeat res per tranſactionem deciſas ſuo re-
ſcripto ſuſcitare ex l. cauſas. C. de tranſact. & Alex.
conſ. 95 num. 2. lib. 1. & in conſ. 136. num. 4. eod.
lib. quia in mera tranſactione nõ verſamur, ſed in
tranſactione in dubium per partes reuocata, & de
nouum compromiſſum ſuſcitando, ad ea, quæ in
deciſ. noſtra Luc. 53. num. 45. & ſeqq. eò recurras.

Sed ſuper omnia mouebatur Rota ex diligenti
conſideratione ſtatus, & conditionis dictæ tranſa-
ctionis, notabatur etenim nihil, non niſi d. Ioanni
fauorabile in ea poſitum, & conuentum fuiſſe, Itẽ
quod pacta ibidem adiecta, omnia tendebant ad
grauandum d. Hieronymum, Item, quod plura
promiſit, & ad ea ſeſe obligauit ſine vlla cauſa, &
contra manifeſtum ius, ſibi ipſi claré competens,
& quod enormiſſima lęſio ex parte dicti Hiero-
nymi reſultaret, promiſerat enim dictus Hierony
mus tollere feneſtras ad omnem, & ſimplicem re-
quiſitionem dicti Ioannis, quod ſi exequeretur,
actum eſſet de parte illa domus recipiente per di-
ctas feneſtras lumen, & nulla cauſa ſuberat, tale
quid per dictum Hieronymum promittendi, vt
inferius patebit.

Item promiſit d. Hieronymus manutenere co-
opertum tectum ſuis expenſis, cur enim ſaltẽ pro
rata

25 rata ipſe Ioannes cōcurrere non debuiſſet? † cum
vſus tecti ſit inter ambos Cōmunis, ad l ſi vt pro-
ponis. C.de ædif.priuat.& ad num.44.infra præter
26 alia ſatis abſurdè conuenta,† ex quibus nullam ra
tionem habendam fuiſſe huiuſmodi trāſactionis,
dicebamus, ad Crau.conſ.851.num.12. conſ.990.
num.10. adde tamen ſub nu.45. verſ.quarta Me-
noch.conſ. 91.n.40. & ſeqq. Dec.conſ.600.nu.11.
27 Morot.Reſp.6.ſub nu.17.& 18.† iuramento non
obſtante ad Affiſ. deciſ.Peruſ.27.num.2.5.10. &
per tot. Franc.deciſ.247.ſub num.4.Seraph.de pri
uil.iuram. priuil.98.nu.9.in fin. Morot.Reſp. 88.
28 num.8.9.10.& ſeqq. † iuncta etiam hiſce ſatuita-
te d.Hieronymi per teſtes depoſita, & quam re ip
ſa nos, vel ex inſpectione dicti inſtrumenti, manu,
29 quod aiunt, palpabamus: † nam, vt ait Val.Max.
lib 7.c.8. in princ.magis conſideratur, quod in ta-
bulis ſcriptum eſt, quam qui ea ſcripſiſſet, & ad
Boer. deciſ.25.num.58.Theſ.deciſ.92.ſub nu.fin.
Marſ.Singul.380. à cōtrario ſenſu. Dec conſ.448.
29 num.15.Menoch.conſ.683.nu.3.& 6.lib.7.† Vbi,
ſi actus fuit factus prudenter, & conſ.1139.nu.13.
30 lib.12. † Vbi in ea quæ teſtamentum fecit minus
cautè, vel ſapienter, Afflict.deciſ.143.num.4. Alb.
31 conſ.414.nu.37.lib.2.† quando enim non nocent
ſingula, multa nocent l.inſtrumenta cum gloſ.fin.
& quod ibi not. C. de probat. latè Cepol.de ſimu-
lat.contract. num.108.

Quapropter circumſcripto dicto inſtrumento,
primo loco cenſuimus, declarandum ius eundi, &
redeundi competere d. Ioanni, vſque ad ſecundam
porticum tantum, quia tale ius reſoltat ex inſtru-
mento venditionis ſibi factæ per eius auctores, nec
in hoc nullam vidimus factam difficultatem inter
partes, debet tamen ciuiliter, & opportunis tēpo-
ribus dictus Ioannes tali iure vti frui, quod ineſt ip-
32 ſo iure, † & ideo non opus fuit complecti in ſen-
tentia, ad Cępol. de ſeruit. vrban.præd.cap.23. in
princ & cap.28.num.1.

33 † Item cenſuimus, canale amouēdum, vel aptan
dum, ne grōdet in bona d.Ioannis per l.1.ff.de ſer.
Vrb.præd.& tot.tit.de aq.pluu.arcen. Cępol.in tra
ctat.Vrb.præd.c.28.& cap.65.ſub num.7.

Item; quod cenſuimus de feneſtris, nititur fun-
damento ſtat.cap.129.lib.2.& eò magis, quia ade-
rant iam ante acquiſitionem dicti Ioannis.

Quod autem de puteo, & cellariolo diximus, id
34 ideo cenſuimus, † quod, verumque intra fines do
mus venditæ d.Hieronymo eſſe, animaduertere-
mus, ad Bald.in Rub. de contrah.empt. quæſt.12.
verſ. in contrarium cum alijs relatis per Maſcard.
35 concluſ.553. per tot. † Nec potuerunt auctores
dicti Ioannis amplius vendere, vel ſaltem di-
ctum puteum, cum iam dicto Hieronymo vendi-
diſſent, & poſſeſſio fuiſſet tranſlata; ad l.quoties,
36 cum materia, C.de rei vendic.† à quo, inuito eo-
dem, ius putei extrahi non poteſt l.quod noſtrum
eſt, ff.de reg.iur.l.in re mandata. C.mand.id quod
etiam de Cellariolo dictum ſit.

Accedat, quod tempore emptionis dicti Ioānis,
& in eius inſtrumento, fuit facta mentio inſtrumē-
ti, & tituli dicti Hieronymi, & quod eodem tem-
pore iam dictus Hieronymus poſſidebat dictum
Cellariolum eodem modo, & in eodem ſtatu, in
37 quo, & quomodo nunc poſſidet, † non debuit ita-
que d.Ioannes illud prætendere, quod antequam
emeret ipſe, iam erat finibus diſtinctum, nec intra
38 curiam emptam comprehēſum, † Curia enim em
pta, & iam tēpore emptionis medio pariete à cel-
lario diuiſa, non poteſt intelligi vltra parietem, vt
patet ad ſenſum, & facit Cępol. in tract. de ſeruit.
Vrb.præd.tit.46.de Cur. ſiue Curte.

Condemnauimus, quoque d. Hieronymum ad
obturandum portam, per cū factam in pariete di-
39 uiſorio, † quia cum habeat ſeruitutem per aliam
portam, nō potuit alium locum ſibi eligere, & per
40 eum ire, l.ſi cui ff de ſer.ruſt.præd. † & tantò mi-
nus ſeruitutem in plus grauare per tranſitū à dua-
bus partibus, ad l.non modus. C.de ſeruit. & aq.l.
41 ſeruitutes.19.§.ſi antea. ff.de ſer.vrb.præd. † cū
per tranſitum à bona parte cæteræ liberæ rema-
neant, l.certo generi. §.1. ff.de ſer.Ruſtic.præd.

Ideo autem condemnauimus ad deprimendum
tectuceium, quia omnia in priſtinum ſunt reſtituen
da, & tantò magis, quia eleuatio facta fuerāt occa-
ſione oſtij, quę modo ceſſabit, vnde cum damno-
ſum ſit tectuceium prædictum parti impediendo
lumen, & pluuiam etiam immittendo in locum vi
42 cini, ſuccedit, † quod vni prodeſt, & alteri non no
cet, de facili eſſe concedendum l.2. §.item Varus.
ff. de aq.pluu.arc. Menoch. de arbitr.iud. caſ.168.
num.13. & caſ.237. num. 19. Surd. deciſ.256.
num.12.

43 Vltrà quod d.paries diuiſorius, iuxta inſtrumen
tum venditionis factæ cum d.Hieronymo, nō de-
bet excedere certam menſuram. ibid.deſcriptam,
quæ non videtur alterauda, ad l.1. §.ſi conueniat,
ff.depoſ.tit. ſi mens. falſ.med.dixer.

Condemnauimus etiam dictum Ioānem ad ſol
44 uendum ratam partem parietis diuiſorij, † quia
vſus eius eſt Communis, vnde debet vnuſquiſque
cōtribuere, l.ſi vt proponis. C.de ædif.priu.l.ſi ędi-
bus.ff.de dam.infect.Theſ.deciſ.41.nu.3. & in ſpe-
cie ex ſtat.c.134.lib.2. liquidatam ad ſcutos octo,
quia fuit concludenter probata hæc ſumma.

45 Et à reliquis petitis abſoluimus, † quia præten-
ſiones viciſſitudinarias cōmpenſari voluimus, ma
ximè pro tollendis inter vicinos diſcordijs, ad not.
per Alex. & alios in l.quidam exiſtimauerunt. ff. ſi
cert.petat. Bart.in l.æquiſſimum eſt, l.ſi cuius. 13.
§.ſed ſi inter duos. ff. de vſufr. & ad deciſ. Var.244
num. 33. & ſeqq.

Præterquam quod etiam ex iure mero, in ple-
riſque motl ſumus, nam quoad ſolutionem ratio-
ne aſſerti appēdiamēti, prætenſi per d. Ioannem,
46 de hoc nobis non conſtitit, † & ideo abſoluendus
veniebat dictus Hieronymus ad l.qui accuſare, C.
de eden.l.ei qui. ff de prob. ſicut etiam à demolitio
ne loculi, vbi recipiuntur immunditiæ exiſtentis
ſupra Scalas, d. Hieronymum abſoluimus, quan-
doquidem non conſtitit nobis, quod nuper factus
fuerit, eo quod iſte tempore emptionis d. Ioannis
non

non adeſſet; quemadmodum etiam de damnis per d. Hieronymum prætenſis non conſtitit, & ideo abſolutus d. Ioannes fuit: quem pariter ab obturatione alterius ex oſtijs factis in porticu ſecunda liberauimus, ea maximè de cauſa, quod per hoc non aucta fuiſſet ſeruitus, aut nouum aliquod damnũ paſſurus eſſet d. Hieronymus, contra quem propterea, & pro dicto Ioanne intraret regula, quod tibi non prodeſt, vt ſupra pro d. Hieronymo allegata; iuncta hic alia regula, quod quiſque iuris, &c.

Et partes ab expenſis abſoluimus ob mutuam victoriam.

Ex quibus, &c. Laus Deo, &c.

SVMMARIA.

Pater poteſt eſſe debitor filij, num. 1.
Contra patrem non poteſt agi actione furtina, num. 2.
Pater filiæ Socer eſt marito, num. 3.
Idem bonor debetur Socero, ac patri, num. 4.
Contra Socerum agi non poteſt, ſine venia, num. 5.
Abſolutoria ab obſeruatione iudicij, ſeu ſaluo iure aptè agendi &c. fit ob defectum libelli, num. 6.
Qui conuertit in alios vſus rem commodatã, tenetur furti, & furti actione agi contra eum poteſt, num. 7.
In abſolutoria ab obſeruatione Iudicij regulariter fit condemnatio in expenſis, num 8.
Expenſarum condemnatio eſt in arbitrio Iudicis, num. 9.
Afflicto afflictio addenda non eſt, num. 10.
In abſolutoria ab obſeruatione iudicij, aliquando Iudex poteſt in expenſis non condemnare, num. 11.

DECISIO XXXIV.

VXor Vincentij Vrbani commodauit Vincentio Simonello patri ſuo monilia, quæ poſtea idem Simonellus tertio oppignerauit, & fuit à filia contra eum actum criminaliter, & ipſe condemnatus per D. Prætorem à quo.

Nos diximus dictum Simonellum eſſe abſoluendum ab obſeruatione Iudicij, ſaluo iure melius, & conuenientius agendi, &c.

1 † Quia quicquid pater poſſit eſſe debitor filij l. filios. 4. C. de reuoc. ijs, quæ in fraud. &c. & etiam
2 teneatur furti, † non tamen agi debet contra eum actione furtina; quæ infamat l. ſi quis vxori. 33. §. 1. & ibi gloſ. in ver. furti tenebitur, & Bart. quoq; ff. de furt. l. ſi ſuperſtite, & ibi etiam gloſ. C. de dol. malo.

Et licet monilia dici poſſint potius mariti, quã
3 filiæ, † tamen etiã marito pater filiæ ſocer eſt, qui patri æquiparatur l. diuortio. aliàs eſt §. Papinianus
4 l. fructus 7. §. interdum. ff. ſol. matr. † & idem honor debetur l. rei iudicatæ, §. fin. cum duab. ll. ſeqq.
5 ff. eod. tit. † in tantum, quod etiam ſine venia non poſſit agere contra Socerum, vt cenſuit gloſ. & ibi omnes in l. generaliter, ff. de in ius vocan. Menoch. conſil. 22. ſub num. 3. & 4. vbi cumulat plura ſimilia lib. 1.
6 † Quare, data ineptitudine libelli per huiuſmodi irreuerentem inquiſitionem, partes noſtras fuiſſe, putauimus in abſoluendo ab obſeruatione iudicij, cum clauſula ſaluo iure, &c. ad Caſtr. in conſ. 65. nu. 1. par. 1: vbi, quod reus eſt abſoluendus interlocutoriè propter defectum libelli, Bald. conſ. 358. in fin. lib. 5. vbi adijcit clauſulam, ſaluo iure aptè agendi, &c. & cap. examinata, & cap. exhibita. ex. de Iudicijs, l. 1. ff. ſi mens. falſ. mod. dixerit. Vant. plenè de nullit. ex defect. proceſſ. num. 22. & ſeqq. adde in deciſ. 31. Bon.

Ab expenſis autem abſoluimus agentes, quia re vera in meritis probauerant intentionem ſuam, ſcilicet & commodatum monilium, & conuerſio-
7 nem in alios vſus, † quo caſu in alijs ex furto agi potuiſſet l. ſi vt certo, §. idemque erit. ff. commod.
8 Didac. Variar. reſol. lib. 3. c. 15. nu. 8. † quare, quicquid regulariter expenſarum condemnatio ſequi
9 debuiſſet ad Vant. ſub d. n. 22. † Viſum eſt tamen aliter hoc in caſu arbitrari, ſtante arbitrio noſtro,
10 Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 177. n. 2. † Maximè, ne afflicto adderetur afflictio, c. ex par. de cler. egrot.
11 † & quia inter coniunctos, & etiam quia in abſolutoria ab obſeruatione Iudicij, aliquando ab expenſis fieri abſolutionem, non eſt inconueniens Grat. deciſ. March. 137. in fin.

Ex quibus, &c. Laus Deo, &c.

SVMMARIA.

In criminalibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores, num. 1.
Debet conſtare de delicto, vt ſit pænæ locus, num. 2.
Mandatarius aliquando de furto tenetur, num. 3.
Conſumptio in proprios uſus eſt difficilis probationis, n. 4.
Mandatarius de dolo, & leui culpa tenetur, num. 5.
Dolus, & culpa probari debent, ſiuè agendo, ſiuè excipiendo, num. 6.
In dubio præſumitur diligentia, num. 7.
In dubio præſumitur actus factus à mandatario, vt fieri debuit, num. 8.
Interpretatio ea ſumenda eſt, per quam excluditur delictum, vel culpa, num. 9.
In dubio, an culpa interuenerit, an non, non poteſt quis de culpa condemnari, num. 10.
Confeſſio extraiudicialis preſente parte probat, n. 11.
Etiam non acceptata, num. 12.
Teſtes ſingulares magna legalitate præditi probant, numero 13.
Teſti ſingulari de geſtis à ſe ipſo creditur, num. 14.
Teſtes ſingulares ſingularitate adminiculatiua, non obſtatiua probant, num. 15.
Teſtes de confeſſione partis in diuerſis locis coniunguntur num. 16.
Querelę, et lamentationes faciunt indicium contra reum, num. 17.
Indicia plura ſimul iuncta magis operantur, num. 18.
Mandatarius tenetur ad precium, ſeu ad intereſſe, numero 19.
Actio mandati directa eſt perſequutoria eius, quod intereſt, num. 20.
Confeſſio propria facit, reus eſſe in claris, num. 21.

DECISIO XXXV.

SVſcepit Roncalia ab Andrea de Corelia Lucani-
cam, vehendam ad Ciuitatem Marſiliæ, qua ta-
men in locum deſtinatum, non perueniente, egit An-
dreas iuncto fiſco de furto, & ad reſtitutionem va
loris; Excell. D. Prætor quoad fiſcum condemna-
uit reum in pœnam, de qua in ſententia, & quoad
Andream actorem condemnauit reum conuentũ,
ad reſtitutionem valoris Lucanicæ, & in expenſis,
quoad vtrunque; Rota confirmauit d. ſententiam,
quoad condemnationem inter Roncaliam, & An-
dream, & quoad condemnationem cum fiſco ab-
ſoluit à criminalitate, & omnes partes ab expenſis.
1 † In criminalibus probationes debent eſſe luce
meridiana clariores, l. ſciant. C. de probat. & cit. ſu-
2 pra in deciſ. noſtra Luc. 17. num. 7. † & debet con-
ſtare de delicto, vt ſit pœnæ locus l. ſancimus, C. de
pœ. hic non conſtitit, quod d. Ronchalia delique-
rit, ergo malè fuerat in cauſa criminali condemna-
tus, neque enim probata fuit prætenſa conuerſio
Lucanicæ in proprios vſus. ſequitur reg. l. et qui ff.
de probat. l. qui accuſare, C. de edend.
3 † Neque obſtat, quod etiã furti aliquãdo tenea-
tur mandatarius, per l. ſi mandauero. 22. §. ſi tibi
centum, ff. mand. *Si tibi*, (inquit Paul.) *centum de-
dero, vt ea Titio dares, tuque non dederis, ſed conſum
pſeris, et mandati, et furti teneri te Proculus ait*; quia
reſpondetur, non fuiſſe probatam conſumptionẽ,
4 † eſt. n difficilis probat. Menoch. cõſ. 375. ſub n. 12
5 lib. 4. † & præſ. 55. li. 3. † & quãuis mandatarius de
dolo, & leui culpa teneatur, vt notat Bar. in l. quod
Nerua. in verſ. nono quæro. ff. depoſ. l. cũ qui §. fin.
6 ff. de furt. l. contractus. vbi Dec. ff. de reg. iur. † Ta-
men, vbi obijcitur dolus, vel culpa, ſiue agendo,
ſiue excipiendo, probari debet al às præſumitur
pro mandatario, & debet abſolui, licet non proba-
uerit diligentiam, l. Prætor ait, in princ. ff de iur.
iur. c. vt circa, de elect. cũ alijs cit. per Dec. in term.
conſ 562. Viſo puncto diligenter formato, nu. 11.
7 † Et in dubio præſumitur diligentia Maſcard. de
8 probat. concl. 609. in fin. † & in dubio præſumitur
actus factus à mandatario eo modo, quo fuit man-
9 datum, Vant. quib. mod ſent. num. 3. nu. 105. † &
illa interpretatio ſumenda, per quam excluditur
delictum, aut culpa, Maſcard. concl. 468. n. 3. & 4.
10 & in deciſ. Luc. noſtra 25. num. 40. † & in dubio,
an culpa interuenerit, vel non, non poteſt quis de
culpa condemnari, Bald. in l. ſi creditor. n. 1. in fin.
C. de pignor. act. cum alijs citat. per Menoch. con-
ſil. 645. num. fin. lib. 7. & in termin. Mandatarij
Crau. conſ. 247. in fin.

Quoad cauſam ciuilem conſtitit nobis; Primò,
quod idemmet Ronchalia faſſus eſt, ſe recepiſſe
capſam Lucanicæ, vt Marſiliam transferret, ſubij
ciendo, eandem ſibi fuiſſe ſublatam in Dogana Li-
burni, & non teneri ad eius ſolutionem, Attamen
*che hauerebbe procurato di dar ſodisfattione ad An-
drea*, quæ verba dixit eidemmet teſti præſente eo-
11 dem Andrea, † vnde talis confeſſio, licet extraiu-
dicialis, tanquam facta præſente parte probat, Ma-
12 ſcar. de probat. concl. 346. per tot. † Vbi hoc defen
dit, etiam ſi non fuiſſet acceptata per eundem, com
citando Doctor. num. 14. cum ſeqq. & eadem re-
manet ab eo teſte vno ex DD. Excellentiſs. huiu-
ſce excellentiſs. Reipubl. licet ſingulari, ſatis com-
13 probata, attenta qualitate perſonę, † cum teſtes
ſingulares probent in quacunque cauſa, ſeu mate-
ria, ſi ſint magna nobilitate, & legalitate præditi,
iux. Paul. de Caſtr. in l. admonendi, ff. de iur. iuran.
Hyppol. de Marſil. ſing. 114. qui allegat Soc. Barb.
& Franc. Cur. idem tenentes, & opinionem Caſtr.
refert, & ſequitur Io. Baptiſta de S. Seuer. in d. l. ad-
monendi, col. 29. Maſcard. de probat. q. 11. nu. 20.
quod dictum, licet alij impugnent, tamen hoc in
caſu, eò magis obtinebit, quod adſunt hic alij te-
ſtes deponentes de mandato ſuſcepto per Roncha
liam, inter quos ipſemet mulio, qui vehendas ſu-
ſcepit res Ronchaliæ, & cum ijs præfatam capſam
à Ciuitate Lucæ Viaregium verſus. Cui maximè
14 credendum, † ſecundum DD. tenentes, quod te-
ſti ſingulari de geſtis à ſe ipſo deponenti plenè cre
ditur Franc. Curſ. in tract. de teſtibus, num. 119.
15 Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 99. per t. t. † & quod
hic, eſt ſingularitatem non obſtatiuam, ſed admi-
niculatiuam, plenè conſliterat adiuuantibus alijs
in depoſitionibus ſuis, in idemq. tendentibus, ad
Bald. in Rubr. de contr. Inueſt. in vſibus feud. in 1.
col. Ideo dicit Paul. de Caſtr. in conſ. 334. viſa peti
tione, & in conſil. 280. incip. viſo proceſſu. in 3. col.
16 † quod ſi vnus teſtis deponat de confeſſione facta
in præſentia partis in vno loco, & alter de confeſſio
ne in alio, quod iſti duo teſtes coniunguntur, & fa
ciunt plenam probationem, quod eſt ſingulariter
menti tenendum ſecundum Io. Crot. in tract. de te
ſtibus, num. 325. & præterea adeſt teſtis ipſe, qui
capſam fecit, adeſt teſtis alter, qui Lucanicam ven
didit, adſunt querelæ lamentationes, & exclama-
tiones in epiſtolis miſſis ab eo, qui recepturus erat
17 Lucanicam in d. loco Marſiliæ, † quæ non exiguũ
indicium faciunt contra Ronchaliam, ad tex. per
18 Menoch. de præſ. q. 89. nu. 119. † & quæ indicia,
ſimul iuncta cum alijs antedictis, magis corrobo-
rant, ad Maſcar. de probat. q. 15. num. 14.

Vnde cum viſa fuerit intentio partis ſatis iuſti-
ficata, rectè fuit conuentus condemnatus ad pre-
19 cij ſolutionem, † identim in actione mandati di-
20 recta continetur l. præterea. ff. mand. † quæ eſt rei
perſequutoria, de eo quod intereſt actoris l. ad cõ-
parandas. C. eo. tit. maximè quia aduerſum caſum
nõ probauit, quinimo ſatisfacere obtulit, vt ſupra;
21 † quare ſumus in claris ob propriã confeſſionẽ, l.
quod te, C. de tranſact. Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

*Iudex criminalis non cognoſcit de reſtitutione rerum, ni-
ſi incidenter, num. 1.*
*Iudex maleficiorum, abſoluendo à pœna, non poteſt con-
demnare ad rerum reſtitutionem, num. 2.*
Niſi ex ſtatuto data ei facultate tali, num. 3.
Statutorum eſt interpres conſuetudo, num. 4.

Digitized by Google

Liber probat contra ſcribentem, num.5.
Et eius ſucceſſores, num.6.
In criminalibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores, num.7.
Dubia probatio non releuat, num.8.
Fit interpretatio contra probantem, num.9.
Ex dubia probatione excluditur delictum, num.10.
Conſtito de receptione rerum, fit condemnatio ad earum, vel valoris reſtitutionem, num.11.
Qui emit nullam habet excuſationem, quin prætium ſoluat, num.12.
Reſtituenda eſt res ipſa, ſi extat, ſin ſecus pretiũ rei, n.13

DECISIO XXXVI.

1 VTcunque de iure communi Iudex maleficio
rum non cognuſcat de reſtitutione rerum,
niſi incidenter, Bart. in l. interdum, §. qui furem, ff.
de furt. Felin. in c. eum oporteat. colũm. pen. & vlt.
2 de accuſat. Boſſ. de decr. Mediol. num.31. † Vnde
cenſeant nonnulli, quod, abſoluendo à pœna, non
poſſit condemnare ad dictam reſtitutionem, Fari-
nac. conſ.69. ſub num.2. verſ.2. eſt caſus. ad Natt.
Bertazz. & alios, vt per eum, Cornaz. deciſ.314.
num.7. & ſeqq.
3 † Nobis viſum eſt, D. Prætorem poſſe iudicare
de reſtitutione, etiam in caſu abſolutionis à pęna
ex poteſtate ei particulariter cõceſſa æquè de vno,
ac de alio, per ſtat. c.95. verſ. & in omnibus lib.4.
Cuius ſtatuti ſtante diſpoſitione, non tã acceſſoriè
ad cauſam crimin. quam principaliter ex facultate
ſibi conceſſa à legiſlatore, videtur iudicare, prout
ita d. ſtatutũ intellexit Lepid. deciſ. Luc. 62. verſ.
contrarium tamen, & Cornaz. in ead. cauſa d. dec.
54. n.11. & conſuetudo ipſa, de qua ibid. Lepid. te-
ſtatus eſt, & nobis etiã in facto ipſo eſt notiſſima,
4 dictam interpretationẽ comprobauit, † eſt n. ſtatu
torũ interpres cõſuetudo Morot. Reſp.14. n.8. & 9.
Quare dictum fuit, bene fuiſſe iudicatum per
D. Prætorẽ, à quo, dum condemnauit Annam reã
conuentam ad reſtituendum, vel res ipſas, vel earũ
valorem, & potuiſſe abſoluere à pęna, & condem-
nare ad reſtitutionem rerum, vel valoris.
Quia, licet D. Maſa haberet teſtes deponentes,
quod d. Anna reuenditricẽ agebat, & quod repor-
tabat, vel pretium rerũ, vel res ipſas, ſi non inuenie
bat emptores, tamẽ exaduersò dicebat ipſa Anna,
ſe res verè emiſſe à D. Maſa, ita quod poſſet pro
arbitrio vendere, vel alienare, iux. l. in re mandata,
C. mand. & pro ſe facere librum ipſius D. Maſæ;
5 in quo dictarũ rerum pretium ſcriptum fuit, † qui
libet probat contra Scribentem, gloſ. in l. quædam,
§. nummularios. ff. de eden. & in clem. 1. §. cæterũ,
in verſ. rationũ, de vſur. citat alios Paſſer. de ſcrip.
priuat. lib.4. n.95. & ſeqq. Maſcard. concl.977. de
6 probat. † & eius ſucceſſores l. Publia. §. fin. ff de-
poſ. Maſc. d. concl.977. nu.12. Paſſ. d. lib.4. nu.111.
In hac contradictione, cum non appareret Lu-
7 culenter de facto, benè fuit abſoluta mulier, † quia
in criminalibus oportet probationes eſſe luce me-
ridiana clariores, l. ſciant cuncti, C. de prob. D. Ca-
bal. conſ. crim.288. nu.1. Immo precij deſcriptio
in libro facit qualem qualem præſumptionẽ, quod
potuerit re vera vendidiſſe, aliàs enim, non pretiũ,
ſed tantum res ipſas conſignatas, deſcripſiſſet, &
quatenus ſuæ memoriæ cauſa etiam pretium addi
8 diſſet, pro quo eſſent res reuendendæ; † tamen,
quia dubia eſt probatio, cum vtrunque eſſe poſſit,
9 non concludit, l. nõ hoc, C. vnd. legit. † & fit inter-
pretatio contra producentem, c. in præſentia. vbi
gloſ. de probat. Surd. conſ.5. num.49. conſ.366.
10 num.54 † & per quam excluditur delictũ, Oſaſc.
conſ.64. num.52.53.54. & ſeqq. cum alijs in ma-
teria interpretationis faciendæ in dubio addit. per
me de interpr. inueſtit. cap.2. obſ.2. nu.14. & ſeqq.
cum num. antecedentibus; Sanè prædicta ſuffeciſ-
ſe viſa ſunt, ad excludendum dolum, qui eſt probã
dus, vt in deciſ. noſtra Luc.35. nu.6 & à quo quæ-
libet cauſa excuſat, vt infra in deciſ. noſtra Luc.70.
num.2. & var.36. num.19.
11 Non potuit autem conqueri d. Anna de d. ſen-
tentia, quoad concernentia reſtitutionem, quia po
ſita fuit in manu cõſilij ſui, data ei electione, quod
reſtituat res ipſas, vel pretium earum, ad l. plerun-
que, ff. de iur. dot. vbi hoc reſpicere fauorem debi-
toris, & æquitas intrabat, ne, & re, & precio vtere-
tur, l. curabit, C. de action. empt. cum, vel ex pro-
pria confeſſione conſtaret de receptione rerum, li
cet diceret, ſe eas emiſſe, qua nulla maior eſt pro-
12 batio, l. quod te, C. de tranſact. † ſi enim emit, nul
la cauſa excuſat eam à ſolutione precij, Inſtit. qui-
bus mod. toll. oblig. in princ. aut à reſtitutione rei,
13 ſi non emit, & ad Afſl. deciſ.369. num.3.4.5. † Vbi
reſtituendum eſt pretium, ſi res non extat, & ſi
extat res: licet in caſu iſto ob dubium, an res eſſent
re vera vẽditæ, electioni locum eſſe viſum ſit, cum
præſertim vtrouis modo eſſet conſultum indem-
nitati actoris. Laus Deo, &c.

SVMMARIA.

Sententiæ pars acquieſcit, non appellando, num.1.
Per ſententiam quaſi contrahitur, num.2.
Adiudicatio in ſolutum facta per Iudicem, cenſetur facta à parte, num.3.
Per adiudicationem ſoluitur vnum pro alio, num.4.
Adiudicatio eſt propriè executio realis, transfert dominium, habet vim ſecundi decreti, num.5.
Per ſecundum decretum dominium transfertur, num.6.
Adiudicatio habet vim venditionis, num.7.
Per venditionem dominium transfertur, ſi vendens ſit Dominus, num.8.
Per adiudicationem iudicialem inducitur priuatio iuris proprij, num.9.
Adiudicatio non poteſt infringi à debitore, cuius odio facta eſt, num.10.
Sententia trahit ſecum executionem in nomine debitoris, num.11.
Acquiritur ex ſola ceſſione dominium iurium incorporalium, num.12.
Quod operatur traditio in rebus corporalibus, idem operatur ceſſio in incorporalibus, num.13.

Nec eſt opus deiectione, num.14.
Nomina debitorum non poſſidentur, num.15.
Nomina debitorum dicuntur eſſe in bonis noſtris, nu.16.
Debitor vni ceſſus alij, amplius cedi non poteſt, n.17.
Nemo dat, quod non habet, num.18.
Cedens non poteſt præiudicare iuri iam alteri quæſito, num. 19.
Declaratur l.fin. C.de tranſact. num.20. & ſeqq.
Ceſſionarius in caſu d.l.fin. habet actionem aduerſus cedentem, pro recuperatione pecuniæ exactæ, num.21.
Ignorantia excluditur, vbi debitori ceſſo fuit inhibitum, ne ſoluat, num.22.
In hærede venditore hæreditatis remanent directæ, n.23.
In accipientem in ſolutum tranſeunt directæ, num.24.
In adiudicatione Iudiciali, quia eſt neceſſaria tranſeunt directæ, num.25.
Quando habens directam cedit ex neceſſitate, amplius agere non poteſt, num.26.
Ceſſionarius nihil plus eſt, quam cedens ipſe, quem refert, & cuius in locum ſucceſſit, num.27.
Plus iuris, abſurdum eſt dicere in ſucceſſore, quam in authore eius, num.28.
In concurſu habentis utiles cum habente directas, habens vtiles præfertur, num.29.
Etiam contra habentem directas, qui præuenit in ſententia, nam habens vtiles poteſt impedire executionem, num.30.
Qui ſuum recipit neminem fraudat, non intrat, vbi debitor nondum fuit exactus, num.31.
Cedere non eſt ſoluere, num.32.
Accepto ferre propriè, non eſt ſoluere, num.33.
An paria ſint ſoluere, & nomen debitoris in ſolutum dare, & quando, num.34. & ſeqq.
Principalis debitor, dato nomine in ſolutum, liberatur ſub d.num.34.
Debitor debitoris non liberatur, niſi per ſolutionem, aut aliam delegationem, num.35.
Iura excuſantia debitorem, ceſſum, qui cedenti ignoranter ſoluit, quia contra bonam fidem eſt, vt bis exigatur, num.36.
Quia pecunia ſoluta fit accipientis, & iura vigilantibus creditoribus ſubueniunt, num.37.
Quia ex æquitate, ex quo ignorauit eſt ſuccurrendum, num.38.
Ficta ſolutio non operatur, vbi factum realiter exigitur, num. 39.
Anterioritatis ius non attenditur, ubi eſt facienda excuſſio, & vbi alter eſt in poſſeſſione, vel quaſi, & ex æquitate, num.40. 41.42.
Reſernatio iurium in alio Iudicio, num.43.
Creditor anterior poteſt reuocare dationem in ſolutum, factam poſteriori de nomine debitoris, num.44.
Vbi, nomen debitoris nondum fuit aſſignatum, anterior, creditor poteſt præferri, & impedire executionem, num.45.
Debitor principalis condemnatus, ſi ſtatim poſt adiudicationem alij ceſſit debitorem aſſignatum præſumitur in dolo ad impediendum imminentem executionem in eo nomine, num.46. & ſeqq.
Fraus negotium, ſicut venenum compoſitū, inficit, n.48.
Res iudicatæ non ſunt eludendæ, num.49.
Contra debitorē adiudicatū poteſt breuius procedi, n.51.
In cauſis complicatis admittitur appellatio, etiam pro ea cauſa, pro qua non admitteretur, num.52.
Duæ cauſæ ſimul complicatæ, habentur pro vna, nu.53.
Quælibet cauſa excuſat à dolo, & pena, num.54.
Pendente controuerſia, cui ſoluendū ſit à debitore ex duobus creditoribus, ipſe interim non eſt in mora, numero 55.
Excuſatur quis, vbi ius partis non eſt factum deterius, num. 56.

DECISIO XXXVII.

DEbitor principalis condemnatus, nomen ſui debitoris in ſolutum creditori, qui obtinuerat à Iudice datum, alijs mox creditoribus, pro quibus nulla aderat adhuc ſententia, ſponte ceſſit, & cum in executionem dictæ ſententię, fuiſſet factū præceptum d.debitori de ſoluendo, ſe oppoſuerunt ceſſionarij, & oſtenſa ceſſione eis facta, & allegata etiam anterioritate ſuorum iurium, prætendebāt ſe eſſe præferendos in exactionem dicti nominis, D.Iudex, à quo, mandauit ad vlteriora procedi in executione in dicto nomine debitoris ad fauorem creditoris, cui facta fuerat à Iudice aſſignatio, Rota in recurſu confirmauit,

1 Quia per ſententiam, † cui pars acquieuit, non
appellando Magon.deciſ.Luc.67.nu.2.3. fuit adiu
dicatum nomen prędicti debitoris, iuxta terminos
2 ſtatuti, cap.123.lib.1. † & quia per ſententiā, qua-
ſi contrahitur, l.3.§.idem ſcribit, ff.de pecul. Alex.
3 conſ.90.n.3.lib.1. † Hinc eſt quod talis adiudica-
tio, ſeu in ſolutum datio, facta per iudicem, cenſe-
tur facta per ipſummet debitorem Alex.conſ.11.
& conſ.53, num.4.lib.5. Surd.deciſ.294.num.4.
4 Corn.conſ.73, num.2. vol.2. vbi num.8. † dicit,
quod adiudicatio eſt datio in ſolutum, & ſoluitur
tūc aliud pro alio, volente creditore, quod licet l.2.
5 §.1. in fin.ff.ſi cert.pet. † & quòd propriè eſt execu
tio realis, & transfertur ex ea dominiū, quia habet
vim ſecūdi decreti, vt patet ex Alex. in locis ſupra
6 cit. † per ſecundum autem decretum Dominium
transferri cōſtat, Maran.in prax.Iudic.verſ.& ad-
uertatur circa cōtumacias. ſub num.12.per gloſ.in
l.2. in fin.ff.ſi ex no.cauſ.agat. Bart in l.prætoris.ff.
7 de damn.infect. † quia etiam habet vim venditio-
8 nis, add.ad Alexand.in conſ.52.lib.1. † per quā do-
minium quoque transfertur, ſi vendens ſit domi-
nus.§.venditæ, Inſtit.de rer.diuiſ.gloſ.fin.in l.1.ff.
9 de rer.permut. † & per adiudicationem iudicialē
induci priuationē rei ſuæ, dicit Affl. deciſ.358.ſub
10 n.4. † nec poſſe infringi à debitore, cuius in odiū
facta fuit, dicit Alex.in d.conſ.11. in princ.lib.5.

Et hæc quidem omnia maximè procedunt in
caſu noſtro, quia agitur de nomine debitoris, ideſt
11 de iure incorporali, † in quo ſententia trahit ſecū
exequutionem, l.ſimiles, §.qui iudicati, & ibi Bart.
12 & alij, ff.de re iudic. † & acquiritur ex ſola ceſſio-
ne dominium, Guid.pap q.81. & ibi add.in verſic,
niſi primo fuiſſet inueſtit.in fi. & Tiraq.retract.li-
13 gnag.§.1.gl.14.n.8.& ſeqq. † nam quod operatur
traditio in rebus corporalibus, idē operatur ceſſio,

& tan-

& tantò magis datio in ſolutum, in incorporalibus
Bart in l.3 ff. pro Soc. gloſ. & DD in l.1. C. de act.
14 empt. † ita quod deiectione opus non ſit. Bald. &
Alex. poſt gloſ. in l ſciendum §. ſi fundum, ff. qui ſa
15 tiſd. cogan. † quia nomina debitorũ non poſſiden-
tur, nec vllum competit remedium poſſeſſorium,
16 Rom. conſ. 311 num. 6. Rip in l. quor. bon. † li-
cet dicatur eſſe in bonis creditoris l cum hæredes,
§ vlt. ff. de acquir poſſ. Aret. in §. quadrupl. nu. 39.
inſtit. de action. & in hoc caſu ceſſauit eſſe dictum
nomen dicti debitoris, eo ipſo, quod fuit adiudi-
catum, & ſequuta priuatio per prædicta.
17 † Ex quibus ſequuntur cõcluſiones notæ, quod
idem debitor iam alij creditori cedere non potue-
rit, & inualida, & nullius roboris fuerit ceſſio poſt
18 ius amiſſum † quia nemo dat, quod non habet, l.
ſi filius. 14. C. de donat l. nemo plus iuris, ff. de re-
gul. iur. Crau. conſ. 984. ſub num. 65. † & iuri, iam
altero quæſito, non poteſt cædens præiudicare l. ſi
19 partem, § fin. ff. quemad. ſer amit. † & in retentionis
ceſſionis add. in fin. ad Capp. Toll. deciſ. 119. Vinc.
de Frane. deciſ. 75. ſub num. 10. par. 1.

Oppoſita autem exaduersò, ſtantibus prędictis,
non intrabant: Particulariter tamen reſpondetur,
20 & quidem ad l. fin. ff. de tranſact. † Vbi tranſactio
ſuſtinetur cum ipſomet venditore inita in præiudi
ciũ emptoris, quia diſpoſitio huius l. inducta fuit
ad fauorem ipſiuſmet debitoris venditi, qui cum
venditore, quem ignorabat vendidiſſe tranſegit,
21 † & ideo ceſſionarius hab et actioné aduerſus ce-
dentem pro recuperatione pecunię exactæ, iuxta
Caſt. d. l. 3. num. 2. in fin. C. mand. quod in noſtro ca
ſu non intrat, debitor enim nulli adhuc ſoluit, qua
te vbi non conueniunt verba, nec diſp ſitio l. 4.
22 §. tutics, ff. de dam. infect. † & præterea debitori fa
cta fuit inhibitio, ne ſoluat, vnde etiam per hoc nõ
poſſet intrare ignorantia, iuxta tex. in d. l. fin. & l. 3.
C de nouat.

23 † Item reſpõſum fuit d. l. fin. loqui in hærede vẽ
ditore hæreditatis, pęnes quem remanſerunt dire-
ctæ, quarum vigore potuit tranſigere, vt ibid. de-
clarant Docto. & dicit Iaſ. in l ſi cum emptore, nu-
mero 14. verſ. 4. limita, & ibi etiam Bart. ff. de pact.
24 & ad Afflict. deciſ. 335. num. 22. 23. † in noſtro ve
rò caſu omnia iura directa, & vtilia tranſierunt in
accipientem in ſolutum, Alex. in d. l. ſi cum empto
re, ſub num. 4. & pact. ex ab initio firmatis Surd.
conſ. 269. ſub num. 23. 24. 25. in terminis dationis
in ſolutum, & aliud eſſe dicẽs in ſimplici ceſſione,
25 † & quatenus etiam nõ tranſijſſent, remanſiſſent
in cedente inefficaces, ac inutiles, quia dicta adiu-
dicatio ex ſententia iudicis eſt neceſſaria non volũ
taria, vt ait Tiraquel. in l. retract. §. 1. gloſ. 14. n. 7.
& ſeqq. Surd. d. deciſ. 294. ſub num. 15. Alexand.
26 d. conſ. 52. num. fin. lib. 1. † quando autem habens
directam cędit ex neceſſitate, agere non poteſt, &
ſi agit repellitur Cap. Toloſ. deciſ. 559. in add. ſub
princ. verſ. primo caſu Oſaſc. deciſ. 61. ſub num. 6.
& ſeqq. Surd. dicto conſ. 269. nu. 24. Tantò minus
27 agere poterit ceſſionarius, † qui non plus quàm
perſonam eius refert, & in eius ius ſuccedit Lem-
ptor, vbi Bald. in 1. not. C. de hæred. vel actio. ven-
28 dit. Surd deciſ. 308. nu. 1. † & abſurdum eſſet di-
cere plus iuris in eſſe in ſucceſſore, quam in eo cui
ſucceſſit l. aliud eſt vendere, §. abſurdum. ff. de reg.
29 iur. † & in concurſu habentis vtiles & habentis di
rectas, ſemper qui habet vtiles præfertur Doctor.
in l. in cauſæ, in fin. & l. procurator in rẽ, ff de pro-
curat. glo. in l. 3. in ver. exigere, C. de nouat Papien.
in lib. vendit. in verſ. ceſſit, & mandauit ſub nu. 10.
30 † adeo quod ſi habens directas egit, & obtinuit
ſententiam, poſſit habens vtiles ſuperuenire, &
executionem impedire, & præferri debeat Alex.
conſ. 15. num. 3. vol. 6. Oſaſc. deciſ 62. num. 17. &
in fin. adeo quod, quoquo te vertas, nullo iure iu-
uentur dicti ceſſionarij.

31 † Quod verò opponebatur de l. qui autẽ, §. apud
Labeonem, ff. quæ in fraud. cred. vbi dicitur, quod
qui ſuum recipit, neminẽ fraudat, non intrat, quia
32 debitor nondum cuiquam ſoluit, † nec cedere eſt
33 ſoluere Oſaſc. d. deciſ. 62. ſub num. 9. † ſicut, nec
accepto ferre, propriè eſt ſoluere. l. ſolurum. in fin.
34 ff de ſolut. † Neque enim obſtat, paria eſſe ſolue-
re, vel nomen debitoris in ſolutum dare, quia hoc
verum eſt, & procedit quoad liberandum ipſum
principalem debitorem, qui vtrouis modo libera-
tur, l. verbum exactæ, ff. de verb. ſignif. Pariſ. con-
ſil. 69. num. 8. 9. lib. 4. ſecus autem quoad debitorẽ
35 debitoris, aſſignatũ, vel ceſſum, † quia, ſi is actua-
liter non ſoluat, aut alium de conſenſu creditoris
non deleget, aut aliter, certè non erit lib. ratus, ad
Bart. in l ſolutionis ff. de ſolur. Alex. in l. 4. § ſoluiſ-
ſe, & ibi Iaſ. num. 3. ff. de re iudic. Rebuff in d. l. ver
36 bum exactæ. ff. de verb. ſign. † Nam vbi nondum
actu ſoluit debitor huiuſmodi, non intrant iura eũ
forte excuſantia, ſi ſoluiſſet nempè ex l. bona fides.
37 de reg iur. & ex l. non debet. ff eod. † & ad Gayl.
obſ. 25. nu. 11. & ſeqq. lib. 2. Surd. deciſ. 90. nu. fin.
conſ. 4. ſub num. 10. & ſeqq. lib. 1. vbi quod ex ſo-
lutione pecunia fit accipientis, & alias pro credito
38 ribus vigilantibus, † & demum ex æquitate, quia
ignoraſſet ceſſionem, quia non in culpa eſſet, quæ
ſunt fundamenta d. l fin. C. de tranſact. d. l. 3. C. de
39 nouat. Frane. deciſ. 119. num. 17. 18. p. 1. † nec fi-
cta ſolutio operari poteſt vbi veritas apparet, quæ
eſt, quod ſolutio nondum facta eſt Id Frane. de-
ciſ. 25. ſub num. 10.

40 Demum opponebant ceſſionarij, ſe eſſe anterio
res ipſo creditore, cui nomen in ſolutum datum
fuit, & ideo in omnem euentum præferendos eſſe
per reg cap. qui prior, de reg. iur. in 6 l. 2. l. qui Bal-
neũ, l. potior. qui potior in pig. hab. quia ex c. 110.
& 122. lib. 1. ſtat. oportet fieri excuſſionem inter
ipſos creditores, antequam poſſit impediri execu-
tio, deinde etiam, quia dicta iura intrarent, quãdo
ageretur hypothecaria inter primum, & poſterio-
rem creditorem, & enim caſu prior in tempore po
41 tior eſt in iure, † ſecus vbi iam vnus eſt in poſſeſſio
ne, vel quaſi, quia tunc non conſideratur paritas
temporis, Oſaſc. deciſ. 134. ſub nu. 7. verſ. non ob-
ſtant, & num. 8. & fin. † & intrat æquitas in ſpecie
conſiderata, & ſecundum quam fuit iudicatum

Digitized by Google

teſte Surd. in conſ. 4. ſub num. 25. lib. 1. conſ. 436. ſub num. 10.

Quam ob cauſam reſeruauimus dictis Ceſſio-
43 narijs iura, talia, qualia, † ne eis in hoc iure præiu-
dicaremus ad Din. & ibi add. vlt. in c. nullus pluri-
bus de reg. iur. in 6. Vant. de nullit. ex defect. pro-
ceſſ. num. 22. iuncto Surd. d. conſ. 436. num. 10. &
44 11. lib. 3. † Vbi, creditorem anteriorem poſſe re-
uocare dationem in ſolutum, factam poſteriori de
nomine debitoris, per rationes vt ibi.
45 Nec obſtare etiam viſum fuit Natt in conſ. 300.
quia ibi agitur de executione adhuc fiẽda in nomi-
ne debitoris, nondum cuiquam aſſignato, nos in
aſſignato, in quo diuerſa eſt ratio, & ius diuerſum,
vt ex ſupra adductis in puncto allegatis.

Inter cętera etiam moti fuimus, ad hanc par-
tem ſequendam, quod animaduerſum fuit, di-
ctam ſententiam condemnatoriam debitoris prin
cipalis latã fuiſſe ſub 10. Octobris, & quod idem-
met debitor condemnatus fecit dictam ceſſionem
46 ſub 12. einſdem, † ex quo doli ſuſpicio non exi-
gua orta eſt ex tali ceſſione in tempore tam breui,
& quando imaginari poterat, debitorẽ ſuum exe-
qui poſſe, iuxta Theor. Odofr. in l. vn. in 1. quæſt.
47 C. de alien. Iud. mut. cap. fact. ſub n. 1. in fin. † vbi
ex cauſa præſumitur dolus malus, pone, vt ait,
quod periturus erat actor ſeruum tuum, manumi-
ſiſti eum, hic prǽſumitur dolus malus, & ibid. etiã
48 Cin. † fraus verò negotium, ſicut venenum com-
poſitum ingrediens, inficit Bertach. in ver. dolus.
verſic. 3. & verſ. dolus vitiat contractum. Barbat.
49 conſ. 1. num. 12. lib. 1. † maximè cum ſimilis do-
lus videatur tendere ad rem iudicatam eludẽdam
50 contra l. ſi prætor. ff. de re iudic. † Vnde poſſet re-
plicari ceſſionarijs, quod debitor omnium cómu-
nis dolo deſierit poſſidere, ne compleretur execu-
tio, contra dictum ſuum debitorem iam primo à
Iudice alij aſſignatum, ad Guid. pap. q. 81. ſub nu-
mero 1. ſub verſ. licet ipſa; iuncta ibi add. in lit. E,
51 de debitore autẽ ceſſo non dubitabatur, † & ſtan-
te d. cap. 110. lib. 1 potuit contra eum breuius pro-
cedi, prout etiam ex iure cõmuni, quando, vt hic,
nullæ opponuntur legitimæ exceptiones, ad Bart.
Bald. & alios in l. ſi in cauſa. C. quand. fiſc. vel pri-
uat. &c.

Quia vero Ceſſionarij, etiam in prima ſuccu-
buerunt, omnes condemnauimus in expenſis, non
tamen in quarto pluris condemnauimus ipſum-
met Iacobum principalis debitoris debitorem, aſ-
ſignatum reſpectiuè, & ceſſum diuerſis creditori-
bus, quatenus recurrit à precepto de ſoluendo, à
quo non datur iuxta cap. Rotæ recurſus, nec appel
latio, quia interuenit cum alijs litis conſortibus,
qui ex cap. Rotæ non tenentur ad tale quartum,
52 & erant in caſu facultatis recurrendi, † quando au
tem ſunt duæ cauſę ſimul complicatæ, quarũ vna
admittit appellationem, alia vero reſpuit, & ſentẽ-
tia eſt ſimul lata ſuper vtraque cauſa, ab vtraque
poteſt appellari, Bald. conſ. 141. num. 7. lib. 1. Con-
53 tard. de mom. poſſ. limit. 24. in princ. † & duæ cau
ſæ ſimul complicatæ habentur pro vna, vt ibidẽ,
nu. 17. & ad rem per num. ſeqq. quam ſententiam
maximè ad pęnam euitandam, & in pęnalibus ſe-
quendam putauimus ad Tiraq. de pęn. cau. 43.
54 num. 2. † Vbi quod quælibet cauſa excuſat à pę-
55 na, & dolo, † præſertim cum pendente inter plu-
res creditores controuerſia, cui ſoluendum à ſeip-
ſo eſſet, ipſe interim non eſt in mora ad Surd. de-
ciſ. 6. num. 3. & ſeqq. † & cum ius partis non eſſet
factum deterius, ad not. in alia deciſ noſtra Luc.
52. nu. 16. & ſeqq. tantò magis excuſandus foret.

Ex quibus, &c. Laus Deo, &c.

SVMMARIA.

Vbi plenè ex veris probationibus conſtat de delicto, pęna ordinariæ eſt locus, ſecus, vbi ex violentis probationibus tantum, num. 1.

Inflagranti deprehendere quid ſit, num. 2.

Berroarij, an, & quando fidem faciant, num 3. 6. 13.

Contra captum inflagranti Iudex, ſine aliqua denuncia procedere poteſt, num. 4.

Qui capiunt in flagranti, dicuntur teſtes idonei, nu. 5.

Ex numero teſtium augetur fides, num. 7.

Signum delicti eſt fugere, & innocentiæ ſe conſtituere, num. 8.

Fuga eſt inditium contra fugientem, num. 9.

Qui fidem innocentiæ gerit, maximam habet ſecuritatem, num. 10.

Mendacium in vno, in reliquis mendacium arguit, numero 11.

Si creditur relationi berroariorum ſtatuto ita iubente, transfertur onus probandi contrarium in reum, numero 14.

Princeps poteſt ſtatuere, quod ſtetur relationi berroariorum, num. 15.

Armorum appellatione, an Pallini contineantur, n. 16. 17. 18. 23. 24. & 38.

Statuta propriè ſunt intelligenda, num. 18.

Pilæ, ſtatuto de armis diſponente, non continentur, numero 19.

Confeſſio in prohibitis ſcinditur, num. 20.

Confeſſio, quando conſtat de falſitate qualitatis, diuiditur, num. 21.

Teſtibus inter ſeſe diuerſis non creditur, num. 22.

Minus creditur berroarijs, qui commodum ſunt reportaturi ex condemnatione, num. 23.

Carceris pęna dicitur grauis, num. 25.

Pęna pecuniaria in paupere poteſt eſſe grauis, numero 26.

Ex arbitrio Iudicis, num. 27.

Carcer ad cuſtodiam, non ad pęnam inuentus, numero 29.

Aliquando tamen ad pęnam, & quando, num. 30.

Et datus pro cuſtodia, etiam pęnam habet, num. 31.

Carcer prodeſt aliquando ad diminuendam in condemnatione pęnam, num. 32.

Vt quis condemnari poſſit in criminali, quæ requirantur breuiter, & benè, num. 33.

Licentia non exhibita in actis non poteſt attendi, numero 34.

D E-

Digitized by Google

DECISIO XXXVIII.

EX ſtatutis Luccenſibus, præſertim fundatis lib. 1.
cap 8. & addit. anni 1561. ad ſtatuta ſub c. 208.
lib. 4. & carcer, & alia pęna pecuniaria fuit in pęná
conſtitutæ contra deferentes, & venantes cum pal
linis. In quas ambas D. Prætor à quo condemna-
uit Biancalanam, & Dinellum inquiſitos, Tertio
alio cum eis ſpõte confitente, & mulctam ſine pro
ceſſu exoluente. Nos verò in appellatione confir-
mauimus, quoad Dinellum, reformau mus quoad
Biancalanam ad pęnam extraordinariam, vt in
ſententia.

Moti, quia plenè de dilatione Dinelli conſtaret,
non niſi verò ex præſumptionibus, & coniecturis
1 violentis, quoad Biancalanam, † vnde primo caſu
intrarent pęnæ ſtatuti, alio non intrarent, quia mi
norari debent, Doctor. in l. 1. ff. ſi cert. per. Vbi præ
cipuè Iaſ. num. 21. Dec. in pr. lectur. num. 16. & la-
tius in ſecunda lectur. num. 60. & ſeq. Cępol. con-
ſil. crimin. 27. num. 13. cum alijs citat. per D. Ca-
bal. reſol. crimin. caſ. 129. num. 8.

Quod autem plenè conſtaret, quoad Dinellum
faciebant infraſcripta.

Primò, tres Berroarij, & famulus vnus cũ eis,
& ita quatuor teſtes deprehenderunt eum in fla-
granti cum Pallinis, ita, vt nec fugere, nec inficiari
2 potuerit, † hoc enim eſſe in flagranti deprebende-
3 re, dicit Menoch. conſ. 82 num. 179. † quos facere
fidem licet ſint Berroarij, maximè concurrentibus
alijs adminiculis, dicit Maſcar de probat. concluſ.
189. num. 6. Farinac. de oppoſit. contra teſtes q. 56.
num. 398. Clar. in § fin. quæſt. 7. nu. 3. in fin. D. Ca
ball. reſol. crimin. caſ. 156. ſub num. 10. in fin. & nu
mero 9. vbi hoc eſſe arbitrarium Iudici.

Primum adminiculum eſt, quia in flagranti, vt
4 dictum eſt, fuit captus, † quo caſu etiam ſine vlla
denuncia iudex poteſt procedere Clarus. in §. fin.
5 quęſt 8. † & qui capiunt inflagranti, dicuntur te-
ſtes idonæi Foller. in ſua praxi Crimin. verſ. Item
quod fuit captus in flagranti, num. 7. Baiar. in ad-
6 dit ad Clar. d. q 8 num. 9. † Et licet hoc ſit in du-
bium illud reincidere, an credatur Berroatijs de
delictis in flagranti ad D. Cabal. d. caſ. 126. Tamen
alijs adiunctis minus habet difficultatis horum te
ſtimonium in deprehenſis in flagranti, quàm in
non deprehenſis.

7 Ideò ſecundum adminiculum erit, quod non
ſolum duo, ſed quatuor ſint teſtes, ex quo eorum
augetur fides gloſ. in l. 3. verſ. numerus, ff. de teſti-
bus Alex. conſ. 5. nu. 7. lib. 1. Grat. Reſp. 135. nu. 8.
lib. 1. D Cabal. in term. d. conſ. 126. ſub num. 10. ad
fin. col. verſ. licet quando.

8 † Tertium adminiculum eſt, quia Viſis Berrua-
rijs, *comincierono* (vt ipſimet inquiſiti dixerunt)
à sbrancare, ſignum delicti, vt à contrario innocen
tiæ, vbi quis ſe conſtituit, vt ait Boſſ. de mand. ad
9 homic. num 26. (& quod dicitur de fuga, eſſe indi
cium contra fugientem Menoch. conſ. 583. nu. 54.
55. lib. 3. Clar. in §. fin. q. 21. per tot. & eleganter ad
10 D. Caball. conſ. crimin. 288. nu. 43. & ſeqq. † Vbi,
qui fidem innocentiæ gerit, maximam habet ſecu
ritatem, nec timet calumniam, quia fides veritab
ea eum defendit, & è contra qui eſt in culpa, quia
fugit, &c.

Item, quod omnes ſimul acclamauiſſent, ſe non
habere pallinos, & tamen conſtitit ex propria con
feſſione, & mulctæ. nõ expectato vlterius pro ceſ-
ſu, ſpontanea ſolutione, vnum ex tribus pallinos
11 habuiſſe, † ex quo inditium mendacij. etiã quoad
omnes, reſultat Boſſ. tit. de indic. & conſ. ante tor-
tur. num. 36. immo dum dixerunt vno ore non ha
bere pallinos, & vnum habere conſtat non poteſt
12 negari quin mentiti ſint, † quia ſermo vniuerſalis
in vno falſus in omnibus falſus vt in deciſ. Luc. 3.
num. 50. ſupra, & data inſtantia, falſum id quod
aſſeritur, demonſtratur, & in dec. ead. num. 51.

13 Item, quod berroarij ex officio tenentur per-
quirere, & ad carceres deducere delinquentes ex
dictis ſtat. & addit. §. & licitum ſit, vnde relationi
eorum ſtatur D. Caball. d. caſ. 126. num. 4.

Item addebatur, quod in ſpecie in eadem addi-
tione verſ. & de delatione; mandatur credi duob.
14 famulis cum iuramento, † quo caſu transfertur
onus in reum probandi negatiuam, ſi nolit condẽ-
15 nari D. Caball. cum cit. in d. conſ. 126. in fin. † &
poſſe Principem ita ſtatuere, dixit Farinacc. d. q.
56. num 382. 383. & 393. Verum hoc fundamen-
tum non habuimus pro tuto, quia ſtatutum loqui
16 tur de armis, † quo nomine pallini non continen-
tur ad Angel. inſtit. de action. §. ex maleficijs, n. 13.
& in pract. crimin. verſ. Vno ſtocco ferreo, ſub
princ. D. Cabal. pleniſſimè caſu crimin. 63. per tot.
Nec obſtat, quod alibi, & alio ſtatuto pallini arma
17 inſidioſa appellentur, † quia ſufficit, quod in di-
cto ſtatuto, vbi mandatur credi non fiat mentio,
niſi de armis, quo nomine propriè pallini non con-
18 tinentur, † & ſtatuta propriè intelliguntur, ad l.
conſtitutionibus. ff. ad municip. aliàs enim ſeque-
retur abſurdum, quod & pilæ maiores ea ſtatuta-
ria prohibitione continerentur, cum tamen obſer
uantia ipſa, in contrarium non comprehendi ſatis
oſtendat, quandoquidẽ hæ paſſim circumferuntur
19 ſine ſcrupulo, † & de pilis, ſtatuto eas non conti-
neri dicit D. Caball. d. caſ. 63. num. 16.

Demum, quod magis vrgebat, aderat propria
confeſſio ipſiuſmet Dinelli, quod haberet pallinos
in territorio, ſeu iuriſdictione Reuer. Epiſcopi im
20 muni à pęna ſtatutorum prædictorum, † quę con
feſſio, quia ſumus in prohibitis ſcinditur reiecta
qualitate infiniti citati per D. Caball. caſ. crimin.
254. num. 1. & per tot. vbi quæſtionem ex profeſ-
21 sò examinet, & ad caſ. 59. num. 29. & ſeqq. † ma-
ximè, quia de falſitate ipſius qualitatis etiã ex alijs
conſtat ad eund. Cabal. caſ. crimin. 180. num. 3. &
ſeqq. cent. 2.

Erant tamen quędam, vnde fides delationis pal
linorum aliqua ex parte eneruari videretur. Pri-
mò contrarietas inter denunciationem, & depoſi-
tiones, quia in denunciatione legitur, *Come ci vid-
dero ci ſcaricorno li archibugi in faccia*, in depoſitio-
nibus

Digitized by Google

nibus longè ſecus, ſcilicet, quod antequam ad ex-
ploſionem deueniretur, & verba, & minæ præceſ-
ſerant; deinde alia contrarietas inter ipſos, quia fa
mulus dixit, vnum tantum proieciſſe aues in ter-
ram, Berroarij autem, quod omnes proiecerunt,
22 † per ea quæ dicunt Doctor. de teſtibus contrarijs
inter ſeſe, Nepos à S. Alb. in tract. de Teſtibus, nu-
mero 126. & 127. Aegid. de opposit. contr. teſt. ſub
num. 15. Tindar. de teſtibus capit. vlt. ſub num. 6.
23 Item, quod commodum Berroarij ſint reporta-
turi ex condemnatione per cap 6. fonda. lib. 3. ex
quo coeruari fidem dicit Farinac. d. q. 56. nu. 393.
& Oſaſc. decis. 99. num. 39.
24 † Item, quod ageretur de pęna pecuniaria, &
25 carceris ſimul, † quæ ſola dicitur pęna grauis ad
Tiraq de pęn. cau. 41. per tot. præſertim dum dicit
non minus atrocem iniuriam facere, qui alterum
in carcere trudit, quã qui illum interimit ex Bal. in
c. 1. § denique in ver. parricidij, tit. quę fuit prim.
26 cauſ. benef. amitt. † & pęna in ſola pecunia in par-
pete, vt ſunt iſti, poteſt etiam dici grauis Alber. in
27 l. bonæ fidei, C. de iur. iuran. † ex arbitrio, quod in
hac re locum habet, vt per Menoch. de arbitr. iud.
28 caſ. 72. num. 10. tanto magis ſimul iuncta, † ideo
minus creditur Berroarijs etiam circa concernẽtia
officium proprium Maſcar. d. concl. 189. num. 13.
29 † licet enim carcer ad cuſtodiam, non ad pęnam
inuentus ſit l. aut damnum, §. ſolent. ff. de pęnis Me
30 noch. de arbitr. Iud. caſ. 305. nu. 2. † tamen quan-
do punitio delicti aliam ab homine, vel à lege pœ-
nam non expectat, tunc carceratio à lege ordinata,
datur ad pęnam, l. 1. in fin. de ale. luſ. & aleat. l. nemo
& ibi Angel. C. de exact. trib. lib. 10. Salic. in l. 1. C.
de cuſt. reor. Angel. de malef. verſ quod fama pu-
31 blica præcedente ſub num. 80. † immo etiam da-
tus pro cuſtodia habet in ſe pęnam, & multa incõ-
32 moda, † Vnde prodeſt, vt plurimum ad condem-
nationis diminutionem, & quandoque ad totalem
pœnę extinctionem, D. Cabal. caſ. crim. 142. nu. 1.
2. 3. & per tot.

Propter hæc pro ſufficienter conuicto ad pę-
nam ordinariam ſtatuti, non habuimus Biancala-
nã, ceſſante præſertim prætextu credendi Berroa-
rij, cum iuramento, iuxta verſ. Item addebatur;
violentiam verò præſumptionum, & coniectura-
rum aduerſus eum manſiſſe ad extraordinariam,
cenſuimus, contra verò quoad Dinellum conden
nationem ad pęnam ordinariam confirmauimus,
propter coniunctam ipſiuſmet confeſſionem, ad
33 D. Cabal. latè caſ. crim. 288. per tot. † Vbi num. 2.
quod, vt quis condemnari poſſit requiritur alterũ
de tribus ſcilicet, vel quod ſit ſponte confeſſus, vel
quod ſit teſtibus neceſſariò, vel præſumptiuè, præ-
ſumptione iuris concludentiſſima, conuictus, vel
quod ſit conuictus indicijs vehementibus, & indu
bitatis, quæ faciunt præſumptionem iuris & de iu
re, contra quam non admittatur probatio in con-
trarium, alias minorandam eſſe pęnam, quorum
aliqua ſtant contra Dinellum per coofeſſionẽ, non
ſtant verò adeo contra Biancalanam, quod animus
iudicantium non poſſet perſuaderi ad credendum
contrarium, nec intellectus verti in oppoſitam con
ſcientiam, vt ibidem cum citat. ad nu. 10. nec adeo
clara, vt ponerent veritatem ob oculos noſtros, vt
ſub num. 17. ibid.
34 Quod verò Dinellus oſtendiſſet nobis licẽtiam
Excellentiſſ. Conſilij venandi cum Pallinis, atten-
dere non potuimus, quia ea non fuiſſet exhibita in
actis, leg. illicitas. §. veritas. de offic. præſid. cum
ibi not.

Quare, &c. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

*Vt ſit locus auth. hoc niſi debitor, C. de ſolutioni, requi-
ſita, num. 1.*
*Requiritur primo, quod conſtet de diligentia in vendere
volente, num. 2.*
Secundo oblatio de melioribus bonis, num. 3.
Tertiò fideiuſſoris præſentatio actualis, num. 4.
Quæ debent, omnia in ipſomet actu interuenire, num. 5.
Depoſitum eſt valdè priuilegiatum, num. 6.
In depoſito non auditur volens bonis cedere, num. 7.
*Depoſitum mutat naturam, ſi exigantur vſuræ, & fit
mutuum, num. 8.*
*Fallit, vbi recipiuntur vſuræ ab alio pro intereſſe paſſo
à deponente, num 9.*
*Per receptionem vſurarum fit depoſitum irregulare, nu-
mero 10.*
*In depoſito irregulari, priuilegia veri depoſiti verificen-
tur, num. 11.*
*Fallit, ſi vſuræ prætendantur ex pacto, aut ſine mora,
num. 12.*
*Si ex mora debitum ſit intereſſe, priuilegia veri depoſiti
competunt depoſito irregulari, num. 13.*
*Et non habet difficultatem pro intereſſe præterito, nu-
mero 14.*
*Licet quoad futurum ſit contentio, vt inter Alex. &
Ruin. num. 15.*
*Non reſtituto depoſito depoſitarius tenetur ad omne dam
num, & intereſſe, num. 16.*
*Quædam in adminiculum quoddam admittuntur, quæ
per ſe non attenderentur, num. 17.*

D E C I S I O XXXIX.

Obligatus ad reſtitutionem quantitatis, & con-
uentus, recurrit ad auth. hoc niſi debitor. C.
de ſolution. D. Iudex à quo abſolutè cõdemnauit,
1 & Rota confirmauit, † quia ad hoc vt ſit locus d.
Auth. hoc niſi, plura requiruntur, quæ non fuerunt
obſeruata per debitorem in caſu præſenti.
2 Deficiebat primò vnum requiſitum, † quia non
conſtaret de diligentia vlla adhibita in vendere vo
lente puta ſubhaſtando, bannimenta faciendo, &
quod his non obſtantibus emptorem non reperit,
iuxta Caroc. de oblat. par. 2. q. 10 num. 8. Theſ. de-
ciſ. 153. ſub num. 12.
3 † Deficiebat, & aliud, quia non apparet facta
oblatio de melioribus bonis, vt per Theſ. in præ-
cit. loco.
4 Deficiebat, & tertio loco fideiuſſoris præſenta-
tio,

tio, nec enim offerre ſolum, ſed etiam eundem ſecum ducere oportebat, vt ait Caroc. d. quæſt. 10. num. 63. vbi dicit, in practica admodum notandũ, ex Angel. in l. de pupillo. § ſi is cui. in l. prætor ait, §. ſi quis paratus. de nou. oper. nunc. per tex. notab. in l. ſeruus ſi hæredi, ff. de ſtat. liber. & alia, vt ibidem Caroc.

5 Quæ omnia debebant in [illegible] actu ſimul interuenire, vt eſſet locus auth. hoc niſi, C. de ſolut.
alioquin ceſſat beneficium d. Auth. Caroc. ſub numero 63. & 64. Theſ. d. num. 12. cum alijs per eos citat.

Quæ omnia fortius locum ſibi vendicare, dicebantur in caſu noſtro, quatenus agitur de depoſi-
6 to, † cum ſit valdè priuilegiatum, l. ſi quis, & ibi DD. C. depoſ. † & in quo non auditur volens bonis cedere, Brun. de ceſſion. bonor. in 4. par. princ. q. 17. & adhuc, quæſt. 20. num. 5.

Verùm in hoc vltimo non videbatur, fieri poſſe fundamentum, quia qui. quid instrumentum ſona
8 ret in merum depoſitum, † tameo depoſitum mutauit formam, propter vſuras poſtea acceptas, Alber. in l. ſi ventri § in bonis, ff de priuil. credit. vbi quod accipiendo vſuras, depoſitum videtur tranſi
9 re in naturam mutui † & licet replicaretur de Carroc. in tract. de depoſ. par. 1. Rubr. de in lit. iuran. num. 54. fol. mihi 78. tamen reſpondebatur Carroc. loqui, nõ quando recipiuntur vſuræ ab eodem depoſitario, ſed in caſu, vbi non reſtituto depoſito, creditor fuit coactus recipere ab alio ſub vſuris.
10 † Verùm ad hæc adhuc replicari poſſe videbatur, per receptionem vſurarum in depoſitum irregulare nos cecidiſſe, iuxta definitiones, ſeu deſcriptiones depoſiti regularis, & irregularis, vt apud Carroc. in eod. tract. de depoſit. q. 2. nu. 21. fol. mihi
11 4. verſo. † In quo priuilegia regularis depoſiti, etiã locum habent, ex eod. Carroc. ibid. ſub nu. 24. vbi de Communi, & ex Rol. à Vall. in conſ. 17. num. 6.
12 vol. 1. vbi amplè, † maximè, ſi non ex conuentione, aut citra moram petantur vſuræ, in quo maior eſt difficultas, vt patet ex eod. Carroc. à num. 22. vſque ad 30 & præſertim num. 28. Dec. & alios
13 in l. certi conditio. § final. ff ſi cert. petat. † ſed ſi ex mora, & propter moram, certum eſt, quod in omni contractu de mũdo poteſt fieri vſura, quatenus intereſt iuxta Bald. in l. cum allegas. col. pen. C. de vſur. ex gloſ. vnic. in ead. l. io fin. gloſ. refert, & ſequi
14 tur Alex in conſ. 221. num. 2. lib. 2. † & non habet difficultatem pro intereſſe præterito, Ruin in con
15 ſil. 104. à n. 6. vſque ad 10 incluſiuè lib 4. † quicquid ſit, quoad intereſſe futurum, in quo idẽ Ruin. in d. conſ. 104. à num. 10 & ſeqq. diſſentit ab Ale-
16 xand. † ſic ob non reſtitutum depoſitum, teneri depoſitarium ad omnia damna, & intereſſe, dicit Menoch. conſ. 1049. ſub princ. verſ. primo quia, & nu. 5. lib. 11. ſed cum iterum ad hæc omnia triplicatum eſſet, probatum non fuiſſe, quod dictæ vſuræ eſſent exactæ, tanquam intereſſe de præterito paſſum, aut poſt moram aliquam, præſertim ex interpellatione iudiciali cauſatam, in quibus termi
17 nis loquuntur DD. ſupracit. † ideo Domini hoc de priuilegio depoſiti in adminiculum quoddam adduxerunt, in primo fundamento potiſſimum ſteterunt, Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

Perempta inſtantia, non poteſt confirmari, vel infirmari prima ſententia, ſed debet nulla omnino declarari, num. 1.

Poſt peremptam inſtantiam geſta omnia ſunt nulla, numero 2.

An poſſit reformari ſententia, ſi pars ius foueat in meritis, num. 3. 4.

Depoſitum non factum in tempore cadentis citationis eſt nullum, & abſoluendus eſt à retrouenditione, qui ad eam tenebatur, non obſtante tali depoſito, num. 5.

In executiuis lis non conteſtatur, non currit inſtantia, num. 6.

Maximè, vbi agitur in factum pro executione ſententia, num. 7.

Fallit ex cap. Rot. 55. num. 8.

An currat inſtantia quando non ſtetit per partem, aut quando alia pars per ſubterfugia procurauit inſtantiam labi, num. 9. 10.

An verbalis oblatio, non legitimè facta, ſufficiat ad interrumpendum curſum temporis, ad retrouendendum, num. 11.

Ex oblatione non legitima nullum ius acquiritur, ſufficiens ad obtinendum, num. 12.

Paria ſunt non offerre, & minus legitimè offerre, n. 13.

Reali conſignatione eſt opus, niſi creditor recuſet, numero 14.

Statutum cap. 96. requirit actuale depoſitum, num. 15.

Quod declaratur, num. 17.

Depoſitum, vt ſit legitimum, quæ requirantur, nu. 16.

Forma ſtatuti non ſeruata, fruſtra eius beneficium imploratur, num. 18.

De nullitate depoſiti plura remiſſiuè, num. 19.

DECISIO XL.

PRonunciauimus, fruſtratoriè recurſum per dictum Bedinum, & pro D. Meo, qui nulliter iudicatum, & victum victori in expenſis condemnauimus.

Quia ex calculis factis nobis conſtabat, perem-
1 ptam fuiſſe inſtantiam, † quo caſu prior ſententia per Iudices, ad quos non poteſt confirmari, vel reformari, ſed nulla omnino declarari debet, Lud. Roman. ſing. 795. Crau. conſ 270. num. 7. vbi ple-
2 nè, † & omnia poſt peremptam inſtantiam geſta, nullius ſunt momenti D. Sol. in decr. ad cauſarum gloſ. 3. de Iudic. Gram. deciſ. 91. num. 4. Matanr. in ſuo ſpecul. par. 4. diſt. 16. num. 49. & Bart. in l. properandum, § illo, C. de Iudic.
3 † Non obſtat, quod ſententiæ ob per emptionẽ inſtantiæ nullæ, poſſint reformari, ſi ius foueot in meritis, ex Vant. de nullit. in fin. num. 129.
4 † Primò enim reſpondetur multis modis, ſecundum Crau. in d. conſ. 270. ſub num. 7. ad quem Lectorem remitto, quia in terminis.

Secun-

Secundò, quia non conſtat nobis, quod rebus
ſic ſtantibus, foueat d. actor ius in meritis, immo
5 hactenus quidem videtur contrarium. † attento
quod citatio, ad videndum fieri depoſitum, cade-
bat ad vnum diem, & depoſitum factum fuit præ-
maturè ſub alio, & ſic nulliter, & adeo quidem, vt
io ſimili fuerit abſolutus inquiſitus ad retrouendē-
dum, per Cagnol. qui id teſtatur ad l. 2. ſub n. 113.
C. de pact. inter emp. & vendit. viden. hac in re pro
ximè in term.

Item non obſtat, quod ſimus in cauſa executiua,
6 † & in executiuis lis non conteſtatur, non currit
7 inſtantia Lanfr. Balb. deciſ. 392. † maximè, vbi agi
tur in factum pro executione ſententiæ, Afflict. de
ciſ. 346. ſub num. 8. 10. & 12. vt eſt in noſtro caſu.
8 † Nam Reſpondetur, in contrarium extare ca-
pit. Rotæ 55. quo præfiguntur tempora quædam,
ad proſequendum in cauſis executionum ſenten-
tiarum, & eis elapſis declaratur inſtantia perem-
pta, & ſic ſumus in claris.

Item non obſtat, quod D. Laurentius ſæpius pe
9 tierit, cauſam expediri intra debita tempora, † quo
caſu videtur, non poſſe imputari actori de lapſu in
ſtantiæ, per Iafr. Lanfranc. Balb. deciſ. 128. attentis
maximè ſubterfugijs partis, maximè dum de ferijs
oppoſuit cum non poſſet. & feriæ non ſeruarentur
in huiuſmodi cauſis, per ſtatutum cap. 12. verſ. &
etiam poſſunt lib. 1. Item dum eum, quem ſuſpe-
ctum non habuit, data confidentium, & ſuſpecto-
rum cedula, mox ſuſpectum allegauit, & inter hæc
lis longius vſque ad peremptionem inſtantiæ fuit
protracta.

10 Nam reſpondetur quicquid ſit de iure commu
ni, eſſe attendendum d. cap. 55. Rotæ, quo inſtan-
tia ſemper labatur, tam Iudici, quam cauſæ præfixa
Afin. in prax. Iudic. § 2. cap 7. in fin. & cap 8. in fin.
immò cap. illud planius loquitur ſub illis verbis,
quæ cauillari non poſſunt. *Quibus temporibus elap-
ſis, inſtantia intelligatur, & ſit perempta.*

11 † Nec etiam obſtat, quod ſola verbalis oblatio,
iuncta maximè citatione, ſufficiat ad interrumpē-
dum curſum anni, & ad conſeruandum ius redi-
mentis, Tiraq. de retract. lign. § 8. gloſ. 2. num. 1. 2.
& 3. & §. 1. gloſ 10. num. 75. & de retract. conu. §.
4. gloſ. 6. num. 37. & ſeqq. Carroc. de oblat. par. 2.
q. 6. num. 9. & de depoſ. q. 15. ſub princ. & num. 4.
par. 2. Cagnol. præter Tiraq. in term. ad l. 2. nu. 23.
C. de pact. inter empt. & vēd. facit in ſpecie ſtatut.
in cap. 12. verſ. ſunt, & aliæ feriæ, ſub fin. lib. 1. quo
diſponitur, ſi dies ſolutionis cedat, poſſe tempore
feriarum fieri proteſtationes, & depoſita: Nam
ſufficit quidem ad interrumpendum dictum cur-
12 ſum anni, † non tamen operatur, vt ex oblatione
minus legitimè facta, ius aliquod conceſſum intel-
13 ligatur ſufficiens, ad obtinendum, † quia paria
ſunt non offerre, & minus legitimè offerre. Rom.
conſ. 163. num. 2. Menoch. conſ. 952. n. 10. lib. 10.
14 eſt enim, & oblatione, & reali cōſignatione opus,
niſi recuſet creditor depoſitum, quo caſu retrahi
poteſt, & ſupplet hoc caſu ſola oblatio, vt patet ex
15 Tiraq. & Carroc. ſupra citat. † & ita ſtatutum ſub
16 cap. 96. lib. 2. depoſitum requirit, † quod vt ſit legi
timum, debet fieri parte citata, & tempore, ac lo-
cis congruis, quæ cum deficiant, remanet nullum,
& abſoluenda veniret pars conuenta, iuxta Cagn.
17 ſub d. num. 113. † nec refert, quod ſtatutum ſub
cap. 96. diſponat, quod factis inquiſitione, & depo-
ſito, teneatur Iud[illegible] egere ad retrouendendum,
quia hoc ſtatutu[illegible] habet intellectum, vt in-
quiſitio fiat, & emptor adeatur & interpelletur, ad
retrouendendum, quod ſi recuſet, tum fiat depoſi
tio pecuniæ, vnde Iudex procedat ad executionem
ex diſpoſitione iuris Communis, ad Menoch. con-
ſil. 372. nu. 25. & ſeqq. lib. 4. Tiraquell. de retract.
Ligna. §. 9. gloſ. fin. num. 2. 3. ad quod dictum ſta-
18 tutum ſe conformauit, † quæ forma non fuit ſer-
uata, quare eiuſdem beneficium fruſtra ab eo im-
ploratum fuit, qui contra eum commiſit, l. auxiliū
in fin. ff. de minor. auth. nauigia, C. de furt. Petr. de
Anchar. in c. 1. in 1. col. de reſcrip. in 6. Gayl. obſer.
146. num. 13. lib. 1. Surd. conſ. 47. num. 13. vbi de-
clarat, & ad Menoch. conſ. 364. nu. 25. & ſeq. lib. 4.
19 Vbi plura de nullitate depoſiti.

Et in expenſis fuit pars victa condemnata, ex d.
cap. 55. Rotæ expreſſim id declarante.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

*Iudex non debet condemnare, vel abſoluere re nondum
benè diſcuſſa, num. 1.*

*Iuramentum minus legitimè præſtitum, non eſt atten-
dendum, num. 2.*

*Relatio non facta benè ſtatim, ſed longè poſt, an valida,
num. 3.*

*Relationis ſuſpicio oritur ex eo, quod partes conſenſerūt,
de illius veritate inquiri recurrendo ad alias proba-
tiones, num. 4.*

*Qui conſentit ad aliud, quam ad id, in quo ſe primo fun-
dauit, videtur fateri ius non competens ex eo, nu-
mero 5.*

*Erroris confeſſio, quod fuerit in relatione, de fide eius di-
minuit, num. 6.*

*In relatione, ſi ſolum fuit dictum, quod eſſent præſentes
non concluditur, quod tanquam teſtes, num. 7.*

Veritatis, Iudices debent eſſe amatores, num. 8.

*Etiam in abſolutoria ab obſeruatione Iudicij, poteſt ab-
ſolui ad expenſis, num. 9.*

D E C I S I O XLI.

SYlueſter obtulit iuramentum ſpect. Vincentio de
Federicis, quod quædam res fuerunt, quidem re
cōmendatæ ipſi Sylueſtro, ſed tamen re vera man
ſiſſe in domo propria, & penes d. ſpect. Vincentiū,
qui ſecum claues retinuit; Iurauit D. Vincentius,
ſed non ſuper oblatione, ſed cum hac formula, bo-
na autem, quæ deficiunt præſentanda per recom-
miſſarium ſunt, &c. D. Iudex à quo pronunciauit
contra d. Sylueſtrū, Rota ad obſeruatione Iudicij.
1 Neque enim exiſtimauit Rota, è re iuſtitiæ, vel
æquitatis eſſe, re nondum benè diſcuſſa, incogni-

taque

1 taque adhuc veritate, vel abſoluere quenquam, vel condemnare, ad Maran. de ord. Iudic. p. 5. ad prin. verſ. & omnia fiant durante inſtantia ſub nu. 52. Aſſiſ. concl. 50. verſ. ſeptimo modo, & verſ quemadmodum, Did. var. reſol. lib. 1. cap. 1. ſub num. 8.

Etenim viſum fuit, non fuiſſe per d. ſpect. Vincentium ſuper oblatione ſibi facta preciſè iuratũ, An ſcilicet res præſentes fuerint recommendatæ d. Syluestro, an vero remanſerint in propria Domo d. ſpect. Vincentij, & cum retentione clauium eiuſdem ſpect. Vincentij, quæ per verba illa iuramenti præſtiti (bona autem, quæ deficiunt præſentanda per recommiſſarium ſunt, vt infra, &c. non apparent euacuata cum ſimilia verba magis verba magis ad ius, quam ad factum reſpiciant, & propterea ſatisfactũ fuiſſe oblationi, non videretur, † Vn-
2 de nec tale iuramentum eſſet attendendum, ad l. de ætate, §. quod autem, & §. nihil. ff. de interrog. act. Barr. in l. de die, ff qui ſatiſd. cogan. & male eſſet Iudicatum ſuper tali fundamento nullo, ad tradita in deciſ. Bon. 10. num. 39. lib. 3. & vacillabat fides d. ſequeſtri ex non adhibito teſte, ex forma cap. 158. lib. 1. verſ. & ſi conſul. in princ. pag. 76. à tergo; nec ſufficere putauimus, relationem eiuſdem nuntij, quod aderant præſentes duo ab eodẽ
3 nominati, † cum enim non fuerit facta relatio ab initio, integra, ſed quibuſdam mẽſibus poſtea, nec fuerit ſeruata forma dicti ſtatuti in eodẽmet actu ſequeſtri, actus ab initio fuit nullus, qui propterea non potuit tractu temporis, vel per æquipollens reconualeſcere, ad latè tradit, per Oſaſc. deciſ. 165. num. 5. & ſeqq. etiamſi non ſit verbum annullatiuum, iuxta Aret. in cap. 2. in 6. notab. de teſtibus, vt refert, & ſequitur Oſaſc. d. deciſ. 165. ſub nu. 8. & vna ratio poteſt eſſe, quia in ſecunda relatione nuncius tractat de ſe exonerando, ob non benè factam primam relationem.

4 † Augebat tamen ſuſpicionem conſenſus partium tacitus, dum paſſę ſunt, de illius veritate alijs modis inquiri, nempe oblato, & præſtito iuramento, licet, vt dictum eſt, non ſufficienter, ad Oſaſc. deciſ. 62. num. 17. & ſeqq. Scrader. de feu. par. 2. pat. prin. 9. ſect. 13. ſub num. 102. Abſque vlla proteſtatione, quod non intenderint per hoc recedere
5 à iure dicti ſequeſtri. † Vnde reſultare videretur, quædam tacita confeſſio iuris non competentis ex eodem ſequeſtro, ad Raud. de Analog. lib. 1. c. 37. num. 145. 147. Surd. conſ. 327. num. 58. Natt. conſil. 474. num. 17. 18. Menoch. de recuper. remed. 1. num. 168.

6 † Accedebat, quod ex errore per dictum iuramentum confeſſo, cum adfuiſſe in relatione nũtij, non parum de eiuſdem fide detrahebatur, ad not. Maſc. de probat. concluſ. 743. per tot. l. quæ de tota. ff. de rei vind.

Et quod nuncius, ne quidem in poſtrema relatione ſcripſerit, quod illi duo ab eo nominati, adeſſent dicto ſequeſtro, vti teſtes, ſed dixerit ſimplici-
7 ter quod erant præſentes, † potuerunt enim eſſe non vti teſtes, ad not. in l. hæredes palam. §. in teſtamentis. ff. de teſtam. l. hac conſultiſſima. in princ. C. eod. tit. Clar. in §. teſtamentum quæſ. 7. ſub verſic. aliquando verò teſtator.

Vnde ſi vel iurando preciſè, & ſufficientius, vel reo connento iuramentum referendo, vel aliter teſtes examinando, intentioneq; fundando, veritas emergere poſſit in lucem, eidem noluimus viã pr-
8 cludere, † cuius Iudices debent eſſe amatores, & de qua ſcriptum eſt, oportere iudicantem cuncta rimari, vt refert Theſ. in præfat. deciſ. pedem. ſub num. 28. iunct. citat. ſupra num. 1.

Abſoluimus autem ab expenſis quia Syluester in prima obtinuit, licet Rota ab obſeruatione Iu-
9 dicij abſoluerit, † quo caſu etiam abſolutio ab expenſis aliquando fieri poteſt, iux. Gratian. deciſ. Match. 137. in fin.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Stante clauſula reſtituendi bona ſtabilia dotalia, ſi extabunt, vel non extabunt, an poſſint ſine conſenſu vxoris bona alienari, num. 1.

Fundus ſine conſenſu vxoris alienatus, eſt reſtituendus, num. 2.

Quando æſtimatio non fuit facta ad faciendam emptionem, ſed ad dignoſcendam deteriorationem, vel meliorationem, num. 33.

Quod tamen limita, & declara ſub num. 33. 34. & ſeqq.

Dos eſt ius vniuerſale, in quo precium ſuccedit loco rei, num. 4.

Contra, num. 30. & ſeqq.

Res empta de pecunia dotali fit dotalis, num. 5.

Contra, & declara, vt num 31. & 32.

Quando non adſunt alia bona, in ſubſidium mulier admittitur ad alienata, num. 6.

Declara, vt num. 39. & ſeqq.

Aeſtimatio facit emptionem, in qua non bona, ſed precium reſtituitur, num. 7.

Etiam in dubio, num. 8.

Qui habet regulam pro ſe habet intentionem fundatam, num. 9.

Cui ſtandum eſt, donec de exceptione doceatur, nu. 10. 11.

De exceptione non docetur, niſi dato caſu in ſpecie à iure probato, num. 11.

Differunt formula, ſi extabunt, & ſi non extabunt, et formula ſi extabunt pęnes maritum, vel ſi non extabunt pęnes maritum, num. 12. & ſeqq.

Qualibet minima circumſtantia variat factum, n. 13.

Et alterat diſpoſitionem, num. 14.

Pęnes aliquem eſſe, vel non eſſe intelligitur, quoad ſimplicem poſſeſſionem, num. 15.

In conditionibus merum factum inſpicitur, num. 17.

Valor eſt debitus, quando bona non extant pęnes maritum, iuxtà pactum, num. 18.

Conditio, quod pęnes maritum ſit, perſonæ coheręt, & non tranſit in alium, num. 19.

Data electione Marito, poteſt alienare ſine conſenſu vxoris, num. 20.

Puri, & purificati eadem ratio, num. 21.

Datum ſub conditione, ſub contraria conditione, videtur ademptum, num. 22.

Caſus,

Caſus, in quibus cenſetur data electio marito, recenſentur, num. 23.
Coniecturata ratio cur dictum ſit, ſi extant, vel non extant penes maritum, num. 24.
Reſoluto iure datoris, reſoluitur omne ius acceptoris, numero 25.
Verba contractus indefinita, indefinitè ſunt intelligenda, num. 26.
Intellectus literalis, præſertim cum agitur cum idiotis, ſequendus, num. 27.
Et in quo nulla verbis fit violentia, num. 28.
Circa interpretationem voluntatis naturam ſequi debemus, quæ nos dirigit ad intellectum verum, num. 29.
Data ſubrogatione, non poteſt agi contra tertium rei vindicatione, aut hypothecaria ad rem ſubrogatam, numero 32.
Alias declarationes, in quibus non procedit, quod emptum de pecunia mea ſit meum, & in quibus ceſſat ſubrogatio remiſſiuè, num. 33.
Aeſtimationem ſemper facit emptionem, ſub eodem. Ex quibus caſibus, num. 35. 36.
Ex precij æqualitate arguitur emptio, num. 37.
In dubio, præſumitur æſtimatio facta ad inducendam emptionem, num. 38.
Actio in ſubſidium contra tertios bonorum poſſeſſores pro dotæ hypotheca ſuppoſitorum, debet intentari prius agendo cum hæredibus mariti, num. 39.
Teſtes contra producentem probant, num. 40.
Relatio nunciorum poteſt impugnari de errore, & falſitate, & cõtra eam probari, non obſtante ſtatuto, quod ei ſtandum ſit, num. 41.
Præſcriptio tricennaria, etiam pro fundo dotali currit, quando eſt penes tertium, num. 42.
Colluſio, & verſutia animaduertitur ex eo, quod quis latitat, & ex alijs, vt num. 43.
Calliditatibus non ſunt dandæ manus, ſed eis eſt occurrendum, num. 44.
Infirmitati non calliditati ſuccurrendum eſt, num. 45.
Multiplicitas conſiliorum excuſat ab expenſis, nu. 46.
Et difficultas articuli, num. 47.
Et paupertas in perſona, quæ non per ſe, ſed ab alijs mota fuit ad litigandum, num. 48.
Et condemnatio, vel abſolutio ab expenſis, tota ſtat in arbitrio Iudicis, num. 49.

DECISIO XLII.

PRo dote Peregrinæ data fuerunt Vincentio eius marito bona ſtabilia, cum pacto reſtitutionis, ſi extabunt penes maritum, ſin autem eorum precium, & valorem, & inter hæc bona aderant quędam retrouenditioni ſuppoſita, quæ mox retrouendita fuerunt; Mortuo marito egit dicta mulier contra tertios poſſeſſores, tam bonorum in dotem datorum, quam contra poſſeſſores bonorum emptorum de pecunia bonorum retrouenditorum.

Quæſitum fuit, an benè actum fuerit, qua in cauſa cenſuit Rota, non benè actum fuiſſe, ideoq; reos conuentos abſoluit.

1 † Videbatur, dicendum cõtrarium ex Infraſcriptis, per l. ſi æſtimatis, ff. ſolut. matrim. vbi num. 6.
egregiè Caſtr. diſtinguit, quod aut fuit actũ, quod
reſtituatur res, vel æſtimatio, & tunc partim facit
emptionem, partim non, aut fuit actum, quod re-
ſtituatur res per prius, ſcilicet, ſi extat, & æſtima-
tio per poſterius, ſcilicet ſi non extat, & hoc caſu
non poſſit fieri ſine conſenſu mulieris alienatio,
qui videtur eſſe caſus noſter, vbi alienationes ſine
mulieris conſenſu factæ ſunt, facit, & text. l. fin. ff.
2 de pact. dotal.: † vbi fundus omnino eſt reſtituen-
dus, niſi fuerit de conſenſu vxoris alienatus, cum
alijs citatis per Cephal. in conſ. 532. nu. 4. & ſeqq.
3 vol. 4. † ſubdunt DD. id ideo eſſe, quia æſtimatio
non fuit facta ad faciendam emptionem, ſed ad di-
gnoſcendum bonorum deteriorationem, vel me-
liorationem, Socc. ſen. conſ. 57. ſub num. 2. 3. 4.
lib. 1. Couar. pract. quæſt. cap. 28. num. 4.

Nec obſtare, quod aliqui ex fundis fuerint retro
venditi, quia cum alij per conuentos detenti, de ea
dem pecunia fuerint empti, eodem iure cēſentur,
ac primi, in dotem dati, tanquam in eorum locum
4 ſubrogati, † quia dos eſt ius vniuerſale, & in vni-
uerſalibus precium ſuccedit loco rei, Bart. in Rub.
ff. ſolut. matr. num. 18. & ibi de Communi Alex.
nu. 30. l. imperator. 72. §. fin. cum l. ſeq. & ibi Bart.
5 de leg. 2. Pariſ. conſ. 80. num. 2. & 3. vol. 1. † & ma-
gis in indiuiduo, quod res empta de pecunia dota-
li, eſſet dotalis, Aret. in §. item ſi de dote. ſub n. 3.
verſ. 6. fallit Inſtit. de action. & ibid. Fab. & Iaſ. nu-
mero 11. Euerard. in loco à vi ſubrogat. num. 18.
verſic. trigeſimotertio. Afflict. deciſ. 336. num. 9.
Bart. in conſ. 124. num. 2. & verſ. 2. examinandum
eſt: vſque in fin. conſ. lib. 1. Henric. Boich. in c. Ec-
cleſia, ſub num. 8. vt lit. penden. Alexan. conſ. 49.
num. 7. lib. 3. Socc. ſen. conſ. 268. num. 4. lib. 2. Ce-
phal. conſ. 615. num. 6 lib. 5. Tiraquell. de retract.
lign. § 32. gloſ. 1. num. 27. in fin. Menoch. conſ. 70.
num. 7. lib. 1. Campeg. de dote par. 1. q. 4. Surd. con-
ſil. 330. num. 8. 9.
6 † In omnem caſum ſaltem in ſubſidium, quia
non aderant alia bona mariti præter ea quæ habebantur, fuiſ-
ſe ad dicta bona ipſam admittendam, per l. in re-
bus. & ibi Doct. C. de iur. dot.

Quæ tamen nos non mouerunt, quia bona fue-
runt data æſtimata ſimpliciter, vnde ſuccederet
7 regula, † quòd æſtimatio faciat emptionem, in qua
non reſtituuntur bona, ſed precium, l. quoties l. in-
ter rerum. C. de iur. dot. l. plerunque, ff. eod. tit. l. ex
conuentione, C. de pact. Communem dicit Didac.
pract. quæſt. cap. 28. ſub nu. 1. Rol. à Vall. conſ. 64.
8 nu. 4. & ſeqq. lib. 4. & conſ. 92. nu. 9. lib. 2. † etiam
ſi eſſemus in dubio, an ſit ita data res æſtimata, vt
faceret emptionem, an non, Socc. ſen. conſ. 57. ſub
num. 6. verſ. ſeptimus caſus vol. 1. Aiſſ. concl. 10.
9 verſ. ampliatur 5. & verſ. ampliatur 6. † qui autem
habet regulam pro ſe habet intentionem fundatã,
Bart. in l. quoties, ff. ſi quis caut. Curt. ſen. conſ. 12.
num. 1. cum ſimil. & quia hæc ſunt clara, clariora
tamen fient ex ſolutione contrariorum, in quibus
tota vis conſiſtit.

Ad primum itaque reſpõdetur, caſum noſtrum
eſſe diuerſum à caſu d. l. ſi æſtimatis, & Caſtr. ibid.
quia

quia loquuntur,quãdo promiſſa fuit reſtitutio bo-
norum, ſi extent, vel non extent abſolutè, nos au-
tem ſumus in caſu qualificato, ſi extent, vel non ex
tent pęnes maritum ; Hoc ſuppoſito obſtat parti
10 regula ſupradicta, † cui ſtandum eſt donec de ex-
ceptione doceatur, Bal.in l.ſi tutor ad fin.C.de ſer.
pign.dat.manum. & ſecundum eam iudicandum,
11 Pariſ.conſ. 110.num. 21.lib.3.† de exceptione au-
tem non docetur, quia non datur caſus in ſpecie,
vt eſt neceſſe, Roman.conſ 123.num.4. in ſpecie,
& expreſsè in iure Bald.in l.1.col.3. verſic.quid de
deportato, C. de ſacroſ.eccleſ. in hæc verba, *Ego
non recedo à regula, quando non inuenio expreſſim con
trarium*, ſpecialiter ſequitur alijs relatis D.Motot.
reſp.1. num. 22.23.24. & 29.
12 † Diuerſitas eſt manifeſta, quia formula l.ſi æſti
matis, & Caſtr. eſt abſoluta, & in rem concepta ;
alia verò eſt reſtricta ad perſonam, ſcilicet, ſi exta-
13 bunt, vel non extabunt pęnes maritum, † & quæ-
libet minima circumſtantia variat factum l. ſi ita.
14 68.§.1.de leg.1.l.actus legitimi. de regul.iur. † &
alterat diſpoſitiones, l.inter ſtipulantem, §.ſacram.
de verbor.oblig.l.aut facta ff.de pęn.
15 † Diuerſitas patet ex verbis, nam prima for-
ma conſiderat exiſtentiam, vel non exiſtentiam ip
ſius rei, ita quod non referat, ſi extet pęnes tertiũ,
dummodo res ſit in rerum natura; altera verò for-
mula conſiderat exiſtentiam, vel non exiſtentiam
poſſeſſionis eiuſdem rei, l.pęnes, & ibi Brech.ff.de
16 verb.ſignif. † quare, ſi poſſeſſio erit pęnes mari-
tum, erit res reſtituẽda iuxta primum membrum
conditionis, ſi verò nõ erit intrabit ſecundum mẽ-
17 brum, quo valor eſt reſtituendus, † in conditioni-
bus enim merum factum inſpicimus, l.męuius. 54.
l.multum intereſt. 25. de condit. & demonſtrat.
18 † & eo ipſo, quod non extant pęnes maritum, in-
trat valor iuxta conuenta, ad l.2.& l.ſi iam 11.ff.de
19 cond.& demonſtr. † & dicta conditio perſonæ co
hæret, vnde non tranſit in aliam, l.legatum.94. de
20 condit & demonſtrat. † Vnde quemadmodum, ſi
purè data fuiſſet electio viro reſtituendi bona, aut
eorum æſtimationem, eſſet in facultate eius etiam
ſine conſenſu vxoris alienare, nec intraret amplius
hypotheca, vel rei vindicatio ad eadem, vt eſt in l.
plerunque in fin. ff. de iur.dot, Caſtr.in d.l. ſi æſti-
matis.ad fin.& ibi Rom.num.13.ff ſolut.matrim.
Emil.conſ.90.num.10.Couar.pract.quęſt.cap.28.
ſub num.5. & Cæphal.in conſ.532.num.18.lib.4.
ita idem dicendum ſit conditione purificata, quod
21 ſcilicet bona pęnes maritum non extent, † quia
puri, & purificati eadem eſt ratio, Surd.conſ.540.
22 num.8.9.† & quia datum ſub conditione, ſub con
traria cenſetur ademptum, Surd.conſ.129.nu.36.
23 † quare reincidimus in vnum ex caſibus, in quo-
bus maritus electionem habet, poſitis per Cęph.
in dicto conſil.532. num.8. lib.4. ſcilicet, quando
maritus eam ex pacto ſibi reſeruauit, vel quando
cum conſenſu vxoris fuerunt bona alienata, vel
quando promiſit, ſimpliciter reſtituere bona, vel
eorum æſtimationem, nam per aduentum condi-
tionis, quatenus non extant bona pęnes maritum,
fuit pactum de valore reſtituendo, & ſic ſumus in
primo caſu, vbi pactum eſt per prædicta, & habe-
mus in termin. deciſionem vltra Soc.in fin. citan-
dum ſub num. 33. cui propterea ſtandum erit.
Et ad ita dicendum etiam alia coniectura facie-
24 bat, † ſiquidem ſi quis diligentius conſideret, non
alia ratione videntur contrahentes contuliſſe eorũ
diſpoſitionem in caſum, ſi extarent, vel non exta-
rent bona pęnes maritum, quàm, quia ſaltẽ quoad
ſuppoſita pacto retrouendendi, ſciebant, quod eo
caſu, quo fuiſſent retrouendita impoſſibile eſſet ea
reſtituere, quia ad Dominum ſuum redirent, con-
25 tra quem nulla poterat competere actio, † cum rę
ſoluto iure datoris reſoluatur omne ius accepto-
ris, l.lex vectigali ff.de pignor. Surd.deciſ.286.nu-
mero 20. quæ quidem ratio, licet non verificetur
de omnibus bonis, verificantur tamen verba con-
26 tractus, quæ ſunt indefinita, † & veniunt indefi-
nitè intelligenda, l.de precio.de publ.ic. in rẽ actio.
conſideratio autem prædicta adducitur in admini
culum, vt ſicuti in retrouẽditione abſurdum eſſet
dicere eum nullum, ſi ſine conſenſu vxoris facta
eſſet, ita idem ſit, & in alienatione.
27 † Demum dictum intellectum ſequendum pu-
tauimus, vti planum literæ, & verbis amicum, &
à ſubtilitatibus inter cõtrahentes (præſertim idio-
tas,) non veriſimilibus alienum, ad l. ſi chorus. ff.
de leg.3. l. cum de lanionis, §. Aſinam, ff. de fund.
inſtrum. l.librorum, §. quod tamen Caſſius, ff. de
leg.3. l.cum autem. C.de donat.an.nupt. Roman.
28 conſ.4. † & in quo nulla ſit verbis violentia, ad l.La
beo.ff.de ſuppell.leg.cap.intelligentia extra de ver
bor.ſign.Bald.in l.ita pudor. C.ad l.Iul.de adult. in
l.maximum vitiũ, C.de liber.præter. Pet.de Barb.
in 1.vol.conſ.vlt.volunt.conſ.137. Nat.conſ 460.
num.19. & Bald.in conſ.40.nu.2. verſ.& quia de-
29 bemus vol.3. † vbi, quod circa interpretationem
voluntatis debemus naturam ſequi, quæ nos diri-
git ad intellectum verum.
Ex prædictis ſunt reſoluta contraria: nam quo-
ad primam formulam noſtrã, eſſe diuerſam à for-
30 mula l.ſi æſtimatis ea Caſtr.ibid.probatũ fuit, † &
quoad aliud, quod res empta de pecunia redacta
ex alienatione rei dotalis ſit dotalis, eadẽ, & maio-
ri ratione non facit ad caſum, quia, ſi ipſamet bona
data in dotẽ vendicari non poſſunt, quantò minus
31 iſta, quæ dicuntur ſubrogata ? † maximè, quia nõ
eſt opinio tuta, quod cenſeantur ſubrogata, vt pa-
tet ex add.ad Alex.in cõſ 49.n.7.lit.B.lib.3.vbi ad-
mittit, ſi vniuerſum patrimonium ſit in dotẽ da-
tum, non ſi res particularis, vt hoc etiã ipſum pro-
batur per eundẽ Alex.in conſ.79.n 6.lib 5. & per
Bart.in l.Imperator 72. § fin.ſub n.2.de leg.2. Bal.
nouell.de dot.p.2.per tot, & tex.aperti, in l ex pecu
nia, C.de iur.dot.l.multũ intereſt, C.ſi quis alteri,
vel ſibi Iaſ.in Rub.ſol.matr. n.33. vbi pleniſſimè,
32 & de magis cõi, † vltra quod, etiam admiſſa hac
ſubrogatione, non tamen haberet locũ rei vendica
tio hypothecaria, aut aliud iudicium ſingulare con
tra tertium, Alex.conſ.186.n.4.& ſub nu.6. lib.5.
Gabr.conſ.37.ſub num.1.& ſeqq lib.1. D.Motos.

F Reſp.

33 Reſp.84.num.1.& 2. † & pariter alias declarationes,vt apud Menoch.conſ.1177.num.16 & ſeqq.
lib.12.conſ.213.li.3.& per me in tract.reſol.feud.
lib.7.c.14.num.34.& ſeqq.

Ad illud, quod dicunt Doctor. æſtimationem
eſſe factam ad cognoſcendum deteriorationem,
vel meliorationem,& non ad emptionem inducendam,
Reſpondetur,hoc non procedere,nec eſſe verum
indiſtinctè.& in omnib.caſibus,vt apud eundem
Soc.ex aduerſò citat.in d.conſ.57,Vbi à nu.1.
vſque ad 7 ponit omnes caſus lib.1. Nos ſumus in
caſu, vbi, quatenus penes maritum bona non extent,
æſtimatio reddatur, qui correſpódet caſui poſito
per Socc.ibid.ſub nu.5. verſ.quintus eſt caſus:
vbi quando res in dotem æſtimatę datæ ſunt cum
hoc pacto,quod eędem res reddantur, vel earũ ęſtimatio
electio eſt mariti ad dicta ſup.n.20. & quatenus
ſimus in dubio in ſeptimũ casũ cademus.ibid.
34 ſub n.6.verſ.ſeptimus caſus eſt, † vbi quod in dubio
35 æſtimatio facit emptionẽ: † Item nó procedit
quando nihil allegatur, vnde dignoſci poſſit,quod
ęſtimatio facta fuerit ad cognoſcendũ valorem,nó
autẽ ad faciendam emptionẽ, ad Rol.conſ.64.ſub
nu.17.ſub verſ.2. Rñdetur cum ibi citat.lib.4. vbi
36 hoc eſſe probandũ, † aut vbi,de tali mẽte expreſsè,
aut ſaltem tacitè ex coniecturis, nó conſtet, ad
Natt.conſ.650.ſub n.9.Becc.conſ.42.nu.18. Aſſiſ.
37 cõcl.10.verſ.limitatur 2.& verſ.limitatur vlt.† imo
ex æqualitate precij arguitur emptio,Rol.cõſ.
92.n.18.lib.2 Didac.pract quæſ.d.c.28.0.9.Aſſiſ.
38 d.concl.10.limit.7.quę hic fuit,† prout in dubio ẽt
ita pręſumitur,Bal.in l.per diuerſas,C.mand.Rol.
d.conſ.92.n.17. vol.2.conſ.64.nu.18.vol.4.Aſſiſ.
d.concl.10.ampliat.15. Becc.d.conſ.42 num.14.

39 Ad actionem in ſubſidiũ obſtabat parti,quod ea
non fuerit intentata prius agendo, vt opus erat,cũ
hæredibus mariti, l.in rebus.cũ ibi trad C.de iur.
dot. & l.vxor marito, 56. ff.de donat. inter vir. &
vxor.l.ſi cũ dotem.33.in fi. ff.ſolut.matr. Caſtr.&
alij in l.ſi vt proponis. C.de rei vindic. Afflict.in §.
& quia vidimus,ſub n.19.ad fin tit.1.in vſib.feud.
Bald.nouel.de dot.par.7.priuil.15.& 23.

Tantò magis, quia,vel ex teſtibus ipſiuſmet Peregrinæ
nempè ex primo fol.28. 3.fol 53.& 4.fol.
40 69.† qui contra producentem probant, Motor.
Reſp.29.n.19.Reſp.35.n.11.12.nobis reſultabat,
quod hæredes mariti adhuc poſſident vnam do-
41 mũ, † vnde redditur erronea,& falſa relatio quorundam
nũtiorum, qui retulerunt, ſe bona nó inueniſſe,per
Alex.in conſ.91 num.8.lib.6. vbi probat,
etiam non obſtante ſtatuto, quod ſit ſtandum
relationi alicuius,contrarium tamẽ probari poſſe.

42 † Occurrebat, & quarto loco præſcriptio pluſquã
tricennaria, quæ etiam in fundo dotali,in quo
tamen nos nó verſamur, currit, quando eſt pęnes
tertium DD.in l.ſicut, C.de præſcript.30.vel 40.
ann.Caſtr.conſ.466.nu.2.lib.2. & ad l in rebus.C.
43 de iur dot.† & tandẽ animaduerſa etiam fuit collu
ſio, & verſutia quædã vnius ex filijs Peregrinæ,
hæredis mariti,qui vendita domo paterna,& exacta
pecunia ſtatim ad litem mouendã, contra iſtos
pluſquam trecennarios poſſeſſores matrẽ Peregrinam
alias non litigaturã inſtigauit;inſtrumenta,iura,armaq;
omnia ſubminiſtrauit. cum tamen,tanquam
hæres patris,teneretur releuare tertios conuentos,&
ne quidẽ vocatus copiã ſui facere voluit,
ſed latitauit,ad not.in l.1.ff.quæ in fraud.credit.ad
44 l.1. & tot.tit. ff.de dol.† quibus calliditatibus non
erant dandæ manus, ſed occurrendum magis l.in
fundi,§.pen.ff.de rei vendic. Hipp.Marſ.ſing.177.
45 Oſaſc.deciſ.88.n.34.† infirmitati enim, non calliditati
ſuccurrendũ eſt l.ſi fine, C.ad Velleian. l.1.
& 2.ff.eo.tit.de prædictis.n.nobis conſtitit ex teſtibus
ipſis eiuſdẽ Peregrinæ, ex 1.fol.15.ex 4.ſol.74.

46 Ab expenſis tamen d.Peregrinam abſoluimus
ob multiplicia Conſilia, ad Aſin.in praxi. §.32.c.1.
47 in 3.princ.limit.& ſeq.† & quia caſus nó carebat
48 difficultate, vt limit.27.† & etiam quia erat paupercula
fęmina mota magis quam mouens ex verſutia
d.ſui filij, Vnde non iam ei eſſet imputandũ,
49 ad l.ſancimus, C.de pęn.† maximè, quia hoc totum
pendet ab arbitrio Iudicis,ad Menoch. de arbitr.Iud.caſ.177.n.2.
Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

Iudices nemine inſtante, non tenentur ſententiam ferre, num.1.

Minor aduerſus lapſum inſtantiæ reſtituitur, etiam non docto de læſione, num.2.

Et ex facilitate ſola, num.3.

Et etiam, ſi haberet recurſum contra tutorem, vel curatorem, num.4.

Reſtitutio prodeſt etiam litis conſortibus,num.5.

Maximè quoad connexa,num.6.

Et ſi coram eodem Iudice,num.7.

Reſpondetur ad deciſ.Lepid.15.& 108 n.8.& 9.

DECISIO XLIII.

DEclarauimus,eſſe locum reſtitutioni in integrum
minoris aduerſus lapſam;Corá nobis
inſtantiam, eo quia procurator non inſtetcrit pro
1 expeditione cauſæ, † nec nos nemine inſtante tenetemur
pronuntiare,iux. Aſin.in §.2.cap.4.n.fin.
& cap 6.num.3.& 4.in praxi Iudic.

2 † Moti,quia minor aduerſus lapſum inſtãtię eſt
reſtituendus, etiam non edocto de læſione, Odd.
q.36.art.4.n.36. verſ.in contrariũ eſt communis
3 opinio,& verſ.ego dico.† & ex facilitate ſola, Alex.
4 conſ.42.n.13.lib.3.† & etiã ſi haberet recurſum,
vel habere poſſet contra tutorem, vel curatorem,
5 Odd.q.67.art.2.n.16.† quæ quidem reſtitutio prodeſt,
non ſolum minori,ſed etiam litis cõſortibus,
iuxta trad.in l.1.C.ſi vnus ex pluribus appell. Fráo.
in c.vna ſententia,in fin.de appellar. Calder.de re-
6 ſtit.in integr.in verſ.vel aduerſarij dolo.n.30.† maximè
quoad connexa,n.31.& ſeqq.apud eundem;
7 † & multò magis coram eodem Iudice. Aſin.in d.
d.praxi Iudic.§.2.c.16.ſub num.7.

8 † Neque nobis viſum eſt, obſtare deciſ.Lepid.
15. quia in ſuo caſu non erat probata minor ætas;
ſed

ſed probanda, vnde obſtabat cap. Rotæ 47. ſuper quo dicta deciſ. verè fundata eſt, in noſtro caſu eſt probata.

9 Nec etiam alia deciſ. 108. eiuſdem, quia diſtinguendum eſt, de lapſu inſtantiæ aduerſus omiſſam appellationem, à lapſu inſtantię aduerſus iam introductam, in primo caſu procedit d. deciſ. 108. nõ in poſteriore, & ita hos caſus pro ſeparatis habuit Odd. qui idem in primo cenſuit, quod Rota in dicta deciſ. 108. in quæſt. 36. art. 5. vbi latè, & aliter in alio caſu, vt in d. q. 67. art. 2. num. 16.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Aduerſus præſcriptionem quadraginta annorum, an detur reſtitutio ex clauſula generali, magna eſt contentio DD. num. 1.

Iudex qui abſtinuit à diffinitione dictæ controuerſiæ, negocio non benè maturato, benè fecit, num. 2.

Et quando actor non probauit, num. 3.

In Saluiano breuiora ſunt tempora, quam in hypothecaria, num. 4.

In Saluiano dicta controuerſia, non tam benè maturari poſſet, prout in iudicio ordinario hypothecariæ, nu. 5.

Ex narratis in libello, reſultat plena fides contra producentem, num. 6.

Conſocij prius conueniendi, antequam tertij per hypothecariam moleſtentur, num. 7.

D E C I S I O XLIV.

AB Anno 1562. 11. Decembris, quo iuxta inſtrumentum productum ſpect. D. Alexander de Balbanis alienauit bona, ex remedio interdicti Saluiani petita, vſque ad annum litis inchoatæ, ſeu petitionis factæ ſub 13. Nouembris 1605. anni pluſquam 40. intercedunt.

1 Aduerſus quod præſcriptionis genus, an vel ignorantiæ, vel abſentiæ, vel alio quouis prætextu, ex clauſula vè generali, detur reſtitutio, tam diſſentiunt inter ſe Docto. quam videri poteſt in addit. ad Alex. in conſ. 151. ſub num. 9. verſ. attamen lib. 1. vbi ex vera opinione non dari, & mox in addit. ſequenti ex Modernorum Taurinenſium ſententia, & communi dari, & latè Odd. de reſtit. in integr. q. 90. art. 5. vbi in princ. difficilem, & famoſum eſſe articulum dicit, & probat de magis communi non dari.

Vnde apparet difficilem futuram reſolutionem etiam probata ignorantia, niſi cum ignorantia concurrerent, & aliæ iuſtę cauſæ, vt in dicta addit. habetur, puta minoritas, allegata quidem, ſed nõ pro-

2 bata, ad tit. C. ſi aduer. vſucap. & cęt. † Non malè ideo abſtinuit Iudex, à quo à diffinitiua in hoc negocio, plenè nondum maturato, cuius propterea ſententiã, & nobis viſum fuit confirmare, ad trad. per Maran. de ordin. iudic. par. 5. ad princ. verſ. & omnia fiant, durante inſtantia ſub num. 52. Aſin. in prax. iudic. §. 2. cap. 17. num. 16. Aſſiſ. concl. 50. verſic. ſeptimo modo, & verſ. quemadmod. Vant.

3 tit. quot & quibus mod. nullit. &c. † Vbi de actore non probante, nu. 110. Didac. Var. reſol. lib. 1. c. 1.

4 ſub num. 8. Gayl obſer. 3 num 6. & 7. lib. 2. † præſertim, quia in Saluiano breuiora ſunt tempora, quam in hypothecaria, ad Menoch. de adipiſc. remed. 1. ſub n. 69 & nu 101. & remed. 4. nu. 773. & ſeqq. Guid. pap. q. 432. ſub n. 16. Papien. in for. lib. reſp. act. hypoth. in verſ. exceptionem præſcriptio-

5 nis, nu. 3. † Vnde non poſſet tam facilè dicta cauſa maturari, prout fortè poſſet in iudicio plenario, ſi hypothecaria fuiſſet intentata, ad eundem Men. d. remed. 4. num. 779.

Accedebat, quod etiam ex inſtrumento ab ipſo ſp. Balbano producto, & ex narratis in petitione,

6 ſeu libello, † ex quibus contra producentem, & narrantem plena fides reſultat. D. Morot. reſp. 15. nu. 3. & Reſp. 36. n. 6. conſtitit, quod d. ſpect. Alexander Balbanus, non ſuo ſimpliciter nomine, ſed tanquam inſtitor, & ſociali nomine ſociorum, de quibus in dicto inſtrumento, depoſitum, cuius cauſa actum eſt aduerſus iſtos poſſeſſores, recepit,

7 † qui ſocij prius conueniendi videbantur, antequam tertij iſti moleſtarentur, ex auth. hoc niſi debitor, C. de pignor. auth. præſente, C. de fideiuſſor. & vtrobique Doctor. Neguſ. de pignor. memb. 1. par. 8. num. 11. & ad ſtatuta in ſpecie Curiæ Mercat. lib. 1. cap. 21. verſic. *Et tutti i compagni*, & ſtatutum in lib. 1. cap. 32. & 139. Et condemnauimus in expenſis, quia etiam in prima appellans ſuccubuit. Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Officium Iudicis viduarum habet iuriſdictionem limitatam ad exequendum ſententias arbitrorum, tranſitas in rem iudicatam, non aliter, num. 1.

Officium Iudicis viduarum excedit ſuam iuriſdictionem, in iudicando vltra contenta in capitulis, num. 2.

Non poteſt per reſtitutionem in integrum concedi ab eo, qui via ordinaria concedere non poſſet, num. 3.

Non licet facere per indirectum, quod per directum non licet, num 4.

Ceſſante diſpoſitione capitulorum, non poteſt officium Iudicis viduarum ex ſe iuriſdictionem vſurpare, nu. 5.

Partes non dicuntur prorogare iuriſdictionem, ſtante clauſula, non conſentiendo, niſi &c. num. 6.

A ſententia arbitrorũ emologata, nõ licet recedere, n. 7.

Et à ſententia approbata facto, num. 8.

Officium viduarum habet ampliſſimam facultatem in iudicando, etiam ex propria conſcientia, & alia, vt num. 9. & 23.

Non poteſt quis renunciare ſententiæ ſibi fauorabili in præiudicium iuris quæſiti tertio, num. 10. 11.

Sententia continens iuris errorem eſt nulla, num. 12.

Condemnatio filij ex cauſa patris, cuius non eſt hæres, eſt nulla, num. 13.

Nullitas nõ poteſt allegari, niſi ab eo cuius intereſt, n. 14.

Sententia contra ſententiam, & poſt finitam propriam iuriſdictionem eſt nulla, num. 15.

In reſtitutione in integrum à ſententia, læſio eſt probanda, num. 16.

Vel iniuſtitia ſententiæ, num.17.
Ceſſante æquitate, non eſt locus reſtitutioni in integrum, num. 18.
Obuiandum eſt litium immortalitati, num.19.
Officium iudicis viduarum cur inſtitutum, num.20.
Statuta, & Capitula ſunt ſeruanda, num.21.
Prouiſio ſpecialis magis obligat, num.22.
Iuriſdictionis mutare formam, vel iuri publico derogare nulli eſt permiſſum, num.24.
Decreta principis ſunt ſeruanda, num.25.
Bonæ menti Principis adhærendum eſt, num.26.

DECISIO XLV.

FVit prolatum laudum ad fauorem D. Doralicis de Bonturis, contra Vincentium, &
Dominicum pariter de Bonturis, condemnans ad
reſtitutionem quorundã bonorum, vt in eo; quod
mox per viam reductionis fuit infirmatum, & cõ-
demnati dicti de Bonturis per ſecundam ad ſoluē-
dos ſcutos . . . . quæ fuit executa, & tamē D. Do-
ralix, per viam reſtitutionis in integrum, petijt
coram Illuſtriſs. Officio Viduarum, & pupillorum
executionem d. primi laudi, quæ ei fuit conceſſa;
fuit recurſum ad nos, quibus viſum eſt d. officium
caruiſſe iuriſdictione, & ideo bene fuiſſe recurſũ.
1 † Quia ex cap.14. de off. Viduarum idem offi-
cium habet limitatam iuriſdictionem, vt poſſit tã-
tum exequi ſententias arbitrorum, quæ tranſierũt
in iudicatum, non autem quatenus per reductio-
nem fuerunt infirmatæ, quo caſu ex eodem c.14.
ſola ſententia reductionis datur exequi per dictũ
officium, non prima infirmata, prout ita etiam eſt
de iure communi, Angel. in l. tale pactum, §. qui
prouocauit, num.17. de pact. Abb. in c. paſtoralis,
§. præterea, nu.6. de offic. deleg. Franc. in cap. Ro-
mana, §. fin. num.2. de appell. in 6.
2 Quapropter dicebatur, quod dictum officium
exceſſit ſuam iuriſdictionem in iudicando vltra cõ
prehenſa in dictis capitulis, ſeu ſtatutis Dec. con-
ſil.8. ſub num.1. & 7. Socc. conſ.275. n.19. lib.2.
Cagnol. in l.2. num.191. ff. de orig. iur. Peregrin. de
iure fiſc. lib.1. tit.1. num.11.
3 Vlterius, cum dicta ſententia arbitri contineret
res valoris maioris, quàm dictum officium potuiſ-
ſet cognoſcere, via, & iudicio ordinario ſecũdum
cap.3. non potuit per viam reſtitutionis in integrũ
concedere illud, quod ex propria iuriſdictione, &
4 ordinaria non potuiſſet, † alioquin enim liceret ei-
dem officio aliquid facere per indirectum, quod ta
men per directum non licuiſſet, contra reg. c. cum
quid. de reg. iur. in 6. l. in fraudem 10. cum l. ſeq. ff.
de his quib. vt indign. Odd. de reſtit. in integ. q.32.
n.46. & ſeqq. n.73. 76. 86. 117. 138. verſ. aut volu-
mus, & verſ. ſeq. & num.158.
Vnde, ne quidem hoc videbatur, intrare poſſe,
vt d. ſententia, tanquã ſententia, poſſet exequi con
tra prædictos de Bonturis, & quod talis executio
poſſet aliquo modo procedere ex vi dictorum capi
5 tulorum, † quorum diſpoſitione ceſſante, nullam
potuit ex ſemetipſo dictum officium iuriſdictio-
nem ſibi vſurpare, ad l.1. & tot. tit. ff. de off. eius
cui mand. eſt iuriſd. & cap. ſopra in verſic. quapro-
6 pter, nec per partes prorogari, ex c.11. † quam re
verà nõ prorogarunt, vt ex clauſula non conſentiē
do, &c. niſi, &c. colligitur, ad Bero. conſ.4. li.3. n.1.
Accedebat, quod in meritis contra D. Doralicē,
& pro dd. de Bonturis ſequentia omnia faciebant.
Primò apparebat de ſentētia reductionis ſupra-
dicta, quæ non ſolum tranſiuit in rem iudicatã ex
ſeſe, verum etiam fuit de cõmuni ipſarum partiũ
7 concordia emologata, † Vnde tantò minus liceret
ab ea recedere, quòd habeat vim iudicialis, & irre-
uocabilis confeſſionis, Bero. conſ.32. nu.4. lib.3. &
valeat in vim tranſactionis Rom. conſil.173. cum
alijs, vt per Theſ. deciſ.253. num.5.
8 Secundò, apparebat de approbatione ex longo
interuallo eiuſdem Doralicis, dum iudicialiter, &
corã d. officio Viduarum petijt ſcutos . . . . in exe-
cutionem d. ſententię, ſeu concordiæ, quã ipſamet
in prima cõparitione ſub 14. Nouē. 1606. produxit.
Quod quidem officium, non obſtante negatiua
conuentorum, eoſdem nihilominus condemnauit
ad obſeruantiã d. accordij, & ad ſoluendum d. ſcu
9 tos tres, † quod potuit facere attenta ampliſſima
poteſtate ſibi conceſſa, ex c.13. offic. Vidu. quia po
tuit moueri ex cauſis, etiam non relatis in actis, ex
propria conſcientia, reiectis apicibus iuris, & veri-
tate quantumcunq; priuatim cognita, iuxta trad.
Rol. in conſ.7. n.30. & ſeqq. li.3. Ant. Sol. ad antiq.
Sabau. decret. tit. de concl. in cau. p.1. gloſ. vn. n.11.
Magdal. de nu. teſt. in teſta. p.3. c.1. nu.20. & ſeqq.
Et tantò magis, quia ad fauorem D. Doralicis fuit
lata, & pars, contra quam lata erat nõ reclamauit,
ſed acquieuit, & parere ſentētiæ expreſſim ſe ob-
tulit paſſim in actis, & præſertim in comparitione
ſub 29. Martij 1607. vnde nulla appareret cauſa,
cur debuiſſet ab huiuſmodi ſententia recedere, aut
10 ne quidem quomodò poſſit, † eo quia non valet
renunciatio ſententiæ fauorabilis in præiudicium
tertij, cui eſt ius acquiſitum, prout hic prætendũt,
ius acquiſiſſe, dicti de Bonturis, ex declaratione,
quod teneantur dare dictos ſcutos . . . . & ad ob-
ſeruantiam concordiæ, non autem ad remiſſionē
bonorum ex forma dictæ ſententiæ, ſeu laudi ad
DD. in l. quod iuſſit, vbi Iaſ. num.32. & Rip. nu-
11 mer.33. de re iudic. † vbi de communi, quod non
tenet dicta renunciatio in præiudicium partis, poſt
12 ius ei quæſitum, † & quod allegabatur, d. ſenten-
tiam eſſe nullã, tanquam continentem iuris erro-
rē ex l.2. C. quand. prouoc. non eſt neceſ. Gabr. de
13 ſent. concl. 7. in princ. Dec. conſ.8. n.1. † quatenus
dicti de Bonturis fuiſſent condemnati ex obligatio
ne patris, cuius non ſunt hæredes, & ideo ea obli-
14 gatione nõ teneantur, Lepid. dec. 13. in prin. † Re-
ſpondetur, huiuſmodi nullitatem non poſſe allega
ri, niſi ab ijs ipſis de Bõturis, quorum intereſt, non
ab alijs, Surd. deciſ.179. num.17. 18. conſ.1. num.84.
& ſeqq. conſ.523. num.2. & 3.
Quare, cautius debuiſſe agi per dictum officiũ,
nobis videbatur, priùs quam tot ſentētias à ſeipſo
latas, & acceptatas corrigeret ſub prætextu aſſertę
reſtitu-

Digitized by Google

reſtitutionis in iotegrum , & aliam diffinitiuam
15 contra diffinitiuam, & diffinitiuas proferret, † id
quod de iure fieri non potuit, citra præiudiciũ , ac
vitium nullitatis l.poſteaquam , & ibi not. ff. de re
iudic. Vaut. de nullit.titul. Cotam quo null. &cet.
num. 3.

16 † Er tanto magis, quia in attentato dicto teme-
dio reſtitutionis in integrum, non apparebat, quod
vlla eſſet læſio probata, quæ tamen erat probanda
l.nam poſtea, §.minor, ff.de iur.iuran.l.minoribus,
C.de reſtitut.in integr. Cęphal.conſ.348.num.17.
& ſ.qq.

17 † Nec de iniuſtiria vlla apparebat , quod æque
neceſſarium erat ad procedendum , & obtinendũ
in dicto remedio, Odd.de reſtirut. in integr. quæ-
ſtio.72. ſub num.74. iunct.nu. 71 anteced. in ver-
ſic. tertius eſt.

Occurrebat præterea, nõ eſſe fauendum huiuſ-
modi tot diuerticulis, aduerſus tot ſententias, tran
18 ſactiones, & verbis, & factis approbatinnes, † vn-
de videtur ceſſare æquitas, qua ceſſante, ceſſat &
19 reſtitutio Crau.conſ.271.num.7. † & obuiãdum
eſt litium immortalitati , ex cap. finem litibus. de
dol. & contum. Gayl.obſer.42.num.6.lib. 1. Caſ-
ſiod.epiſt.5. lib. 1.

20 † Præſertim, quod ob hoc ipſum vidimus con-
ſtitutum, dictum officium ſuper viduis , & pupil-
21 lis, vt patet ex dictis capitulis 1. & ſeqq. eo. † pro-
pterea diligentius attendendis, & ſeruandis, c.erit,
& c.ſeq.diſtinct.4. Diu.Thom. in 1.2.q.93.art.2.
22 ad fin. † prouiſio enim ſpecialis magis ſtringit, &
maior eſt quoad ſpeciem, quàm generalis cap.ſtu-
duiſti.de off.deleg. Prob.ad Ioan.Monach. in c.3.
num.3.de officio Vicar.in 6.

23 † Cui tantum detulit Illuſtriſs. atque excellen-
tiſs. Princeps noſter, vt eidem liberum eſſet iudica
re manu regia, ſine ſcriptis, prout videbitur, ac vti
Deus ipſe iudicaret, eo addito, vt ſolum Deum ha
beat ſindicatorem, ac vindicem; quorum verbnrũ
emphaſim ponderantes multò decentius, ac reue-
rentius facere cenſuimus. ſi vlteriori reuiſione etiã
per viam reſtitutionis poſthabita, primis iudicatis
ſtandum fuiſſe, & eſſe, deliberaremus , atque ita ,
quoad per nos liceret, ac fieri poſſet, dicti Illuſtriſ.
Principis menti ſatisfieret, quam talem eſſe per di
cta capitula apparet, vt quam citiſſimè viduarum,
& pupillorum lites terminentur, nõ, vt per varios
24 circuitus longius protelentur , † nam iuriſdictio-
nis mutare formam, vel iuri publico derogare non
eſt cuiquam permiſſum l.teſtandi , C.de teſtam.
25 † partes autem noſtras intelligimus , ſaluberrima
prouidaque Excellentiſs. Reipublicæ decreta ſer-
uare l.form im, C.de off. Præfect. prætor. Boet.de-
26 ciſ.8 num.19. † & bonæ menti, atque intentioni
in primis adhærere, & accedere iuxta l.benignius.
& l.nulla iuris ratio, ff.de legibus.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

Contra abſentem aliter proceditur, quam contra præſentem , num.1.
Sententia ſtatim die ſequenti lata , eſt nulla, num.2.
Et quando cum magna celeritate , num.3.5.
Idem in laudo , num.4.
Fideiuſſor de iudicatum ſoluendo, & de præſentando ſunt diuerſa, num.6.
Fideiuſſor de præſentando debet inquiri , vt præſentet , num. 7.
Interim non ei imputatur , num.8.
Fideiuſſor à ſententia lata inter alios, rectè appellat, numero 9.
Contra fideiuſſorem iudicij poteſt ſtatim procedi, ad executionem ſententiæ latæ cum principali, num.10.
Limita vt ſub num.11. & 12.
Secus in fideiuſſore contractus, num.11.
Exceptio reo competens , competit , & fideiuſſori , numero 12.
Fideiuſſor poteſt ſe defendere, etiam ſi principalis nollet, num.13.
Fiſcus in expenſis non ſolet condemnari, num.14.

DECISIO XLVI.

FVit condemnatus inquiſitus, pro quo de iudica-
tum ſoluendo intrauerat fideiuſſor , qui ab hu-
iuſmodi condemnatione appellauit, & Rota, bene
fuiſſe per ipſum fideiuſſorem appellatum , iudi-
cauit .

Quia ordinatio, qua declaratum fuerat, eſſe lo-
cum torturæ inquiſiti, fuit ſub 11.Settembris , &
intimatio facta ad diem ſequentem, & ad domum
tantum ſolitæ habitationis : Exaduersò verò pro-
bata fuit per fideiuſſorem in appellatione abſentia
ipſius rei de tali tempore extra patriam , & domi-
1 nium Excellentiſs. Reipublicæ Lucenſis ; † Vnde
non ſufficiebat huiuſmodi intimatio , ſed oportte-
bat contra reum, tanquam contra abſentem proce
di, iuxta formam ſtatuti lib.4. c.19. verſ.ſi autem
perſona, &c. 20. & 21.lib.4. quæ forma cum non
fuerit ſeruata, nulliter proceſſum fuit , vt in deciſ.
Bonon.2. per tot. quæ quidem nullitas aucta fuit ,
etiam ex eo , quod ſtatim die ſequenti fuit ſenten-
tiatum contra dictum Reum , & ideo præcipitan-
2 ter , † quo caſu ſententia dicitur nulla latè Felin.
in cap. Eccleſia S.Mariæ, ſub num.10.per tot. ma-
ximè in verſ.nuno ad hanc partem , de conſtit. &
ſub princ.proem.decret. Maran.de ordin. Iudicio-
3 rum, par.4. diſtinct.16.num.16. † Vbi ait, octauo
dicitur Iudicium nullum, & ſententia, quando Iu-
dex procedit ad probationem ſententiæ cum ma-
gna celeritate, ſine percũctatione proceſſus, D.Ca
4 ball.cal.Crimin.286.num.39.& ſeqq. † Vbi ponit
exemplum quando compromiſſum factum reperi
tur vna die , & laudum datum alia die immediatè
5 ſequenti, † & Marant.ponit exemplum in Iudice,
qui de ſerò habuit proceſſum , & in mane ſequẽti
ſententiam protulit , Marſil.ſingul.680. latè Me-

Noch.præſ.67.num.31.32.lib.2. & ad præſ.75.nu-
mero 35.eo. Vant.de nullit.ex defect.proceſſ. nu-
mero 33. cum ſeq.

Non obſtat, quod fideiuſſor teneretur præſenta-
re ex forma fideiuſſionis; primò, quia promiſit tan-
tum de iudicatum ſoluendo, non autem de preſen-
6 tando, † quæ ſunt diuerſa, ad Pariſ.conſ.48.n.23.
7 lib.1. Menoch.conſil.212. nu.17 lib.3. † Secun-
dò, quia non fuit ipſe fideiuſſor in id requiſitus, vt
præſentaret principalem, prout in omnem caſum
neceſſarium fuiſſet ad l.de vnoquoque.47.ff.de re
iudic. D.Caball.caſ.crimin.190.ſub num.2. & per
tot.centur.2. & caſ.47. etiam per tot. cent.prima,
8 † & interim nihil ei eſt imputandum, l.damnum,
9 ff.de regul.iur. † & fideiuſſor à ſententia lata inter
alios rectè appellat. l. à ſententia, §.item fideiuſſo-
10 res, ff.de appell. † & licet velo leuato poſſit ad exe-
cutionem procedi, ſine alio proceſſu contra fide-
iuſſorem Iudicij, Surd. conſ.356.num.39.40. &
11 per tot. Ad.l.ad Guid.pap quæſt.26. † qui diſtin-
gunt fideiuſſorem Iudicij, à fideiuſſore cõtractus,
& D.Caball.caſu crim.109.n.29.& ſeqq. Tamen
hoc nõ procedit in caſu iſto, quia ipſemet reus op-
12 ponẽdo dictas nullitates, ſe defendere poſſet. † qua-
re eadem oppoſitio, ſeu exceptio, reo competens,
competit etiam fideiuſſori, vt in ſpecie Menoch.
conſ.212. num.50. & ſeqq iunct.nu.82 83.lib.3.
13 † & in fortioribus terminis, vbi etiam principalis
ſe nollet defendere, quod fideiuſſor poſſet, dicit
Viu. deciſ.215.lib.2.

Partes autem ab expenſis abſoluimus, quia fi-
14 ſcus habuit primam ſententiam pro ſe, † & etiam
quia fiſcus in expẽſis non ſolet condemnari, Boet.
deciſ.324. in princ. Lepid.deciſ.Lucan.19.in fine.
Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Tertius poteſt impedire executionem, num.1.

Acta facta à patre, tanquam legitimo adminiſtratore filiorum, obſunt etiam ei quoad proprium intereſſe quando etiam promittit nomine proprio, num.2.4.

Duarum perſonarum munere vnus, & idem fungi poteſt numero 3.

Pater naturaliter poſſidet bona filij, num.5.

Capitula impertinentia ſunt reycienda, num.6.

Ideſt, quæ probata non releuarent, num.7.

Damnum non dicitur paſſurus, cui cauetur, num.8.

Regula plus eſt pignori incumbere, &c. non intrat, quando obſtat res iudicata, num.9.

Condemnatio in expenſis nomine proprio intrat, cum patre nomine filiorum opponente, & proprio indebitè, num.10.

Non eſt pertinaciter inſiſtendum in iure, nobis non competente, num.11.

DECISIO XLVII.

IN concurſu infraſcriptorum creditorum fuit
per arbitros ſententiatum, ſpect. Barilios, &
Garzonum eſſe preferendos filijs ſer Vincẽtij Ca-
roli in mobilibus, exiſtẽtibus penes ſer Vincẽtium
nomine eius filiorum, tanquam hæredum debito-
ris communis, & reſeruata fuerunt eidem ſer Vin-
centio iura ſua, talia qualia, & fuit poſtea iudica-
tum, hanc ſententiam eſſe exequendam in dictis
mobilibus, præſtita cautione per dd.ſpect.Barilios,
& Garzonium de reſtituendo eadem mobilia di-
cto ſer Vincentio, in caſum ſuccumbentiæ, à qua
ſententia fuit per eundem ſer Vincentium recur-
1 ſum, & quidẽ, vt Rota cenſuit malè, † licet enim
ipſæ D.Vincentius prætenderet, ſe tanquam ter-
tium admittendum ad impediendam executionẽ
in dictis mobilibus ad Caputaq.deciſ.327 num.3.
p.1. Didac.pract.quæſt.cap.16.ſub num.3.verſ.3.
ſolet tradi ſpecies: per me in tract reſol.feud.lib.4.
cap.2, num.49.& ſeq. Tamen in hoc caſu obſtabat
ſer Vincentio, quod cum pro eorum credito factũ
fuiſſet per DD.Barilios, & Garzonum ſequeſtrũ
in dictis mobilibus, ipſemet extitit fideiuſſor pro-
miſit ſtare iuri, & iudicatum ſoluere, tam pro iu-
re, cauſa, & intereſſe proprio, quam filiorum, vt le-
gitur in actu ſequeſtri, & clarius in compromiſſo,
2 de quo in actis, † quare non intrabat, quod aliud
eſſet ſuum intereſſe, aliud filiorũ, & quod tameſi
filijs obſtarent acta facta per eum eorum nomine,
tanquam patrem, atque legitimum adminiſtrato-
rem filiorum, non tamen obſtarẽt quoad einſdem
proprium intereſſe, iuxta l.cum quædam mulier,
& ibi Bart. & alij, ff.de admin.tut. Euer. in cent.
legal.loc.de tanquã, ſeu reſpect.verſ.8.facit Gabr.
3 de reb.alien.concl.2. † cum nemo dubitet, duarum
perſonarum munere vnum, & eundem fungi poſ-
ſe, iuxta Bart. in l.2.num.6. ff.de ſtip.ſeruor. Rot.
Ianuen. deciſ.1.num.27. Gayl obſer.44. num.8.
4 lib.1. † quia promiſſio, & obligatio etiam ſub no-
mine proprio eſt clara, & in claris non eſt diſpu-
tandum, vulg.l.continuus, §. cum ita. ff.de verb.
oblig. l.ille aut ille, §.cum in verbis. de leg.3.

Et eo clarior res reddebatur, quod in actis iam
oppoſuerat, ſe eſſe vſufructuarium bonorum filio-
5 rum, † & quod ſaltem naturaliter retinebat dicta
mobilia, iux.l.naturaliter. ff.de acquiren.poſſeſ. &
quod propterea eſſet tanquam tertius audiendus,
& tamen fuerunt talia capitula, vti impertinentia
6 reiecta, † quę iure meritò erant reijcienda, Claud.
Seyſel.in l.ille à quo, §.1.ff.ad Trebellian. Neuizz.
7 conſ.30.num.16. † quia probata non releuabant,
ſtante dicta obligatione, etiam pro ſuo intereſſe,
ad Purpur.conſ.409. Caſtr.in l.2.§.quod obſerua-
ri, verſic.ſecundus caſus, de iur.iur. propter cal.
dand. D.Sol.in nou.lib.3.depoſit gloſ.10.in princ.
& poterat magis eſſe cautus ſer Vincentius prædi-
ctus, ne litem hanc proſequeretur.

8 † Ac demum, quia ſer Vincentius nullum dam-
num paſſurus erat, attenta cautione ad fauorem
eius præſtanda, per quam optimè erat ei cautum,
ad l.1.§.& ſciendum, ff.de prætor.ſtipul. & ſupra
deciſ.21.num.40.

9 † Nec intrabat ad fauorem eius regula, plus cau-
tionis eſſe pignori incumbere, ff.de reg.iur. quia
obſtabat ei res iudicata virtute compromiſſi, tam
nomi-

nomine proprio, quam filiorum ſequuta, & cuius
exequutio iure meritò fuit declarata ad dicta in
deciſ. Luc.53. num. 1. & ſeqq.

Condemnauimus autem in expenſis ſer D. Vin
centium Caroli nomine proprio, quia ipſe quoad fi
lios declarauit, nolle à laudo recedere, immo obtu
lit ſatisfacere laudo; adijciendo tamen quoad ſe,
non teneri tanquam tertium, cui tamen obſtabat
10 dicta obligatio, etiã nomine proprio, † quare nul-
la ei excuſatio ſupererat, quominus foret condem
nandus, ad l. eum quem temerè, ff. de iudic. iuncta
l. non ignorat C. de fruct. & lit. expen. l. nõ eſt igno
rantia, C. de adm. tut. Bartol. in l. qui ſolidum. 80.
§ etiam, num. 3. 4. de leg. 2. Aſin. in prax. §. 32. c. 2.
ampl. 50. Natt. conſ. 16. ſub num 19. Didac. pract.
quæſt. c. 15. num. 2. & ad Menoch. plenè conſ. 145.
11 lib. 2. † neque enim debuit d. ſer Caroli attenta di
cta obligatione propria amplius inſiſtere, & impe-
dire dictam executionem in dictis mobilibus, ad
Caſtr. conſ. 67. in fin. princ. par. 1.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

In executiuis non admittuntur exceptiones altiorem indagiuem requirentes, vt ſimulationis, &c. num. 1.

Niſi patentes, num. 2.

Patens non dicitur, quod pendet ex coniecturis, numero 3.

Quod venit per coniecturam, dicitur impropriè venire, & per ſubauditum intellectum, num. 4.

Vbi cadit controuerſia, dicetur requirere altiorem indaginem, num. 5.

Verba vniuerſalia negatiua, omnes defenſiones excludunt, num. 6.

Et nullam recipiunt interpretationem, num. 7.

Et præcludunt viam iudicis officio, num. 8.

Vbi opus eſt capitulis, ibi dicitur res requirere altiorem indaginem, num. 9.

Eſt inconueniens, quod admittendo capitula dilatio intraret, quæ eſſet longior termino ad expediendum cauſam principalem præfixo, num. 10.

Probatio debet fieri intra tempus ſtatutum ad opponendum, num. 11.

Reijciuntur etiam exceptiones in executiuis, quando non offertur in continenti probari, num. 12.

Item non impeditur executio, quando quis non implet ex parte ſui adimplenda, num. 13.

Denunciatio Euangelica non habet locum in executiuis, in quibus non diffinitur, ſed ordine præpoſterato, definitio in aliud iudicium reſeruatur, num. 14.

Eſt locus denunciationi Euangelicę, deciſo negocio principali per ſententiam, num. 15.

An intret exceptio, per quam refricatur quæſtio Dominij, num. 16.

Appellatione pendente, executio non retardatur ſtante ſtatuto, num. 17.

Statuta aliquid plus operari debent, quàm ius commune num. 18.

Statuta ſunt fauorabiliter intelligenda, quando ſunt iuri conformia, num. 19.

Statuta iuri Communi conformia vinculum vinculo addunt, num. 20.

Et fortiora quando ſunt multiplicata, num. 21.

Licet conductorem repellere non ſoluentem penſionem, num. 22.

Quod refricari poſſit quæſtio Dominij intelligitur, quod conductor ipſe poſſit refricare locatori, num. 23.

Non habet locum in conductore, qui conduxit ab eo, qui ab alijs acquiſiuit, num. 24.

Per clauſulam conſtituti transfertur poſſeſſio, num. 25.

Acquiſitio probatur ex verbis enunciatiuis inſtrumenti inter partes, num. 26.

Facta magis loquuntur, quàm verba, num. 27.

Conductor poſſidet locatori, num. 28.

Pacta reformare contractum dicuntur, ſi accidentia tantum ſint mutata, num. 29.

Si poſſint ſimul ſtare cum primis, num. 30.

Si mutetur facultas redimendi, non transformatur contractus, ſed reformatur tantum, num. 31.

Item ſi declaretur, quod fiat citra præiudicium antecedentium contractuum, num. 32.

Maximè ſi addantur alia verba, quomodolibet, quomodocunque, quæ efficacem voluntatem demonſtrant, num 33.

Et dicitur, euidenter conſtare de voluntate recedentium à parte tantum, non à toto, num. 34.

Licere redimere intra vnum, aut aliud tempus, non eſt tangere ſubſtantiam, num. 35.

Tenuta, etiam nulla, confirmari debet, ſi de nouo eſſet concedenda, num. 36.

DECISIO XLVIII.

ADuerſus præceptum de diſgumbrando, domino Martino Locatori conceſſum contra Flaminium conductorem, plura opponebantur per eundem conductorem reum conuentum: quibus non attentis, D. Iudex à quo ſua ſententia pręceptum confirmauit, & Rota quoque ſententiam eiuſdem.

Obſtabant enim exceptionibus conuenti ſtatu-
ta 103. 112. & 113. lib. 2. mandantia, via executi-
ua procedi aduerſus conductorem non ſoluentem
1 ad tempora conuenta fictus, vel redditus, † in qua
non debent regulariter admitti exceptiones maxi
mè altiorem indaginem requirentes, quales ſunt
ſui natura allegatæ, ſimulationis, vel vſurariæ pra
uitatis exceptiones, & ideo executionis non impe-
tiuæ, vt in term. Corn. cõſ. 227. per tot. lib. 3. Crau.
conſ. 943. ſub num. 4. Bero. conſil. 85. num. 6. lib. 3.
2 † niſi patentes Canar. de execut. inſtrum. num. 31.
quales iſtæ ex allegatis præſumptionibus, & conie-
cturis dici non poſſe, videbantur, iuxta trad. Me-
3 noch. de præſumpt. q. 38. † & patens non ſit, quod
pendet ex coniecturis. Galeſ. de obligat. Camer.
par. 4. quæſt. 2. nu. 11. Tiraq. de leg. conub gloſ. 7.
4 num. 168. † & quod venit per coniecturam, non
dicitur propriè, ſed impropriè venire, & per ſub-
auditum intellectum, ad Curt. de feud. par. 1. q. 4.
5 ſub principium, † & vbi cadit controuerſia di-
citur requirere altiorem indaginẽ Zaccar. de oblig.

Camer.

Camer.deciſ.108. num.1. & etiam ſtaore ſtatuto
lib.1 c.167. qun diſponitur, conductorem contra
præceptum de dimittendo, locatione finita nullas
6 poſſe defenſioues proponere, vel allegare, † quæ
verba, cum ſint vniuerſalia negatiua, omnes defen
ſiones comprehendant Surd.conſ.103.num.7. &
7 ſeqq.† & nullam recipiunt interpretarionem Cra-
uet.conſ.294.num.6. Ouded.conſ.5.nu.73.lib.1.
8 † & præcluditur via Iudicis officio, ita quod nil
aliud remaneat, quam adimplere, & poſtea repete-
re Bart.in l.1.§.2.nu.8. quod vi, aut clam. Magon.
deciſ.Lucenſ.11.num.21. Batz.deciſ.115.num.3.
& ſeqq.

Er tantò magis, quia in præſenti peculiariter
ſpecie monebamur ex alijs actis productis, partẽ,
pro huiuſcemodi exceptionibus probandis, ad viã
9 capitulorum confugiſſe, † iudicium nobis viſum
fuit quod altiorem indaginem requireret ex Theſ.
10 deciſ.26.ſub num.15. † Sequeretur enim incon-
ueniens; quod, admiſſis capitulis, cauſa principalis,
& præceptum de diſgumbrando intra decem dies
iuxta præfata ſtatuta non poſſet expediri, quo caſu
non poteſt dici probatio incontinenti fienda, ideo-
que executio non impeditur Canar.in term. in tra
ctat.de executione inſtrumentorum. quæſt.9. nu-
11 mero 19. & ad Surd.d.conſ.327.nu.57.† Vbi in-
tra tempus debet fieri probatio, quod eſt ſtatutum
ad opponendum.

12 Accedebat, quod defecit conuentus in non offe
rendo ſe in continenti probare, cuius defectu reijci
potuiſſe exceptiones notandum, & menti tenen-
dum, dixit Canar.in d.tract.de execut.inſtr.q.5.
ſub num.13. & d.quæſt 9.ſub num.19. & q.13.
num.31. vbi ait patentes tantum, & in continenti
probandas fore admittendas ad executionem im-
pediendam.

13 Item, quod defecit in non implendo ex parte ſui
implenda; dum non ſoluit non fideiuſſit, Deoq;
iuramentum non reddidit, ideo non erat audien-
dus Oſaſc.deciſ.42.nu.6 & 7. Rol.conſ.47.n.31.
lib.4. Surd.d.conſ.327.num.15. Rot.Rom.diuer.
par.2.deciſ.116.Natt.conſ.145.num 11.Cæphal.
conſ.325.num.41.& 42.Menoch.conſ.343 n.46.
cum alijs per eoſdem citat.& deciſio Rotæ Lucen.
ad partẽ oſtenſa. nitebatur ſuper fideiuſſione præ-
ſtita, quæ hic deeſt, & ſuper alijs exceptionibus pu
ta ſolutionis, & alijs, & ſic in terminis longè di-
uerſis.

Item, quod nulla allegata iniquitas reſultatet,
nec refugio denunciationis euangelicæ allegato o-
14 pus eſſet, † ex quo non tolluntur defenſiones, quã-
do agitur executiuè, ſed ordine tantum præpoſte-
rato, & ex poſt facto intelliguntur reſeruatæ in iu-
dicio ordinario. Sol. in antiq.ſab.decr. tit.de clau.
mand.prioc.gloſ.1.num.11. Ad Aſin. in prax.§.7.
limit.11.fol.70. & §.31.cap.34.nu.7. Bero.d.con-
15 ſil.85.num.5.lib.3.† Vbi ait, quod tum eſſet locus
remedio euangelico, quando iam fuiſſet per ſen-
tentiam Iudicis negocium principale deciſum,
quod non contingit in iudicio executiuo per præ-
dicta.

16 Item etiam, quia non videbatur intrare alia ex-
ceptio, qua de iure commum conductor poteſt re-
fricare quæſtionem Dominij: Primò, quia non
ſumus in meris terminis iuris communis, ſed in
terminis ſtatutorum executionem efficaciſſimè
cum clauſulis appellatione, & recurſu remoris, itẽ
non ſeruata iuris, vel ſtatutorum ſolemnitate,
17 † vnde remorari non poſſet, appellatione penden
te, executio cap.paſtoralis, §.preterea de off.deleg.
Maran.de ordin.iudic.par.6.verſ.& quandoq; ap-
18 pellatur, num.336. † ſtatuta enim debent opera-
ri aliquid amplius, quam inſit de iure communi.
Iaſ.in l.huiuſmodi. 86.§.ſi ita, nu.9 de leg.1.Natt.
conſ 154.num.4 Crau.conſ.209.num.13. & con-
19 ſil.259 † & fauorabiliter intelligenda, cum ſunt
iuri communi conformia cap.ſtatutum, verſic.nu-
merandum.de preb.in 6.Magdal.in tract.de num.
20 teſt.in teſtam.par.1.q.19. num.40. † cum vincu-
lum vinculo addant. funiculusq; duplex difficilius
21 rumpatur, Moror.Reſp.80. nu.2. † maximè quia
ſint multiplicata dicta ſtatuta, ad leg.Baliſta, ff.ad
22 ſen.conſ. Trebell. † de iure autem communi hoc
ineſt, vt liceat conductorem expellere non ſoluen
tem penſionem, Burſat.conſ.23.in fin.vol.1.Car-
roc.de loc. & conduct. par.2.c.102.num.22.

23 † Et vlterius, quia conſtatet, quod non condu-
ctor ipſe eſſet in poſſeſſione, quo caſu prætendeba
tur refricari poſſe quæſtionem ad Plot.in l.ſi quan-
do, §.4.num.84. C.vnde vi.cum ſimil.ſed locator,
24 † cum ipſe ab alijs, quam à conductore prædia, de
quibus in actis emiſſet, quos per inſtrumenta ipſa
conſtabar, & emiſſe, & poſſediſſe per multos an-
tea annos, in quorum ius ſucceſſiſſe actorem, collĩ
gebamus l.qui in alterius, ff de reg.iuris.cum clau
25 ſula conſtituti. † per quam tranſlata poſſeſſio fue-
rat, Doct.in l.quod meo, ff.de acquir.poſſ. Tiraq.
de conſtit.poſſ.num.2.& 3.Menoch.de recuper.re
26 med.1.num.403. Grat.conſ.18.num.6.lib.1. † &
acquiſitio fuit confeſſa, & enunciata in inſtrumen
tis factis inter Martinum, & flaminium præfatos,
& ſic probata, l.publia, §.Titius, ff.depoſ Maſcar.
de probat. concl.360. per tot. & facto ipſo confir-
mata, dum præcedentium contractuum virtute fa
27 cta eidem relocatio appareret ab eodem, † facta
enim magis quam verba loquuntur l. de pupillo.
§ meminiſſe, ff.de oper.nou.nunc. Vant.de nullit.
tit. quib.mod.ſent. null.def.poſſ.num.103. Theſ.
28 deciſ.121. num.3. † poſſider autem locatori condu
ctor l. ſi quis conductionis, C. locat. cum ibi not.
l.vniuerſas, § fin.& l.ſeq.ff.de acq poſſ.

29 † Non refragantibus pactis inſtrumẽtis locatio-
num adiectis, cum non viſa fuerint tendere ad tol-
lendos, vel transformandos veteres cõtractus, ſed
eis firmis ſtantibus ad reformandos tantum, quia
fuerunt accidentia tantum mutata, ſeu qualitates
antecedentium contractuum, non ſubſtantia ipſa,
dum fuit conuentum, vt quod alias erat, vel quan-
docunque, vel ad longiſſima tempora, redimibile
eſſet intra nouem annos, vt in primo inſtrumento,
ſeu intra ſex, vt in poſteriore precio refuſo, l.vlt.
C.de nouat.l.iuriſgẽtium, §.quinimò cum §.ſeqq.
& ibi

Digitized by Google

30 & ibi DD. ff. de pact. † maximè cum poſſint ſi-
mul ſtare, quo caſu d.l vlt. indubitanter procedit,
Surd,eum citat. in conſ.345,nu.33, & ſeqq. lib.3.
31 † & in ſpecie facultatis redimendi precio reſtitu-
to, Menoch.conſ.562.à nu.1.ad 4. incluſiuè lib.6.
32 vbi in fortior.term. † Adiecta præſertim declara-
tione, quod fieret citra præiudicium antecedentiũ emptionum ad Menoch.de retinen. remed. 3.
33 ſub num.273. Alex.Stiat. in ſua prax. cap.t a.nu-
mero 4. † eum verbis ampliſſimis quomodolibet,
quomodocunque, & qualitercunque, per ea quæ
trad. DD.de huiuſmodi vocibus vniuerſalibus,&
geminatis, quæ fortius operantur, & magis enixã
voluntatem oſtendunt,Surd.conſ.315.ſub nu.26.
Crau.conſ.294. num,1.& ſeqq.cum alijs in ma-
teria not.per me de interpret.inueſtit. cap.1. grad.
34 vlt.num.194. & pluribus ſeqq. † Vnde euidenter
appareret, non eam mentem contrahentium fuiſ-
ſe, vt à toto, ſed vt à parte tantum contractus rece
deretur, ad l.ſi vnus, §.quod ſi non vt tolleret totũ
contractũ.ff.de pact. ita quod ſimus in claris l.con-
tinuus, §. cum ita, ff. de verb.obligat.& ad Surd.
35 conſ.202.ſub num.27.& ſeqq. † licere autem re-
dimere intra vnum, aut aliud tempus diuerſum,
non eſt tangere ſubſtantiam ad Surd. conſil.243.
num.29.& ſeqq. præſertim ſub nu.36.& ibidem,
per totum de pactis contra ſubſtantiam, vel natu-
ram, vel accidentia, & Valaſ.de renou. emphit.
q.4. per tot.

Quibus ita ſe habentibus, *viſum eſt* confirma-
36 te ſententiam, ſeu præceptum, † quod etiam nul-
liter datum, confirmari tamen debuiſſet, Lepid.de
ciſ.Luc.74.in fin. Vant.de nullit.tit.fin. num,130,
Crau.conſ.46.num.7. tantò magis, ſi validè, vt in
caſu præſenti.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

Probato, quod habitaueris meam domum, debita eſt pen
ſio, num.1.
Maximè, quando domus eſt ſolita locari, num.2.
Conſtito de ſubſtantia crediti, poteſt deferri iuramentum
ſuper quantitate, num.3.
Iuramentum poteſt limitari, ne excedatur tanta ſumma,
num. 4.
Paria ſunt liquidum eſſe, vel incontinenti liquidandum
ad compenſationem admittendam, num.5.
Circuitus ſunt euitandi, num.6. Præſertim in ſupremis
tribunalibus, num.7.
Statutum prohibens probari per teſtes contra inſtrumen
tum publicum, in quibus procedat, num.8.& ſeqq.
Qui non oppoſuit, non fecit quicquid potuit, non appella-
uit, ſibi præiudicauit, num.9.
Appellatione inſtrumenti non venit ſcripta priuata,
num.10.
Etiam ſi ſit æquiparata inſtrumento publico, nu.11.13.
In pœnalibus ſtatutum de vno diſponens procedit etiam
in alio, num.12.
Argumentum ab æquiparatis non procedit in materia
correctoria, num.13.
De iure inſtrumenta non habent executionem paratam,
num.14.
Mutua victoria eſt legitima cauſa excuſandi ab expen
ſis, num.15.
Vbi obtinetur ex iuramento ſuppletiuo non ſit condem-
natio in expenſis; Fallit, ſi non ex neceſſitate delatum
fuit, num.16.

DECISIO XLIX.

Diximus, reformando ſententiam D.Iudicis,
à quo, compenſandum debitum Dominici
liquidum cum debito Cherubini penſionis domus
propriæ, locatæ ipſi Dominico pro rata medio iu-
ramento ipſius Cherubini, circa quantitatem pen
ſionis prætenſæ dummodo non iuret vltra decem
ſcutos,

Mori, quia probatum eſt ſufficienter, ſcilicet
per teſtes tres l,vbi numerus, ff. de teſtibus, quod
1 d.Dominicus habitauit domũ d.Cherubini, † vn-
de reſultaret obligatio ad aliquam penſionem ex
æquitate l.ſi me, & Titiũ,ff.de rebus cred. Io.An-
dreas ad ſpec.tit. de loc. verſ.poſtquam, ſub nu.8.
liter.D. Nat. conſ. 53.ſub nu.1. Crem.ſing. 161.
Manric.de tacit.& ambig.lib.1.tit.2,num.6. Rim.
iun.conſ.776.n.fin.lib.7. Maluaſ.conſ.66.num.5.
2 lib.1. † maximè quia domus eſſet ſolita locari, Ad
Alexand,iuncta ibi addit.vlt.conſ.44.lib.3.& con-
ſil.109.lib.6.Bart.& Iaſ.& alij in l.in ſumma, ff.de
cond. indeb. vltra alios mox cit.

3 Vnde, conſtito de ſubſtantia crediti ipſius Che-
rubini, potuerit ſuper eius quantitate probanda iu
ramentum deferri, Seraph.de priuil.iuram.priuil.
31.num.30. Maſcard.de probat.concl.957.nu.13.
add.ad Mago.deciſ.Lucan.20. lit.B, Vide dec.Bo-
non.22.nu,12. dummodo non excedat ſummam
4 taxatam, † ne enim in infinitum abiret iuramen-
tum, ideo limitare potuimus Cæpol.caut.210. ſub
num.1. Marſ. ſing 322.

5 † Et intrauit declaratio compenſationis fiendæ,
quia paria ſunt, vel liquidum eſſe, vel incontinen-
ti liquidandum, ad compenſationem admittendã,
Caſtr.conſ.116.ſub num,2. verſic.breuiter his nõ
6 obſtantibus,& n.3.& 4.lib.1. † maximè ad circui-
tus euitandos, l.dominus teſtamento. ff.de condit.
7 indeb. † præſertim in ſupremo hoc noſtro tribu-
nali, ad Odd. conſ.40. num.51. vbi hoc ſeruari in
Rota Florentina, quod, & in hac quoque ſerua-
tum, & per præſentes, & per alios non ſemel fuit.

8 Nec fecit nobis impedimentum ſtatutum, c.119
lib.1. Vbi contra inſtrumenta prohibetur proba-
tio per teſtes, quia ſumus in probatis non in pro-
bandis iuxta deciſ.noſtram Bonon.1. num.58. &
Luc.48. num,1. & ſeqq.

9 Vnde ſibi imputet pars, quatenus permiſit ad
vlteriora procedi, nec proteſtatus eſt, nec fecit quic
quid potuit, nec appellauit, ſibi enim præiudicauit
Surd. conſ.317. num.58.conſ.8.nu.24. Menoch.
de recuper.poſſ.remed,1.num.168.

10 † Item dicebatur, quod dictum ſtatutum loqui
tur in publicis inſtrumentis, nos ſumus in ſcriptu-
ra pri-

Digitized by Google

ex priuata; quæ appellatione instrumenti propriè non venit, nec in ſtatuto de inſtrumentis publicis mentionem faciente, vt ſupra in deci. noſtra. Luc. 19. per tot.

11 Nec obſtat quod ſcriptura priuata fuerit æquiparata inſtrumento publico ex decreto excellentiſs.
12 Conſil. de quo in illa deciſ. noſtra 19. † & etiam in pœnalibus ſtatutum de vno diſponens procedit in alio Surd. conſ. 33. nu. 28. poſt Doct. in l. 1. de leg. 1.
13 † quia argumentum ab æquiparatis non procedit in materia correctoria iuris cõmunis, latè Rolan.
14 conſ. 27. nu. 14. 15. 16. 17. vol. 1. † de iure autem inſtrumenta non habent executionem paratam, Alex. conſ. 115. ſub num. 5. lib. 7. Nos prima ratione magis moti fuimus.
15 Abſoluimus autem partes ab expenſis ob mutuam victoriam Aſin. in prax iudic. §. 32. capit. 5.
16 num. 3. cum concord. † &, vbi obtinetur ex iuramento ſuppletiuo, non fit condemnatio in expenſis, niſi quando delatum eſſet iuramentum ad abũdantem cautelam, hic verò ex neceſſitate delatum fuit Neuiz. conſ. 94. num. 7. 10.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Ex noviter deductis, poteſt prima ſententia reformari, num. 1.
Etiam in cauſa ſupplicationis, num. 2.
Quatuor ſunt requiſita neceſſaria, vt ſit locus auth. Præterea, C. vnd. vir & vxor, num. 3.
Quorum vno deficiente non eſt auth. locus, num. 4.
Paupertas, quibus modis probetur, num. 5.
Pauper dicitur, qui non habet in bonis, num. 6.
Pater non habet niſi vſumfructum in bonis aduentitijs filij, num. 7.
Diuitiæ ſunt probandæ ab aſſerente, num. 8.
Supplementum legitimæ non eſt debitum, niſi petatur, num. 9.
Supplementum non poteſt peti, niſi à filijs, vel eorum hæredibus, num. 10.
Filij non curant petere ſupplementum, quando aliundè melius eſt eis conſultum, num. 11.
Vnuſquiſque præſumitur velle actum facere, prout eſt ſibi vtilior, num. 12.
Declaratio animum acceptantis hæreditatem demonſtrat, num. 13.
Et minuit acceptationem relicti, num. 14.
Et excludit acceptationem ſupplementi, num. 15.
Teſtibus contra inducentem, ſtandum eſt, num. 16.
Dictum teſtium ſimpliciter de poſſeſſione ceſſat, vbi conſtat de origine, num. 17.
Dictum teſtis non poteſt operari amplius, quam propria confeſſio, num. 18.
Confeſſio non nocet, edocto rem aliter ſe habere, nu. 19.
Confeſſio veritati repugnans, non attenditur, num. 20.
Contra confeſſionem fuit iudicatum, quando aliunde conſtat de veritate, num. 21.
Sic, & de teſtibus dicendum eſt, num. 22.
Confeſſioni, aut dictis teſtium de paupertate, non ſtatur contrarijs veritati, num. 23.
Non obſtante confeſſione, bona eſſe feudalia, fuit iudicatum eſſe allodialia, quia verè eſſe allodialia conſtabat ſub eod.
Veritas omnibus præualet, & ſequenda, non obſtante qualibet confeſſione etiam ſcienter in contrarium facta, num. 24.
Teſtes à contrarietate ſaluantur, num. 25. & ſeqq.
Quilibet iure proprio poſſidere præſumitur, num. 26.
Quando dicta teſtium poſſunt ſimul ſtare, & eſſe vera, non eſt contrarietas, num. 27.
Qui de reliquo parum habet, & vlterius alienum conſumpſit, vnde ſit debitor, ideo pauperior euadit, num. 28.
Exiguum fit, quod in plures particulas diuiditur, numero 29.
Potiſſima cauſa auth. præterea, diuitiæ, num. 30.
Per expilationem hæreditatis, coniux fit indignus beneficio d. auth. præterea, num. 31.
Mulier, quæ habet, aut habere poteſt dotem, non habet beneficium d. auth. præterea, & ſufficit potentia, num. 32.
Mulier cum dote quam habet poteſt nubere, num. 33.
Legatum factum valet ad excludendum à d. auth. Præterea, num. 34.
Declara, vt num. 35. 36. 37. & ſeqq.
Diſtinguitur paupertas ab extrema miſeria, ſub eodem num. 36.
Licet arguere à præterito ad futurum, num. 37.
Iudex arbitrari poteſt, an dos, aut relictum ſufficiant pro excludendo à d. auth. num. 38.
Et poteſt arbitrari pariè iuxta vtilitatem perſonæ, cum alijs ſimul iunctis, num. 39.
Auth. finis eſt conferre beneficium coniugi extrema inopia laboranti, num. 40.
Diſtinguitur nobilis à vili ſub eod.
Senectus non reddit immunem ab onere, quin operari poſſit, num. 41.
Multi ſunt Seniores, ſed cruda viris, viuidisq; Senectus, num. 42.
Beneficium d. auth. non confertur, niſi non habenti aliunde, abſque eo quod mendicare cogatur, num. 43.
Declaratur, vtilitatem ſufficere ad excludendum à dicta Auth. ex magis communi, num. 44.
Vbi cum vtilitati concurrunt alia, res eſt citra difficultatem, quod excludatur à d. Auth. num. 45.
Dicta Auth. præterea continet remedium ſubſidiarium rigoroſum, ſtrictè interpretandum, num. 46.
Cauſa conuentorum, ſeu reorum contra d. Auth. dicitur benignior, & fauorabilior, num. 47.
Aliud eſt de executione, aliud de meritis cognoſcere, num. 48.
Iudices ſemper ſunt competentes, donec fuerit validè pronunciatum, num. 49.
Qui ſuccubuit ex nouiter deductis cum in prima obtinuiſſet, eſt abſoluendus ab expenſis, num. 50.
Abſolutio ab expenſis fit ob dubietatem articuli, numero 51.
Qui ſuccubuit ex nouiter deductis condemnatur in expenſis, ſi fuit mendax, num. 52.

DECI-

DECISIO L.

IN cauſa appellationis Cęſaris Gabrielis,& alio
rum de Barzola de Controno,cum Catherina
Baptiſtæ de S. Philippo, fuit dubitatum, ao bene
iudicatum fuiſſet per D. Iudicem à quo, quatenus
adiudicauit dictæ Catherinæ quartam, ex auth.
præterea, C.vnd.vir, & vxor. in bonis mariti prę-
defuncti; Vbi Rota reſoluit benè fuiſſe iudicatum,
ſed ex oouiter deductis eſſe ſententiam reforman-
dam.prout reformauit,abſoluendo dictos de Bar-
zola à petitis, & ambas partes ab expenſis.

Potiſſimum enim fundameotum, quod vrgere
videbatur in prima inſtantia, ceſſauit io ſecunda:
1 † Vnde iorratet reformatio ex nouis deductioni-
bus.l.per hanc,C.de tempor.appell.l.eos,C.de ap-
pell.Oſaſe. deciſ.14. Theſ.deciſ.255. Menoch.de
2 arbitr.Iud.quæſt.71.num.9.& 10. † Vbi idem di-
cit in cauſa ſupplicationis, quod in cauſa appel-
lationis.

Nam in hac noſtra inſtantia fuit probatũ,q.Ga-
brielem maritum d.Catherinæ deceſſiſſe pauperẽ,
3 † eum quatuor requiſita ſiot neceſſaria, vt ſit lo-
cus d.Auth. quod matrimonium inter eos extite-
rit,quod ſine dote,quod ſuperſtes extrema inopia
laboret,&quod locuples obierit alter,vt latè Barz.
deciſ.Bon.126.num.4. Hond.conſ.93.nu.18.lib.1.
† † quorum vnum, ſi deficiat non eſt auth. locus,vt
ait Honded.eodem nu.18. ex Simon.de pręt.con-
ſil.9.oum.2. lib.1.

Producti enim fuerunt teſtes deponentes,quod
boná ferè omnia, relicta per d.Gabrielem,ante eũ
poſſidebantur à q.Bartholomeo eius patre, & erãt
ipſius Bartholomæi, qui teſtamento ſuo relictis rã
tum centum eidem Gabrieli pro ſua legitima, ſu-
pradictos reoa conuentos ſuos ex d.Gabriele nepo
tes hæredes vniuerſales inſtituit, & vlterius,quod
idem Gabriel ex eiſdem bonis non ſuis, alienauit
pro ſcutis 700. & vlterius procedendo dixerunt,
ſe non eredere,quod alia bona præter prædicta di-
5 ctus Gabriel inter ſua bona reliquerit; † quare di-
cebatur paupertatem, ex his eſſe cumulatè proba-
tam, per ea quæ dicit Maſcard. de probat.concluſ.
6 1154. in verb. paupertas num.15. & ſeqq. † Vbi
pauperem dici,qui oon habet in bonis Menoch.de
7 arbitr. Iud.caſ.65. per tot. † Cum d.Gabriel atten-
ta dicta inſtitutione facta de ſuis filijs, non habe-
ret, niſi vſumfructum in dictis bonis l.cum opor-
tet.C.de bon.quæ liber. & cum hoc pendeat ab ar
bitrio Iudicis, vt per pręcit. oullus alter iudicatu-
rus eſſet in hoc caſu ſtantibus prædictis.

8 Accedebat, quod diuitiæ erant probandę ab aſ-
ſerente actrice, vt per Maſcard. de probat. concl.
525. per tot. in verſ.diuitiæ Rimin. in conſil.3. ad
auth.præterea num.fin. C.vnde vir. & vxor.

Quibus non viſum eſt, obſtare. Primò, quod
dicebatur, potuiſſe dictum Gabrielem conſequi
ſupplementum legitimæ in bonis paternis, cum di
cta 100. non ſufficerent; nam reſponſum fuit,non
per hoc diuitẽ euadere potuiſſe talem qualẽ obli-
9 gat.d auth.præterea.† Item,reſponſum fuit quod
dictum ſupplementum non eſt debitum, niſi peta
tur,iuxta gloſ.in l.ſcimus C de iur.deliber.Rip.in
l.1.num.7.de pignor. Menoch.conſ.77.ou.23. &
10 ſeqq. lib.1. Petr.de Feder.q.15.num.31. † quod
nec petitum fuit à dicto Gabriele, nec peti ab alijs
poteſt,quam ab hæredibus ſuis Gayl.obſ.120.nu-
11 mero 17 lib.2. qui ſunt dicti conuenti, † qui non
curant petere,cum aliũde ſit eis melius prouiſum
ad l.1.ff.ſolut.matrim.l.3.& ibi Bart.ff.de milit.te-
12 ſtam. Maſcard.de probat.concl.45.nu.31. † Vbi,
quod vnuſquiſque præſumitur actum velle facere
eo modo,qui ſibi vtilior eſt,prout io actis declara-
runt, ſe tenere dicta bona iure inſtitutionis prædi-
13 ctæ, † & huiuſmodi declaratio animum acceptã-
tis demonſtrat l.Paulus reſpondit ff. rem rat.hab.
14 † & inouit acceptationem relicti l.auia, C.de iur.
15 deliber.latè Crau.conſ.261.num.3. † ad excluſio-
nem ſupplementi legitimæ, Menoch. d.conſ.77.
num.24. & 25.lib.1.

Item dictum fuit,non obſtare teſtes à dictis cõ-
uentis examinatos in prima inſtantia, dum dixe-
runt dictum Gabrielem fuiſſe diuitem, & ditiſſi-
mum, vel cum bonis valoris ſcut. 3000. & am-
16 plius deceſſiſſe, † quibus omoino ſtandum eſſet
contra ipſos producentes,ex Surd. deciſ.284.n.18.
& 19 deciſ.288.n.49. Crau.conſ.100.nu.13.con-
ſil.931.num.12. Menoch.conſ.60.nu.18. Morot.
reſp.16.n.4.reſp 35.num.11.& 12.Reſp.29.n.19.
Salye.in l.ſi quis teſtibus,num.6.& idem met text.
C.de teſtib.iunctis etiam teſtibus actricis,quia ſu-
per diuitijs depoſuerunt habita ratione ad poſſeſ-
ſionem bonorum ipſius Gabrielis, vt patet ex cau-
ſa ſcientiæ, quod dictum hodie ceſſat, ex quo per
teſtes examinatos poſtea, & in ſecunda inſtantia
conſtat, vnde veniunt bona, & ea quidem non eſſe
17 ſua,niſi,quoad vſumfructum, † quare ceſſant pro
bationes deductæ ex mera illa bonorum poſſeſſio-
ne vbi conſtat de origine,& per euidentiam de ve
ritate Pariſ. conſ.99. num.55. & ſeqq.lib.3. Natt.
conſ.358.nu.8.verſ.non obſtat,quod ex poſſeſſio-
18 ne, & num.15. verſic.nunc autem, † facit etiam,
quod horum teſtium dictum nil amplius operari
poſſet,quam confeſſio ipſa operaretur per Morot.
19 Reſp.16.num.4 † atqui confeſſio non nocet,edo
cto rem aliter ſe habere, Crau.conſ.157.n.8. Bart.
in l.4.ff.de iur. & fact.ignor.in l.12.§.qui iuſto. ff.
de interrog.act.Ioſeph.Ludou.deciſ.Luc.26.n.28.
20 29. † nec confeſſio veritati repugnans attenditur,
Surd.conſ.315.num.64.conſ.403.nu.76. & ſeqq.
21 reſpondendo ad nu.14. & 15. † & contra confeſ-
ſionem fuiſſe iudicatum,quando ex alijs de verita-
te conſtabat, dicit idem Surd.conſ.311.ſub n.73.
22 † ergo nec illi teſtes: † ſic Loſred.in conſ.28.n.11.
23 in fin.& num.12. dixit,quod non ſolum dictis te-
ſtium,quibus natura, vel res ipſa repugnat,ſed nec
ipſi confeſſioni paupertatis ſtatur: & Boſſ.in tit.de
Principe,num.253. ad fine dicit non obſtante con
feſſione partis, bona eſſe feudalia, fuiſſe iudicatum
bona allodialia, quia re vera conſtabat à priuatis
24 deriuaſſe, † Veritas enim omnibus præualet, &
omnia

omnia vincit, & eſt ſequenda non obſtante quali-
bet confeſſione, etiam ſcienter in contrarium fa-
cta, Lud deciſ. Luc. 44. nu. 49 & ſeqq. & in term.
teſtis Morot. Reſp. 29. num. 33. & 34.

25 † Nec per hoc arguitur aliqua contrarietas inter
dictos teſtes, quia primi de mera poſſeſſione depo-
ſuerunt, & cum veritate, quia verè Gabriel erat in
poſſeſſione, vnde potuerunt de dominio veriſimi-
26 liter cogitare, & ſic diuitem eum iudicare, † quia
quilibet iure proprio poſſidere præſumitur, glo. in
l. ſicut §. ſed ſi quæratur: in ver. poſſeſſoris in fin.
& in ver. declarari. in fin. ff. ſi ſeru. vindic. Maſc.
de probat. concl. 54. nu. 8. & ſeqq. ferè per tot. &
concl. 1203. per tot.

Poſteriores verò ſuper alio interrogati, an ſcili-
cet eadem bona poſſiderentur à quond. Bartholo-
meo patre Gabrielis, reſponderunt, quod ſic, & ſu-
per hoc depoſuerunt, quod cum ſit à primis articu-
lis diuerſum, nulla adeſt contrarietas, quia ex diuer
ſis non infertur, l. Papinianus exuli, ff. de minor. &
quia hæc omnia; quoad poſſeſſionē poſſunt ſimul
ſtare, & eſſe vera, quod, & Bartholomæus, & Ga-
27 briel poſſederint, † quo caſu teſtes non ſunt con-
trarij, Bald. de teſtib par. 3. num. 2. Curt. de teſti-
bus, num. 83.

28. † His ſublatis, augebat hanc paupertatis cau-
ſam in dicto Gabriele, quod conſumpſit ſc. 700.
exactos ex alienatione eorundem bonorum, vnde
vt debitor factus fuit hæredibus, ita, & ipſe paupe
rior redditus ad §. ſed & quia, & §. ſeq. Inſtit. de fi-
deicom. hæred. & ad l. ſcimus, §. in computatione
cum not. C. de iur. deliber.

Item eandem paupertatem grauare videbatur
numerus decem nepotum conuentorū, inter quos
29 diuidenda venit hæreditas præfata; † exiguum
enim fit, quod in multas particulas ſcinditur, vt in
term. conſideratur à DD. teſte Natt. conſ. 605. nu
mero 12. Panorm. conſ. 5. num. vlt. verſic. vltimo
conſiderandum inter conſ. diuerſ. ad d. Auth. præ-
terea, Barz. in deciſ. 131. ſub num. 4.

Hęc ſatis, ſuperque ſufficiebant, ad excluden-
30 dum beneficium auth. præterea intentatum, † cu
ius potiſſima cauſa fuerunt diuitiæ coniugis, & ſi-
ne quibus etiam non poteſt eſſe locus, vt Barz. & On-
ded. ab initio citat. num. 3. & ſeqq. dixerunt, & ad-
do Sim. de Pret. conſ. 9. nu. 2. lib. 1. Hyppolit. Rim.
conſ. 3. num. 7. in vol. conſ. ad d. Auth. præterea,
Amat. deciſ. March. 72. ſub num. 1.

31 † Acceſſit tamen, quod probatum fuit per teſtes
num 12. dictam Catherinam expilaſſe hæreditatē
d. Gabrielis, vnde quatenus intraſſet beneficium,
& ſe fecisset indignam, vt in term. Socc. conſ. 121.
n. 35. & 52. lib. 4. Surd. deciſ. 61. num. 16.

32 † Item, quod habebat, aut habere poterat dotē
datam ſcut. 60. Primo marito, cum dictus Gabriel
eſſet ſecundus ad l. qui actionem. ff. de reg. iur. cū
text. d. auth. non actum, ſed potentiam deſideret,
ibi. Nihil habere valentes, & ita dicunt Doct. vt
Barz. deciſ. conſ. 130. ſub n. 56. ſub verſ. non obſtat
ſecundum, col. 2. ſub princ. colum. & in med. On-
ded. conſ. 89. num. 22. & 23. vbi relata Rot. Bonon.
in dicta deciſ. 130. veriſſimum putat hoc dictum
33 lib. 2. † cū qua dote poteſt nubere, quo caſu d. au-
th. dicitur ceſſare, vt poſt Alex. dixit, Pic. in d. Au-
th. num. 1. Gabr. conſ. 142. num. 19. & 20. lib. 1.

34 † Item, & quod doti adiunctum eſſet legatum
ſcutorum 25. ſibi à Gabriele marito factum, quod
pariter venit conſiderandum. Natt. d. conſil. 648.
num. 12. & 15. Rim. Sen. conſil. 114. num. 12. 13.
lib. 1. Cephal. conſ. 244. lib. 2. Menoch. conſ. 2. ſub
num. 5. & 6. & ad d. auth. præterea. Rot. deciſ. 202.
ſub nu. 15. par. 2. in nouiſs. Colleg. Patau. conſ. 1.
ſub num. 24 & ſub num. 42.

35 † Et licet non ignorarent Domini difficultatem
ſuper vtroque, & primo ſuper dote, quatenus con
tendunt, dotem paruam non haberi in conſidera-
tione, vt per Surd. deciſ. 61. per tot. conſ. 112. nu. 84.
Amat. deciſ. 72. & de legato Cæphal. & alij ſupra
cit. & de vtroque de legato, & de dote ſimul Barz.
deciſ. 139. num. 20.

36 † Tamen vltrà reſponſiones, quæ accommoda
ri poterunt, puta ex Rot. d. deciſ. 202. ſub n. 15. vbi
libræ 300. habitæ fuerunt pro congrua dote, & hic
longè maior ſumma adeſſet, & ad alia, quæ latè
per Honded. conſ. 93. lib. 1. & alios diſtinguentes
paupertatem ab extrema inopia, vt ibi per eum, &
ad Surd. d. deciſ. 61. num. 10 & ſeqq. fuit etiam con
ſideratū, quod dicta mulier eſſet perſona vilis, ru-
ſtica, ſolita reuendere, & reuendendo ſibi victum
quærere, in quibus exercitijs etiam nunc viuit, vt
probatum eſt, & quod maritus ipſe viuens vitam
ruſticalem ageret, laborando, & alia faciendo, ut fa
ciunt agricolæ, & ruſtici, *Che, (vt inquiunt teſtes)*
per guadagnare faceua il fornaio, & il calzolaio, &
che i figli di Gabriello ſono ſtati per ſeruitori con al-
tri, che non ſarebbe vergogna à Gabriello, ſe Caterina
ſua moglie faceſſe la venduglìola, che mangiauano
Caſtagnecci, pane di miſtura, & di panico, che Ga-
briello faceua tutti gl'eſſercitij, che ſogliono fare i con-
tadini, e portaua legna ſopra la ſua perſona, & che ſe
Caterina faceſſe della ſeta, e cuciſſi, con quello la po-
trebbe viuere ſenza andare mendicando, & che viue
con l'arte ſua, & alia id genus ſimilia, & quod ipſa
hactenus propter induſtriam, verè non mendica-
37 uit, nec mendicat, † unde arguendo à præterito
ad futurum, iuxta Barz. d. deciſ. 179. ſub nu. 22. 23.
Viſum eſſet, hanc mulierem in eo ſtatu eſſe, unde
ex dictis dote, & legato, ſeu eorum redditibus, iun
ctis etiam operis ſolitis, poſſet multò magis inopiā
38 extremam ex ſeſe excutere, † & ita poſſe bene ar-
bitrari, ut hæc coniunxit in ſpecie etiam per arbi-
trium Barz. d. deciſ. 179 ſub num. 23. verſ. quod ſi
in hiſce, & num. 24. 25. 26. 27. & deciſ. 131. num. 2.
39 † Vbi arbitrando parcè, vt hic conueniret vbi mu
lier caſtagnetijs viuebat, Hond. in muliere ruſtica,
& vili conſ. 93. ſub n. 29. verſ. eum igitur, & n. 30.
40 31. verſ. præterea, & num. ſeqq. lib. 1. † quia auth.
finis eſt conferre beneficium coniugi extrema ino
pia laboranti, quæ ceſſat dictis caſibus, Barz. d. de-
ciſ. 178. ſub num. 63. verſ. ijs accedat, & deciſ. 179.
num. 14. Surd. deciſ. 61. ſub nu. 15. verſ. ſed & quod
Hond. d. conſ. 93. num. 34. lib. 1. vbi nu. ſeq. diſtin-
guit

guit de muliere nobili, ab alia vili, cui nō eſſet de-
decus laborare, &c. Vt ibi latius. Non faciente ſe-
41 nectute d. Caterinæ, † quia ſenectus non reddit
immunem ab onere, quin operari quiſque debeat,
vt iuuat, l. ſi non ſortem. §. ſi libertus. ff. de condit.
42 indeb. & ibi Iaſ. num. 12. † multi enim ſunt ſenio-
res, ſed cruda viris, viuidiſq; ſenectus, vt in term.
Pancirol. in d. conſ. 5. num. 41. & 42. in vol. conſ. ad
43 d. Auth. præterea: dictum verò beneficium non
conferri, niſi non habenti aliunde, abſque eo quod
mendicare cogatur, receptiſſima eſt opinio, vt pa-
tet ex Barz. & Onded. mox. cit. in d. conſ. 53. nu-
mero 24. & 25. & conſ. 79. num. 21. lib. 2. de com-
muni etiam teſtatur, & receptiſſima Colleg. Bo-
non. in conſ. impreſſ. ſuper d. auth. præterea, nu. 23.
44 verſ. 4. fortificantur, Rot. Flo. n. 3. Panc. n. 11. † & li
cet aliqua ſit difficultas in diſtinctione nobilis, à vi
li, quod vilitas perſonæ non ſufficiat ad excluden-
dū à dicta quarta, iux. Amat. d. deciſ. 72. Petr. Sylu.
deciſ. 4. Lituan. num. 272. tamen vltra reſponſio-
nem, quæ afferri poſſet, dicebatur in contrarium
eſſe magis communem, vt per Doctor. in d. auth.
præterea: præcipuè Corn. nu. 26. Fab. de Pep. n. 83.
& ſeqq. vbi teſtatur, ita Senis fuiſſe iudicatū, Purp.
conſ. 330. num. 4. & ſeqq. vbi etiam teſtatur, pro
hac parte fuiſſe iudicatum Gabr. conſ. 142. nu. 24.
& ſeqq. lib. 1. & nouiſſimè Onded. d. conſ. 93. nu-
mero 34. & ſeqq. lib. 1. vbi reſpondet contrarium
tenentibus, & idem facit Menoch. conſ. 321. n. 27.
45 & ſeqq. lib. 4. † dicebatur, hic ceſſare omnem diffi
cultatem, vbi cum vilitate adeſt dos, adeſt, & lega
tum, & demum eſt caſus, in quo induſtria licitè
poteſt adminicolari, quorum in concurſu facilius
conquieſcunt Doct. vt patet ex præcit.

Hæc addita ad motiuum principale, quod defi-
ceret diuitiarum qualitas, quo caſu res iſta citrà
omnem dubitationis aleam fuit conſtituta, calcar
46 addere nobis potuerūt, quare, & eo ſuccto, † quod
dicta auth. præterea continet ſubſidiarium iuris rē
medium, rigoroſum, ſtrictum, exorbitans, & ſtri-
ctiſſimè interpretandum, vt ait Soc. conſ. 121. li. 4.
Rol. conſ. 14. circa princ. lib. 3. Bero. conſ. 130. nu. 8.
lib. 3. & in conſ. 4. nu. 50. in vol. ad auth. præterea.
Natt. conſ. 648. nu. pen. & vlt. ideo iuſtificatiſſimæ
ſubire poſſe ſententiam hanc noſtram, vndequaq;
47 exiſtimauimus, † & quia etiā, & cauſa benignior,
& fauorabilior eſſet tanquam reorum, & tanquā
poſſeſſorum, & tanquam numero plurium, & tan-
quam reducens ad ius commune, vt concludit, &
his etiam conſideratis, ita iudicatum refert in for-
tioribus Barz. in d. deciſ. 131. num. 3. & ſeqq.

Et hæc, quicquid Rotam non eſſe Iudicē com-
petentem oppoſitum fuiſſet, ex cap. Rot. 47. & 48.
quia hæc cap. non faciunt ad rem, quia loquuntur
48 in terminis executionis, † & aliud eſt de executio-
ne, aliud de meritis cauſæ cognoſcere, ſecundum
not. in l. à diuo pio, §. ſi ſuper rebus, ff de re iudic.
in cap. de cætero extra eod. tit. & dicebatur, aliàs
fuiſſe obſeruatum quod nona ſententia totius Ro-
tæ in caſu iſto requireretur, de quo ſtylo informari
in camera potuimus iuxta tradita in deciſ. var. 46.
49 num. 47. † & Iudices ſemper ſunt competentes,
donec fuerit ſententia validè lata, Vant. de nullit.
ex defect. iuriſd. ord. ſub nu. 114. ſub verſ. quæ ta-
men fallunt Maran. de ord. Iud. par. 4. verſ. an Iud.
ſit ordin. vel deleg. num. 51.

50 Abſoluimos autem ambas partes ab expenſis,
quia mulier nunc ſuccumbens habuit primā ſen-
tentiam pro ſe, & non ſuccubuit ex eiſdem, ſed ex
nouiter deductis, iuxta DD. in l. properandum, §.
ſin autem alterutra, C. de Iudic. vbi Iaſ. n. 24. Aſin.
in prax. Iudic. §. 32. cap. 2. ampl. 6. n. 1. & 4. Miſing.
51 cent. 2. obſ. 89. † & etiam ob dubios iuris articu-
52 los, ad Boer. conſ. 8. ſub num. fin. † declara tamen,
vt ex nouiter deductis ſuccumbens condemnetur
in expenſis, ſi mendax fuerit, Rot. dec. 730. par. 1.
in nouiſs. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

*Exceptio inuentarij, etiam poſt ſententiam, & in execu-
tione poteſt opponi, num. 1.*

*Iudex ſimpliciter condemnando, vbi oppoſitum erat de
inuentario, dicitur reijcere talem exceptionem, & ſen-
tentia inferret grauamen, ſi tranſiſſet in iudicatum,
ſub eodem, & num. 2.*

Præſumitur pro inuentario, num. 3.

*Præſumitur quod alia non ſint bona, quam deſcripta in
inuentario, niſi contrarium probetur, num. 4.*

*Datur minori reſtitutio aduerſus confectionem inuenta-
rij, malè facti, num. 5.*

*Decretum ſuper viduis, non licere appellare à ſententijs
officij viduarum declaratur, & limitatur, num. 6.*

A Communi Stylo Curiæ non eſt recedendum, num. 7.

D E C I S I O LI.

IN iure ſatis clarè cōſtat, quod Roccus, & Ciuc-
cius de Ferciano, minores fuere notoriè graua
ti ex pronunteia ſp. officij Viduatū, declaratoria exe
cutionis ſententiæ eiuſdē ſpect. officij indiſtinctè,
1 non obſtante exceptione inuentarij oppoſita, † &
quæ potuit etiam poſt ſentētiam, & in executione
opponi, quando ante rem iudicatam, de cuius exe-
cutione agitur, non fuit oppoſita, vel reiecta, vt in
caſu noſtro Bart. in l. Neſennius. 41. §. fin. ff. de re iu
dic. Rol. de inuent. in vlt. p. §. exceptio inuentarij,
n. 3. fol. mihi 216. Menoch. in conſ. mox cit. n. 14. &
Phanut. de inuent. hæred. octaua p. n. 3. & 8. fol. mi
hi 302. Caſtren. conſ. 100. n. 5. vol. 1. vbi ſi inuenta
rium eſt productum, & Iudex ſimpliciter condem
nat, tunc dicitur reijcere exceptiones inuentarij,
vt in caſu noſtro fuit factū contra dictos minores,
2 † & fuiſſet ex eā illatū damnum irreparabile, quia,
ſi tranſirent in rem iudicatā, hæredes amplius au-
diendi non forent, plures cit. per Menoch. in conſ.
942. n. 25. li. 10. & eò minus videbatur exceptio hu
iuſmodi poſthabēda, quia contra inuentariū nihil
3 fuit probatū, † & pro eo præſumitur Alc. de præ-
4 ſumpt. reg. 3. præſ. 20. † & quod alia bona non ex-
tent, niſi aduerſarius probet, alia extare, quamuis
hæreditas ſit locuples, Surd. cōſ. 95. n. 18. & 19. li. 1.
5 † & vbi fuiſſet oppoſitū, dabatur minori reſtitutio

aduerſus confectionem inuentarij malè facti, vt la
tè demonſtrat Magon. Lucenſ.dec.68.per tot. Ideo
ex omni capite cõſtat de exceſſu, & damno irrepa-
6 rabili ex dicta pronuncia, † Vnde decretum 14.ſu
per viduis allegatum, quo dicitur, à ſententijs iudi
cum viduarum non dari recurſum, aut appellatio-
nem, nihil nobis in præſenti caſu obſtaret, quia in
executiuis datur recurſus ab exceſſu, aut damno ir
reparabili, ex alio cap. Rotæ 52. verſ. Verùm ſi in
7 cauſis, & ita ſeruatur, & talis eſt ſtylus. † à quo re-
cedendum non putauimus, per l. minimè, ff. de le-
gib. & ad deciſ. noſtram Luc. 28. n. 23. quapropter
dictum fuit, bene fuiſſe per dictos de Ferciano re-
curſum, & pronunciam d. ſpect. officij de exequẽ-
do ſimpliciter reformantes, eſſe ad vlteriora in exe
cutione procedendum, ſaluo beneficio legis, & in-
uentarij, & iuxta vires hæreditarias, & non vltra,
compenſatis expenſis.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Vtens formula iuxta formam ſtatutorum, & capitulorum, non videtur eſſe in dolo, num. 1.

Nec contrauenire velle ſtatuto, vel capitulis, num. 3.

Limitata cauſa limitatum producit effectum, num. 2.

Proteſtatio in contractu cenſus, quod intendunt facere cenſum ad formam bullæ Pij Quinti ſaluat contractum, num. 4.

Et actus reducitur ad formam iuris, num. 5.

Voluntas diſtinguit maleficia, num. 6.

Præualet voluntas perplexitati, quæ contingit præter mentem, num. 7.

Ignorantia iuris excuſat à dolo, num. 8.

Etiam ſi ſit craſſa, num. 9.

Craſſa ignorantia excluditur in hoc caſu, num. 10.

Reductio peti poteſt non obſtantibus renunciatione, iuramento, & alijs cautelis, num. 11.

Nec poteſt quacunque cautela impediri, num. 12.

Niſi renuncietur liti in cauſa certæ læſionis, num. 13.

Deliquiſſe non videtur, qui ſtatim ſe retractat, n. 14.

Si ſtatutum dicat, ſi quis petierit executionem puniatur, intelligitur, ſi petierit, & ad finem perduxerit, n. 15.

Non eſt locus pœnę, maximè quando ius partis deterius factum non fuit, num. 16.

Vbi non dum ius partis deterius factum fuit, datur prorogatio moræ, & eſt locus pœnitentię, etiam in caſu l. ſi quis maior, num. 17.

Quæ eſt in fortioribus term. quam caſus noſter, n. 18.

In vtraque inſtantia ſuccumbens, debet in expenſis condemnari, num. 19.

D E C I S I O LII.

EX compromiſſo primo loco, & etiam ex cap. Rotæ 58. prohibetur à Laudo arbitrorũ omnis reductio, recurſus, &c. ſub pœnis, de quibus ibi. Quibus tamen non obſtantibus quidam de Mencatijs petijt reductionem, cum clauſula iuxta formam ſtatutorum, & capitulorum Rotæ, Capinus aduerſarius egit ad pęnam, D. Iudex à quo abſoluit, Rota confirmauit.

Quia vndique apparebat de bona fide d. Men-
cati, excluſo dolo, primo in petitione reductionis
1 vſus eſt † ea formula iuxta formã ſtatutorum, &
capitulorum Rotę, ex qua apparet de voluntate, &
intentione volentis obſeruare d. ſtatuta, ſeu capitu
la, non autẽ quod voluerit, aut intenderit eis con-
2 trauenire, † cum limitata cauſa limitatum produ-
cat effectũ, l. cancellauerat, ff. de his quæ in teſtam.
delent. cum alijs, vt per Tiraq. ceſſ. cauſ. &c. par. 1.
3 n. 142. † nec impugnare prætendat eam leg. cuius
beneficium implorat, cum ſint hæc inter ſeſe incõ
4 patibilia, ad l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur. † Simi-
le afferri poteſt de proteſtantibus, quod intendunt
facere cenſum ad formã Bullæ Pij Quinti, per quæ
ſaluatur contractus, Surd. conſ. 318. ſub n. 24. li. 3.
5 & conſ. 321. in fin. eod. lib. 3. † Vbi, quod per hæc
6 verba actus reducendus eſt ad formam iuris, † de-
claratur enim voluntas, ex qua diſtinguuntur ma-
leficia, l. 1. C. ad l. Corn. de Sicar. l. verum eſt. ff. de
7 furt. † & præualet voluntas perplexitati, quæ con-
tigit præter mentem, ad l. ex facto 35. §. vnde ſcio
quæſitum, ff. de hæred. inſtit.

Quinimò, & eo ipſo, quod ita loquutus eſt, vi-
ſus eſt, ſaltem ignoraſſe quid contineant te vera ca
8 pitula, ſeu ſtatuta, † quæ ignorantia tametſi iuris
excuſat, à pęna, & à dolo, iuxta gloſſ. in l. plagij. C.
de plag. cum alijs not. per Tiraquel. in tract. de pęn.
cau. 11. n. 3. Lepid. deciſ. Luc. 103. verſ. tantum au-
9 tem abeſt, Gabr. de Crim. concl. 8. n. 76. † etiã craſ-
ſa ignorantia, Mſing. Cent. 3. obſ. 98. num. 3. & 4.
10 † craſſa verò hic eſſe, nequidẽ videri poterat, tum
quia nõ omnino reductio inhibita fuit per d. c. Ro-
tæ, tum etiam quia quod pertinet ad pacta cõpro-
11 miſſi, † ea non poſſunt eſſe adeo ampla, nec renun
ciationes adeo efficaces, quin etiam non obſtante
iuramento, & etiam non petita abſolutione, poſſit
reductio peti ſine timore pœnę, Guid. Pap. q. 115.
Marant. de ord. iud. p. 6. verſ. & quandoque appell.
num. 127. Pap. in form. lib. quo ag. ad pęn. compro-
12 miſſ. verſ. parti attendenti in fin. † nec reductionẽ
ad arbitrium boni viri poſſe aliqua ſubtilitate ver-
borum impediri, dicit Gayl. obſ. 150. num. 9. & 10.
lib. 1. Menoch. conſ. 406. num. 33. lib. 5. vbi nu. 62.
ait, quod nulla verborum cautela effici poteſt, vt
renuntietur huic reductioni, ex Gabriel. Sylu. Be-
13 ro, & alijs, † & licet quando renunciatur læſioni
in caſu certæ læſionis, quæ fuit expreſſa, renuncia-
tio teneat, tamen extra hunc caſum, quando, ſci-
licet verba renunciationis, & pacti ſunt genera-
lia, renunciatio non tenet, nec poteſt reductionem
impedire, vt diſtinguit Gabriel. Com. concluſ. li-
ber 2. tit. de arbitr. concluſ. 3. num. 43. & Surd. in
conſ. 566. num. 3. lib. 4.

14 † Quibus, ſi accedat prompta, ſtatim ac erro-
rem intellexit, ſui ipſius retractatio, ac litis renun-
ciatio, nec deliquiſſe videndus erat. l. alia cauſa. 8.
C. de his quibus, vt indign. l. diuortium. 3. ff. de di-
15 uort. & repud. † & quod ſtatutum dicens, ſi quis
petierit executionem puniatur, & cet. quod de-
beat intelligi ſi petierit, & ad finem perduxerit,
aliàs non puniatur, dicit Alexand. conſil. 59. nu-
mer. 19.

16 mero 19. lib. 4. Vbi exornat, & ampliat, † maximè hic, vbi ius aduerſarij nõ fuit factum in aliquo deterius, ad Gayl. obſer. 86. num. 2. & ſeqq. lib. 1.
17 † quo caſu datur prorogatio moræ, & eſſe locũ pœnitentiæ in fortioribus term. ſcilicet in ſpecie l. ſi quis maior, C. de tranſact. dixit Bertaz. ad hanc l. q.
18 49. num. 737. 738. † & quod hic caſus, l. ſi quis maior, ſit in fortioribus terminis, colligitur ex Bertaz. ſub nu. 731. & limitationes nu. 732. & ſeqq. allatæ huic etiam conferre poſſunt. Vnde videbatur, dictum Capinum acquieſcere potuiſſe primę ſentẽtiæ, non etiam pertinacius vlterius inſtare, quapropter in expenſis condemnauimus, prout regulari-
19 ter fieri oportere aiunt Doctor. † quando quis in vtraque inſtantia ſuccubuit, vt Aſin. in prax. §. 32. Ampliat, 6. num. 3.

Ex quibus, &c. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Laudum ex cap. Rot 58. facit rem iudicatam, num. 1.
Nec reuocatur ex poſteriore compromiſſo, quod non habuit effectum, num. 2.
Non obſtante iuramento compromiſſo appoſito, nu. 3.
Compromiſſum voluntarium non reiteratur, ſi effectum non habuit, num. 4.
Compromiſſum dicitur neceſſarium, quod fit in vim ſtatuti, ſub eod. & num. 5.
Compromiſſum neceſſarium iterandum, toties quoties, num. 6.
Declara, vt procedat in cauſis nondum finitis, ſecus in finitis, num. 7.
Compromiſſum factum ſuper finitis, dicitur voluntarium, num. 8.
Per rem iudicatam litibus finis imponitur, num. 9.
Exceptio rei iudicatæ impedit litis ingreſſum, & dicitur exceptio litis finitæ, num. 10.
Non valet compromiſſum, vbi eſt res iudicata, nu. 11.
Declara, vt num. 45.
Compromiſſum neceſſarium non eſt vltra ter iterandum, num. 12.
Contra num. 44. 46. & ſeqq.
In dubio pronunciandum, compromiſſum non eſſe iterandum, num. 13.
Et errant, qui contrarium dicunt, num. 14.
Declara vt num. 56.
Qui regulæ adhæret, rei certæ adhæret, & pro eo eſt ſententia ferenda, num. 15.
Laudum nullum, nullum operatur effectum, num. 16.
Nec eſt laudum, nec continetur ſtatuto de laudo loquente num. 17.
Nec tranſit vnquam in iudicatum, nec parit exceptionem rei iudicatæ, num. 18.
Nec vllum præiudicium affert, num. 19.
Laudum nullum quomodo, & quando dicatur, numero 20.
Laudum extra contenta in compromiſſo nullum, nu. 21.
Quia non licet excedere fines compromiſſi, maximè de iure tantum ſub eodem, & num. 26.
Nec poteſt emologari à partibus, num. 22.
Nec ratificari, num. 24.
Poteſt dici de nullitate laudi, non obſtante ſtatuto de nullitate dicere probibente, num. 23.
Laudum eſt nullum, ſi pro ſumma debita aſſignentur bona in ſolutum, num. 25.
Laudum eſt nullum, ſi omnia deducta in compromiſſo non fuerunt deciſa, num. 27.
Maximè cum fuit factum compromiſſum generaliter ſuper omnibus prætenſionibus, num. 28.
An laudum poſſit pro parte valere, & pro parte non, num. 29. & ſeqq.
Non poteſt ſententia ſub eod. & num. 30.
Sententia arbitrorum ſuper parte non tenet, num. 31.
Quia debet imponere finem liti, num. 32.
Laudum non debet claudicare, num. 33.
Verbum, teneatur, importat neceſſitatem, & formam, num. 34.
Forma non ſeruata, actus eſt nullus, num. 35.
Verbum, totum, omnia concludit, nihil indeciſum relinquit, num. 36.
De verbis generalibus remiſſiuè ſub eod.
Sententia ſi probaueris, ſeu laudum, ſunt nulla, numero 37.
Clauſula, ſi probaueris, & ſimiles reſeruatiuæ, dicuntur eſſe contra naturam ſententiæ, vel laudi, num. 38.
Vbi apparet de confeſſione partium, ſumus in notorijs, num. 39.
Publica inſtrumenta indubitanter probant ſub eod.
Declaratio deſumitur etiam ex actu nullo, ſeu reuocato, num. 40.
Ob reſeruationes in laudo factas, an, & quando poſſit iterum ad arbitros eoſdem recurri, num. 41. 42.
Laudi nulli, nulla datur executio, num. 43.
Caſus noſter eſt in compromiſſo neceſſario, num. 44.
Res finitæ iterum poſſunt compromitti, ſtante aliqua dubietate, num. 45.
Verba compromiſſi finalem intentionem indicantia, maximè attendenda, num. 48.
Ad cauſam finalem recurritur pro mente capienda, numero 49.
Obſtat parti exceptio non impletæ finalis cauſæ, nu. 50.
Cum ſemper eadem ratio maneat, ſemper eſt locus diſpoſitioni, num. 51.
Mens compromittentium ſpectanda eſt, num. 52.
Maximè ſi ex multiplicatione appareat magis enixa, num. 53.
Et ſi iurata, num. 54.
Regulæ in dubio ſtandum eſt, num. 55.
Statutum de compromiſſo faciendo inter coniunctos eſt fauorabile, num. 56.
In dubio pronunciandum eſt, pro compromiſſo iterando inter coniunctos, num. 57.

D E C I S I O LIII.

SPectabiles Paulus, & Carolus de Saminiatis primò fecerunt compromiſſum ſuper omnib. ſuis prætenſionibus de iure, & æquitate; Mox fecerũt aliud de iure tantum: Arbitri laudauerũt inter cętera, quod pro debito pecuniario per eos declarato, fieret aſſignatio in bonis ſpect. Pauli; & alia cũ clauſula, ſi probauerit infra ſex mẽſes partitas, &c.

Rurſus mortuo d.ſpect. Carolo, aliud factum
fuit compromiſſum inter d.ſpect.Paulum, & ſpe-
ctab.Conſtantinum filium, & hęredem d.ſpecta-
bili Caroli, renunciando d.Laudo in ſpecie, illud
nullum eſſe enunciando, & cum iuramento, & cū
verbis in tranſactionem ſonantibus; quo tamen
etiam expirato, ſpect. Conſtantinus, citato ſpect.
Paulo prædicto Coram D. Iudice ordinario, petijt,
compromiſſum fieri, tam ſuper rebus antea com-
promiſſis, quàm ſuper alijs quibuſdam nouis; op-
poſitum fuit de Laudo, & replicatum de nullitate,
& demum iudicatum pro compromiſſo faciendo,
quam ſententiam, & Rota in recurſu cōfirmauit.

Videbatur, dicendum non eſſe compromiſſo
amplius locum ex infraſcriptis.

1 Primò, quia obſtare videbatur Laudum ſupra-
dictum, & res indicata ex eo, ſtante cap. Rnt.58.
vbi ab huiuſmodi Laudis prohibetur appellatio,
ſupplicatio, & nullitatis dictio; Nec ad rem face-
re, quod in d.compromiſſo poſteriore fuerit renun
ciatum cum iuramento ſententijs, Laudis, & re-
2 bus iudicatis, † quia cum non fuerit Laudum ſub-
ſequutum, euanuit dicta renunciatio, nec præiudi
cauit, Bald.in l.ſi diuerſa, ad fin.C.de tranſact Fe-
lyn.in c.inter monaſterium, ſub num.15. verſ. &
ampliatur. de ſent.& re iudic. Iaſ.in l.poſtquam li-
ti.num.8. C.de pact.Alexan.conſ.63.num.5.lib.3.
3 Dec.conſ.93.num.4. † Non obſtante iuramento,
quia intelligitur, vt debeat operari, ita demum ſi
fuerit laudatum, vel arbitratum, Cepoll. caut.41.
in fin.princ. Cott.in ſuis memor. in ver. Iuramen-
ti religio. verſ.quinta, & plenè Bece.conſ.99. per
tot. Alex.conſ.22.num.1. & 2.lib.1.

Secundò obſtare videbatur, quòd eſſemus in
compromiſſo voluntario, eum ſponte ad dictum
4 compromiſſum deuenerint partes, † quod nō rei-
teratur, quamuis non habuerit effectum, Dec.con-
ſil.93.ſub num.3. verſ.tamen quando. Tiraq. in l.
boues, §. hoc ſermone. limit.9.num.3. in fin. de
verb.ſignif. Nec intrare, quod poſſit dici compro-
miſſum neceſſarium propter ſtatutum, cap.146.
lib.1. mandans inter coniunctos fieri compromiſ-
5 ſum, † quo caſu, etiam compromiſſum extra iudi
cium in vim ſtatuti coarctantis ad compromitten-
dum factum dici debet, Magon.in term. deciſ. Lu-
6 can.37.num.9. verſ.nec obſtat, & nu 10. † & ideo
eſt de nouo compromittendum, & toties quoad
compromiſſum effectum ſortiatur, Dec.d.cōſ.93.
ſub d.nu.3. Tiraq. in d.l. Boues.limit.9. ſub nu.12.
Abb.& alij in cap.tua nobis. num.5. de appell. Se-
raph.de priuil.Iuram. priuil.73.num.38. Peruſ.in
cap.dilecto nu.132. & ſeqq.de appell. Barbat.opti-
mè in conſ.42.n.4.& n.8. verſ.nec obſtat, cum op-
ponitur, & n.9.verſ.& ſic trial i.1.Carp.ad ſtat.Me
diol.li.10.c.115.n.275. Menoch.conſ.219.n.8.li.3.
7 Quia hæc procedunt in terminis, in quibus lo-
quuntur, nempè in cauſis incertis, nec dum lite fi-
nitis, ad l.1. C.de tranſact.non in rebus iudicatis, in
quibus verſamur mediāte d. Laudo, ſuper quibus,
ſi fuit factum compromiſſum, ideo voluntariū di-
8 ci debet, † quia partes in hoc caſu, ad illud nullo lo-

gc, vel ſtatuto cōpellebantur, ad Benint. dec. Bon.
9 21.n.13.14.15.& ſeq. † cum per rem iudicatā litibus
omnibus via occludatur l.& poſt rem iudicatam;
10 l.poſt rem iudicatā.11.ff.de tranſact. † & exceptio
rei iudicatę impediat litis ingreſſum, & dicitur ex-
ceptio litis finitæ, Doct.cōiter in l.fratris, C de trā
ſact. & l.1.ff.de re iud. Marant. de ord. iudic par.6.
11 mēb.9. ſub n.12. fol.mihi 310. † Vnde non valere
compromiſſum, vbi eſt res iudicata, Alex.conſ.22.
num.2.lib.1. Surd.deciſ.185.num.8.& ſeqq.
12 † Tertiò accedat, quod etiā vbi compromiſſum
eſt neceſſariū propter ſtatutum; Tamē cum ſimus
in caſu, vbi ter eſt iam cōpromiſſum, videtur inco-
ueniens petitio, quod etiā quarta vice fiat compro-
miſſum per ea quæ tradit Affl. in dec.46. vbi in fi-
ne dicit, fuiſſe per oēs votatum nemine diſcrepan
te, quod ſi bis iuit factum cōpromiſſum, & expira-
uit, non debet iudex tertio compellere partes ad cō
promittendū vigore pragmaticæ, & ibi addit. 1.lit-
ter.a, teſtatur de plurib. præiudicijs in ſacro conſ.
13 † Quartò, & vltimò, quatenus hoc eſſet dubium,
videbatur in dubio, eſſe pronunciandum, compro
miſſum non eſſe faciendū, per Bal.in l.1. C.quia ac-
cuſ.non poſſ.Soc.ſen.conſ.300.n.8.verſ.nec ſequa
14 tur lib.2. † vbi quod iudex non debet, ſequi erro-
rem quorundam, qui in dubijs pronunciant, com-
promiſſum eſſe faciendum, & Soc.iun.conſ.46.cir
ca fin.lib.1. Grat.conſ.33. num.14.lib.1. Vrſill.ad
Afflict. d.deciſ.46.num.4.

Exaduersò tamen conſideratū fuit, d.ſtatutum
mandare, fieri cōpromiſſum inter coniunctos, in
d.c.146.lib.1.ad l.ancillæ, C.de fur.& nos eſſe inter
coniunctos, patebat euidenter, quia inter patruū,
& nepotem ex fratre adhærendo regulæ, de qua
cōſtat ex cit.ſup.n.6.ſub ver.ſecūdo obſtare, quod
cōpromittendum eſt iterum, ſi primum compro-
15 miſſum non habuit effectum, † quia qui regulę co
hæret, rai certæ adhæret, vnde niſi de limitatione
doceatur pro eo, qui habet regulam pro ſe, ſenten-
tia ferenda eſt, Bart. in l.2. ſi quis in ius. vocat.non
ver. Marant. de ordine iudic.p.3.num.116. Surd.
conſ.180.num.9.& 10.præſertim cum ad contra-
ria allegata ſuæ occurrerent reſponſiones, ex qui-
bus veritas magis eluceſcet.

Nam ad primum fundamentū in re iudicata ex
Laudo conſiſtens, aliàs reſponſum fuit, d.Laudum
16 fuiſſe nullum, † & laudum nullum, nullū operari
effectum, Rol. in term.cōſ.76.n.21.lib.1. Affl.dec.
17 Per.2, ſub n.fin.& per tot.li.1. † & Laudū nullum,
non eſt Laudū, & non continetur ſtatutu de Lau-
18 do diſponēte, Magon dec. Luc.98.n.9.& 10. † nec
parit exceptionem rei iudicatæ, nec in iudicatū vn
19 quam trāſit, Ond.conſ.79.n.40.lib.1. † Nec vllum
præiudiciū affert ibid.n.41. Nō obſtat.d.c.Rot.58.
prohibēs de nullitate dicīā laudis inter cōiunctos;
quia nō per hoc cēſetur prohibita nullitatis dictio
laudi nulli rōne formę, vt ex mox citandis patebit.
20 † Dicitur autē, Laudum peccare in forma ex de-
fectu poteſtatis, qui quidē defectus poteſtatis octo
modis dicitur, quatuor quib. plus, & quatuor qui-
bus minus, ſ.re, loco tpe, & perſonis, Affl. dec.371.
num.10.

nu. 10. In propoſito autẽ eſt defectus in pluri, quia
aſſignata fuere bona in ſolutũ ſpect. Paulo pro de-
21 bitu declarato, † quæ tamen facultas dandi in ſolu
tum in compromiſſo non continebatur, cum de iu
re tantum poſterius compromiſſum eſſet, & ideo
nulliter excedendo fines compromiſſi, & extra cõ
promiſſum vagando text. in l. non diſtinguemus,
§. de officio, de recept. arbitr. Magon. deciſ. Luc. 98.
22 num. 25. Menoch. conſ. 123. num. 3. lib. 6. † vbi,
nec poſſe à partibus emologari, & etiã ſi ſint clau-
23 ſulæ generales, † & poteſt dici de nullitate, nõ ob-
ſtante ſtatuto nullitatem dicere prohibente, Dec.
24 conſ. 434. num. fin. † Vbi, quod nequidem poteſt
ratificari, Corn. conſ. 144. num. 2. lib. 1. Rim. iun.
conſ. 144. num. 24. & ſeqq. lib. 2. Barz. deciſ. 112.
25 num. 14. † & in termin. adiudicationis bonorum
pro precio, laudum etiam nullum dicit Corn. conſ.
26 38. ſub num. 10. & 11. lib. 3. † & in ſpecie eius, qui
tenetur pronunciare de iure, & pronunciat, cõtra
Blanch. de compromiſ. quæſt. 6. princip. num. 13.
27 † Eſt, & defectus in minori, quia omnia dedu-
cta in compromiſſo non fuerunt terminata, vnde
laudum eſt nullum, quoad omnia l. quid tamen.
21. in princ. & ibi gloſ. in verb. mutatio. verſic. Item
in iudice. ff. de recept. arbitr. ex qua gloſ. colligitur,
hoc etiam eſſe formã excedere, in ratione ibi adie-
cta ad differentiam Iudicis, & ad omnes Doctor.
28 ad eand. l. † maximè, cum fuiſſet factum compro-
miſſum generaliter de omnibus prætenſionibus,
Socc. ſen. conſ. 105. ſub num. 6. lib. 4. † Vide no-
ſtis. deciſ. Bonon. 143. & ibi addit. in princ.
29 † Nec obſtat, quod ſimus in compromiſſo ne-
ceſſario ex ſtatuto, in quo laudum poteſt pro parte
valere, pro parte non, ad Franc. in deciſ. 173. quia
Franc. non loquitur in laudo, ſed in ſententijs,
30 † vbi aliud eſt, vt patet ex glo. mox cit. & in term.
etiam compromiſſi neceſſarij ex ſtatuto, decidunt
Socc. ſen. d. conſ. 105. quem loqui in terminis com
promiſſi neceſſarij ex ſtatuto, patet ex num. 2. 6.
iuncto princip. conſ. antecedent. 104. eod. lib. 4. &
in eiſdem term. eſt etiam Corn. conſ. 49. num. 9.
31 & ſeqq. lib. 2. † Vbi, quod ſententia arbitrorum
lata ſuper parte non tenet per l. in hoc iudicio, ff. fa-
32 mil. erciſ. † quia debet imponere finem toti con-
trouerſiæ l. dicere, ff. de recept. arbit. &c. vt ibi per
33 eum, & in d. conſ. 38. nu. 11. † Vbi, quod laudum
non debet claudicare, lib. 3. & hic vlterius habe-
mus cap. Rot. 57. *Ibi teneantur proferre laudum deci
ſiuum totius quæſtionis*, ponderando illud verbum
34 † teneantur, quod importat neceſſitatem, & for-
mam Pariſ. conſ. 19. num. 12. lib. 3. Magon. deciſ.
36 Florent. 7. nu. 11. † qua non ſeruata actus eſt nul-
lus. Afflict. deciſ. 355. nu. 4. Oſaſc. deciſ. 165. nu. 16.
36 † & aliud verbum totius, quod omnia omnino cõ
cludit, adeo quod nihil indeciſum relinqui poſſit,
ad Crau. conſ. 80. num. 15. Surd. conſ. 112. nu. 17.
& ſeq. l. ſi ex toto, in princ. de leg. 1. & ego alia de
huiuſmodi, & alijs verbis vniuerſalibus de interp.
inneſt. c. 2. grad. vlt. obſer. vlt. num. 106. & ſeqq.

Item, adnotatus etiam fuit defectus in conce-
37 ptione ipſa ſententiæ, ſeu laudi prædicti, † attenta
clauſula, ſi probauerit intra ſex menſes, quæ for-
mula reſeruatiua viriat ſententiam, Bart. & Bald.
in l. eum Iudex C. de ſent. &c. Ruin. latè conſ. 38.
num. 7. 8 & per tot. lib. 5. Oſaſc. deciſ. 145. per tot.
neque enim completur mens ſtatuẽtium, quę eſt,
38 vt finis litibus imponatur, † ideo huiuſmodi clau-
ſulæ reſeruatoriæ dicuntur eſſe contra naturam
actus, vt per Anchar. in term. Laudi cõſ. 208. ſub
num. 3 & 7. & in conſ. ſeq. ſub nu. 3. quod eſt con-
ſil. Colleg. Patau. approbantis præd. conſ. Anchat.
& ad Menoch. conſ. 219. num. 9. lib 3. Demum ip
ſęmet partes in vltimo compromiſſo confeſſę ſunt
39 plures d. laudi nullitates, † quare, cum appareat de
confeſſione partium, ſumus in notorijs, Natt. con-
ſil. 142. num. 20. & ſumus in publicis Inſtrumen-
tis, quæ probant indubitanter Gramat. deciſ. 45.
num. 9 Rol. conſ. 61. num. 28. lib. 1.

Nec obeſt, quod dictum compromiſſum vlti-
40 mum expirauerit, & effectum nõ habuerit, † quia
etiam ex actu reuocato, aut nullo deſumitur decla
ratio, l. fin. vbi Bart. ff. de rebus eorum, &c. Theſ.
deciſ. 192. num. 12. Menoch. conſil. 332. num. 18.
lib. 4 conſ. 682. num. 10. & ſeqq. lib. 7. & præſum-
ptio. 15. lib 4. Ipſe latè de his in lib. 6. reſol. feud.
41 cap. 2. num. 17. & ſeqq. † Nec etiam intrat obie-
ctio, quod ob reſeruationes poſſet ad eoſdem arbi-
tros, vel ad Iudicem recurri, ex Abb. in cap. cum
olim de arbitr. quia, tempus datum ad probãdum,
erat extra tempus datum ad compromittendum,
42 † & declaratio non poteſt fieri, niſi infra idem met
tempus compromiſſi, vt Abb. ibid. declarat, & ex
d. cap. 57. Rotæ pag. 82. verſic. cum declaratione,
nec ſumus in parte aliqua dubia, in quibus term.
loquitur Abb. quod Iudex aditus pro executione
laudi, poterit declarare, ſed ſumus in laudo omni-
43 no nullo, † cuius nulla poteſt executio concedi, iux
ta Onded. d. conſil. 79. num. 41. & 42. lib. 2. Gabr.
conſ. 43. num. fin. lib. 1.

44 Ad ſecundum reſpondetur, nos verè eſſe in cõ-
promiſſo neceſſario, per Doctor ſupra nu. 4. & 5.
ſub verſic. ſecundo obſtare citatos, nec eſſe in re iu
dicata ex dictis ad verſ. nam ad primum num. 16.
45 & ſeqq. manifeſtiſſimè conſtat, † Vltra quod, &
res finitæ poſſunt ſub compromiſſum iterum ca-
dere, quando laborant aliqua dubietate, vt in caſu
noſtro, vbi claram, ne dum dubiam nullitatem di-
cti Laudi deprehendimus, Affliſ. deciſ. Lucan. 26.
per tot. Curt. iun. poſt Aret. ab eo cit. in l. ſi quis ma
ior, num. 8. C. de tranſact. Lambert. de contract. in
gloſ. ſuper verſ. cum ipſo marito, num. 45. Blanc.
de compromiſſ quæſt. 6. princ. num. 10. verſic. limi
ta 2. Surd. conſ. 451. num. 50.

46 † Ad tertium Reſpondetur, ipſamet addit. Io.
Ang. poſita ad eundem Afflict. in d. deciſ. 46. Incip.
in deciſ. 46. ibi ſemper poteſt peti, dicit, quod ve-
rior eſt opinio Dec. in d. conſ. 22. & opinionẽ Affl.
ibi procedere ex ſtylo Curiæ, & quod toties ſit fa-
ciendum compromiſſum, donec intentio ſtatuti
impleatur, dicit add. final. ad eund. Afflict. pluribus
47 citat. † & prætereа tradit diuerſitatis rationem in
caſu Afflict. ab alijs caſibus Vrſil. ad eand. deciſ. ſub

Digitized by Google

num.2. verſ.ſed dicas: ad quem recurras,& in ca-
ſu noſtro vlterius habemus enixam compromit-
tentium voluntatem, eo vltimo cõpromiſſo oſten
ſam, cum cauſa final. ibi. *Acciò reſti diſingannato*
dell'opinione, che poteſſe hauere, che l'accidente, ſe-
guito nel'a perſona dello ſpect. Carlo, haueſſe dato cau
ſa, che mancaſſe la debita difeſa, & in ogni caſo à fin
che la giuſtitia habbia il debito ſuo pienamente, &c.
48 *ſi ſia contentato*, † Quæ ſunt attendenda, ad intel-
ligendum qualis fuerit intentio ipſius ſpect. Pauli,
l. fin. vbi Doct. C. quæ res pign. obl. poſſ. l. rogaſti,
49 vbi Alex. in princ. ff ſi cert pet. † quia continent
cauſam finalem, ad quam recurritur pro mente ca
pienda, l. fin. de hæred. inſtit. l. conuẽticulam, C. de
epiſc.& cleric. Alex. conſ.46. num.7. lib.1. & in pro
poſito Menoch. d. conſ. 219. nu.9. lib.3. Ad quem
effectum pluries reiterauerunt compromiſſum fa-
ciendum, ſi in perſona primi, ſecundi, vel alterius
electi effectum habere non poſſet, & per viam trã-
ſactionis, non autẽ ſimplicis compromiſſi, & cum
50 iuramento, † ex quibus ſequitur, quod obſtet ſem
per pacti exceptio, non adimpletæ finalis cauſæ, ita
quod de laudo prædicto ſe præualere non poſſet, ni
ſi prius ſatisfacto cauſæ finali, ad Bald. in l. cum te.
num.1. C. de pact. Corn. conſ.101. ſub num.3. lib.1.
Socc. conſ.26. ſub num.4. verſ. ex quibus in propo
ſito. lib.3. Crau. conſ.246. nu.2. Cornaz. deciſ. Lu-
51 can. 107. num.10. † nam, cum ſemper eadem ra-
tio maneat, locus eſt ſemper diſpoſitioni, & conuẽ
tioni, niſi aliter expreſſim ſit cautum, vt ait in pro
52 poſito Menoch. d. conſ. 219. num.10. lib.3. † ex ip
ſorum compromittentium mente, quæ verè ſpe-
ctari ante omnia debet, vt ibid. d. Menoch. num.4.
53 † maximè attenta multiplici verborum replicatio
ne, quæ fortius ſolet operari, ad l. Baliſta. cum not.
ff. ad Trebell. Crau. conſ. 201. nu.42. per tot. Surd.
54 conſ.179. num.18. † & cum iuramento. Alex. con-
ſil.37. num.16. lib.2. Non obſtante eo, quod com-
promiſſum expirauerit, quia manſit nihilominus
declaratio huiuſmodi voluntatis compromitten-
tium, quæ valet ſaltem ad operandum, quod ipſe-
met partes habuerunt pro dubio, immo verò pro
nullo d. laudum, ita quod hodierna die dubitatio
inducta fuerit contra laudum, quod ſufficeret pro
compromiſſo iterando, vt dictum eſt ſupra nu.45.
ſub verſ. ad ſecundum, & quoad nouas cauſas de-
claratas; in omnem caſum non intrate exceptio
compromiſſi de eis ſemel iam facti, & iterum non
faciendi.

Ad quartum ex prædictis pariter reſultat, nos
non verſari in dubio, ſed in claris pro compromiſ-
ſo faciendo; ſed Reſpondetur prætetea, regulam
eſſe pro compromiſſo reiterando toties quoties
plenum effectum conſequatur, vt patet ex prędi-
55 ctis num 6. † cui in dubio ſtandum eſt D. Moror.
56 Reſp.1. num.49.& num.21.& ſeqq. † & etiam re
ſpondetur dictum obiectum limitari, vt nõ habeat
locum in compromiſſo inter coniunctos, quia di-
citur fauorabile ſtatutum in hoc caſu, & concer-
57 nens publicam vtilitatem, † ita quod, inter con-
iunctos in dubio pro compromiſſo faciendo, ſit
pronunciandum, Dec. poſt alios in leg. qui ſe pa-
tris, C. vnd. lib. Benint. deciſ. Bonon. 21, ſub nu. 20.
verſic. item aliter.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

Ex generali conſuetudine, hodie ſtuprum cum vidua non punitur, num.1.

Conſuetudo attenditur in pęnis, num.2.

Ad reprimendum nimiam audaciam, licet punire, vbi alias caſus non eſſet punibilis, num.3.

Vt ex pęna emendatior, & correctior quis fiat, numero 4.

Solitus delinquere in eodem genere, debet magis puniri, num. 5.

Conſuetudo delinquendi ex duobus actibus inducitur, numero 6.

Pęna poteſt declarari ex contingentia factorum, numero 7.

Solitus delinquere, grauius peccat, num.8.

Delictum ſæpius reiteratum fit maius, num. 9.

Pęna impoſita pro delicto à ſtatuto debet attendi, numero 10.

Pęna ſtupri de iure eſt arbitraria, num.11.

DECISIO LIV.

1 TAmetſi † hodie, ex generali conſuetudine
introducta, ſtupri cum vidua patrati nulla
ſit pęna, vt per Clar. in §. ſtuprum, verſ. Cæterum.
Sintagm. com. opin. titul. de Maleſic. loc.8. tit. de
2 adult.6, cap.9. verſ. ſtupri pęna. fol. mihi 115. † quę
conſuetudo attenditur in pęnis. Mar. de ordine
Iud. par.4. diſtinct. 2. num. fin. fol. mihi 66. Franch.
deciſ. 240. num. 9. 10. & 11.

Viſum eſt tamen, ſententiam, à qua fuit per in-
quiſitum appellatum, condemnatoriam confirma
3 re, † idque tam ad reprimendum ipſius inquiſiti
audaciam (quia impunè iam alias in alia conſimili
cauſa abierat,) ita auctam, vt nihil amplius extime
ſcere videretur, ad extrau. ad reprimendum, quo-
mod. in crim. leſę Maieſt. proced. & ad Tiraquell.
4 de pęn. cauſ. 25. num.5. † Vt ex pęna emendatior
5 & correctior fieret cauſ. 29 num.6. † quàm etiam
quia ex eiſdem teſtibus conſtaret eſſe ſolitum in
eodem genere delinquere ad c. ſemel malus. de re-
gul. iur. in 6. & ad Afflict. quæ ſint regal. verſ. con-
demnatorum ſub num.3. Gramat. deciſ. 16. nu.1.
& ſeqq. vbi etiam num.2. addit ex Luc. de pęn. ibi
6 citat. † conſuetudinem ex duobus actibus induci,
qui certè eſſent in hoc caſu, vbi probatum fuit de
7 alia muliere per eundem compreſſa, † & ad hoc
etiam l. aut facta, & ibi not. ff. de pęn. Theſ. deciſ. 12
8 num.2 † grauius enim peccat ſolitus delinquere,
9 Surd. conſ. 270. ſub num.21.& ſeqq. lib.2. † & ſæ-
pius reiteratum delictum fit maius, D. Caball. caſ.
crim. 284. num.13. ſed ſuper omnia ſtante ſtatuto
cap.102. verſ. & ſi talis mulier lib.4. vbi pęna 200. li
10 bratum impoſita eſt, † quod debuit attendi, vt in
termin. eiuſdem ſtatuti, Affliſ. deciſ. Lucan.6. nu-
mero

Digitized by Google

11 mero 14. cum ſeqq. † quicquid de iure pęna ſtupri, ſit arbitraria, Aſſiſ.d.deciſ.6.num.8. & 10. & Menoch. de arbitr. Iud.caſ.288.num.8.

Ex quibus, &c. Laus Deo, &c.

SVMMARIA.

Status huius cauſæ, num.1.

Permiſſum ad tempus, poſt tempus cenſetur prohibitum, num.2.

Per lapſum temporis tacita renunciatio inducitur, numero 3.

Iuri ſuo renunciare intelligitur, qui ius ſuum in tempore non proſequitur, num.4.

Venditio intra tempus permiſſa, poſt tempus amplius non admittitur, num.5.

Tempus cenſetur adiectum fauore debitoris, qui poteſt poſt tempus ſoluere, num.6.18.19.

Nec antea poteſt cogi, num.7.21.

Correſpectiua dicuntur, quæ ſunt in eodem contractu, numero 8.

In correſpectiuis vno ceſſante ceſſat, & aliud, num.9.

Declara, vt num.41.

Correſpectiua diuerſo iure cenſeri non debent, num.10.

Copula, &, denotat æqualitatem terminorum in caſibus copulatis, num.11.

Et inducit repetitionem præcedentium in ſequentia, numero 12.

Dictio, vt ſupra, reſtringit ſequentia ad præcedentia cum ſuis qualitatibus, num.13.

Limita, vt num.43.

Dictio, vt ſupra iuncta Gerundio, fiendæ, magis coarctat ſequentem diſpoſitionem ad naturam præcedentis, num.14.

Gerundium importat conditionem, num.15.

Standum eſt claris verbis, num.16.

Et pactis conuentis, num.17.

Poſt tempus elapſum poteſt cogi debitor ad ſoluendum, num.20.

Argumentum à contrario ſenſu in contractibus eſt validum, num.22.

Maximè, quando in caſu contrario eſt eadem ratio, numero 23.

Eſt in facultate debitoris ad tempus quandocunque ſoluere, non in facultate creditoris quandocunque petere, num.24.

Confeſſionibus nulla maior eſt probatio, num.25.

Maximè factis inſtrumentis inter eaſdem partes, numero 26.

Et multò magis repetitis, num.27.

Actus, qua contemplatione fiat inſpiciendum eſt, numero 28.

Et in gratiam cuius, num.29.

Iura aliud ſunt à re ipſa, ſeu Dominio, num.30.

Interpretatio reſpondens effectui ſubſequnti bona eſt, numero 31.

Propter læſionem pactum redimendi perpetuatur, numero 32.

Quæ non proſunt ſingula, multa iuuant, num.33.

Æquitas in paribus cauſis, paria iura deſiderat, numero 34.

Requiſita pro ſimulatione, aut vſura contractus venditionis arguenda, num.35.

Tempus ſit ne ſolutioni adiectum, an locationi multum differt, num.36.

Correſpectiuitas non intrat inter diuerſa, quia tot ſunt diſpoſitiones ſeparatæ, quot res, num.37.

Etiam vno, & eodem tempore factæ, num.38.

Item non intrat, vbi non eſt vnum, & idem finaliter motiuum, num.39.

Correſpectiuitas non intrat, quando expreſsè, vel tacitè apparet de contraria voluntate, num.40.

Quod dicitur de actibus correſpectiuis, vt eodem iure cenſeantur, reſpicit declarationem, num.41.

Facto vno contractu vſurario, & alio matrimonij.

Item præfixo tempore ſolutioni, & locationi, qualitates non tranſeunt de vno in alium ſub eod.

Dictiones repetitiuæ non intelliguntur repetere qualitates ſubiectæ materiæ non congruas, num.42.

Copula, &, quando ſtat inceptiuè, non inducit repetitionem, num.43.

Argumentum à repetitione non concludit, quando etiam ex data vtrunque poteſt ſimul eſſe citrà deſtructionem alterius, num.44.

DECISIO LV.

POſt alias conuentiones inter D. Peregrinum de Manzonibus, & quondam Marianum de Gragnano initas, nouiſſimè tandem conuenerunt, vt Inſtrumento anni 1585. Vbi ſcilicet D. Peregrinus locat cultras duodecim terræ Communalis, 2
ideſt, habitæ à Magnifico Communi Lucenſi per nouennium, intra quod tempus ipſe Marianus poſſit redimere dictas cultras 12. pro ſcut. 73. in hunc formaliter modum. *Cum pacto, quod tempore ſolutionis dd. ſcut. 73. vt ſupra fiendæ teneatur d. D. Peregrinus, (& ita pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus promiſit) dare, & cedere d. Mariano, vel eius hæredibus omnia, & ſingula iura, & actiones quaſcunque ſibi Domino Peregrino competentia, quomodocunque, et qualitercunque ſuper dictis cultris duodecim terrarum, vt ſupra locatarum per ipſum D. Peregrinum à Magnifico Lucano Communi emptarum, &c. Et alias, ſubditur, ad ſolutionem ipſorum ſcut. 73. D. Marianus minimè teneatur, nec cogi poſſit.* Hactenus verba inſtrument. Intra nouennium non ſolutis dictis ſcutis 73. continuata tamen tacitè, & facto ipſo conductione,
1 † Dubitatum fuit, an res eſſet integra hæredibus d. Mariani ſoluere d. ſcut. 73. & cōpellere hæredes D. Peregrini, ad cedendum iura in dictis cultris ſibi competentia, ex perſona d. D. Peregrini ad formam pacti ſupradicti, D. Iudex à quo condemnauit dd. D D. hæredes D. Peregrini ad faciendum dictam ceſſionem media ſolutione dictæ ſummæ, & Rota in appellatione confirmauit.

Videbatur, contrarium prima facie dicendum, quia & locatio, & pactum redimendi fuit reſtrictū ad nouennium,
2 † permiſſum autem ad tempus, poſt tempus cenſetur prohibitum, l.2. C. de pact. inter empt. & vendit. &c. Tiraquel. de retractu conuent. §.1. gloſ.2. nu.44. & ſeq. Sfort. Odd. conſ. 17. in princ.

3 in princ. † & per lapſum temporis tacita renuncia-
4 tio inducitur, Surd.deciſ.189.nu.8. † ita quod iu-
ri ſuo renunciaſſe intelligatur, qui illud in tempo-
re non fuit proſequutus, Surd.deciſ.108.n.16.17.
Gabriel.conſ.65.nu.9.18.35.lib.2. Alb.conſ.435.
5 num.1.cum ſeqq. † & in puncto venditionis intra
tempus permiſſæ, poſt tempus amplius nõ admit-
ti, dicit Angel.in conſ.199.per tot. Dec.conſil.308.
num.8.Gozad.conſ.87.nu.5.& alij multi de com-
muni teſtantes, quos latè congerit Tiraquel. in d.
gloſ.2. à num.42. vſque ad 51.

Nec dicatur, tempus cenſeri adiectum fauore
6 debitoris, † qui poſt tempus rectè ſoluere poteſt l.
7 cum tempus, ff. de reg.iur. † nec antea poteſt cogi
l.obligationum ferè, ff de actio. & obligat. & infra
num. 21.

Quia contrarium videtur dicendum in hoc ca-
ſu, tam ex ratione, quã ex verbis ipſiuſmet inſtru-
menti.

Et primo ex ratione, quia certum eſt, quod loca
tio intra nouennium, vltra non progreditur, niſi
renouatione facta tacitè, vel expreſsè Cæterum
quoad primum actum locationis, ipſum finito no-
u nnio compleri eſt indubitatum, quare, idem ne-
ceſſariò concedendum, videtur quoad ſolutionẽ,
8 & ceſſionem, † quia hæc ſunt correſpectiua, cum
ſint in eodem cõtractu, iuxta trad. per Bald.in l.pe
tens, num.49. & ibi Dec.num.3. C.de Pact. Crau.
conſ.153.num.8. Tiraquel.de retract.conuen. §.1.
gloſ.4.per tot. latè Gabr.de præſ.concl 13.num.6.
9 cum pluribus ſeq.lib.1. † In correſpectiuis autem
vno ceſſante, & aliud ceſſat l.etiam, §.ex cauſa. ff.
de minor. Iaſ.in l.Lucius, nu.18.de vulg.&c. Cra-
uet.in conſ.179.num.13. conſ.230.nu.2.conſ.246.
10 num.4. † Nec correſpectiua diuerſo iure cenſeri
debent, l.fin.ff.de acceptil.Crau.conſ.16.nu.4. Vn-
de ſicut ceſſabat locatio poſt nouennium, ergo, &
facultas ſoluendi per prædicta.

Adſunt ſecundo loco etiam verba ibi, *Et tem-*
11 *pore ſolutionis fiendæ*, vt ſupra, † nam illa dictio, &
denotat æqualitatem terminorum in caſibus copu
latis l.vnic.§.his ita, C.de caduc.tollen. Iaſ.in l.Ti-
tiæ textores, §.nihil differt, num.4 de leg.1. in l.ro
gaſti, §.ſi ſeruus, num.1.ff ſi cert.petatur, Papien.
in for.lib.pro legat.rei ſingul.gloſ.1.num.19. Nat.
12 conſ.582.num.19. † & inducit repetitionem om-
nium, & ſingulorum præcedentium in ſequentia,
egregiè Guid.pap.q.527.nu.1. Iaſ.in l.Marcellus,
num.3.ff.ad Trebellian.

13 Adeſt, & alia dictio, † vt ſupra, quæ reſtringit
ſequentia ad præcedentia cum omnibus ſuis quali
tatibus, ita quod ſequentia non procedant, nec lo-
cum habeant, niſi eo modo, & forma, quæ in præ-
cedentibus fuit declarata, Bart. in l 11. §.hoc edi-
cto. circa fin.ff.de poſtul. Alex.conſ.52.lib.4. Crau.
conſ.88.num.3. Bero.conſ.53.n.22.lib 1.conſ.67.
num.13.conſ.79.nu.1.conſ.90.num.4.lib.1. Vnde
cum dictum ſit, ſolutionem fiẽdam eſſe, vt ſupra,
& ſupra dictum ſit intra nouennium conſequen-
tia patet, vt idem etiam de ſolutione intelligatur
14 maximè, † quia vox, vt ſupra, eſt adiecta illi ge-
15 rundio fiendæ, ad Surd.deciſ.269.nu.19. † & ge-
rundium conditionem importat, vt in alia deciſ.
Luc.21.num.15. ſupra.

Quibus tamen minimè commoti cenſuimus,
prout ſupra ex claris verbis dicti pacti, dum ſoluẽ-
te debitore tenetur D.Peregrinus cædere, vt in in-
16 ſtrum. per quæ verba ſumus in claris, † quib. ſtan
dum eſt l.cõtinuus, § cũ ita. de verb.oblig. Caput-
17 aq. deciſ.28. n.3.p.1. † & pactis conuentis l.1. l.iu
ris gentiũ, §.prætor ait, ff. de pact. l.1. §.ſi conuene-
18 rit. ff.depoſ. † cum non ſit dubium de iure quin tẽ
pus cenſeatur adiectũ fauore debitoris, ita quod,
nõ niſi tranſacto tẽpore, poſſit conueniri, d.l.cum
tempus; & ibi Dec. & alij. ff de reg.iur. Alex.con-
19 ſil.13. num.3. Bec.conſ 43.nu.23. † & qui poteſt
quandoque ſoluere ante, & poſt tempus conuen-
tum dictis iuribus, & Dec. conſ.12.ſub nu.1. Nat.
conſ.133. Bero.conſ.176.num.83. vol.1.

Infertur de neceſſitate hic ſenſus ex clauſula il-
la, *Et aliás ad ſolutionem ipſorum, ſcut.73. d.Ma-*
20 *rianus minimè teneatur, nec cogi poſſit*, † Verba
enim hæc quod cogi non poſſit non verificantur,
niſi tranſacto nouennio, quo demum tempore ve-
rum eſt contrarium, quod poſſet cogi, iuxta Bart.
in l.eum qui ita §.qui ita ſtipulatus, nu.1.de verb.
oblig. Tiraquel.de retract.conuen. d.§.1.glo.2.ſub
21 num. 43. & ſeqq. † & non antea l.qui hoc anno.
l.qui ante calendas, ff de verb.oblig. §.qui hoc an-
no.inſtit.de inutil.ſtipul. & ſupra, num.7.

Quemadmodum igitur, niſi ita in contrarium
pactum fuiſſet, potuiſſet creditor compellere etiã
poſt tempus, idem neceſſariò, & de debitore faten
dum eſt, quod poſſit poſt dictum tempus ſoluere
22 ex vi argumenti à contrario ſenſu. † quod in con-
tractibus etiam non ſolum bonæ fidei, ſed etiam
ſtricti iuris valet, iuxta Bald. in l. conuenticulam.
C.de Epiſc. & Cler. in l.apud antiquos, C.de furt.
Curt.in tract. de feud.par.1. cap.4. num.4. plures
23 relati à Purp.inter conſ. Alb. conſ.370.n.9. † ma-
ximè quando in caſu contrario eadem ratio viget,
vt patet ex citatis, & per me in tract. de interpret.
inueſtitur.c.2.grad.7 circa princ.

24 † Hic autem maior, ne dum tanta, eſt ratio in
debitore, quam in creditore, vt reſultat ex prædi-
ctis maximè, dum eſt in facultate debitoris, quan-
docunque ſoluere, quæ non eſt creditoris quando-
cunque petere auth. multo magis, C. de ſacro-
ſan. Eccleſ.

Præterea moti fuimus etiam ex alijs, in primis
verò conſideratum fuit decretum excellentiſſimi
Conſilij, quo cautum erat, vt detentores dictorũ
bonorum Communalium, vel emerent dicta bo-
na ſibi ipſis, vel alijs venderent, quorum vnus erat
dictus Marianus, qui cum poſſideret, & deſidera-
ret emere, & pro ſe retinere dicta bona, nec tamẽ
haberet pecunias, requiſiuit D.Peregrinũ, vt mu-
tuaret ſibi pecunias, & mutuauit, vt patet ex mul-
tiplicatis confeſſionibus ipſiuſmet D. Peregrini in
repetitis inter ſe, & dictum Marianum inſtrumẽ-
25 tis, † quibus nulla maior eſt probatio l.cum te, C.
26 de tranſact. † maximè in inſtrumentis inter eaſdẽ

partes

27 partes Maſcard. de probation. concluſ. 360. † &
multò magis, quia repetitæ ad l. Baliſta. ad Trebell.
Maſcard. concluſ. 838. Euerar. in loco à vi gemi-
na, quare licet inſtrumentum emptionis cantaret
in perſonam ipſius D. Peregrini, tamen veriſimi-
lius viſum fuit, quod id faceret magis ad ſuam pe-
cuniam, quam exburſabat, aſſecurandam, quam,
vt ſibi ipſi emendi animū gereret; conſtabat enim
per prædicta, quod motus à dicto Mariano, & eius
28 contemplatione exburſabat, & emebat, † actus au
tem, qua contemplatione fiat eſt inſpiciendum l. fi
deicommiſſa, 1. §. interdum de leg. 3. vbi text. in-
terdum alterius nomen ſcribitur in teſtamento al
teri vero fideicommiſſi petitio, vel legati compe-
29 tit, † & in gratiā cuius Bart. l. ſi ita ſtipulatus fue-
ro. 97. §. poſſum. ff. de verb. oblig. Dec. conſ. 279. co
lum. 2. plura alia ad rem iſtam cumulo in tract. de
interpret. Inueſtit. cap. 2. grad. 7. à num. 11. vſque
ad num. 18.

Immo verò idemmet inſtrumētum anni 1585.
dicit ad literam, quod dicti ſcuti 73. ſunt pro pecu
nijs per eundem D. Peregrinum ſibi Mariano mū
tuatis, & expenſis in emptionem bonorum cōmu-
naliū à Magnifico & ſp. officio, & fuit repetitum
in alio inſtrumento ſub 1596. facto cum Iacobo
fratre d. Mariani.

Concurrebat alia coniectura ex eodemmet in-
ſtrumento anni 1585. quatenus D. Peregrinus nō
vtitur verbis vendendi, vel retrouendendi dictas
cultras, ex quibus datur intelligi, ſe verè non præ-
30 tendiſſe Dominium rei, ſed iura, † quæ aliud ſunt
à re ipſa, ſeu eius dominio, Caſtr. in l. ſi ſic. 78. §. 1.
num. pen. & vlt. de leg. 1. Aſſlict. de feud. non hab.
propr. natur. feu. num. fin. Maſcard. de probat. con-
cluſ. 661. cum alijs per me adduct. in tract. de in-
terpr. inueſtitur. cap. 2. grad. vlt. obſ. 1. num. 45.

Item alia coniectura reſultat, eo ipſo quod no-
uennium conceſſum fuit ad redimendum, & inte-
rim locatio, & multò plus ex continuatione in ea-
dem locatione, & poſſeſſione bonorum, etiā mul-
31 tò tempore poſt dictum nouennium, † quia inter-
pretatio correſpondens effectui ſubſequuto bona
eſt, & conueniens. Alb. conſ. 531. num. 51.

Item non parum faciebat læſio etiam probata,
32 † propter quam pactum redimendi perpetuatur,
Tiraquel. de retract. conuen. §. 1. glo. 2. nu. 55. Ma-
gon. deciſ. Luc. 77. num. 18. Lepid. deciſ. 60. col. 3.
ſub verſic. Namque, Surd. deciſ. 34. num. 4. etiam
quatenus non fuiſſet adeo clara, quia adſunt alia
33 adminicula iuxta illud, † & quæ non proſunt ſin-
gula multa iuuant, l. inſtrumenta, l. rationes, l. non
nudis. C. de probat. Gloſ. in l. 2. in princ. d. excuſat.
tut. in c. tres ſunt, de pœnit. diſt. 1.

Maximè; quia demum animaduertimus, Do-
minum Ioannem Dominicum fratrem d. D. Pere-
grini, pro conſcientiæ eiuſdem D. Peregrini exone
ratione, non obſtante lapſu temporis, iterum eiuſ-
dem conditionis bona, retrouendidiſſe, vnde vltra
coniecturam; quæ dicebatur de ſimilibus ad ſimi-
34 lia, æquitas etiam intrare videretur, † quæ in pari-
bus cauſis paria iura deſiderat, tit. de Allod. in vſib.
feud. l. fin. C. ad leg. Falc. & ad l. illud. ff. ad l. Aquil.

Hæc ſunt, quæ nos mouerunt in dictam ſenten
tiam, poſthabitis petitionibus actorum, primò præ
tendentium, quod contractus declararetur ſimula
tus, & vſurarius, & ſubordinatè quod ceſſio eis
omnem in caſum fieret, quia prędicta ſufficere vi
ſa ſunt ad vnum effectum, non ad alium vſurariæ
prauitatis, aut ſimulationis arguēdæ, maximè quia
conſuetudo fænerandi probata non erat, & læſio
35 non erat omnino clara, † quæ ſunt, poſt aliud de
pacto de retrouendendo, alia duo requiſita neceſ-
ſaria pro ſimulatione, aut vſura redarguenda, iux-
ta Corn. conſ. 231. per tot. lib. 1. Decian. Reſp. 2. nu
mero 177. lib. 1. Rol. conſ. 58. per tot. lib. 4. & ple-
niſſimè poſt alios Hond. conſ. 31. num. 68. lib. 1.

36 † Ad ea quæ ex aduerſò opponebātur, & ad pri-
mum quidem reſponſum fuit, tempus adiectū ſo-
lutioni, & tempus adiectum locationi, ſe habere
vti diuerſa, & ſeparata, quia vno caſu tempus limi
tatum merè attenditur, alio nō, vt ſupra viſum eſt,
37 † quare non intrat correſpectiuitas inter diuerſa,
quia tot ſunt diſpoſitiones ſeparatę, quot res, l. ſci-
re debemus. ff. de verb. oblig. Rot. diuerſ. dec. 446.
38 num. 3. par. 1. † tametſi vno, & eodem tēpore con
39 fectæ fuerunt Menoch. pręſ. 12. nu. fin. lib. 6. † &
non intrat correſpectiuitas, vbi non eſt vnum, &
idem finale motiuum, ad Surd. conſ. 457. ſub n. 21.
40 † & etiam non intrat, quando conſtat ex coniec-
turis, aut aliter, aliud fuiſſe actū inter partes, quia
tunc vnus actus non præſumitur factus cauſa, &
reſpectu alterius, Corn. conſ. vlt. col. vlt. verſ. non
enim obſtat lib. 1. referr Menoch. d. præſumpt. 12.
41 num. pen. lib. 6. † Et demum, quod dicitur de acti-
bus correſpectiuis, non debet intelligi, quod quali-
tates poſitæ in vno, cenſeantur omnino repertę in
alio, nam id eſſet, vel abſurdum, vel impoſſibile,
veluti ſi facto vno contractu vſurario, & alio con-
tractu matrimonij diceremus, quod qualitates per
tinentes ad contractum vſurarium, cēſerentur re-
petitæ in contractu matrimonij, quare non valet
argumentum, tempus in locatione ſtat intra ſuos
terminos, ergo idem de tēpore ſolutioni adiecto,
quia ex diuerſis non fit illatio l. Papinianus exuli,
ff. de minor. declarat in propoſito optimè Alb. in
conſ. 178. nu. 1. 4. 10. & per tot. lib. 1. quæ quidem
Reſponſio verbis, &, vt ſupra, optimè congruit,
quatenus ex eis infertur, ad dictam repetitionem
42 earundem qualitatum, † quia non intelliguntur re
petere qualitates non conuenientes ſubiectæ matę
riæ, vt patet clarè ex not. per Alb. in loco mox cit.
43 & in conſ. 45. num. 3. vbi etiam pulchrè, † & prętere
rea dictum fuit copulam, &, ſtare in principio capi
tis venditionis, & ſic inceptiuè, quo caſu dictum
in vna parte orationis, non cenſetur repetitum in
alia, Menoch. conſ. 111. num. 34. & 35. lib. 2. & di-
ctionem, vt ſupra, licet repetere dixerimus eandē
qualitatem ſolutionis fiendæ intra nouennium, ta-
men hoc non nocet, quia vtrunque eſſe poteſt, &
quoad conuentio ſtet de ſolutione fienda intra no-
uennium, & quod actualis ſolutio poſtea etiam
44 fieri poſſit à debitore, † Vnde non concludit ar-

gumen-

gumentum cum poſſit. Vtruoque ſimul eſſe, citra deſtructionem alterius l.neque natales, & ibi gloſ. C. de probat.

Ex quibus, &c. Laus Deo, &c.

SVMMARIA.

Filiatio legitima fuit probata in præſenti caſu, numero 1.

Deciſiones Rotæ ſunt ſequendæ in dubio, num.2.

Circa legitimum matrimonium probandum non procedit, vbi agitur de filiatione probanda ad effectum ſucceſſionis, num.3.4.

Filiatio ad effectum ſuccedendi probatur per leues probationes, vel coniecturas ſub num.4.5.8.

Coniecturæ facilius admittuntur, vbi ſcripturæ Parochi ſunt deperditæ, num. 6.

Coniectura bona eſt, ſi pro filio à vicinia quis fuit reputatus, num.7.15.

An probanda ſit cohabitatio viri, & mulieris per decennium, num.9.10.

Imparitas ſingulium non officit, num.11.

Argumentum à communiter accidentibus validum, num. 12.

Nominatio paterna in filium cum alijs adminiculis probat filiationem, num.13.

Præſumptiones maiores pro filiatione vincunt minores, quæ ſunt contra eam, num 14.

An credatur notario de commiſſione ſibi facta recipiendi teſtes, num.16.

Ex conſuetudine creditur, num.17.

Quæ conſuetudo eſt attendenda, licet eſſet contra eam communis opinio, num.18.

Notario ipſius D.Iudicis magis creditur, de commiſſione ab eodem Iudice ſibi facta, num.19.

Licet Notario non credatur, de commiſſione ſibi facta, tamen exequutionem commiſſionis poteſt ſcribere, & ſtatur eius ſcripturæ, num.20.

Proceſſui de alia regione tranſmiſſo ſigillato, & comprobato per officialem eius loci, ſtandum eſt, num.21.

Examen factum à Notario de commiſſione Iudicis tenet num. 22.

An examen quoad non nominatos coram D.Iudice remittente, teneat, num.23.24.

Citatio ad videndum iurare teſtes coram Iudice, & receptio extra locum, an inualident examen, numero 25.26.

Decretum intelligitur ſecundum commiſſionem, ſub eod.

Interrogatoria tranſmiſſa ſolent ſatisfacere abſque eo, quod viderit iurare teſtes, num.27.

Ex defectu interrogatoriorum, an impugnari poſſit examen, num.28.

Iuſta cauſa impediens excuſat, ſi ſine interrogatorijs factum eſt, num.29.

Teſtibus dari poteſt fides, & probationes perſuaſiuæ ſufficiunt, vbi cognoſcitur ſine iuris ſolemnitate, ſola facti veritate inſpecta, num.30 40.

Præpoſteratio interrogatoriorum, quando non noceat, num. 31.

Ordo commiſſionis examinis eſt ſeruandus, num.32.

Modica omiſſio circa interrogatoria non vitiat, nu.33.

Etiam ſi ipſa in totum omiſſa fuiſſent, num.34.

Et omiſſiones tales non attenduntur, vbi attenduntur ea tantum, quæ ſunt de ſubſtantia Iudicij, numero 35.

Oppoſitiones contra fidem, & legalitatem ſcripturarum in calculo ferendæ ſententiæ reijciuntur, num.36.

Legalitas quomodo probetur, vbi deficit facultas recognoſcendi, num.37 & ſeqq.

Fides ſcripturis in ſubſidium dari poteſt, num.39.

Cautelis, & tardis oppoſitionibus minimè fauendum eſt, num. 41.42.

Liquidatio in executione reſeruatur, maximè in iudicijs vniuerſalibus, num.43.44.

DECISIO LVI.

IN hac cauſa multis difficultatibus implicita, in primis reſolutum fuit, deueniendum eſſe ad eius merita, & eam ſecundum veritatem, & ſolitum adiuuare; Quapropter cenſuimus, conſtare præſertim per quatuor, & plures teſtes, D.Ioannē Laurentium à vigintiquinque annis, & vltra fuiſſe tentum, & reputatum publicè ab omnibus pro filio legitimo, & naturali D.Capitanei Ioannis, & Georgetæ iugalium, tum per nominationem, tum per tractatum, & per alia requiſita.

Vnde cum non ſimus principaliter in probando legitimo matrimonio inter ipſos iugales, ſed principaliter in cognoſcendo de dicta filiatione legitima, licet dictum legitimum matrimonium, (ſine veri præiudicio) non foret legitimè probatum,
1 †. Tamen filiatio legitima in caſu noſtro cenſetur legitimè probata, Rot.diuer.in nouiſſ.dec.79.n.2. & deciſ 357. per tot. par.1. & deciſ.34. num.18.
2 par.1. † & deciſ. Rotæ ſunt ſequendæ in dubio. Onded.conſ.66. num. 10. lib.2. Vant. de nullit. ex defectu Iuris. deleg.n.20, Crau.conſ.991. per tot. Vbi in fin.dicit, ſic fuiſſe per Rot.Iudicatum.

3 Ex quibus deciſionibus in caſu noſtræ filiationis, nō videntur obſtare dicta de ſacroſanct. Concilio Tridentino circa legitimum Matrimonium probandum, ex Menoch.de præſumpt.li.3.præſ.1. quaſi ad fin. & conſ.199. & ex Gall. conſ.15. cum alijs allegatis.

4 † Quia dictæ deciſiones fuerūt factæ longè poſt ſacroſanctum Concilium, & tamen Romæ dixerunt, filiationē probari per has leues probationes, & ſufficit, quod deponatur de meta viginti annorum excedente circa dictam filiationem, Rot.d.deciſ.357 num.9. par.1.

Et quidem, niſi ſufficerent tales atteſtationes, plurimi eſſent caſus, in quibus legitimatio nō probaretur, & omnes hæreditates ferè eſſent in maxima difficultate, præſertim eorum, qui extra pro-
5 priam patriam naſcuntur, † & ideo ad coniecturas, & præſumptiones eſt recurrendum, Ruin.cōſil.128.num.6.lib.4. Alexan.conſ.88.num.9.lib.7. Pariſ.conſ 10. num.68.lib.2.

Licet in caſu noſtro teſtes dicant etiam, quod Genuæ propter peſtem de anno 1579. in Parrochia S.Marci fuerūt combuſti omnes libri, & om-

nes

nes ſcripturæ dictæ Parochiæ, in qua morabantur
6 dicti iugales, † quare facilius intrant præfatæ præ-
ſumptiones ad l.teſtium.in fin. C.de teſtibus, Me-
7 noch.de præſ.lib.1.q.66.cum ibi citatis, † & etiam
quod ante peſtem D.Ioannes Laurẽtius natus eſt,
8 & continuè fuit reputatus pro legitimo, † Vnde
multò magis recurrendum eſt ad dictas præſum-
ptiones, & ad adminicula Rot.d deciſ.357.nu.6.
p.1. Maſcar.concl.796.per tot. Pariſ.d.conſil.10.
quod etiam ſtatutum noſtrum admittit in titul. de
modo proban.matrim.& filiat.c.99.& 100.lib.1.
9 † Nec obſtant præſumptiones exaduerſò alle-
gatæ, & primo, quod teſtes non deponant, per de-
cennium dictos iugales cohabitaſſe ſimul, ad Soc.
conſ.39.lib.1.cum alijs allegat.
10 † Quia ex tradit.per Rot. deciſ.66.lib.1. pat.3.
cum ibi allegat.dictum requiſitum non eſt neceſſa
rium, prout etiam inquit Gabr.conſ.21. num.43.
lib.1.& Pariſ.conſ.57.num.45.46.vol.4.
11 † Nec obſtat coniectura de imparitate iugaliũ,
iſta nanque imparitas non videtur ſufficienter pro
bata, & poſt mortem dictorũ imparium filius præ-
ſumitur legitimus, Menoch. indiſtinctè loquens
lib.3.præſ.1.ſub num,77.non enim præſumendũ
eſt, illos voluiſſe mori in peccato mortali in dubio.
Et quotidie videmus talea homines, præſertim
milites verè, & legitimè ducere in vxores tales mu
12 lieres impares extra patriam, † valetque argumen
tum à communiter accidentibus, ad l.nam ad ea,
ff.de legibus Euerard.in loco à communiter acci-
dentibus.
Quod comprobari videtur ex eo, quia ſp.Nico
laus frater, & alij poſt mortem dicti Capitanei nõ
iuerunt Genuam pro obtinenda eius ſucceſſione,
& tamen conſtat, illũ reliquiſſe in officio S.Geor-
gij quantitatem pecuniarum, eidem Io.Laurentio
poſtea decretam à Iudice tanquam filio legitimo,
& naturali, vt vidimus ex inſtrumentis, & actis
productis, in quibus d.Capit.Ioannes nominat fi-
lium ſuum dictum Ioannem Laurentium, & ſic
13 conſtituit eũ in quaſi poſſeſſione filiationis, † quæ
adminiculata ex ſupradictis, & alijs coniecturis, ſa
tis fuit ad eum faciendum legitimum, vt obtineat
hæreditatem controuerſam, Maſcard.concl.799.
ſub num.24.& Rota in dictis deciſ. citati in tract.
meo de interpr.inueſt.lib.11.cap.2.pat.6.
Imò tantum abeſt, quod d.Nicolaus, & fratres
iuerint pro obtinenda dicta ſucceſſione, quod Do-
minus Mathæus alter frater Germanus d.Capita
nei Ioannis bene iuit Genuam, ſed nõ curauit obti
nere dictam pecuniam, & alia bona, verum ſecum
duxit in hanc Ciuitatem Lucenſem d.D.Io.Lau-
rentium, & d.D.Georgettam recognoſcendo eos
pro filio, & vxore reſpectiuè d.Ioannis ſui fratris.
14 Hæ igitur præſumptiones certè videntur maio
res, quam ſint illæ, quæ adductæ ſunt contra Do-
minum Ioannem Laurentium, ad Cæphal.conſil.
435.Ruin.conſ.93.num.3.4.lib.5. Alex.conſil.88.
num.9. lib.7.
Aliæ præſumptiones exaduerſò adductæ multò
magis viſæ ſunt proſtratæ ex his, quæ ſup.diximus.

Quoad alia requiſita teſtium exaduerſò conſi-
derata, nempè à quo dici audiuerint de loco, & tẽ
pore, & alijs, nobis viſum eſt, omnia ſufficiẽter in
eſſe in caſu noſtro filiationis, ſtante diuturnitate
dicti temporis excedente viginti annos, vt in dictis
15 deciſ. † & ſtante nominatione vicinorum d.Ioan
nis Laurentij, quæ verificantur in eorum depoſi-
tionibus, licet eſſent generaliter nominati, prout
idem obſeruatum apparet in dd.deciſ. Rot.ad l.ſi
vicinis. C.de nupt.cum alijs in termin. vt per Me-
noch.caſ.89.n.19.de arbitr.adde Crau. conſ.991.
per tot. vbi in fin. ait, ſic fuiſſe per Rot.Roman.
iudicatum.
16 † Quibus ſtantibus non duximus, attendendas
aſſertas nullitates proceſſus Genuæ formati, quia
quoad primam non credendi notario commiſſio-
ne ſibi facta à Domino Prætore recipiendi, & exa-
minandi teſtes Bero.conſ.179.in fin.lib.2.
17 † Reſpondebatur, conſuetudinẽ eſſe in contra-
rium Maſcard.concl.1100. aliàs 1906.n.17. Fari-
nac.q.77.num.186. Ludou.de conſuet.illat. 152.
18 † quæ conſuetudo attendenda eſſet, licet commu-
nis opinio foret in contrarium, Coraſ.de commu-
ni opin.lib.2.Caſ.18.cum ibi per eum citat.& not.
19 tantò magis, quia d.Notarius eſt Cancellarius pe-
culiaris d.D.Prætoris, ad Dec.conſ.42.nu.5. ver-
20 ſic.tertiò præcipuè moueor, † & licet notario nõ
credatur de commiſſione, tamen exequutionem
commiſſionis poteſt ſcribere, & ſtatur eius ſcriptu
21 ræ Bero.conſ.213.ſub num.11.12.13.lib.3.† Vltra
quod dictus proceſſus apparet ſigillatus, & cõpro-
batus per d.D.Prætorem, ad Maſc. d.concl.1096.
num.24. Menoch.conſ.100. num.52. prout, nec
etiam viſum fuit, obſtare, quod dicebatur, examen
non fuiſſe factum per ipſum D.Prætorem, ſed per
22 dictum eius notarium de eius cõmiſſione, † quia
in facto vidimus in literis D.Prætori tranſmiſſis,
datam fuiſſe facultatem examinãdi etiam per eius
notarium, vt fieri ſolet ad Saluſt.Tiber. in prax.
Aud.Cam. de inſtrum. remiſſor.
Ad alteram difficultatem, quod non omnes te-
ſtes examinati fuerint nominati coram D.Iudice
23 remittente, † & ideo nullum eſſe examen quoad
non nominatos Carpan.ad ſtat.Med.cap.66.n.21.
24 lib.1.† Reſpondetur, in dictis literis ſubſidialibus
contineri facultatem recipiendi teſtes, etiam nomi
nandos ad cap.Præſentium, circa med.& cap.licet
cauſam.de teſtib. Veſtr.lib.6.cap.vlt.num.7.& ma
ximè quia vidimus, ſatis iuſtificati intentionem
actoris ex depoſitione aliorum teſtium nominato-
rum ad aliam noſtram Deciſ.Var. 20.n.70.lib.2.
Et dum dicebatur, quod citatio ad videndum
iurari teſtes, fuerit facta ad videndum iurare corã
25 D.Prætore non coram Notario, † quo caſu rece-
ptio extra locum non valet, Veſtr.lib.6.cap.2. ſub
26 num.15.† Reſpondebatur, huiuſmodi decretum
fuiſſe factum poſt cõmiſſionem examinis, In qua
nominabatur etiam Notarius d.D.Prætoris, qua-
propter debet intelligi ſecundum dictam cõmiſſio
nem, ex Bar.in l.ſi in diem, ff.de condict.& demõ-
ſtrat. in l.genero.num.3. ff.de his qui not.in fam.
Soccin.

Digitized by Google

Soccin.conſ.153.col.vlt lib.1.Vltra quod pars,neque coram D.Prætore, neque coram Notario cõparuit ad accuſandum contumaciam, ſed potius paſſa eſt examinari ſuper interrogatorijs proprijs
27 ex hoc loco tranſmiſſis, † quæ ſolent ſatisfacere examini, abſque eo quod viderit iurare teſtes ad Farinac.q.74.in fin. de oppoſ.contra examen teſt.
28 † nec ideo poteſt impugnari examẽ ex defectu interrogatoriorum, cum impugnari fortè poſſet, ſi ſine eis ad illud proceſſum fuiſſet, Oſaſc. conſ.65.
29 num.5. Menoch.conſ.701.ſub nu.26. lib.8. † niſi iuſta cauſa impediſſet ad Natt.in conſ.537. num. 13. & ſeqq.

30 † Dicebatur prętereà, quod quando proceditur ſine iuris ſolemnitate, huiuſmodi teſtibus fides adhibetur Bar. in l filius, colum.2.de donat.cum alijs infra dicendis, & quod in cauſa in qua procedi poteſt ſine iuris ſolemnitate, &c. prout hæc eſt, probationes perſuaſiuæ ſufficiant dicit Bertaz. conſil. ciu.1.num.32. Oſaſc.deciſ.1.num.30. & ad infra. num. 40.

31 † Præpoſteratio autem interrogatoriorum in examine teſtium non vitiauit, quia in commiſſione examinis adeſt ordo, vt ſcilicet prius examinentur ſuper articulis, & poſtea ſuper interrogatorijs,
32 † & talis ordo attenditur ex Bart.in l.2. §.prius de vulg.& pupill.Iaſ.in l.1.num.4. ff ſolut.matr. cum
33 ibi allegatis, † & in noſtra cauſa delegata, vt ſup. hæc modica omiſſio non attenderetur Corn.con-
34 ſil.55.in tertio Dec.conſ.27.ad fin. † etiam ſi, vt multi dicunt, omiſſa eſſent interrogatoria Grauat.
35 ad veſtr.lib.6.cap.2.num.56. † & cum in hac cauſa non attendantur; niſi quæ ſunt de ſubſtantia iudicij, tales omiſſiones ſupradictæ non vitiarent, Farinac.de oppoſ.contra examen teſt.q.74.in fin. vbi de communi ad Io.Crot.de teſt.num.179.

36 † Et quia nouiſſimè in ipſa die ſententiæ oppoſitum fuit, atteſtationes ſupradictas non eſſe in forma probanti, quia eis deeſſet ſigillum ſolitum, & fides legalitatis, & ignorari an Notarius de eis rogatus, eſſet verè Notarius, & legalis, ad Oſaſc. deciſ.117.num.2. Cępol.caut.54.

37 † Diximus talem legalitatem ſatis probari (ſaltem in ſubſidium in tanta tarditate, & ipſa labente inſtantia) ex comparatione Characteris, & manus dicti Notarij, cuius alia inſtrumenta, ſeu acta in hac eadem cauſa fuerunt producta cum ſigillo, legalitatis ſolito, vnde ſequuti fuimus praxim veſtr.in termin. lib.6. cap.1. num. 10. ſic inquientis.

38 † *At vbi deficeret facultas recognoſcendi manum ſcribentis, vel ſigillum recurrendum eſſet de iure ad ſcripturæ, comparationem*, & quæ ſequuntur: allegat Doctor.in l.comparationes, C.de fide inſtr.vbi Bald. num.15.

Præſertim, quia proceſſus dictarum atteſtationum non eſt viſus nobis ſuſpectus in aliqua parte, cum fuerit tranſmiſſus cum ſigillis d. D.Prætoris, & cum eius literis ſubſcriptis, etiam ab eodem ſupra dicto Notario, cuius manum nos recognoui-
30 mus vt ſupra, † Vnde cum ex tenore delegationis non poſſemus amplius inſtantiam prorogare, ſaltem in ſubſidium, vt dicit Veſtr adduci potuimus ad præſtandam fidem dictis ſubſcriptionibus ex DD. in d.l. comparationes maximè Bald. ibi ſub num.17. & 18.

40 † Et ſic etiam multò magis ſecundum credere noſtrũ in hac cauſa, ſine iuris ſolemnitate tractanda procedere potuimus ex Bart.in l.1.& in l.neque in 1.col. de teſtam.mil. & in extrauag. ad reprimi. in verſ.videbitur per Bertach. in clauſula, ſine iuris ſolemnitate, & ſupra num.30.

Partes autem noſtras eſſe duximus dictis oppoſitionibus maximè obuiare, tanquam, nec coram primo Iudice factis, nec coram nobis, niſi dicto vl-
41 timo die, † quæ tam tarda exceptio prodeſſe non ſolet maximè ad tantam cautelam, ad Dec.in l.quis in alterius, nu.10.de reg.iur. & ibi Cagnol. remiſſiuè ſub num.25. verſ.quoniam verò, & ad Marſ. ſingul.284. Crau.conſ.75. num.9.conſil.997. ſub
42 num.12. & 13. † Vbi de differente in vltima hora producere iura, & ſub nu.15. & 24. & conſ.1000. pro Gen.num.380.cum ſeqq. Surd.conſ.32.n. 10. conſ.39. num.17.

Dictus verò Ioannes Laurentius debet habere tantummodo partem in omnibus pertinentibus iure hæreditario ad d.q. ſpect. Nicolaum, & non indiſtinctè in omnibus bonis q. ſpect.Balthaſſaris, nam ad dicta omnia bona concurrunt etiam aliæ perſonæ.vt ſunt filij q.ſpect. Valerij, & ſi qui adeſſunt in tali gradu, qui non fuerũt citati, nec interuenerunt in hoc iudicio, vnde, ſi aſſignaretur tertia pars ſimpliciter, aliquod fortè præiudicium eis fieret, cum fieri poſſit, vt habeant aliquas, & proprias exceptiones, & probationes, quas non habuit in hoc iudicio d.D.Nicolaus, ſiue Veñ.D.Margarita eius filia conuenta, ſtante maximè quod pendent probationes adhuc contra d. D.Ioan.Laurentium iuxtà formam ſtatutorum, de quibus in actis tot.tit. res int.alios act. & cęt. l.Modeſtinus, ff. de except.

43 † Diximus deinde, ſupradictam partem d.Ioãnis Laurentij eſſe liquidandam in executione huius noſtræ ſententiæ, quia nobis melius conſtare poterit, an prædium, de quo in petitione, ſit totum ſolutum de pecunijs d.D.Balthaſſaris, vel de pecunijs eius fratris poſt eius mortem, quia pro rata pecuniæ dicto D.Balthaſſaris tantum, & non aliter d.D.Ioannes Laurentius debet concurrere ad dictam partem; Idem dicendum eſt de alijs bonis petitis maximè non extantibus, cum ſatisfiendum fuerit de eorum valore; & idem dicendum eſt de
44 fructibus prætenſis; † & cum ſimus in petitione vniuerſali, vel reſpiciente vniuerſitatem, reiecimus omnia ad executionem, vt in ſententia per gloſ. magnam in l.1. ff.de edend. l.2. C.de ſenten. quæ ſin.cert.quant.cum alijs per Barz de Quarantig. quæſt.2. circa med. Galle ſ. de liquid. ſub numero 6.

Ex quibus, &c. Laus Deo, &c.

S P M

S V M M A R I A.

Identitas eſt probaada ab eo, qui in ea ſe fundat, n.1.
Alias non probans ſuccumbet, num.2.
Cum alia poſſidentur ia loco, & vnum qaid petitur, debet probari, quid quale, & quaatum, num.3.4.
Et debet in ſpecie probari qualitas adiecta, num.5.
Relatiuum, qui, reſtriagit, & reſoluitur in conditionem, num.6.
An vnquam ſtet demonſtratiuè, num.7.8.
Declara, vt num.26. & ſeqq.
Demoaſtrantis eſt certitudiaem inducere, num.9.
Præſumptio eſt contra eum, qui habet ſcripturam, quæ poſſet tollere difficultates, & non exhibet, num.10.
Poſſeſſio continuata præſumitur in execationem tituli præcedentis, nam.11.
In diuerſitate confiniam, ſatis conſtat de identitate ex continuata poſſeſſione, num.12.
Eodem iure ſucceſſores præſamuntur poſſidere, ac anteceſſores, num.13.
Maximè non conſtito de alio titulo, num.14.
Probatis extremis media præſumuntar, ſub eod.
Dao confinia probant identitatem, num.15.
Nec vitiatur identitas ex alijs falſis demonſtrationibus num.16.
Identitas probatur, etiam ex diuturnitate temporis, numero 17.
Confeſſio defuacti eſt coafeſſio hæredis, & ei præiudicat, num.18.
Identitas probatur per famam in antiquis, num.19.
Identitas in antiquis probatur per teſtes, deponentes de opinione, audita, aut fama, num.20.
In reſpicientibas declarationem facti antiqai, admittuntur probationes minus idoneæ, num.21.
Idantitas in aatiquis probatur, etiam per indicia, n.22.
Quaado conſtat de identitate ex coniecturis, non intrat præſumptio plaralitatis reram, num.23.
Safficit, quod quid tale aliquando fuerit, num.24.
Si mutantur confinia, nec conſtat, quid, quale, & quantum ſit, omnia præſumuntur liuellaria, vel emphiteotica, num.25.
Relatio nihil facit, qaando diſpoſitio eſt certa, num.26.
Sufficit conſtare de mente, num.27.
In dubio verba ſtant demoaſtratiuè, non reſtrictiuè, numero 28.
Adiectio, quas ab eo condacit, ſtat demonſtratiuè, numero 29.
Non ſoleat, qaæ abundant vitiare, num.30.
Mens declaratur ex eadem ſcriptura, & qualibet particula eius, num.31.
Iudex non debet ſe ad vaam ſpeciem probationis adſtringere, num.32.
De eo, quod non reſultat ex actis non habetur ratio, n.33.

DECISIO LVII.

DOminus Iacobus de Ghiuizzano inter alia legata, facta per ipſum filijs Pauli, & Nicodemi ſuis ex eiſdem nepotibus, in Codicillo ſub 28. Ianuarij 1501. legauit Ioanni Baptiſtæ, & Auguſtino filija dicti Pauli in hæc formaliter verba.

Terras plageales, quas dictus teſtator habet in commaai S. Petri ad Vicum, quas ab eo conducit Pauliaus Bargaſſaolæ de Marlia, & de eis reddere tenetar quolibet anao ſtara 51. grani. Et prædicta omnia legata ſuppoſuit fideicommiſſo, prout infra aptiori loco ponetur dec. ſeq. ſub princ.

In præſentiarum ſat ſit, quod Cæſar, & Paulus, vti deſcendentes ex dicto Auguſtino, petierunt à nobilibus DD. Magdalena, & Camilla de Ghiuizzano reis conuentis dictas terras plageales, ab ipſis poſſeſſas, quibus negantibus ſe poſſidere dictas terras plageales, fuit primo loco dubitatum; an identitas eſſet probata.

1 † Dicebant DD. Conuentæ, identitatē eſſe probandam ab eo, qui in ea ſe fundat, Crau. conſ. 112. num.3. conſ. 198. num.4. Peregr. de fideicom. artic. 44. nu. 43. Surd. deciſ. 55. Afflict. deciſ. 23. n.3. in princ. conſ. 151. num.46. Magon. deciſ. Luc. 21.
2 n.9. † aliàs ſuccumbere debet, Signor. conſ. 16. n.5 Crau. conſ. 294 ſub nu.4. verſ. iſtud argumentum Berrett. conſ. 9. num 31.33.

3 † Quod autem dicti actores non probauerint, deducitur ex eo, quia, tametſi dd. Conuentæ poſſideant, terras plageales, per hoc non probatur identitas ex eo, quia teſtator non legauit indefinitè, ſeu vniuerſaliter omnes ſuas terras plageales poſitas in Cōmuni S. Petri ad Vicum, ſed eas dumtaxat, quas ab eo cōducebat Paulinus Bargaſſuola, vt patet ex verbis relatis, ſed cum teſtator poſſideret
4 ibidem alias, & multas terras plageales, † debebāt probare, ſcilicet, quid, & quantum ab eo conducebat Paulinus prædictus, per ea, quæ dicit Alexand. conſ. 96. nu.4. vol.5. Pet. de fideicom. q.13. n.496.
5 & latè Peregr. art. 44. per tot. † & debebant in ſpecie probare, quod huiuſmodi qualitas conueniret terris petitis, vt in propoſito tradit Alex. conſ. 119 nu.3. lib.1. Crau. conſ. 293. n.4. in fin. Rol. conſ. 82. num.18. in 2. & conſ. 2. nu. 16. in 3. Surd. conſ. 151.
6 num. 51. & 52. vol.2. † maximè, quia adeſt relatiuum, quas, quod ſtat reſtrictiuè ad eas tantū quas conducebat ille Bargaſſuola, quia relatiuum, qui, adiectum diſpoſitioni ſine copula reſoluitur in cōditionem, & verba præcedentia generalia, vel indefinita limitat, & reſtringit. l. ſtichum qui meus erit, ff. de leg. 1. l. ea tamen adiectio, vbi Scrib. ff. de leg. 2. DD. in l. 1. C. de Summ. Trin. & fid. Cathol. Ceph. cōſ. 635. n.5 late Moror. Reſp. 5. n.5. & ſeq. Surd. conſ. 127. nu. 47. & ſeq. conſ. 445. li.3. Caſtr. conſ. 417. n.2. lib.1. Alex. conſ. 14. in princ. li.7. Iaſ. conſ. 55. col.1. circa fin. in 5. Rol. conſ. 82. vol.2.

7 † Neque obſtat, quod dictum relatiuum, quas, in caſu iſto videatur, ſtare demonſtratiuè ex traditis per Bart. in l. omnes populi, in princ. de iuſtit. & iur. in l. cunctos populos, num.2. C. de ſum. Trin. & fid. Cath.

8 † Namque id demum verū eſt, quando præcedit copula, vel quando qualitas adiecta regulatur ab eo relatiuo mediante, competit cuilibet de genere, in caſu autē noſtro, nec adeſt copula, nec fuit probatum, quod Paulinus Bargaſſuola conduceret

omnes terras, quas haberet d. Iacobus in d. Cómuni quibus ceſſantibus, non eſt recedendum à d. regula, à qua nemo diſſentit, & etiam dato, quod relatiuum, qui, poſſet ſtare demonſtratinè, hoc tamẽ non p teſt intrare in caſu iſto,
9 † quia ſi debet demunſtrare debet certitudinem inducere, Bart. in l. demonſtratio. ff. de cond. & demonſtr. Alex. conſ. 119. nu. 3. lib. 1. Profectò ex hoc ſolo relatiuo, hic adiecto nulla certitudo reſultat, cum non per hoc inducatur certitudo, quæ eſſent terræ illę plageales, & vbi eſſent illæ, quas conducebat d. Paulinus, & quæ ei reddebant ſtária 51. grani; Niſi aliundè hæ ipſæ qualitates probentur, quæ tamen non videntur probatæ, quia nullæ ex demonſtrationibus adiectis bonis legatis, de quorum identitate nunc agitur, verificantur in bonis petitis: Immo, quod iſtæ terræ petitæ ſint plageales nõ probatur, & hę, quæ dicuntur plageales ex oculati inſpectione non ſunt tales, immo verò ſunt fructiferæ cum arboribus, & plantis, & iamdiu exercitatæ, & cultæ, & ſpeciale numen habentes, videlicet, *Infrabrodo*, & non ſolum nõ fuit probata illa perceptio ſtaria 51. grani, ſed potius probatũ fuit, quod etiam de præſenti nemo eſſet, qui d. prædium cõduceret pro ſtarijs 51. quapropter multò minus pro tali affictu locari potuiſſet de ann. 1501. namq; à d. tẽpore citra bona omnia immobilia fuerunt meliorata, & eorũ penſiones ſæpius fuerunt auctæ, vt eſt notorium, & probant teſtes dictarum conuentarum.

Demum, cum actores pluries publicè dixerint, quod habent inſtrumentũ locationis factæ d. Paulino de bonis in dicto legato cõtentis, ex cuius productione facile tolli poſſent difficultates, & veritas appareret, illud tamen oſtendere ſemper recuſauerint,
10 † ſatis vehemens aduerſus eos præſumptio inſurgit, ad trad. per Caſtr. conſ. 281. ſub num. 1. lib. 1. Crau. conſ. 79. num. 9. quos cum alijs refert Maſc. de probat. concl. 332. num. 59.

Quibus tamen non obſtantibus, tentũ fuit contrariũ, quod identitas eſſet probata, & primo quidem ex ipſiſmet inſtrumentis, primo diuiſionis, in quo poſt obitum teſtatoris Ioãnes Baptiſta, & Auguſtinus legatarij diuidunt dicta bona ſub nomine indiſtinctè S. Petri ad Vicum, & tanquam plagealia, hoc particulari nomine vtentes; & deinde alio permutationis, vbi Franciſcus filius d. Ioannis Baptiſtæ dat prædicto Auguſtino domum, in locum, & in contracambium ſtar. 22 grani, quæ erant eidem Auguſtino ſoluenda, vt vberius in inſtrumentis, etiam hoc probantibus, de quibus in actis, & tertio alio ſub annu 1501. conſignationis dd. bonorum per hæredes Iacobi teſtatoris factæ dd. Ioanni Baptiſtæ, & Auguſtino legatarijs, iuncta continuatione poſſeſſionis eorundemmet bonorum inter ſucceſſiuè poſteros vſque in hodiernum diem, non conſtito vllibi de alia cauſa poſſidendi, ad latè trad.
11 per D. Morot. Reſp. 14. num. 7. & ſeqq. † vbi ait quod poſſeſſio continuata pręſumitur in executionem tituli præcedentis, & quod omnis dubietas tollitur, quæ poſſet reſultare ex demonſtrationibus inſtrumenti circa identitatem, vbi latè circa hoc; Afflict. deciſ. 23. ſub num. 3. Rot. diuerſ. deciſ. 141.
12 num. 10. in fin. par. 2. † Vbi etiam in terminis diuerſitatis confinium ſatis conſtare de identitate, ex quo conſtat de corpore, ratione poſſeſſionis cõtinuatæ inter deſcendentes, Berrett. conſ. 9. numero 42. & 45.
13 † Vbi probato, quod anteceſſores habuerunt, & poſſederunt, eodem iure præſumitur bona in hæredes perueniſſe, ex Alc. de præſ. regul. 2. par. 3. num. 8. verſ. fallit 4. Barb. conſil. 57. col. 4.
14 volum. 4 Syluan. conſ. 54. num. 4. in fin. † maximè quando non conſtat de alio titulo, ſeu cauſa poſſidendi, Natt. conſ. 460. ſub num. 9. 10. & 11. Berretta d. conſ. 9. n. 39. & ſeqq. ad hæc etiam Peregr. de fideic. art. 44. nu. 3. 4. & probatis extremis media præſumuntur, Rot. deciſ. 545. num. 1. 598. ſub num. 9. par. 1. nouiſſim.

Concurrebant etiã tria confinia antiqua, ab vna parte via publica mediante conductu Molendinorum, ab alia ſpect. de Bernardis, & ab alia bona monialium S. Micheletti, quæ hodie adhuc exiſtunt in loco, vt olim ita, & nunc etiam num appellato S. Petri ad Vicum, & quæ loca circumquaque adhuc nunc plagealia cõmuniter appellantur, tametſi re vera non appareant eſſe talia,
15 † Duo enim cõnia probant identitatem, Maſcar. de probat. concl.
16 1374. † & ſufficiunt cum expreſſione nominis, nec vitiatur ex alijs falſis demõſtrationibus, Ruin. conſ. 50. ſub num. 12. lib. 1. multò magis hic, vbi ad
17 ſunt tria confinia, † & vlterius temporis diuturnitas, ex qua argui rei, & corporis identitatem, dicit eod. num. 12. Ruin.

Accedebat etiam martirologium d. teſtatoris, ex quo apparet, quod ipsè nulla alia in dicto loco S. Petri ad Vicum habebat, & poſſidebat bona, quã ea, quæ acquiſiuit de anno 1474. & diuiſit cum dictis Monialibus, & modo poſſidentur per teas cõ-
18 uentus, † & confeſſio ipſiuſmet defuncti, eſt confeſſio ipſius hæredis, & probat contra hæredem in term. identitatis Ruin. d. conſ. 50. num. 13. lib. 1.

Poſtremò aderant teſtes, quod hæc bona eſſent fideicommiſſo prædicto ſuppoſita, apertè deponentes, etiam partis aduerſæ, vt primus, tertius, quartus, quintus, ſextus, & ſeptimus teſtes reſpondendo ad primum interrogatorium, & alij, vt primus ſuper interrogat. 16. & artic. 12. ſecundus ſub artic. 24. tertius ſuper d. Interrogat. 16. decimus quartus cum tribus ſequentibus ſuper art. 28. qui omnes deponũt, ita dici audiuiſſe à Senioribus eo-
19 rum, & ita etiam ſcire D. Magdalenam, † per famam autem probari idẽtitatem in antiquis, Ruin. d. conſ. 50. ſub nu. 16. vol. 1. Natt. conſ. 231. n. 15. & 16. Syluan. conſ. 57. n. 2. Maſcar. d. concl. 1374. n. 9. & in term. teſtium, ita deponentium Berett. d. conſil. 9. n. 39. & ſeqq. Socc. ſen. conſ. 89. num. 2. vol. 1. Alexand. conſ. 116. num. 8. vol. 5. Cæphal. conſ. 311.
20 n. 30. & 34. lib. 3. † qui aiunt hoc procedere, etiã ſi teſtes deponerent de opinione, vel auditu, aut
21 fama, † & dicit Morot. d. reſp. 14. n. 17. in reſpiciẽtibus declaratiuuẽ facti antiqui admitti probationem minus idoneam, coniecturalem, & præſumptiuam, per l. cenſus & monumẽta, & quæ ibi not.

ff. de

Digitized by Google

ff.de probat. Anchar, Caſtr. & alios, vt ibi per eum.
Ex quibus reſultat reſolutio ad contraria, parti-
culariter tamen reſpondetur. Primò, nos eſſe in
antiquis, in quibus identitas probatur etiã per in-
dicia, coniecturas, & præſumptiones, ne dum per
teſtes, & inſtrumenta, Dec. conſ. 109. col. 1. Barbat.
conſ. 6 ferè per tot. lib. 2. Ruin. conſ. 65. n. 18. vol. 5.
Rimin. ſen. conſ. 254. num. 11. vol. 2. Menoch. con
ſil. 202. nu. 100. lib. 3. præter Maſcar. Berett. Soc.
Ceph. & alios mox citat. & in ſpecie Afflict. d. de-
23 ciſ. 23. nu. 3. † qui apertè dicit, non obſtare, quod
pluralitas rerum præſumatur, niſi probetur identi
tas, quia ſatis dicitur, de identitate conſtare ex con
iecturis ſimul iunctis, præſertim in antiquis.
Secundò, Reſpondetur ceſſare etiam præſuppo-
ſitum, quod non conſtet, quod aliquæ ſint terræ
plageales, quia hoc in facto erroneum eſt, vt patet
ex poſitis ſupra num. 14. & ſeqq. nec, quod hodie
terræ illæ non habeant faciem plagealium, facit ad
24 propoſitum, † quia ſufficit eas, vel aliquando ta-
les fuiſſe, vel taliter fuiſſe nominatas argumen-
tum enim ſoluitur data inſtantia, vt dicitur ſupra
in deciſ. Luc. 3. num. 51. 52.
Tertiò, ceſſat aliud præſuppoſitum, ſeu argu-
mentũ, quod oportuiſſet reſtrictiuè probare, quæ
nã eſſent terræ illæ plageales conductæ à Paulino,
quid, & quantum per eum conductũ fuiſſet, maxi-
mè, quia alias ibi haberet teſtator, quia negatũ fuit
quod alias ibi teſtator habuerit, & id probari per te
ſtes nõ ſolum inducentis, ſed etiã ipſarum conuen
tarũ deponentium, quod in d. cõmuni S. Petri ad
Vicum illi de Ghiuizanis, nunquã habuerunt alia
bona, quã ea, quæ modo poſſidentur per DD. Con
uentas, vt primus teſtis actorum ſuper art. 14. qui
optimã ſcientiæ rationẽ reddit ex eo, quod de man
dato Magiſtratuum publicorũ menſurauit omnia
bona d. Cõmunis, & ibi nulla alia bona de familia
de Ghiuizanis reperiſſe, niſi iſta. Item, & 2. & 3. te
ſtis ſuper eod. artic. & partis aduerſæ tertius, quin
tus, ſextus, & ſeptimus ad 11. Interrogatorium.
Secundò dictum fuit, præſumptionẽ ſtare con-
tra dictas reas conuentas, per ea, quæ dicit Ruin. in
25 d. conſ. 50. n. 14. vol. 1. † dum voluit, quod datis bo
nis in emphiteuſim, ſi poſtmodum ex mutatione
confiniũ conſtare non poſſit, quid, quale, & quan-
tum ſit emphiteuticum, omnia quæ in eodẽ loco
poſſedit præſumuntur liuellaria, niſi ex Inſtrumen
tis productis appareat, aliũde acquiſita; alia multa
ad materiam ipſe cumulaui in tract. de interpret.
inueſtit. par. 2. ad fin. cap. 3. in caſu noſtro non ſo-
lum non apparet aliunde fuiſſe acquiſita, ſed im-
mo de cõtinuata poſſeſſione inter ſucceſſores, per
quod inducitur præſumptio eiuſdem tituli, vt ſu-
pra probatum eſt. num. 11. & ſeqq.
Quartò, ceſſat etiã aliud de relatiuo, qui, quod
reſtringat, quia, ex quo certa ſunt bona, & certa eſt
26 diſpoſitio per prædicta, † relatio nihil facit, ſed ſta-
tur diſpoſitioni certæ, & determinatæ, Bar. in l. cũ
qui. §. Iulian. ff. de conſtit. pecun. Peregr. de fideicõ.
27 art. 16. ſub n. 111. ſub princ. † ſufficit enim, quod
conſtet de mente ad Afflict. d. deciſ. 23. ſub n. 2.

Secundò, Reſpondetur, demus enim, an teſta-
tor adiectione illorum verborum, quas ab eo con-
ducit Paulinus, &c. voluerit demonſtrare, an verò
reſtringere dubiũ eſſe, & obſcurum, tam ob tantã
antiquitatem, quam attentis oppoſitionibus, quæ
28 fiunt à parte, † certè in dubio, verba ſtare magis
demonſtratiuè, quam reſtrictiuè, communiter tra
ditur, & docet Peregr. de fideicom. art. 16. n. 110.
Tertiò, Reſpondetur legatas fuiſſe terras pla-
geales expoſito nominatim loco in Cõmuni S. Pe-
29 tri, † vnde adiectio, quas ab eo conducit &cęt. ſtat
demonſtratiuè, ad not. Menoch. in conſ. 706. ſub
n. 12. li. 2. dum, an verbum videlicet, ſtet demõſtra
tiuè, vel limitatiuè ex eo arguit, vt quando in expo
ſitione idẽ eſt, quod in vocabulo expoſito, tunc ha
beat vim demonſtrandi, & quando minus, tũc ha
beat vim limitandi: Probatũ verò eſt aliũde, quod
aliæ terræ non aderãt in eo loco Cõmunis S. Petri,
ideo ſumus in primo dictæ diſtinctionis membro,
quod dicta adiectio, tanquam nihil plus continẽs,
quam vocabulum expoſitum, demonſtratiuè ſtet,
non limitatiuè, & hæc demonſtratio maiorẽ certi-
tudinem inducit, quia vltra vocabulum principale
appoſitum exponit alias qualitates, quę facilius om
30 nem dubitationem abigunt, † & non ſolent, quæ
abundant vitiare l. non ſolent quæ abundant. ff. de
regul. iur. Immo verò etiã colligebatur, quod hæc
intentio fuerit demonſtrandi non limitandi ex eo,
quod idemmet teſtator legato prædio Marlię, ea-
dem ferè vſus eſt phraſi in hunc modum, *Itẽ aliud
prædium, quod ipſe teſtator habet in cõmuni Marliæ,
ex quo percipiuntur quolibet anno, iure affictus, ſtar.
50. grani, & ſalmę ſex vini, quod conducit Pauli-
nus Bargaſſuola de Marlia.*
Dum etiam hæc facilius apparet, verba tendere
ad finẽ demonſtrandi magis, quã limitandi, quia
effectus ſubſequutus hoc oſtendit, cum fideicom-
miſſarij poſſideant hęc bona, & nulla circa ea facta
31 fuerit talis difficultas, iuxta illud, † quod mens de-
claratur ex eadem ſcriptura, & qualibet particula
eius, Rol. cõſ. 61. n. 36. vol. 2. & ad alia in meo tract.
de interp. inueſt. c. 2. gra. 8. n. 8. & ſeq. Ex quibus ſi-
mul iunctis reſultaſſe plenam identitatis probatio
32 nem, cenſuimus, † cum nec debuerimus ad vnam
ſpeciẽ probationis nos ipſos reſtringere, ſed cũcta
diligenter rimari, vt egregiè Barb. conſ. 6. nu. 38.
per tot. lib. 2.
Ad illud, quod oppoſitũ fuit, contra actores præ
ſumi, quia non producunt inſtrumentum locatio-
33 nis cũ d. Paulino: † Reſponſum fuit, non conſtare
ex actis, quod illud habeant, aut quod dixerint, ſe
habere ad l. illicitas. §. veritas, ff. de offic. pręſid. vl-
tra quod eſt leuis præſumptio inter tot. probatio-
nes, & coniecturas pro actoribus facientes.
Et ita concluſum fuit probatam fuiſſe identita-
tem. Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Dubium cauſæ, in quo verſetur, num. 1.
*Fideicommiſſum fuit inductũ, tantum in caſum contra-
uentionis, quãdo prohibitio eſt ſimplex, et nuda, n. 2.*

H 2 Non

Digitized by Google

Non dicitur alienare, qui ſucceſſurum ab inteſtato inſtituit, num.3. & 5.

In caſum contrauentionis tantùm fuiſſe inductum fideicommiſſum, apparet ex verbis teſtatoris, num.4.

Contrauentio non poteſt conſiderari, cum teſtator vocat fœminas ſucceſſuras ab inteſtato, num.5.

Verbo alienationis adiectum verbum vendere, reſtringitur ad alienationem inter viuos, num.6.10.35.

Filia nondum nupta dicitur de agnatione, num.7.

Neceſſaria alienatio eſt, quæ fit per hæredis inſtitutionem, num.8.

Prohibita alienatione neceſſaria, intelligitur prohibita legalis iuſtitutio, num.9.

Voces tam, & quam, ſunt diuiſiuæ, & actum æqualiter tribuunt, num.11.

Verba, vel alio quocunque titulo, alienationem etiam per mortem includunt, num.12.

Declara, num.13.14.

Sub declara ſub eodem, & num.15.

Verba geminata, alienare, & transferre, plus operantur, num.15.

Et enumeratio ſpecierum poſt verba vniuerſalia, omnes caſus includit, num.16.

Vox alius, an ſit ſimilium repetitiua, & quando non, num.17. & ſeqq.

Vox alius etiam diſſimilia complectitur, num.18.

Vox alius iuxta ſubiectam materiam, regulatur, n.20.

Verba linea vnius ſtirpis lineæ alterius ſtirpis, dicuntur clara ad inducendã reciprocam ſubſtitutionẽ, n.21.22.

Stirps, quid ſit, & quomodo intelligatur, num.23.

Per verba, quod in ſtirpes ſuccedant, an ſit inducta reciproca inter diuerſas lineas diuerſorum ſtipitum, magna eſt dubitatio, & contrarietas inter Doctor. nu.24.

Linea maſculina poteſt intelligi effectiuè, vel etiam contentiuè, num.25

Prohibitio realis dicitur quando prohibetur alienatio filijs eorum hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, quia ſemper peruenire voluit in eorum deſcendentes maſculos, num.26.

Maximè ſi verba, quia voluit, ſtent diſpoſitiuè, ſub eod.

Ex clauſula, quia voluit, ſtante prohibitione licet non inducatur ſimplex fideicommiſſum, tamen poteſt induci ex alijs, num.27.

Voluntas teſtatorum propter nimias ſubtilitates, non eſt ſubuertenda, num.28.

Prohibitio dicitur veſtita, quando vno alienante, alterum non alienantem, teſtator vocauit, num.29.

Item, quando vocati ſunt alij hæredes teſtatoris, n.30.

Item, quando teſtator grauauit ad dandum pro amore Dei, num.31.

Honor Dei auget interpretationem teſtamenti, n.32.

Diſpoſitio fauore animæ eſt extendenda, num.33.

Perſona minus dilecta, non debet eſſe melioris conditionis, quam magis dilecta, num.34.

Mentio maſculorũ fœminas indubitanter excludit, n.36.

Solius maſculinitatis, aliquando abſque agnationis intuitu, poteſt ratio haberi, num.37.

Plura de maſculis, & linea maſculina, remiſſiuè, nu.38.

Non eſt verum, quod maſculi ſuccederent, ſi fœminæ admittuntur, num.39.

Fideicommiſſa non ſunt ſtrictè interpretanda, quando concernũt fauorem agnationis, vel maſculinitatis, n.40.

DECISIO LVIII.

Secundò dubitatum fuit, an rectè actum fuerit per actores ad hæc bona, In quo quatuor ſupponenda ſunt.

Primùm, quod actores ſunt de deſcendentibus d. Auguſtini primi collegatarij.

Secundum, quod Domina filia conuẽta deſcendit à Io. Baptiſta altero collegatario, quia ex eo natus eſt Frãciſcus, ex Franciſco D. Innocẽtius, & ex D. Innocentio, & d. Magdalena ipſa filia d. Camilla, & quod linea maſculina d. Io. Baptiſtę eſt finita.

Tertium, quod ipſe D. Innocentius teſtatus eſt, & diſpoſuit de dictis bonis in dictam filiam, nundum nuptam, hæredem ab eo inſtitutam.

Quartum & vltimũ verba teſtatoris hæc eſſe, nam teſtator poſtquã fecit d. legata dictis filijs Pauli, & Nicodemi, inter quæ erat, & legatum terrarum plagealium, ſubiecit eadẽ legata fideicõmiſſo aliàs teſtamento præordinato, his verbis videlicet:

Et prædicta quidem legata d. D. Iacobus teſtator fecit, & feciſſe, & reliquiſſe, dixit dictis filijs Pauli, & Nicodemi, vt ſupra, cũ onere conditione, & lego, quod ipſi filij, & eorum hæredes, & ſucceſſores in perpetuũ non poſſent, nec eis liceat d. bona, aut aliquod ipſorũ in totum, vel in partẽ vendere, ſeu alienare, aut alio quocunque titulo in alterum transferre, tam voluntariè, quam neceſſariò, & tam in iudicio, quam extra, quia ſemper peruenire voluit in eorum deſcendentes maſculos per lineam maſculinã, videlicet bona relicta filijs Pauli in ſuos, & ſuorum filiorum deſcendentes maſculos per lineam maſculinam, & bona relicta filijs Nicodemi, in ſuos, & filiorum ſuorum deſcendentes maſculos per lineam maſculinam, & ſi quis eorum, contrafaceret aliquo tempore talis vẽditio, ſeu alienatio, & in alterum translatio nulla ſit, & nullius roboris, & momẽti, & nihilominus deſcendentes alterius poſſint, & eis liceat talia bona, ſic alienata, licet nulliter, recuperare, & ad eos videlicet alterius deſcendentes in dictum caſum pertinere voluit, & ſi ambo, vel amborum deſcendentes contrafacerent tunc hæredes ipſius teſtatoris, & eorũ ſucceſſores poſſint, & teneantur dicta bona, ſic alienata recuperare, & habere, & ad eos peruenire, & pertinere voluit, & ita decreuit, iudicauit, & reliquit in dicto caſu.

Verùm, ſi ſtirps vnius, vel eorum deſcendentes contrafacerent, & deſcendentes alterius ſtirpis bona ſic alienata non recuperarent infra annos duos à die notitiæ habitæ de tali alienatione, tunc voluit, & mandauit, quod hæredes ſui teſtatoris, & eorum ſucceſſores teneantur dicta bona ſic alienata recuperare, & ad eos peruenire voluit in dicto caſu, & ita iudicauit, & reliquit.

Verùm ſi hæredes ipſius teſtatoris, vel eorum ſucceſſores infra dictos duos annos poſt notitiam dictæ alienationis, & temporis decurſo in ſuprascripto caſu dicta bona ſic alienata non recuperarent, tunc ea bona ſic alienata peruenire voluit ad operam ſanctæ Crucis de Luca, cui operæ in dictum caſum d. bona iudicauit, & reliquit.

Et ſi operarius dictæ operæ infra duos annos poſt noti-

notitiam habitam de prædictis dicta bona non recuperaret, tunc talia bona peruenire voluit ipſo iure ad Hoſpitale S. Lucæ della Miſericordia de Luca, cui Hoſpitali in dictum caſum dicta bona iudicauit, & reliquit.

Item cum conditione, ac lege, &c.

Verùm, ſi ſtirpes amborum, ſeu aliquis ex ſtirpibus amborum, vnus, vel plures ex prædictis, ſeu aliquo prædictorum contradicerent, ſeu contrafacerēt, tam verbo, quam facto, & vt ſupradictum eſt, tunc dicta legata eiſdem facta, vt ſupra ſint irrita, inania & nulla, & nullius roboris, vel momenti, in quolibet dictorum caſuum, & præfata bona, ſic vt ſupra legata peruenire voluit, ac redire, ſeu remanere ad hæredes infraſcriptos ipſius teſtatoris.

Item iudicauit, & reliquit, voluit, iuſſit, & mandauit, quod deficiente linea maſculina vnius ſtirpis, linea maſculina alterius, ſuccedat in bonis prædictis cum oneribus ſupraſcriptis, & deficiente linea maſculina vtriuſque ſtirpis, dicta bona perueniant, & peruenire debeant in hæredes, & ſucceſſores ipſius teſtatoris.

1 † His præſuppoſitis dobitatio in eo erat, an eſſemus in caſu fideicommiſſi. Videbatur dicēdum quod non, quia fideicommiſſum aſſet factum in caſum tantum contrauentionis, contrauentio autem nulla eſſet, ex quo dicta filia eſt in poſſeſſione bonorum, non ex alienatione inter viuos, ſed ex diſpoſitione, & inſtitutione patris teſtatoris, qui hæredem inſtituendo, non dicitur alienare, vel contrauenire, vt infra, num. 5.

Quod autem fideicommiſſum factum fuiſſet tantum in caſum contrauentionis arguebatur ex
2 eo, † quia prohibitio teſtatoris eſſet ſimplex, & nuda, quo caſo ex clauſula, quia voluit, &c. adiecta non inducitur ſimplex, abſolutum, & in caſum mortis fideicommiſſum, ſed in caſum contrauentionis per alienationem inter viuos tantum, licet ſecus eſſet, ſi prohibitio non eſſet nuda, text. in l. filius familias, §. Diui nu. 2. de leg. 1. l. Lucius 93. de leg. 3. & vtrobique Doctor l. pater. 38. l. Iulius Agrippa in fin. de leg. 3. Soc. conſ. 147. per tot. lib. 2. Gabr. de fideicommiſſ. concl. 9. nu. 7. Peregr. de fideicommiſſ. art. 14. num. 14. & ſeqq. & per tot. Mant. de coniectur. vlt. volunt. lib. 6. tit. 14. nu. 15. & 24. vbi de communi, Burſ. conſ. 97. num. 13. 17. 18. 19. Vbi etiam de communi, conſ. 295. nu. 6. 7. vbi de magis communi, conſ. 157. num. 35. 36. vbi etiam de magis communi, & conſ. 337. num. 61. 62. Vbi idē, & latè d. Ladech. conſ. 5. & conſ. 92. & omnium latiſſimè, & nouiſſimè Odd. conſil. 66. ſub num. 110. & ſeqq. vſque in fin. & conſ. 46. nu-
3 mero 25. 29. 30. † vbi teſtando pluries de communi, & magis communi dicit, quod non dicitur ille alienare, qui inſtituit ſucceſſurum ab inteſtato, & ita fuiſſe iudicatum. Ipſe etiam Craſſ. qui contrarium videtur ſequi, dicit hanc eſſe magis communem in §. fideicommiſſum, quæſt. 5. ſub nu. 5. verſic. contrarium in fin. & patet etiam ex alijs citat. in deciſ. noſtra Flor. 40. num. 33. & ſeqq. & numero 29.

4 † Quæ quidem opinio videtur, facilius intrare in caſu noſtro, quia apparet prouiſum expreſſim in caſu tantum contrauētionis, vnde ceſſat omnis diſputatio ex not. per Odd. d. conſ. 66. ſub nu. 115.
5 verſ. præterea, † quæ quidem contrauentio non poteſt conſiderari, cum teſtator vocat fœminas ab inteſtato ſucceſſuras, gloſ. in d. l. pater d. §. Iulius de leg. 3. Alexan. conſ. 56. & 59. ſub num. 10. lib. 3. vbi dicit eſſe temerarium ab hac in iudicando recedere, quam canonizatam teſtatur Dec. conſ. 422. nu. 1. & ſeq. in conſ. 377. Ruin. conſ. 89. lib. 2. Soc. conſ. 227. num. 8. lib. 2. Rip. in d. §. Diui num. 96. Gabr. conſ. 140. num. 12. lib. 1. Pert. de fideicom. quæſt. 8. nu. 272. & 294. doctiſſ. Laderch. conſ. 92.
6 num. 5. † Nec obſtant verba prohibentia alienare, aut alio quocunq; titulo in alium transferre, quia hæc reſtringuntur, propter verbum vendere adiectum, ad alienationes inter viuos, vt plures citantur, in d. deciſ. Flor. 40. num. 24. & ſeqq. ad quam recurre, & ſumus in filia maximè nondum nupta,
7 † quæ dicitur eſſe de familia, ſeu agnatione, vnde non fit contra verba teſtatoris agnatos vocantis, ad Odd. d. conſ. 46. num. 40. & 41.

Quibus tamen non obſtantibus, viſum eſt contrarium, & quod ſumus in caſu fideicommiſſi ſimplicis, & abſoluti, & quod ſint admittendi DD. actores ad bona petita, tanquam huiuſmodi fideicommiſſo ſubiecta.

Primò, quia verba hanc in rem clara viſa ſunt, quatenus clarè, & literis rotundis prohibita fuit omnis in alterum translatio, tam voluntaria, quā
8 neceſſaria, † neceſſaria enim alienatio, ſeu tranſlatio eſt, quæ fit per hæredis inſtitutionem, Bar. & cæteri in l. peto. §. prædium, & §. fratre, de leg. 2. in l. ſi ita quis, §. ea lege, ff. de verb. oblig. Cephal. conſil. 13. num. 21. lib. 1. Ruin. conſil. 89. num. 25. lib. 2.
9 † & ideo per dicta verba cenſetur etiam prohibita legalis inſtitutio, idem Ruin. conſ. 71. num. 5. lib. 1.
10 † quicquid eſſet, ſi generaliter, & ſine hac ſpeciali prouiſione fuiſſet prohibitum alienare, ad l. Codicillis, §. matre. de leg. 2. Caſtr. conſ. 60. ſub num. 1. lib. 2. vbi facta in certam perſonam, non eſſet prohibita alienatio legalis.

Et accedat modus loquendi teſtatoris, cum vo-
11 cibus, tam voluntariè, quam neceſſariò, † quæ verba magis ad hunc ſenſum inſeruiunt, quia hæ voces tàm, & quàm, ſunt diuiſiuæ, & actum æqualiter tribuunt vtrique copulato, vt quod dictum ſit de voluntaria alienatione, ſiuè inter viuos, idem etiā, & de alia non voluntaria, ſeu neceſſaria dictum cēſeatur, l. ſancimus, C. de teſtam. Grat. conſ. 9. n. 99.
12 lib. 1. Surd. conſ. 317. nu. 16. lib. 3. † & vltrà verba, vel alio quocunque titulo quæ vniuerſaliter poſita includunt alienationem per mortem, & vltimam voluntatem, l. verbis legis. ff. de verb. ſignif.
13 Pariſ. conſ. 22. num. 51. lib. 3. † Et licet per ſe non haberent hunc effectum, propter verbum vendere præpoſitum ad Surd. conſ. 27. num. 23. & ſeqq. & alia in allegata deciſ. noſtra Flor. 40. num. 26. &
14 ad Menoch. conſ. 495. num. 24. lib. 5. † Vbi quod vox alius etiam iuncta vniuerſali ſtat ſimilitudi-

nariè in materia odioſa, tamen cum alijs vinculum
15 vinculo addunt, & ſuum effectum operantur, † &
maximè, quia vlterius ſűt verba geminata, ibi alie
nare, transferre, à Gabr. de fidetcom. concl. 9. n. 14.
& enumerantia omnes caſus, ibi, tam voluntariè,
16 quam neceſſariò, tam in iudicio quã extra, † quæ
enumeratio poſt verba vniuerſalia omnes caſus cõ
prehendit, vt in deciſ. noſtrs Flor. t. n. 88. per quæ
ceſſat in hoc caſu obiectũ, quod fieri poſſet, quod
vox, alius, ſit ſimilium tantum repetitiua, † quia
17 hoc non eſt verum, quando poſt verbum vendere,
aut ſimile, adijcitur clauſula generalis in hunc mo-
dum, vel conſimilem, *aut alio modo alienare*, nos ſu
mus in caſu, vbi poſt verbum alienare dictio vni-
uerſalis fuit adiecta verbo transferre, ibi, *alio quo-
cunque titulo in alterum transferre*, quæ quidem po-
ſtrema clauſula ſtaret otioſè, niſi operaretur ali-
18 quid amplius, † Vnde vox alius etiam diſſimilia
complectitur, in tali caſu. Surd. conſ. 449. ſub nu-
mero 26. † & idem eſt, quando adijciuntur verba
19 vniuerſalia, ſeu quando adſunt alia ſigna, ſeu quan
do adeſt copula, vt declarat Surd. ſub num. 29. &
30. d. conſ. 449. Menoch conſ. 485. num. 13 lib. 5.
vbi, non importare ſimilitudinem, quando alia re-
pugnant, quæ omnia in caſu noſtro concurrunt,
20 † & generaliter traditur, dictam dictionem iuxta
ſubiectam materiam regulari, Surd. conſ. 151. nu-
mero 92. lib. 2.

Item habuimus pro claro ſupradictum ſenſum,
propter verba teſtatoris ſupra relata in verſ. Item
iudicauit, dum deficiente linea vnius ſtirpis, linea
21 maſculina alterius ſuccedere debet, † quia dicta
verba clarè, & expreſſim caſum nostrum compre-
hendunt, & reciprocam ſubſtitutionem l. filius fa-
milias. 117. §. cum quis, & ibi Doct. de leg. 1. Socc.
22 iun. conſ. 180 num. 38. vol. 2. † & vocare lineas, vt
vna alteri ſuccedat eſt adeo clarè loqui, vt nihil cla
rius ad cap. vn. de nat. ſucceſſ. feud. Peregr. de fidei
com. art. 13. n. 74. & non ſolum, quia ambæ lineæ
23 diuerſæ fuerunt nominatim comprehenſæ, † ſed
etiam, quia facta eſt etiam mentio de ſtirpe per ea,
quæ dicit Menoch. conſ. 528. n. 27. & 28. lib. 6. vbi
id idem, quia ſtirps ex pluribus diuerſisque gradib.
conficitur, & vnum corpus reputatur ex toto ipſo
genere, quæ dicta in clauſula, vbi teſtator ſimplici-
ter vocat plures in ſtirpes, non in capita, multò for
tius procedent in caſu noſtro, vbi apertè, clarè, &
diſtinctè, linea maſculina vnius ſtipitis, alteri lineæ
maſculinæ alterius ſtipitis, fuit ſubſtituta, quæ ver
24 ba non poſſunt eſſe clariora, † cum tamen, ſi teſta
tor ſolum dixiſſet, quod per ſtirpes ſuccederẽt du-
bitatio magna inſurrexiſſet, an reciproca inter di-
uerſos ſtipites cẽſeretur inducta, in quo Menoch.
fuit ſibi contrarius, nam in conſ. 124. num. 66. &
ſeqq. lib. 2. & in conſ. 528. lib. 6. defendit, recipro-
cam ineſſe, contra verò in conſ. 376. nu. 33. lib. 4.
conſ. 1056. num. 25. & 26. lib. 11. vbi dicit, quod
lib. 4. præſ. 59. num. 13. deber addi negatiua non, &
ad Peregr. de fideicom. art. 13. num. 73. ad fin. vbi
fuit deceptus, quia non animaduertit dictum erro-
rem, quicquid ſit, nos ſumus in caſu claro per præ-
25 dicta, † ex quibus etiam tollitur, an linea maſculi-
na intelligi debeat effectiuè tantum, non etiã con-
tentiuè ad Soccin. conſ. 33. num. 7. & 8. lib. 1. Me-
noch. conſ. 376. num. 34. lib. 4. Ruin. conſ. 98. col. 2
lib. 1. plenè per me in tract. de interpret. inueſtitur.
lib 11. cap. 2. partic. 8. quia dictus modus loquendi
omnes lineas manifeſtè includit.
26 † Item conſideratum fuit, hic adeſſe prohibi-
tionem realem, quatenus prohibita fuit alienatio fi
lijs, eorum hæredibus, & ſucceſſoribus in perpe-
tuum, *quia ſemper peruenire voluit in eorum deſcen-
dentes maſculos, &c.* Peregr. de fideicom. artic. 13.
num. 79. & nu. 80. 81. Soccin. ſen. conſ. 12. ſub n. 18.
lib. 3. Gabr. de fideicom. concl. 9. n. 12. & 18. d. La-
derch. conſ. 5. ſub nu. 9. & per tot. Craſ. in §. fidei-
commiſſum, q. 5. nu. 8. Dec. conſ. 24. nu. 24. Paul.
conſ. 90. num. 43. vol. 2. Achil. Perſon. de adipiſc.
poſſ. num. 219. 221. 222. vbi maximè quando ver-
ba, quia voluit, ſtant diſpoſitiuè, & Rimin. iun. con
ſil. 20. num. 10. vol. 1. Ex quibus de vi dictorũ ver-
borum ſimul iunctorum, & de quolibet verbo ſi-
gillatim, vt de verbo in perpetuum, ſemper, & de-
ſcendentium, &c. vt per eos.
27 † Ad contraria, & ad primam quod clauſula,
quia voluit, non inducat ſimplex fideicõmiſſum,
eo quod prohibitio ſit nuda; Reſpondetur, etiam
data ſimplicitate prohibitionis, ex alijs argui fidei-
commiſſum in caſum mortis, ex quibus voluntas
28 teſtatoris redditur clara, † propter nimias ſubtili-
tates non ſubuertenda, contra l. Sancimus; C. ad
Trebell. Bald. in l. precibus, C. de impub. &c. Man-
tic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 7. tit. 3. num. 5.
29 † Secundò, Reſpondetur immò vero nos eſſe
in caſu prohibitionis veſtitæ, eo ipſo, quod teſtator
altero alienante, alterum non alienantem vocauit,
Petr. de fideicom. quæſt. 5. nu. 122. Ruin. conſ. 122.
ſub nu. 2. lib. 2. Gabr. de fideicom. d. concl. 9. n. 34.
Surd. conſ. 67. n. 98. in princ. ibi verſ. vel quia, &c.
30 † Item ex alio eſt veſtita, quia in caſum contra-
uentionis fuerunt vocati etiam hæredes ipſiuſmet
teſtatoris, Opera S. Crucis, & demum Hoſpitale
Lucæ, Gabr. d. concl. 9. num. 24. de fideicom. Pariſ.
conſ. 22. num. 53. lib. 3. Rol. conſ. 84. num. 14. &
ſeqq. vol. 1. & ad conſ. 56. nu. 5. & ſeqq. eod. lib. 1.
Surd conſ. 67. num. 18. & conſ. 96. num. 19. Dec.
conſ. 637. ſub num. 5. per Bart. in l. 2. §. videndum.
ff. ad Tertul. Odd. conſ. 66. num. 22. verſic. quin-
to quia.
31 † Item ex alio, quia apparet, teſtatorem grauaſ-
ſe legatarios, eorumque filios, & deſcendentes ad
dandum pro amore Dei, quartam partem affictuũ
percipiendorum ex dictis bonis, ex quo onere fi-
deicommiſſum reale inductum cenſetur, Petr. de
32 fideicom. d. quæſt. 5. num. 90. † quia honor Dei
auget interpretationem teſtamenti, Bald. in princ.
proem. Decret. Tiraquell. in tract. piæ cauſ. priuil.
33 25. poſt princ. Dec. conſ. 181. ſub nu. 5. & 6. † vbi,
diſpoſitiones factas fauore animæ, eſſe extendẽdas.
Item etiam ex alio, quia proprias filias hæredes
inſtitutas quoad hæc legata excluſas voluit, mul-
tò ergo magis remotiores, alioquin ſequeretur,
quod

Digitized by Google

34 quod † perſona minus dilecta eſſet melioris con-
ditionis, quam perſona magis dilecta, contra text.
in l.publius, §.fin.ff. de condit. & demonſtr. Ruin.
conſ.42.num.8.vol.2. Rol.conſ.82.num.3. vol.3.
Cæphal.conſ.188.num.12. Rom conſ.56.num.4.
Achil.Perſon.de adipiſc. poſſ.nu.283. vbi reſpon-
det ad Alex.conſ.59.lib.3.
35 † Ad ſecundum, quod verbum, alienare, intel-
ligi debeat inter viuos, propter ſpeciale verbum
vendere antepoſitum, reſponſio reſultat ex ſupra-
dictis ad nonum, 12. & ſeqq.
Ad tertium, quod fœmina conuenta ſit agna-
ta, Reſpondetur, non ſolius agnationis, ſed etiam
maſculinitatis rationem habitã fuiſſe in teſtamen-
36 to noſtro, † & mentio maſculorum fœminas indu
bitanter excludit, Dec.conſ.78.num.18. Afflict.in
prælud.feud.num.183. Gayl.obſer.154.num.21.
lib.2. alia per me in tract. de interp. inueſtit. lib.11.
37 cap.5. ſub num.20. † Vbi pono, quod aliquando
ſolius maſculinitatis poteſt ratio haberi, etiã abſq;
38 intuitu agnationis, & lib.10.cap.2.p.5.& 8. † Vbi
39 plura de maſculis, & linea maſculina, † non eſſet
enim verum, quod maſculi de linea ſuccederent, ſi
fœminæ admitterentur contra voluntatem teſtato
ris, vt ait Alex.conſ.59.nu.3.lib.3. Ruin.conſ.89.
num.25.lib.2. Craſſ.in d.§. fideicommiſſum, q.5.
num.2. nec heoè oppoſitum fuit, quod fideicom-
40 miſſa ſint ſtrictè accipienda, † quia hoc non proce
dit, quando ſunt inducta ad fauorem agnationis,
vel maſculinitatis, Mantic. latè de coniectur. vlt.
volunt.lib.7.tit.1.num.41. & 44.

Quare fuit reſolutum pro Dominis actoribus.
Ex quibus, &c. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Hæres, qui alienauit contra prohibitionem teſtatoris, non poteſt ipſe ab alijs alienata reuocare, num.1.

Fal. niſi omnes ſimul alienauerint, & hæres tenetur ſeruare factum defuncti, num.2.

Paria delicta mutua compenſatione tolluntur, num.3.

Filius non præſumitur hæres patris, quando negat, ſe eſſe hæredem, num.4.

Et niſi probetur eſſe hæredem ſuccumbet agens, numero 5.

Nec filius præſumitur hæres patris, quando conuenitur, num. 6.

Scriptura, vbi enunciatur quis hæres alicuius ex cauſa non hæreditaria, non probat, eum eſſe hæredem, ſed imò contrarium, num.7.

Allegans, ſe poſſidere alio titulo, quam hæreditario per errorem, non fit hæres, num. 8.9.

Errantium nullus eſt conſenſus, num.10.

In actibus dubijs, qui poſſunt ſe habere ad aditionem, vel ad non aditionem, non præſumitur aditio, numero 11.

In aditione hæreditatis requiritur ſcriptura, num.12.

Sufficit ſola declaratio, quod ex alia cauſa, quam hæreditaria poſſideat ad aditionem excludendam, n.13.

Et ſtatur etiã declarationi non ſolum hæredis, ſed etiam hæredis hæredis, num.14.

D E C I S I O LIX.

Tertiò fuit dubitatum, An dicti actores eſſent repellendi à fideicommiſſo prædicto, cum eorum authores alienauerint bona ſibi in diuiſione obuenta in communi Marliæ, nominatim alienari prohibita ab eodem teſtatore.

1 Dicebatur pro parte D.Camillæ, quod ſic, quia
contrauenendo facti fuerint indigni beneficio re-
uocandi ab alijs alienata, per text. & ibi DD. in l.
cum pater. §.libertis. ff. de leg.2. latiſſimè Petr. de
fideicom.q.54. à nu.4. vſque ad num.10.& nu.78.
verſ. ſecundo principaliter vſque ad nu.86. Ond.
conſ.68. per tot. lib.2.

Fuit reſolutum, hoc non præiudicaſſe DD. actoribus.

2 Primò, quia alienationes fuerunt factæ de con-
ſenſu omnium, hincinde ad fideicommiſſum vo-
catorum, & in ſpecie authorum ipſiuſmet D.Ca-
millæ conuentæ, cui obſtat propterea text. l.cum
à matre, C. de rei vendic. l.ex qua perſona. ff. de re-
gul.iur. Peregr. de fideicom. art.33.num.11.& ad
text. cum ibi not. tit. An agn. vel fil.& ipſe ad eum
tit. in tract. reſol.feud. verſ.1.num. . . . & in tit. de
alien.feud.num. . . . & tit. de refutat.feud.num. . .
3 † & ad regulam, quod paria delicta mutua cõpen-
ſatione tolluntur, l.viro, atque vxori, ff. ſolut.ma-
trimon.

Secundò, quia non ſunt hæredes anteceſſorum,
4 † nec intrat, quod filius præſumitur eſſe hæres pa-
tris, quia hoc non habet locum, quando negat, ſe
eſſe hæredem, vt factum fuit in caſu noſtro, Bald.
in l.1. C.commun.de legat.num.37. Iaſ.in l.ei qui
5 ſe, num.1.ff. de acquir. hæred. † vbi dicit, quod niſi
probatum fuerit ſuccumbet, & ita omnes tenere,
dicit Natt. conſ.140.num.3. Magis communem
6 dicit Alexand. conſ.34.num.5. vol.3. † Nec habet
locum, quando filius conuenitur vti hæres, licet
ſecus ſit, quando vti hæres agit, vt patet ex mox
citat. hic DD. actores agunt nomine proprio, non
vti hæredes Auguſtini, & Pauli, imò ne quidem
Vincentij anteceſſorum.

Nec fidem productam, vbi enunciantur DD.
7 actores hæredes hoc probare cenſuimus, † immo
verò totum contrarium, dum apparet ex ea, quod
ſcuta ſeptem ſoluuntur ex cauſa liuelli, cuius in-
ſtrumentum fuit productum, & apparet ex eo, nos
venire ad illud liuellum nomine proprio, non hæ-
reditario, vt in ſpecie Crauet.conſ.197.num.4.

Nec etiam inferri poſſe, quod eſſent hæredes ex
poſſeſſione domus acquiſitæ per d.Auguſtinum à
Franciſco, vno ex Anteceſſoribus ipſius D.Con-
8 uentæ, vt mox dicetur, † quia allegabant, ſe poſſi-
dere dictam domum titulo quodam fideicommiſ-
ſi à quondam Nicodemo Ghiuizano, non autem
titulo hæreditario habito à dicto Auguſtino, vt ex
inſtrumento quodam venditionis, ad Maſcard. de
probat.concl.45.num.29. & licet compertum ſit,
dictam domum re vera eam fuiſſe, quæ à d. Fran-
ciſco data fuit in contra cambium, vt mox videbi-
mus,

9 mus, † tamen hoc ſufficiſſe nobis, viſum eſt, ſal-
tem adhoc, ne actores ex hac erronea poſſeſſione
hæredes dici poſſint dictorum anteceſſorum, per
10 regul. † quod errantium nullus eſt conſenſus, l. 2.
11 C. de iudic. † & in actibus dubijs, qui poſſunt in-
terpretari ad aditionem, & citra eam, non præſu-
mitur aditio, Crau. d. conſ. 197. ſub d. num. 4. Ma-
12 ſcard. de probat. concluſ. 43. ſub num. 8 & 9. † &
præcipuè in aditione hæreditatis requiritur ſcien-
tia, l. is ad quem. l. hæres inſtitutus, & l. ſeq. ff. de ac-
quir. hæredit. Maſcard. concl. 45. num. 47. & ſeqq.
13 † & ſufficit declaratio ſola, quod ex alia cauſa poſ-
ſideatur, quam hæreditaria, vt ibidem Maſcar. ſub
14 nu. 32. per tot. † & ſtatur declarationi non ſolum
hæredis, ſed hæredis hæredis Maſc. & Crauet. in
loc. præcit.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

An in diuiſione cenſeatur renunciatum fideicommiſſo, per renunciationes, vt in ea, numero 1. 6. vbi remiſſiuè.

Iuri fideicommiſſi non cenſetur renunciatum, quia eſt ius de futuro, num. 2.

Declara, & limita vt num. 9. 10. 11.

Quamuis verba renunciationis ſint valde prægnantia, num. 3.

Non cenſetur renunciatum fideicommiſſo, quando alia poteſt ſubeſſe cauſa renunciandi, num. 4.

Hæredes poſſunt fideicommiſſum renunciatum proprio iure petere, num. 5.

An de euictione teneatur quis, ſtante promiſſione in diuiſione, num. 7.

Diuidentes non tenentur ſibi inuicem de euictione, veniente ex natura rei, num. 8.

Niſi in caſu vt ſupra, num. 7.

Quando verba non congruunt caſui de præſenti, comprehendunt fideicommiſſum futurum, num. 10.

Renunciatione iurium quomodolibet ad ſe ſpectantium, cenſetur fideicommiſſo renunciatum, num. 11.

Non hæres rem hæreditariam poſſidens, ſine cauſa dicitur poſſidere, num. 12.

Paria ſunt ab initio non fuiſſe cauſam, aut fuiſſe quidem, ſed eam ceſſare, num. 13.

Sententiæ retractari poſſunt, quando cauſa deuenit ad non cauſam, num. 14.

Condictio ſine cauſa competit, re permutata euicta, numero 15.

Pretium, vel res eſt reſtituenda ab hærede, qui detinet rem hæreditariam in caſu, vt ſub eodem, & numero 16.

Identitas quibuſdam concurrentibus cenſetur probata, num. 17.

Demonſtrationes viarum dicuntur certæ, & immutabiles, & ideo magis probant identitatem, num. 18.

Quando non conſtat de alio titulo, quam fideicommiſſi, cenſetur res fideicommiſſaria, num. 19.

Hæres hæredis primi eſt hæres, num. 20.

Qui, ſemel eſt hæres, non poteſt deſinere eſſe hæres, num. 21.

Confeſſio erronea poteſt quandocunque reuocari, docto de errore, num. 22.

Præſertim ope reſtitutionis in integrum, quando confeſſio læſionem contineret, num. 23.

D E C I S I O LX.

QVarto deductum fuit in controuerſiam, an
d. Auguſtinus renunciauerit fideicommiſ-
ſo, & teneatur ipſe, vel hæredes de euictione.
1 † Dicebatur pro parte DD. Actorum quod nõ,
quia, licet inſtrumentum diuiſionis inter Auguſti
num, & Ioan. Baptiſtam, contineat renunciatio-
nes ipſius Auguſtini ad fauorem d. Ioan. Baptiſtæ,
tamen intelliguntur, quoad iura ſibi tunc compe-
tentia, prout verba ſonant, vt in terminis Surd.
2 conſil. 67. num. 51. vol. 1. † & iuri fideicommiſſi
nunquam intelligitur renunciatum, quia eſt ius fu
turum, cuius nondum venit dies, vel conditio ad
l. 1. cum not. C. de pact. Neuiz. conſ. 32. num. 13. &
3 Surd. d. num. 51. † & hoc verum eſt, & habet lo-
cum, non obſtantibus quibuſcunq; verbis, quam-
uis prægnantibus, Grat. conſ. 21. num. 13. & ſeqq.
4 lib. 1. † & multò minus cenſetur renunciatum fi-
deicommiſſo, quando alia ſubeſſe poteſt cauſa, vt
in caſu iſto, vbi ideo Auguſtinus renunciauit, quia
exaduersò Ioan. Baptiſta eidem promiſit ſoluere
in recompenſam ſtaria vigintiunum grani, quan-
do autem alia ſubeſt cauſa renunciandi, tunc non
cenſetur renunciatum fideicommiſſ. Becc. conſ. 11.
num. 26. Gozad. conſ. 45. num. 18. Verall. deciſ. 20.
par. 2. Menoch. præſ. 115. n. 37. lib. 3.
Reſolutum fuit, ex ſolo prædicto inſtrumento
diuiſionis non cenſeri renunciatum fideicommiſ-
ſo præfato, iuxta iura mox cit. & etiam, quia, ta-
metſi Auguſtinus renunciaſſet expreſsè iuri fidei-
5 commiſſi (quod tamen non fecit,) † poſſent nihi-
lominus cæteri ſucceſſores, quamuis hæredes ip-
ſius, fideicommiſſum ex propria perſona, & pro-
prio iure petere, Ruin. conſ. 138. num. 10. volum. 2.
6 Alb. conſ. 74. in princ. lib. 1. † Vbi add. quando cen
ſeatur renunciatum fideicommiſſo per diuiſionẽ,
Anguiſ. conſ. 18. num. 4. & ſeqq. lib. 7. poſt Bald. in
l. qui ſe patris, col. 6. & 7. C. vnd. liber. Bart. in conſ.
72. ſub num. 6. 7. lib. 1. Iaſ. in l. qui Romæ, §. duo fra
tres. num. 73. ff. de verb. oblig. & plenè per me in
tractat. reſol. feud. lib. 6. cap. 4. de refutat. num. 40.
& ſeqq.
7 † Licet autem replicaretur, ſaltem de euictione
teneri d. D. Actores, ex quo d. Auguſtinus eam pro
miſit in dicta diuiſione, per trad. à Decian. Reſp.
87. & ſeqq. num. 85. volum. 3. Petr. de fideicom.
quæſt. 14. num. 49. Curt. ſen. conſ. 63. ſub num. 19.
vbi ſignanter Roman. conſil. 457. ſub num. 2. Ex
quibus quando res euincitur per eum, qui promi-
ſit de euictione, vel eius hæredem obſtat exceptio,
8 quem de euictione tenet actio, &c. † Et hoc caſu
non obtinet, quod diuidentes promittentes de eui
ctione ſibi inuicem non teneantur, quando venit
ex natura contractus, aut aliter iuxta declaratio-
nes, Surd. d. conſ. 67. ſub n. 52. lib. 1. poſt gloſ. Bar.

& alios

& alios in l.ſi familiæ, C.famil.erciſc. Burſat conſil.173.num.20.lib.2. Alexan.conſ.31.vol.5.Ruin.
conſ.146.vol.1.quia, vt patet ex præcit.num.7.maximè ex Petr. non habet locum in ipſo promiſſore euictionis.ſeu eius hærede euincere volentibus.

Reſolutum tamen fuit, hoc non intrare in caſu noſtro, quia dicti actores non eſſent hæredes d. Auguſtini, & ſic eſſe extra terminos limitationis prædictæ, & eſſe in term. regulæ.

Item reſoluebatur, dictum Auguſtinum renunciaſſe fideicommiſſ. prædicto ex alio inſtrumento poſt dictam diuiſionem confecto, vbi, accepta domo in contracambium à Franciſco filio d. Io. Baptiſtæ, ceſſit, & transtulit omnia iura ſuper d. præ-
9 dio controuerſo in ampliſſima forma, † & cũ clauſulis, & verbis generaliſſimis cũ promiſſione euictionis, &c. ad l.1.§.generaliter, ff.de leg.præſt. Bartol.in l.proſpexit, num.1.qui, & à quibus Alex.conſil.63.num.24.lib.4.& Ruin.conſ.152.nu.9.& 10.lib.2.vbi, ex vi conſimilium verborum cenſeri, remiſſum etiam ius de futuro in ſpecie fideicõmiſſi, alij cit.per Menoch.præſ.115.num.40.lib.3.& verba prædicta in alio, non poſſunt verificari, vel ad
10 aliud referri, quam ad ius de futuro, † quando autem verba non poſſunt adaptari ad caſum de præſenti, ſed tantum ad futurum, comprehendere fideicommiſſum, dicit Curt.iun.conſ.49. num.13.
11 Crau.conſ.638.num.14. † Vbi, quod cenſetur remiſſum fideicommiſſum, cum dictum eſt, quod renunciatur omnibus iuribus quomodolibet ad ſe ſpectantibus, quę verba etiam ſunt in dicta ceſſione, cum alijs citat. per Menoch. d.præſ.115. ſub d.num.40. lib.3.

Verum, dictam ceſſionem haud quaquam afficere d. D. Actores, cum non eſſent hæredes, cenſuimus; Diximus tamen, eos teneri domum reſtituere, quia probatum eſt dictam domum non eſſe eam liuellariam, quam ipſi eſſe aſſerebant, ſed eſſe dictam domum per dictum Franciſcum datam in
12 contracambium dicto Auguſtino, † quam ſi non ſint hæredes d. Auguſtini ipſi non poſſunt tenere, quia tenerent ſine cauſa, l.ſi fullo.l.1.l.nihil refert,
13 & tot.tit. ff.de condict.ſin.cauſ. † quia paria ſunt, ab initio non fuiſſe cauſam, aut fuiſſe, quidem, ſed
14 eam ceſſare per dicta iura, † quod in tantum verum eſt, vt etiam ſententiæ retractari poſſint, quãdo cauſa deueniret ad non cauſam, quia non eſt æquum, quod quis cum alterius iactura locupletetur, vt benè per Surd. deciſ.289.nu.18. cum alijs
15 cit.in Florent. deciſ.52. num.8. & ſeqq. † & per Doctor. qui loquuntur in re permutata euicta, vt conditio ſine cauſa competat, in l.1. C. de rerum permut. & in l.fin. de condict.cauſ. data cauſ.non ſeq. Surd.deciſ.171. num.7.13. & ſeqq. Profectò hæredes, & ſucceſſores dicti Franciſci, inter quos eſt nouiſſimè D.Camilla conuenta, remanerent defraudatæ, quatenus, nec iura ceſſa contemplatione d.domus haberent, nec domum ipſam DD. verò actores eſſent in lucro, ſi vtrumque haberent, quod non eſt permittendum per prędicta, ideoq; vel domum ipſam, vel precium eius reſtituendum cenſuimus, quia, & ad eam ipſam actio competere videtur ex mox citatis, & etiam ad precium,
16 quatenus res aliena quodammodo empta fuit, l.ſi nal.§.emptor autem, C.commun.delegat.ſed melius, quia non faciebat mulier circa hoc difficultatem.

Et fuerunt probata ambo hæc in re neceſſaria. Et primò quidem identitas, ex collatione inſtrumenti venditionis eiuſdẽ domus anni 1586. cum dicto inſtrumento permutationis, dum conuenit nomen contratę, demonſtratio, viæ ab oriente, Item demonſtratio bonorum illorum de Arnolphinis à Meridie, conſtito ex eodem inſtrumento, quod ab hiſce illi de Baroncinis acquiſiuerunt,
17 † quibus concurrentibus, certum eſt, identitatem fuiſſe probatam, ad Surd. conſ.44.num.16.cum ſeqq.Rol.conſ.67.num.15 & ſeq. lib.2. Menoch. præſ.15.num.19 lib.6.Maſc.de probat.concl.874.num.1.& 2.vltrà citat.ſup.deciſ.57,nu.15.& ſeqq.
18 † præſertim cum conueniant demonſtrationes viarum, quæ cum ſint certæ, & immutabiles, vtique rem indubitatam reddunt, Barz.deciſ.2.o.56. Natt.conſ.236.num.16. Morosi Reſp.14.nu.22.
19 † Vltra quod non docetur per actores de alio titulo, quam de allegato fideicommiſſi, quod prætendunt inſtitutum à Nicodemo quondam Auguſtini prædicti, id quod nõ excludit, quin eſſet eadem illa domus, quæ ab ipſomet Auguſtino aliàs acquiſita fuerat in permutatione prędicta, immo hoc eſt valde veriſimile, immo etiam de iure, quia, quatenus non conſtat de alia cauſa, quam de iſta, præſumitur poſſeſſio ex hac, de qua conſtat, non ex alia, de qua non conſtat, vt iam ſupra in deciſ.57.num.14.probatum eſt.

Alterum quod D.Camilla ſit hæres patris, & eo mediante, etiam dictorum anteceſſorum cõſtat ex actis, maximè ex inſtrumento diuiſionis inter fratres Fabium, Aſcanium, & Innocentium fratrẽ d.Camillæ anni 1571. vbi quod D. Innocentius fuit hæres dicti Franciſci, qui dedit dictum domũ
20 in contracambium. † Vnde cum d. D.Camilla ſit hæres ipſius D.Innocentij, dicitur pariter hæres Franciſci, per Reg.l.qui per ſucceſſionem, ff.de regul. iur.

Nec refragatur, quod eadem ipſa negauerit, ſe hæredem dicti Franciſci, quia confeſſio eſt erronea, & impoſſibilis, nam conſtito, quod fuit hæres ſecundi, non poteſt non eſſe hæres primi per d.re-
21 gul. † qui ſemel eſt hæres, iam amplius deſinere non poteſt eſſe hæres, l.ei qui ſoluendo. ff. de hæ-
22 red.inſtit. Natt.conſ.570.ſub num.3.† & ideo benè fuit reuocata, & potuit quandocunque reuocari dicta confeſſio, tanquam erronea edocto de erro-
23 re, Gabr.de confeſſ.concl.6.ſub num.11.† præſertim, ope reſtitutionis in integrum implorata, attento quod dicta confeſſio certitudinatiè, & euidenter læſionem intuliſſet, Surd.deciſ.104. num.24. Bertaz. conſ.ciuil.11.num.33. vbi, dari reſtitutionem mulieri, ſi ignorauerit hæreditatem delatam.

Laus Deo, &c.

SVMMARIA.

Ex diuerſis non infertur, num. 1.
Præfinito tempore à die ſcientiæ, hæc probanda eſt, numero 2.
Et quidem plenariè cum ſuis qualitatibus, num. 3.
Plura de ſcientia probanda, & qualiter, & quando remiſſiuè, num. 4.
Dos an detrahi poſſit de fideicommiſſo per tranſuerſales, num. 5.
Tenor ſententiæ, num. 6.
Pro melioramentis datur retentio, num. 7.
Et pro alijs rebus, num. 8.
Vbi actio competit multò magis retentio, num. 9.
Qui vult aliquid ab alio ex contractu reciproco, debet prius ipſe ex parte ſui implere ſub eod.
Fructus fideicommiſſi compenſari poſſunt cum fructibus alterius rei, per fideicommiſſum retentæ, num. 10.
Fructus pro rata melioramentorum non ſunt debiti, numero 11.
Ex inſpectione loci Iudex informatur, num. 12.
Vb. non negatur filiatio per dolum, non intrat pœna ſtatuti de negata filiatione, num. 13.
In muliere minus præſumitur dolus, aut ſcientia, numero 14.
Et minus in muliere impubere, quæ intelligitur nihil ſcire, num. 15.
Rota reſoluit cauſas, etiam ex tit. vt quæ deſ. aduoc. part. num. 16.
Iudex poteſt, etiam ad commodum partium, ſe fundare ex officio, dummodo ex actis conſtet, num. 17.
Contractus ex ſucceſſu temporis redactus ad inæqualitatem, debet ad æqualitatem iterum reduci, num. 18.
Vtrique parti prouidendum eſt, ne lites cogantur partes renouare, num. 19.
Maximè ſtante ſtatuto, procedi mandante, ſola facti veritate inſpecta, num. 20.
Paupertas, & conſanguinitas poſſunt officium Iudicis vehementius mouere, num. 21.
Inter conſanguineos non eſt res tractanda amare, ac vti inter infeſtos contrahentes, num. 22.

DECISIO LXI.

QVinto fuerat etiam dubitatum, an iam non
eſſet amplius locus DD. actoribus ad dictũ
fideicommiſſum, ex quo iuxta teſtamentum intrà
biennium non egerunt ad reuocationem alienatio
nis paternæ per viam d. inſtitutionis. Verùm fa-
cilè reſponſum fuit en loci, vbi teſtator biennium
præſcribit ad reuocandum, loqui in caſu alienatio
nis ſimplicis, vt patet ex claro verborum tenore,
nos ſumus in caſu, vbi DD. actores veniunt ex de-
fectu lineæ maſculinę alterius ſtirpis, & ſic in ter-
minis ſucceſſionis per obitum aliorum vocatorũ,
1 vnde ex diuerſis non inferebatur l. Papinianus exu
2 li de minor. † Item teſtator præfinit annum, non
ſimpliciter, ſed à die ſcientiæ, quare probandum
erat, quod poſt caſum ſucceſſionis aduentum per
obitum omnium de linea maſculina, ſcientibus
DD. actoribus, ipſi tamen non egerint intra bien-
nium à die ſcientiæ caſus aduenientis Natt. conſil.
3 225. ſub num. 3. verſic. opus eſt igitur; † & quidẽ
ſcientia requiritur, quod ſit plenaria, non ſolũ quo
ad factum ipſum, ſed etiam cum omnibus ſuis qua
litatibus, vt ait ibidem Natt. num. 5. & Alex. con-
ſil. 114. ſub num. 4. lib. 1. Surd. conſ. 150. nu. 136.
4 † & alia plura, quod ſcientia ſit probanda, & etiã
tẽpus, & qualiter, adhoc, vt noceat ſcientia, idem
Surd. conſ. 189. num. 49. & ſeqq. quare hæc excep-
tio D. Conuentæ non fuit attenta.
5 † Et etiam dubitatum fuit. An, quia d. D. Ca-
milla filia nubilis erat pauper, & parum aliunde ha
beret, ſaltem dos detrahi de huiuſmodi bonis poſ-
ſet, per Authen. quæ C. Com. de leg. Dictũ fuit,
quod non, quia ſumus in fideicommiſſ. tranſuer-
ſalium, de quo detrahi dos minimè poteſt, Bapt. de
ſancto Blaſio de priu. Dot. Cent. 3. num. 25. priuil.
225. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 6. ſub num. 10. ver-
ſic. 1. Communem dicit Villalob. in Com. opin. in
verb. alienari prohibita; Molin. de Hiſpan. primo-
gen. lib. 4. cap. 6. num. 2. alios citat Perege. de fidei-
com. art. 42. num. 49. & 52. vbi ait, opinionem con
trariam, nec in practica recipi, nec veram eſſe.
6 † Quare Rota pronunciauit in hunc modum,
*ſcilicet, Fideicommiſſum ſubſiſtere, & eius caſum ve-
niſſe in perſona D. Cæſaris, & Pauli de Ghiuizzanis
actorum, & ſucceſſiſſe bona petita; vt in actis, ad eos
iure d. fideicommiſſi ſpectare, & pertinere condemnan
do dd. Conuentas ad dimittendum, & relaxandum di-
cta bona præfatis actoribus, ſolutis tamen prius, &
ante omnia per dd. Dominos actores, dictis DD. Con-
uentis melioramentis factis in dd. bonis in exequutio-
ne liquidandis, nec non in primis, & ante omnia reſti-
tuta eiſdem DD. Conuentis domo. per dd. actores, vt in
inſtrumento recepto per D. Ludouicum Vrſium ſub
1586. 18. Iunij, ſeu eius valore ad eorum electionem,
deductis deducendis, iuxta liquidationem de omnibus
in executione fiendam, à reliquis d. D. Conuentas, &
dd. DD. actores reſpectiuè abſoluimus, prout etiam ab
expenſis, & ita bene, vel male, & cæt. omni meliori
modo, &c.*
Quæ quidem ſententia ex prædictis ſatis iuſti-
7 ficata viſa fuit, † Nam, quod pertinet ad meliora-
menta, etiam retentionem pro eis competere pro-
batur ex Peregrin. cum pluribus cit. per eum de fi-
deicom. art. 50. num. 55. & 69.
Et eadem ratio viget, quoad domum, immo ve
rò maior quia ſicut pars eandem, vel pretium reti
8 net, † ita æquum eſt, Dominas Conuentas vti iu-
re retentionis rerum, penes ſe exiſtentium, ad re.
quod quiſq; iuris, & l. ſi cum alios, §. penult. & ibi
9 gloſ. in verb. abſurdum, ff. de arbitr. † & cum actio
competeret multò magis, & retentio, Molign. de
retent. q. 8. 206. & 417. Et qui vult aliquid ab alio
in actu vltrò, citròque obligatorio, debet prius ex
parte ſua adimplere, Anchar. l. ſi diuerſa, C. de trã-
ſact. l. ſi à re. C. de pact. Anchar. conſ. 34. n. 11. Ma-
gon. deciſ. Flor. 119. num. 8. Marz. in Epit. fideicõ.
conſ. 13. nu. 4. & 6. Sim. de pret. io conſ. 109. n. 29.
vbi in permutatione; fiet autem pro rata domus,
ſeu

Digitized by Google

ſeu valoris deductio, & ideo diximus, deducta eſ-
ſe deducenda ad deciſ.Bonon 11. num.89.lib.3.
10 † A reliquiſ autem abſoluimus, quia, quoad fru
ctus fideicommiſſi, ipſi veniunt cõpenſandi eum
11 fructibus domus, ad l.eurabit. de act.empti. † Vl-
tra ftuetus non debiros, quoad melioramenta Pe-
regrin. art.50. num.67. malnimus enim in totum
abſolnere, quam reſeruare liquidatiónem in exe-
quutione, quia veriſimiliter nulli fructus, ſtanti-
bus prædictis, ſunt debiti, & vlteriores controuer
ſias, ita ſinireplacuit, per ea quæ mox dicemus,
12 † & quia ex inſpectione loci animaduertimus, eũ
ita fuiſſe melioratum, vt pauci eſſe poſſent fructus
prætenſi, & minores, quam, vel ex domo, vel ex
meliorameutis haberi potuerint, ad l.ſi irruptione
ff. fin. regund.
13 † Quoad negatam filiationẽ, ideo abſoluimus,
quia non fuit negata ex certa ſcientia, & per dolũ,
quapropter intrat abſolutio, Alex.conſ.35.num.5.
& 6.vol.5. & hanc ſententiam nos ipſi aliàs iam ſe
quuti fuimus, magis dignam, quam ſequeremur.
Viſam in hoc caſu, vbi quæ negauit, eſt mulier,
14 † in qua minus præſumitur dolus, aut ſcientia l.re
gula, ſub prin.ff de iur. & fact.ignor. quarum vna
15 eſt adhuc impubes, † quæ nihil ſcite intelligitur,
l.fin. ff. eod.tit.
16 † Et ita reſoluendam hanc cauſam cenſuimus,
inita ſecundum prædicta ratione, etiam eorum,
quæ fortè, non tã benè, vel exactè ex partibus pro-
ponerentur, vel opponerentur, ex fundamento tit.
17 Vt quæ deſ.adu.par.Iud.ſuppl. † & quia poteſt Iu
dex etiam ad commodum partium ſe fundare ex
officio ſuper ijs, quæ ſibi ex actis cõſtant, licet pars
non oppoſuerit, neque petierit Felyn. in cap.ex te-
18 nore.ad fin. verſ.vltimo pốderat, de reſcrip. † ma
ximè, quia contractus dictæ permutationis ex euẽ
tu, & ſucceſſu temporis redactus ad inæqualitatẽ
reducitur ad ſuam æquitatem, ad Theſ.deciſ.226.
19 per tot. † & vtrique parti prouidetur, ne aliam li-
tem reaſſumere propter dictam domum cogeren-
tur, contra cap.finem litibus de dol. & contumac.
20 † Adiuuante præſertim ſtat.cap.14.lib.1.quo, ſo-
la veritate inſpecta, cognoſci poteſt, & ita etiam
ſuper non deductis pronũciare, dummodo de his
conſtet ex actis, Menoch.de arbitr.q.31.per tot.&
ſtantibus clauſulis ſalutaribus pluries repetitis, ad
deciſ.Luc.noſtram 25.num.91.& ſeqq. & quia in-
21 ter coniunctos, † & ibi pietas, & miſeratio paupe-
ris puellæ, & nobilis, & conſanguineæ, potuit offi-
cium noſtrum efficacius, & rationabilius mouere,
ad Papienſ.in lib.action.real. verſ.quatenus de offi
cio ſub num.6. & ad text.l.ſi id quod.29.§.ſi quas.
22 ff.de donat.inter vir.& vxor. † Vbi non amarè, &
tanquam inter infeſtos contrahentes tractandum
eſſe cum conſanguineis, nec omnium eſſe rationẽ
habendam, ex alia vt in deciſ.Lucan.68. infra nu-
mero 37.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

Reſcripta delegatoria principis, ex precibus interpretationem accipiunt, num.1.

Tantum intelligitur reſcripto conceſſum, quantum in precibus contentum, & expreſſum, num.2.

Reſcriptum ad ſupplicata tantum reſtringitur, non ad incogitata, num 3.

Simplex conceſſio refertur tantum ad relata, num.4.

Reſcripta delegatoria ſtrictè ſunt interpretanda, num.5.

Nec poſſunt extendi vltra res, & perſonas in reſcripto comprehenſas, num.6.

Pro omiſſo id habetur, quod in eo non eſt expreſſum, numero 7.

Reſcripto obtento ex cauſa mutui, non poteſt agi ex cauſa ſtipulationis, num.8.

Verba ſupplicationis omnes cauſas, quas mouere intendit reſtringuntur ad cauſam ſpolij, de qua in precibus, num. 9.

Declaratur dictum, quod reſcripta delegatoria ſunt latè interpretanda, num.10.

Indefinita æquipollet vniuerſali, num.11.

Vox, prætenſio, omnia comprehendit, num.12.

Dicitur expreſſum, quod ſub generalitate continetur, numero 13.

In reſcriptis verba generalia extenduntur ad omnia, quæ ſub illis comprehendi poſſunt, num.14.

Declarantur dicta, quod reſcripta ſint ſtrictè interpretanda, & limitantur, vt non habeant locum, quando reſcriptum ampliat, num.15.

Et quando eſt clarum in contrarium, num.16.

Et quando eſt fundatum ſuper relatione, de ordine reſcribentis præmiſſa, ſub eod.

Relatio fit ad proxima, num.17.

Et quando etiam intrant prætenſiones partis contrariæ, quæ nullam porrexit ſupplicationem, ſub eod.

Vnica determinatio plura reſpiciens determinabilia pariformiter determinat, num.18.

Relatio ad reſcriptum fieri non debet, quando reſcriptum plura continet, quam ſupplicatio, num.19.

Reſcripta interpretantur ſecundum veriſimilem mentem concedentis, num.20.

Et potius in fauorem impetrantis, quam contra, numero 21.

In reſcriptis magis attenditur mens, quam verba, numero 22.

Reſcripta delegatoria ſunt latè interpretanda, numero 23.

Reſcripta extenduntur ad acceſſoria connexa, & dependentia, num.24.

Et ad ea, quæ acceſſariè veniunt ad acceſſoria, num.25.

Fructus, & precium ſunt acceſſoria rei, vel predij, numero 26.

Iocalia, & correda ſunt acceſſoria dotis, num.27.

Mobilia, & fructus rerum extradotalium ſunt de hæreditate materna, num.28.

Si id non exprimatur, quod exprimi facilè potuiſſet, cenſetur omiſſum, num.29.

Obſeruantia ſubſequuta multum poteſt ad interpretationem reſcripti, num.30.

Iuriſdictio delegati prorogari poteſt, num.31.

Maxime de re ad rem, num.32.

Et fu-

Et facilius, quando Iudex delegatus idem eſt, & ordinarius, num. 33.

Reſcripta delegatoria non extenduntur, vt, quantò minus fieri poſſit, præiudicium fiat ordinariæ iuriſdict. n. 34.

Proteſtatio de non conſentiendo in iuriſdictionem quoad quædam non prodeſt, ſi non fuit concepta in futurum, & ſi continuatur acta non repetita eadem proteſtatione, num. 35.

DECISIO LXII.

IN celebri, & magna cauſa, Rotæ ab excellentiſſimo Principe delegata inter D. Iuliam, & Felicem ſorores, & actrices ab vna parte, & Dominos Ioannem, & Ioſeph filios, & hęredes quondam ſpect. Stephani Manzi conuentos ex altera, variè contigit dubitari, &

Primò, de Iuriſdictione Rotæ.

Nam informantes pru dd. Dominis de Manzis reis conuentis dicebant, reſcriptum delegatoriũ, non ſe extendere in plus, quam in ſupplicatione fuiſſet per d. DD. Sorores petitum, & expreſſum, ſupplicationem verò eſſe reſtrictam ad tres prętenſiones tantum cum ſuis cauſis.

Prima petitionis prædij poſiti in Cõmuni Cappellæ, vti ſuppoſiti fideicommiſſi Ioſephi Menochij Aui dictarum ſororum. & tanquam dati in dotem dicto ſpect. Stephano à D. Marfiſa earum matre, cum onere illud reſtituẽdi poſt illius mortem.

Secunda petitionis bonorum in Cõmuni Gattaiolæ, vti dicti fideicommiſſi pariter ſuppoſitorum, vel ſaltem eorum prætij cum omni intereſſe de dicto precio percepto à die mortis D. Marfiſæ prædictæ, earum matris, & quatenus dictum fideicommiſſum non ſubſiſteret, tanquam ex ſucceſſione ab inteſtato.

Tertia petitionis reſidui dotium promiſſarum à dicto ſpect. Stephano ipſiſmet Feliciæ, & Iuliæ ſuis ex d. D. Marfiſa filiabus.

Quare non potuiſſe Dominas ſorores in libello alias petitiones cumulare, nempè reſciſſionis contractus dotalis, cum dictis Iugalibus, ſpect. Stephano, & D. Marfiſa initi, reſtitutionis iocaliũ, & corredorum mobilium, & fructuum extradotalium, & alias conſimiles,
1 † quia reſcripta delegatoria, à Principe impetrata, ex precibus interpretationem recipiunt l. 1. vbi Iaſ. & cæter. Scrib. C. de diuerſ. reſcript. c. inter dilectos, §. cæterum. de fid. inſtrum. vbi Felyn. colum. 4. Mag. deciſ. Florent 87. num. 5.
2 † & tantum intelligitur ex reſcripto conceſſum, quantum in precibus poſtulatum, & expreſſum Dec. conſ. 10. num. 8. Oſaſc. deciſ. 245. nu. 4. Caſtr. conſ. 30. num. 1. lib. 1. Alb. conſ. 214. nu. 4. Cæphal.
3 conſ. 289. num. 15. † & reſcriptum ſolum ad ſupplicata reſtringitur, ad incogitata nõ trahitur Gozzad. conſ. 26. num. 5. & conſ. 41. num. 16. D. Caball. conſ. ciuil. 24. nu. 4. lib. 1. etiam ſi ſimpliciter princeps reſcribat, vt in caſu noſtro, per verba, *Le pre-*
4 *tenſioni delle parti*, † quia ſimplex conceſſio refertur ſolum ad relata in precibus, Anton. de Butr. in conſil. 23. Felyn. in dicto capit. inter dilectos,
5 † Nam generaliter traditur, quod reſcripta delegatoria ſtrictè ſunt interpretanda cap. de cauſis. de offic. deleg. iuncto cap. 1. eod. in 6. Bald. in l. non
6 fine, C. de bonis quę lib. † Nec poſſunt extendi vltra res, & perſonas in reſcripto comprehenſas, c. ſuper eo. cap. cum olim Abbas, extr. de offic. & pot. Iud. deleg. cap. nonnulli, & cap. cum dilectus, de reſcript. l. & quia, & ibi DD. de iuriſd. omn. Iud. Alexand. conſ. 97. num. 6. lib. 2. Pariſ. conſ. 107. nu. 23.
7 lib. 4. Natt. conſ. 5. num. 2. † & pro omiſſo omne id habetur, quod in eo non eſt expreſſum, Bald. in l. præſcriptione. C. ſi contr. ius. vel vtil. pub. Innoc. in cap. ſuper literis, vbi etiam Dec. num. 4. extra
8 de reſcript. Caſtr. conſ. 253. n. 2. 3. lib. 1. † Vbi proximè in terminis, ſi obtentum fuit reſcriptum ſuper quantitate ex cauſa mutui, non poteſt agi ex cauſa ſtipulationis, & ſi ex prętextu rei per violentiam ablatæ, non poteſt agi, tanquam ex dolo, frau
9 de, vel metu, † & verba ſupplicationis omnes cauſas, quas mouere intendit, &cęt. reſtringuntur ad cauſam ſpolij ſuperius ſpecificatam, Ruin. conſ. 5. num. 2. lib. 4. Suid. conſil. 334. num. 7. lib. 3. Becc. conſ. 211. num. 14. & ſeq.
10 † Nec obſtat Vant. de nullit. tit. fin. nu. 65. quo loci probat, quod huiuſmodi reſcripta delegatoria ſunt latiſſimè interpretanda, quia parum, aut nihil ius commune lædunt, quia Innoc. in cap. ſuper literis, num. 3. de reſcript. hoc declarat reſpectu actionum, & prætenſionum in ſupplicatione, vel reſcripto deductarum, non autem reſpectu actionum, vel prætenſionum diuerſarum ab expreſſis, & quę ſub illis, ſalua proprietate verborum, comprehendi non poſſunt, quem ſequitur Abb in eod. cap. ſuper literis, col. 3. num. 4. verſ. ex prædictis notabilibus. Felyn. ſub num. 1. vbi dicit, Doctr. Innoc. omnes fuiſſe ſequutos. Nec diſſentit Vant. in loco præcit. dum dicit, latiſſimè eſſe interpretanda dicta reſcripta, videlicet quantum patitur proprietas verborum, iuris neceſſitas, & mandantis intentio, & ad omnia extendi poſſe, ad quæ ex lato ſignificatu verborum extendi debent, &c.

Rota tamen in dictos, & alios articulos intrauit, vt in ſententia, & potuiſſe intrare cenſuit ex infraſcriptis, quia delegatæ fuerunt prætenſiones partium indefinitè, vnde omnes cenſentur compre-
11 henſæ, † tum quia indefinita æquipollet vniuerſali, l. ſi plures; vbi not. de leg. 3. Pariſ. conſ. 53. numero 22. lib. 2. Franc. in cap. cum in multis. de re-
12 ſcript. 106. † tum etiam, quia vox prætenſio eſt adeo lata, vt omnia cõprehendat ad Alb. conſ. 234 num. 3. & in puncto. Cornaz. deciſio. 137. num. 6.
13 † & dicitur expreſſum, quod ſub generalitate continetur l. vlt. C. quod cum eo, &c. Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloſ. 14. num. 102. ipſe in tract. de interpr.
14 Inueſt. cap. 1. ad princ. † & etiam in reſcriptis verba generalia extenduntur ad omnia, quæ ſub illis comprehendi poſſunt, Ruin. conſ. 5. num 9. lib. 4. Vant. d. tit. fin. ſub d. num. 65. in tract. de nullit.

Non obſtant contraria, quod ſcilicet reſcriptum debeat ad ſupplicata reſtringi, & alia ſupra in oppoſitum adducta.

Primò,

15 † Primò, quià non procedunt quando reſcri-
ptum ampliat ſupplicationem, prout in caſu no-
ſtro, vt patet ex prædictis Abb. in cap. inter dilectos
16 de fid. inſtr. Ruin. conſ. 43. num. 5. lib. 1. † & quan
do reſcriptum eſt clarum, nulla opus eſt interpreta
tione Cephal. conſ. 439. num. 66.

Secundò, quia reſcriptū in caſu noſtro non ema
nauit immediatè ſuper ſupplicatione, ſed ſuper re-
latione facta à deputatis, in qua pariter indefinitè
dicebatur, prætenſiones partium fore delegandas,
& ideo in omnem caſum ad ipſam relationem ver
17 ba reſcripti eſſent referenda, † cum regulariter re
latio fiat ad proxima, l. ſi idem cum eodem in fin.
ff. de iuriſd. omn. iud. Bart. Caſtr. & alij in l. heredes
palam, §. ſed, & ſi notam. ff. de teſtam.

Tertiò, quia in reſcripto committuntur, non ſo-
lum prætenſiones DD. Felicis, & Iuliæ, ſed etiam
aduerſariorum, qui nullam ſupplicationem porre-
xerunt, vnde ſicuti reſpectu illorum nulla ſumi po
teſt interpretatio à ſupplicatione, ita, nec etiam re-
18 ſpectu actricum, † nā vna determinatio plura re-
ſpiciens determinabilia debet omnia pariformiter
determinare, l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill.
Rom. conſ. 308. num. 4. Cephal. conſ. 67. num. 22.
19 † & cum reſcriptum plura contineat, quam ſuppli
catio, non poteſt ad eam cōmodè adaptari, & ideo
relatio pretenſa fieri nequit Alex. conſ. 81. nu. 11.
lib. 6. Gabr. conſ. 126. nu. 11. lib. 2. & in puncto fa-
ciunt tradita per Natt. conſ. 636. num. 142. Iaſ. con
ſil. 133. lib. 4. cum quo tranſit Vincent. Annibal. in
addit. ad Alb. conſ. 721. num. 4.

Quartò, quia veriſimile eſt, quod Princeps vo-
luerit, omnes pretenſiones delegare, cum in omni-
bus militarent eædem rationes in relatione ciuium
20 expreſſæ quibus motus fuit ad reſcribendū; † re-
ſcripta enim interpretantur ſecundum veriſimilē
mentē concedentis, Dec. conſ. 409. n. 14. Ruin. con-
ſil. 3. n. 11. lib. 1. Becc. conſ. 33. n. 2. Lancell. de attent.
21 p. 2. c. 2. limit. 11. n. 12. † & potius in fauorē impe-
trātis, quàm contra, Becc. conſ. 55. n. 8. Ond. conſ.
22 94. n. 65. lib. 1. † In eiſque magis attenditur mens,
quam verba Pariſ. conſ. 32. n. 68. lib. 1. benè in pro-
poſito Aym. conſ. 274. n. 9. quod præcipuè dicendū
23 eſt in reſcriptis delegatorijs, † quæ latè ſunt inter-
pretanda, Innoc. in c. epiſcopi. ad fin. de reb. eccleſ.
non alien. Felyn. in Rub. de reſcrip. n. 5. Rom. con-
ſil. 343. num. 5. Vant. de nullit. tit. vlt. num. 65.

Quintò, quia, etiamſi delegatæ fuiſſent ſolum
24 pretenſiones in ſupplicatione expreſſæ, † nihilomi
nus non excluderentur acceſſoria, connexa, & de-
pendentia, vt notant Innoc. Abb. Felin. & alij in c.
cum olim, il primò de offi. deleg. Federic. de Senis
conſ. 163. col. 2. Rom. conſ. 343. n. 14. Maran. in ſpec.
25 p. 4. diſt. 6. n. 31. † nec ea, quæ acceſſoriè veniūt ad
acceſſoria Abb. in c. prudētiam, in §. ſi verò, in vlt.
not. de off. deleg. Iaſ. in l. 2. nu. 11. de iur. omn. iud.
prout acceſſoria, & dependentia ſunt, ſi quæ in pe-
titione continentur, quæ in ſupplicatione non fue-
26 runt expreſſa; † Nam fructus prædij della Cappel
la, & pretij de. Gattaiuola veniūt acceſſoriè ad præ
dium, & pretium petitum, ad text. in l. ex diuerſis.
§. vbi autem. vbi gl. Bar. Bal. Ang. & Alber. ff. de rei
vendic. Rot. in nouiſſ. deciſ. 24. nu. 6. p. 2. Contard.
27 de mon. limit. 1. n. 50. † Sicuti, & iocalia, & cor-
reda ſunt acceſſoria ad dotē, l. in his rebus. ff. ſolut.
28 matr. c. 25. lib. 2. ſtatut. † & mobilia, & fructus ex-
tradotalium, & ſimilia alia comprehenduntur ſub
hæreditate D. Marfiſæ, & læſio non principaliter,
ſed acceſſoriè etiam in conſiderationem deduci-
tur, vt ſuo loco infra patebit.

Sextò, quia, ſi Domini relatores in ea parte, in
qua de delegandis prætenſionibus loquuti fuerūt,
voluiſſent ſe reſtringere ad prætenſiones in ſuppli
catione contentas, id vtique expreſſiſſent, prout fe
cerunt in alia parte relationis, in qua de concordia
tractauerunt: prout, & facilè illud idem exprime-
re potuiſſet excellentiſs. Conſilium in hoc ſecundo
decreto delegationis, ſicuti per duas vices expreſ-
29 ſit in primo, † quod cum factum non fuerit ſucce
dit regula l. 1. §. ſin autē ad deficiētis, C. de cad. toll.
quā allegat in propoſito Afflict. deciſ. 366. nu. 3.

Septimò. quia, quando decretum, de quo agitur
fuiſſet dubium per obſeruantiam ſubſequutā, rece
piſſet hanc interpretationem, quod ad ſupplicatio
nem non deberet reſtringi, Nam pars aduerſa, non
ſolum plures prætenſiones à ſupplicatione alienas,
propoſuit, ſed etiam ſuper petitionibus actorum,
quæ nunc in delegatione minimè contineri pretē-
ditur, paſſa eſt diſputari, & proceſſum inſtrui, abſ-
30 que aliqua contradictione, † obſeruantia enim plu
rimum poteſt ad interpretationē reſcripti delegato
rij, vt in puncto animaduertit Barz. dec. 154. n. 5.

Octauo, & vltimo, quia in omnem caſum ceſ-
ſaret omne dubium ex prorogatione iuriſdictio-
nis reſultante, ex pluribus repetitis actibus partis
31 aduerſæ, qui in proceſſu leguntur, † certum eſt
enim, quod etiam iuriſdictio delegati prorogari
poteſt c. P. & G. de off. deleg. gl. in c. cū olim Abb.
32. in verb. cum procuratur. per tot. vbi ſe refert
adhoc cap P. & G. eod. tit. Ruin. cōſ. 37. n. 7. lib. 5.
32 † præcipuè de re ad rē inter eaſd. perſonas, l. de qua
re. §. 1. de Iudic. Bart. in l. 1. n. 11. & 12. eod. tit. Afflict.
33 deciſ. 117. n. 4. Surd. cōſ. 180. n. 18. & ſeq. † facilius-
que, quando iudex delegatus habet etiā iuriſdictio
nem ordinariam inter partes, prout in caſu noſtro
Surd. conſ. 56. n. 48. Becc. conſ. 22. n. 7. Barz. d. de-
ciſ. 154. n. 7. quibus accedat diſpoſit. in ſtatut. c. 45.
lib. 1. Miſing. cent. 4. obſer. 27. nu. 1. hoc enim caſu
34 ceſſat obſtaculū, † quod iden reſcripta delegatoria
nō extendantur, ne fiat præiudicium iuriſdictioni
ordinariæ, ad d. c. cum olim Abb. 32. de off. deleg.
35 † Nec obſtat proteſtatio facta in primo actu ſub
illis verbis, videlicet, non conſentiendo, & cęt. quia
non fuit concepta verbis reſpicientibus futurum
tempus, & nunquam fuit replicata in actis ſubſe-
quentibus, qui abſque vlla proteſtatione facti fue-
runt, Papien. in form. libell. act. realis in verbo pro-
teſtaus, num. 1. & 4. Becc. d. conſ. 22. num. 8.

Neque etiā obſtant alia contraria adducta, quia
ex prædictis manent reſoluta, meritò ad deciden-
das reciprocas partium prætenſiones omnes, ani-
mum applicuit Rota. Laus Deo.

SVMMARIA.

Quando conditio priori ſubſtituto adiecta effectum non habuit, ſequentes omnes deficiunt, num.1.

Nec aliæ ab eadem dependentes effectum habent, n.2.

Limita, & declara, vt num.18.19.

Ante tempus purificati fideicommiſſi non datur petitio, num.3.

Tranſmiſſio non datur ante conditionis aduentum, numero 4.

Subſtitutiones non admittuntur, niſi vbi ſunt verba expreſſa, num.5. & 6.

Præſertim fideicommiſſariæ, num.7.

Subſtitutiones fideicommiſſariæ ad perſonam non nominatam non trahuntur, num.8.

Ex coniecturis probatur, teſtatorem tantum de maſculis ſenſiſſe, num.9.

Teſtator cenſetur, ſe conformaſſe ad diſpoſitionem ſtatuti, maſculis tantum vocatis, num.10.

Teſtator vtens verbis maſculinis, cenſetur de maſculis tantum ſenſiſſe, num.11.

Vna pars teſtamenti aliam declarat, & vna ſubſtitutio alteram, num.12.

Vbi teſtator facit plures gradus ſubſtitutionum, præſumitur habuiſſe intentionem ad agnationem, num.13.

Filiorum, deſcendentium, poſterorum, & ſimilium appellatio, etiam fœminas continet, num.14.

Qui inſtituit proprias filias, cenſetur pari ratione omnẽ eius poſteritatem, etiam fœminam prædilexiſſe, numero 15.

Lineæ nomen, tam maſculos, quam fœminas complectitur, num.16.

Confeſſio defuncti de exiſtentia fideicommiſſi, probat fideicommiſſum, & nocet etiam hæredi, num.17.

Prima corruente ſubſtitutione, quando reliquæ non corruant declaratur, num.18 19.

Poteſt vna ſubſtitutio ab altera pendere, poteſt, & non pendere, & quando id, num.19.

Geminatio non inducit probationem certam, & ceſſat ab ea argumentum deductum in probationibus claris, numero 20.

Quando fuit ſacerdos ſubſtitutione comprehenſus, ratio agnationis conſeruandæ excluditur, num.21.

DECISIO LXIII.

SEcundò fuit dubitatum, An bona prędij Cappellæ, & Gateatolæ iure fideicommiſſi ſpectent ad DD. Iuliam, & Felicem actrices ex teſtamento Ioſeph Aui, in quo ſuas hæredes inſtituit DD. Hortenſiam, & Marfiſam eius filias, ita; vt vna ſuccedat alteri præmorienti ſine filijs legitimis, & naturalibus, vel cum filijs, & filij morerentur in pupillari minori, aut maiori ætate quandocunque, ſine filijs legitimis, & naturalibus nepotibus, & pronepotibus legitimis, & naturalibus ordine ſucceſſiuo, vſque in infinitũ, adeo & taliter, quod poſt mortem dictarum eius filiarum, & hæredum vniuerſalium, ſint hæredes earum, & cuiuslibet earum filij nepotes, & pronepotes legitimi, & naturales ordine ſucceſſiuo, vſque in infinitum, & in perpetuum, quos omnes ad inuicem inſtituit, & ſubſtituit, & ſi forte &c. omnes prædicti morerentur, &c. taliter quod de linea directa ipſarum DD. Hortentiæ, & Marfiſæ nullus ſupereſſet tali caſu ſuccedat, & ſit hæres Reu. D. Ioannes Menochij, frater ipſius teſtatoris.

Prętendunt enim dictæ DD. Felix, & Iulia tanquam filiæ dictæ D. Marfiſæ, ſe eſſe comprehenſas in d. fideicommiſſo, maximè, quia D. Franciſcus earum frater in pupillari ętate deceſſit, contra verò aſſerentibus DD. Conuentis ex infraſcriptis.

1 † Primò, quia, quando conditio priori ſubſtituto facta, effectum non habuit, ſequẽtes omnes deficiunt. Bald. cõſ.162. & 279. lib.2. Caſtr. conſ.152. lib.1. Imol. & Angel. in l. qui habebat, ff. de vulg. & pupill. Ancharan. conſ.137. Corn. conſ.199. lib.2. Ruin. conſ.135. lib.3. Alex. conſ.1. lib.1. conſ.59.
2 lib.3. Cęphal. conſil.482. lib.4. † cum enim prima ſubſtitutio effectum non ſortitur, aliæ dependentes ab ea, locum minimè habere poſſunt, eo quia à priori ordinatæ cenſentur reliquæ poſteriores d. l. qui habebat, & l. ſi mater. §.1. ff. de vulg. Alex. conſil.139. lib.6. Rimin ſen. conſ 29. Ruin. conſil.96. lib.1. Pariſ. conſil.44. lib.2. Cęphal. conſ.17. lib.1. Curt. ſen. conſ.47. num.2.

Primam ſubſtitutionem nõ habuiſſe effectum, conſtat, quia duabus filiabus hęredibus inſtitutis, facta eſt inuicem ſubſtitutio, vbi decederent abſq; filijs legitimis, vel cum filijs nepotibus, &cæt. ita quod alteri ſuccedere haberet altera ſuperſtes, poſtea plures ſubſtitutionũ gradus fecit teſtator poſt mortem earum filijs, & deſcendentibus ſuperſtitibus ex ea, quæ alteri primò mortuæ ſucceſſiſſet, cum autem D. Marfiſa mortua ſit cum filijs, & filiabus non venit caſus, quod d. Hortentia ſuccedere potuerit, & è contra quod Marfiſa Hortentiæ, quare, &c.

Et hanc fuiſſe teſtatoris voluntatem, ex duabus potiſſimum coniecturis videtur, defendi poſſe.

Prima eſt in illis verbis poſt mortem dictarũ, &
3 hæredum vniuerſalium, † ſi enim in tẽpus mortis ambarũ eſt collatum fideicõmiſſum, fruſtra ante tale tẽpus petitur, ad l. cum Archimedotã, vbi DD.
4 C. vt in poſſ. legatorum, † nec vnquam tranſmittitur ante conditionis aduentum, Bald. in l.1. C. quando non peten. par. &c.

Altera eſt in ijs verbis, cum filij morerentur in pupillari minori, aut maiori ætate, quandocunque ſine filijs legitimis, & naturalibus, aut alijs deſcendentibus, vſq; in infinitum, nam ijs nulla eſt facta in hoc caſu ſubſtitutiõ, ſed ſimpliciter filiæ, vna earũ decedente ſine liberis, vel ea ſuperſtite quãdocunque morientibus. Vnde clarè conſtet, nõ ſubſtituiſſe teſtatorẽ filijs ex filia progenitis, ſed tantum diſpoſitione legis ordinem ſuccedendi adæquaſſe,
5 † quo in caſu triteę iuris regulæ ſunt, ſubſtitutiones non admitti, niſi expreſſis verbis factæ Bald. in l. vlt. ff. de hæred. inſtit. n.9. Oldrad. conſ.21. Cęphal.
6 conſ.514. n.19. † & niſi in teſtamentis expreſsè le-
7 gantur, Soc. ſen. conſ.104. n.16. vol.4. † & præſertim fideicõmiſſariæ Soc. cõſ.62. 63. n.14. lib.3. Gozad. conſ.21. n.8. cõſ.29. n.10. Pariſ. conſ.90. lib.2. late

Cęphal.

8 Cephal.d.conſ.514. n:18. † quæ ad perſonam non
nominatam non trahuntur, Aret.in l.Gallus, §.&
quid ſi tantum. de lib.& poſth. Menoch. conſ.97.
num.91.l.commodiſſimè. vbi DD.ff.de vulg.&c.
9 † Secundò loco dicebatur, maſculos tantum,
non etiam fęminas d. fideicommiſſo comprehen-
diſ,idque ex coniecturis reſultare,ex quibus proba
tur,teſtatorem de maſculis tantum ſenſiſſe, Dec.
conſ.17.Tiraq.de retract.ligna.§.1.gloſ.9.nu.180.
Peregr. latè art.25. de fideicom.

Prima coniectura intrat ex ſtatuto fęminarum
10 excluſiuo,† quia teſtatrix cenſetur,ad eius diſpoſi-
tionem ſe conformaſſe, Doctor.in l.Gallus. §.cum
quidam ff.de lib.& poſth. Mant.de coniect.vlt.vol.
lib.8.tit.11. Surd.deciſ.95.ipſe in tract.de interpr.
inueſtit.lib.11.tit.5. num.
11 † Altera eſt, quia teſtator vſus eſt ſemper ver-
bis, & nominibus maſculinis, Corn.conſ.83.n.1.
lib.1.& conſ.212.nu.4.lib.3. Grat.conſ.65.nu.11.
lib.2.latè Gabr. de verb.ſign.concluſ.6.n.14. Dec.
conſ.15.num.1. propè fin. verſic.Vnde iſta forma,
Soec.conſ.100. num.6.lib.4. Dec.in l.fęminæ,nu-
mero 105.verſ ſed tamen,ff.de reg.iur.

Tertia eſt, quia vltimo loco fuit ſubſtitutus ma
ſculus, vnde videtur, ſemper de maſculis ſenſiſſe
12 teſtator,† ex quo vna pars teſtamenti aliam decla-
rat, & vna ſubſtitutio alteram l.filius qui patri,
vbi Bar.de leg.1.l.1.C.de impub.§.ſi ex diſparibus.
inſtit.de vulg. l.qui liberis.ff.eod.tit. Dec.conſ.15.
num.3.conſ.185. ſub num.4. Gabr.conſ.96.n.13.
lib.1. Cephal.conſ.455.n.69.lib 4.
13 † Addebatur, quod ex quo teſtator fecit plures
gradus ſubſtitutionum,inuicem ſubſtituendo,prę
ſumitur, habuiſſe intentionem conſeruandæ agna
tionis inter deſcendentes ex eius filiabus, Bald. in
l.quoties. la prima, C.de fideicom. Soce.iun.con-
ſil.168.num.78.verſ.prædicta concluſio.lib,2.Me-
noch.conſ.9,.num.87.88.lib.1.

Quibus tamen non obſtantibus fuit reſolutum,
quod etiam fœminę ſint eo fideicommiſſo cõpre-
14 henſæ, † quia filiorum deſcendentium poſtero-
rum, & ſimilium appellatio, etiam in vltimis vo-
luntatibus, & fideicommiſſis fęminas complecti-
tur,l.ſi ita ſcriptum.de leg.2.cum pluribus alijs cit.
per Peregr.de fideicom.art.25.num.1.&.2. & per
tot.præſertim, num.43. maximè, quia teſtator fi-
15 lias proprias hæredes inſtituit, † ſicut enim ſexũ
muliebrem non abhorruit,ſed dilexit,pari ratione
cenſetur, omnem poſteritatem dictarum filiarum
dilexiſſe, ſiue fęmininam, ſiuè maſculinam, Socc.
poſt Caſtr. in l.cum auus, num.82. ff.de condit. &
demonſt. Rim.iun. conſ.714.nu.11.lib.6. faciunt
etiam not.per Anchar. conſ.339.nu.3. Rom.con-
ſil.367.num.14.Gabr.conſ.97.num.15.lib.1. Mo-
lin.de primogen. lib.3.cap.5.num.73. Et ponebat
rem citra omnem omnino difficultatem, quod li-
nea ipſarum inſtitutarum fuerit nominata,& com
16 prehenſa, † lineę autem nomen, tam maſculos,
quam fęminas proculdubio comprehendit, ſecib.
in d.l.Gallus, § quidam rectè. ff.de liber. & poſth.
Menoch.conſ.583.n.30.lib.6. Peregr.de fideic.ar-
tic.22.nu.24. alia per me de interpr.inueſt.lib.11.
17 c.2.p.8. † & etiam confeſſio ipſiuſmet ſp.Stepha-
ni in ſcripto matrimoniali,quæ probat,& eidẽ con
fitenti,& eius hæredibus præiudicat, Pereg.ar.43.
ſub num.6.Pedco.conſ.39.num.37. & ſeqq.

Ad contraria, & ad primum, quod prima ſubſti
tutione corruente,cæteræ corruerent,ex Oldr.cõ-
18 ſil.21.† Reſponderi poteſt, d.conſiliũ non proce-
dere,nec habere locũ,vbi teſtator digreſſus fuit ad
plures gradus ſubſtitutionum,latè ad Menoch.cõ-
ſil.348.n.2.3.lib.4.cõſ.117.n.9. & ſeq n.31.& ſeqq.
lib,2.præſ 69.n.13.14.lib.4.& vbi teſtator in ſubſi
dium vocauit etiam Sacerdotẽ,ad ibid. Men.n.20.
Verum breuius in caſu noſtro, & clarius reſponde
tur,quod hic etiam ipſiſmet filij nepotes, & dein-
ceps in perpetuum,fuerunt principaliter, & ſepara
ta ratione, & non ab eod. verbo certè inſtituti, &
ſubſtituti,ibi, *Quos omnes inuicem inſtituit,& ſub-*
19 *ſtituit*, † Obiectum autem procedit, quando vna
ſubſtitutio dependet ab altera, ſecus autem quãdo
vnaquæq; ſtat principaliter de per ſe, Menoch.cõ-
ſil.1137.n.71.& 72.lib.12.& Pariſ.qui egregiè dicit
in conſ.18.n.44 & ſeqq. iuncto etiam n.38. & ſeq.
lib.2.Gabr. qui etiam benè dicit in conſ.110.nu.9.
10.17.& ferè per tot.lib.2.(errore per eum cit.li.1.
cum ſit in 2.) Rot.diuerſ. deciſ.578. n.3. & 4.p.1.
vbi etiam benè cum alijs, vt per eundem Menoch.
citat. & ad Surd. vbi nõ ſunt tam clara verba,quia
tamen diſpoſitiuè poſita ſunt in conſ.279.nu.8. &
ſeqq. vbi in ſpecie reſpondet ad dictum argumen-
tum poſitum ibi per eum,num.2.

Ad reliqua oppoſita vno verbo reſponſum fuit,
quod nos, ſtantibus prædictis, ſumus in claris, in
quibus ceſſant coniecturæ, & præſumptiones, &
particulariter ad illud,quod fuerint repetita nomi-
na Maſculina, & ideò dicebatur, maſculinum non
20 concipere fęmininum, † Reſpondet Rim. d.cõſil.
714. ſub nu.47. & ſeqq.lib.6. quod iſta geminatio
non inducit probationem certam, ſed tantum prę
ſumptionẽ extra voluntatis,quæ præſumptio tol-
litur probatione, ſeu alia præſumptione fortiori.
21 † Item ad illud, quod habita fuerit ratio agnatio-
nis,obſtat, quod vltimo loco fuerit vocatus Sacer-
dos inhabilis ad eam conſeruandam, vnde non in-
trat dicta præſumptio per not. in deciſ.noſtra Flo-
rent.20. num.45. ad quam, &c. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Fœmina ſemel excluſa, ſemper cenſetur excluſa, num.1.
Maximè quando ſtatutum non vtitur verbis tempo-
ralibus quamdiù, donec, & num 2.
Declara, & limita, vt num.8. & ſeqq.
Vbi adita eſt hæreditas, bona non dicuntur amplius hæ-
reditaria paterna, vel materna, num.3.
Declara, vt num.10. & ſeqq.
Ius adeundi non eſt in bonis, num.4.
Contra num.17.18. vbi reprobatur Grat.
Vbi copulatus eſt concurſus vocatorum ad hæreditatem,
altero deficiente, caſus remanet in diſpoſitione iuris
Communis, num.5.

Declara, vt num.19. & ſeqq.

Pater cum filiabus ſuccedit pro rata ad bona filij prædefuncti, num.6.

Vbi eſt caſus deciſus, vlterius non eſt diſputandum, n.7.

Regula, quod fœmina ſemel excluſa, non habet locum, quando ad bona excludentis iterum vocatur, n.8.

Quando ad tempus tantum fuit excluſa colligitur, vel ex verbis, vel ex veroſimili mente ſtatuentium, n.9.

Non habet locum dicta regula in hæreditate excludentis, quia ab ea non excluditur, num.11.

Paterna paternis, materna maternis, deferuntur, n.12.

Pater præſumitur, ex poſſeſſione bonorum maternorum adiuiſſe hæreditatem pro filio, num.14.

Hæreditas non adita tranſmittitur inter deſcendentes, nõ inter collaterales, num.15.

Ex ſtatuto etiam inter collaterales, ſub eod.

Ex tranſmiſſione ſucceditur in bonis defuncti, num.16.

Ius adeundi, quoad effectum tranſmiſſionis, dicitur eſſe in bonis defuncti, & reputatur hæreditarium, num.18.

Vbi plures vocantur ad ſucceſſionem ſufficit, ſi vnus adſit, is enim ſolus ſuccedat, num.19.24.28. & 33.

Si ſtatutum vocat fratrem ad ſucceſſionem, ſi defunctus deceſſerit ſine filio, & filia, ſi ſola filia extat excluditur frater, num.20.

Subſtitutus pluribus non admittitur ad partem deficientis, ſi ſupereſt perſona, quæ, ex veroſimili mente teſtatoris, excludat ſubſtitutum, num.21.

Pater de iure Codic. habebat in bonis maternis tantum vſumfructum, licet de iure auth. ſuccedat vnà cum fratribus filij prædefuncti, num.22.

Recipienda eſt interpretatio, quæ reducit ad ius antiquum, num.23.

Prima cauſa in ſucceſſionibus eſt filiorum, ſeu deſcendentium, num.25.

Valet argumentum à maiori in ſtatutis, num.26.

Etiam correctorijs, quando verba poſſunt trahi ad caſum in quo concludit maioritas, vel paritas rationis, n.27.

Quando in vno eſt eadem ratio, quæ in pluribus, diſpoſitio facta de pluribus habet locum in vno, num.28.

Abſurdum eſt admittere ſorores cum filia fratris prædefuncti, & excludere non extante filia, num.29.

Pro euitando abſurdo admittitur omnis interpretatio in ſtatuto, num.30.

Inducta ad finem fauendi ſororibus, dum admittuntur in concurſu cum filia operarentur effectum contrarium excludendo, ceſſante concurſu, num.31.

Parentes vnà cum filijs admittendi, etiam ſoli, non extantibus filijs, admittuntur, & è contra ſoli fratres ſuccedunt non extante patre, licet, eo extante omnes ſimul cõcurrant ad ſucceſſionẽ fratris prædefuncti, n.32.

Vocatis pluribus vno decedente alij ſimul vniti ſuccedunt, num.33.

Ex iure communi declarari poteſt dubia diſpoſitio ſtatuti, etiam correctoria iuris communis, num.34.

Valet argumentum à paritate rationis, vel maioritate, etiam in correctorijs ad declarandum dubium, non ad extendendam diſpoſitionem, num.35. & ſeqq.

Interpretatio ſignificatiua non cenſetur reiecta à ſtatuto, num.36.

Facilior eſt interpretatio, quam extenſio, num.37.

Ordo ſcripturæ denotat affectionẽ, & ordinẽ mentis, n.38.

Vltimi vocati cẽſentur in ſubſidiũ priorũ nominati, n.39.

Si ſtatutum voluiſſet uocare, etiam patrem cum filiabus ad ſucceſſionem fratris, hoc dixiſſet, num.40.

Pater per tranſitum ad ſecunda vota priuatur ſucceſſione filij, num.41.

Filiæ impuberes non dicuntur conſenſiſſe ſecundo matrimonio tacitè, num.42.43.

Grat. in conſ.35. lib.1. reprobatur eod. num.43. & 18.

DECISIO LXIV.

VT iam ſuppoſitum eſt deceſſit in pupillari ętate Franciſcus filius d. ſp. Stephani Manzi ex D. Marfiſa & frater dictarum Iuliæ, & Feliciæ agentium, cuius occaſione factus eſt locus tertiæ quæſtioni.

An ſpect. Stephanus ei ſucceſſerit, vel ſolus, vel vnà cum dictis ſuis filiabus.

Et dicebatur primò, ſolum patrem ſucceſſiſſe excluſis filiabus ex diſpoſitione ſtatuti lib.2. cap.9. verſ. & ſi dicti fratres: vbi ſorores vocantur ad ſucceſſionem bonorum maternorum fratribus non extantibus, cum ergo dictus frater exiſteret tempore mortis Matertiæ, ipſæ tunc fuerunt excluſæ,
1 † vnde intrat regula, fęmina ſemel excluſa ſemper cenſetur excluſa, de qua latè in deciſ. Florent.50.
2 ad quam remitto, † maximè quia ſtatutum noſtrũ non vſus fuit verbis, donec, quouſque, quamdiù, aut alijs temporalitatem ſignificantibus, ad relata in dicta deciſ.50. & in terminis ſucceſſionis bonorum maternorum trad. Caſtr. conſ.57. lib.1. quem ſequitur Soc. conſ.153. n.23. lib.2. Dec. conſ.414. Lep. in term. terminantib. deciſ. Luc. vlt. ſub verſ. nec obſtare dicebatur, ſi dictum fuiſſet, & in term. ſtatuti, & de communi Gayl. obſ.148. ſub num.4. li.2. Moroũ reſp.7. per tot. Alb. conſ.237. ſub n.17.

Secundò dicebatur, non intrare poſſe d. ſtatutũ
3 ad fauorem mulierum, † quia, poſtquam filius ſucceſſit in bonis maternis, hęc bona deſierũt eſſe materna, & facta ſunt proprium patrimoniũ filij, quare non intrat ſtatutum de bonis maternis loquens, vt in puncto per Guid. pap. q.15. per tot. Corn. cõſ. 305. col.2. liter. E, verſ. his non obſtantibus. vol.4. Ruin. in conſ.22. n.15.16. vol.3. Socc. conſ.67. ſub n.11. & per tot. vol.4. Natt. conſ.448. n.2. & ſeqq. conſ.619. n.11. & 12. cõſ.687. per tot. vbi effectus.

Tertiò, d. ſtatutum non poteſt habere locum in hoc caſu, quia ſtatutum loquitur de bonis fratris,
4 cui ſuccedat ſoror, † & hic agitur de iure adeundi, quod non eſt in bonis, l. precia rerum, ff. ad l. Falc. & in term. terminant. Grat. conſ.35. n.35. lib.1.

Quartò, & vltimò, quia ſtatutũ excludit parentes à ſucceſſione filij, extantibus ſororibus vnà cũ filiab. fratris pręmortui, caſus noſter eſt exiſtentię ipſarum tantũ ſororum abſq; concurſu filiarũ fra-
5 tris præmortui, quare ceſſat ſtatutũ, † quia vbi copulatus eſt concurſus in vocatis ad hæreditatem, altero deficiente caſus remanet in diſpoſitione iuris cõmunis Dec. conſ.553. nu.3.4.5. & 6. Ruin. conſil.52. vol.3. qui loquuntur in terminis d. ſtatuti, & in term. terminan. Latius Grat. in d. conſ.35. ſub
6 n.26. & ſeqq. vſque in fin. lib.1. † vnde ſaltem pro virili deberet cõcurrere ex diſpoſitione iuris cõis,

iuxta

iuxta auth.defuncto, C.ad Tertul.auth. de hæred.
ab inteſt.ven. §.1.

Quibus tamen non obſtantibus, tentũ fuit con-
trarium,ſcilicet,quod ſolæ filiæ agentes ſint admit
tendæ ad ſucceſſionem in bonis maternis. Quia
ſtatutum eſt clarum, nam in illa parte, vbi loqui-
tur de ſucceſſione tranſuerſalium, diſponit, quod
ſorores vtrinque coniunctæ, vnà cum filiabus ex
fratribus pręmortuis admittantur: Item paulò in-
fra idem dicit, *Succedant Sorores vtrinque coniun-
ctæ, ſiue ex patre tantum, vnà cum filiabus ex præ-
mortuis fratribus, vtrinque, vel patre tantum con-
iunctis*; & inferius dicitur ibi, *vel ex linea materna
obuentis admittantur ſorores ex vtroque parente con-
iunctæ, vnà cum filiabus ex pręmortuis fratribus*,
7 † & vbi eſt caſus deciſus, vlterius non eſt hæſitan-
dum ad l.ancillæ, C. de furt.cum alijs, vt in deciſ.
Bon.6.num.14. & hoc patere in term.huius ſtat.di
ctis clauſulis ad verbum relatis, dicit Gozzad. in
conſ.43.ſub num.20. ſub verſ.quinto pondero.

Tota ergo vis manet in ſolutione cõtrariorum.
Ad primum enim, quod filia ſemel excluſa, ſem-
8 per cenſetur excluſa.† Reſpõdetur, hanc regulam
non benè applicari in caſu noſtro propter ſtatutũ
prædictum, quod in dicto caſu, iterum in caſum
obitus fratris, vocat ad bona materna filias ab eo-
dem iam alias excluſas, dicta autem regula habet
locum data prima excluſione, non repetita incluſio
ne poſt excluſionem prædictam, hoc etenim caſu
ſtatutum videtur excluſiſſe ad tempus, ideſt viuen
te fratre, & eo decedente ſine maſculis; regula au-
tem non procedit, quando non ſimpliciter, ſed ad
9 tempus videtur facta excluſio, † vt colligitur, &
ex qualitate verborum, & ex veriſimili mente ſta-
tuentium, ad Socc.conſ.110.num.4.8.11. & ſeqq.
16. & ferè per tot.vol.1. & ad alia not.in deciſ.no-
ſtra ſupracit.& ſecundum prædicta in term.decla-
rat Lepid.deciſ.fin. col.5. poſt princ. ſub verſ. qui-
bus tamen, & ad infra. num.11.

10 † Ad ſecundum, quod bona materna amiſerint
nomen in filio hærede, & ideo non amplius mater
na, ſed propria filij eſſe facta, conceditur argumen
tum, ſed quid Inde? Nam per hoc quid fieret? ni-
ſi, quod ex quo agitur de bonis, & hæreditate ip-
ſiuſmet filij prædefuncti intraret ſucceſſio, prout
de iure communi, ſecundum quod pater vnà cum
prædictis filiabus ſuccederet, ex dicta auth.defun-
11 cto, C. ad Tertull. † iuncta regula, quod fęmina
ſemel excluſa, non cenſetur excluſa ab hæreditate
excludentis, Pariſ.conſ.22.nu.28. conſ.23.nu.52.
53.lib.1. Menoch.conſ.1.num.461.lib.1. Aſt nos
ſumus in terminis ſtatuti, quo in bonis maternis
præferuntur filiæ, quare, &c. Conſiderarunt enim
ſtatuentes originem, ideſt, quod dicta bona ſemel
fuerint matris, quicquid poſtea ex confuſione cum
bonis filij amiſiſſe potuerint nomen, vt patet ex
modo loquendi, ibi, *quoad bona obuenta à matre*,
prout etiam in cap.30. eod.lib.2. notando vocem,
obuẽta, quare ſufficiet, quod à matre obuenerint:
12 † ſicut etiam de iure cõmuni inter fratres, & con-
ſanguineos, & vterinos non attenditur, quod bona
mutauerint nomen, ſed paterna conſanguineis,
ſeu paternis, materna vterinis, ſeu maternis de fe-
runtur, Tiraq.de retract lignag.§.14.gloſ.2.nu.4.
Craſſ. in §.Succeſſio ab inteſt.quæſt.32.
13 † Ad tertium Reſpondetur, non agi de iure ad-
14 eundi, ſed de hæreditate adita à patre, † qui præſu
mitur pro filio, maximè impubere, adiuiſſe hæredi
tatem, etiam ex ſola retentione dotium materna-
rum, maximè in ſtabilibus conſiſtentium, & in
poſſeſſione diuturna, Surd.conſ.244.num.20.vbi
de Communi, & deciſ.140.num.1.Natt.conſ.74.
15 num.10.& 11. † & etiam, quia ſi non fuiſſet adita
fuiſſet tranſmiſſa, licet, non de iure communi, quia
tranſmittitur tãtum inter deſcendentes, citati per
Surd.d.deciſ.140.num.2.ex peculiari tamen diſpo
16 ſitione ſtatuti in cap.13.lib.2. † quo caſu, ſuccedi
in bonis maternis patet ex cit. per Surd. d.num.3.
17 † Doctrina autem Grati in d.conſ.35. num.35.
18 lib.1. Exaduerſò cit.non eſt vera, † quia licet ius
adeundi regulariter non dicatur eſſe in bonis no-
ſtris, tamen quoad effectum tranſmittendi cenſe-
tur eſſe in bonis defuncti, & reputatur hæredita-
rium, Bart.in l qui duos, ff.de rebus dub.Imol.in l.
ſi ita quis, §.ea lege.ff.de verb.oblig.Ruin.conſ.23.
nu.26.& ſeq.vol.5. Menoch.conſ.77.in fin.lib.1.
quos citat, & ſequitur Surd.d.deciſ.140.ſub nu.1.
6.& 17.

Ad quartum & vltimum, quod non ad ſit con-
curſus ſororum cum filiabus fratris prædefuncti,
19 qui ſine filiabus deceſſit, † Reſpondetur, ſufficere
alterum ſubeſſe, vel ſorores ſine filia, vel filiam ſi-
ne ſorore ad excluſionẽ patris, ex l.pen. & ibi not.
Doctor. Communiter. C. de impub.& alijs ſubſt.
Bart.& alij in l.hæredes mei, §.cum ita. ff.ad Tre-
bell.& eſt deciſio Bald. in cap. vnic. de duob.fratr.
20 à cap inueſt. † Vbi ſi ſtatutum vocat fratrem ad
ſucceſſionem, ſi defunctus deceſſerit ſine filio, &
filia, ſi ſola filia extat excluditur frater, ratio eſt vl-
tra Bald. ibi, quia, vt dicit Ruin. exaduerſò cit. in
conſ.52.ſub num.fin.ad fin.lib.3. ſupereſſe dicitur
perſona, quæ ex veriſimili mente ſtatuti excludit
21 fratrem, † ſicut quando ſubſtitutus pluribus non
admittitur ad partem deficientem, ſi ſupereſt per-
ſona, quæ ex veriſimili mente defuncti excludat
ſubſtitutum, iuxt. d.l.penult. & alia iura mox cit.
quare retorquetur Ruin. quatenus in hac ratione
fundat dictum Bald. & præterea Reſponſio Ruini
etiam videtur, poſſe retorqueri in caſu noſtro, qua
tenus per hunc ſenſum minus receditur à iure Cõ
muni primæuo, nam quicquid poſtea ſactum ſit
22 per d. Auth.defuncto.C.ad Tertull. † antea de iu-
re communi pater in bonis maternis mortuo filio
habebat tantum vſumfructum, quoad proprieta-
tem verò filij ſoli, vel nepotes erant ſucceſſores,
iuxta l.quæcunque, C.de bon.quæ lib.& ita in pun
cto dixit Lepid.deciſ.vlt.col.9. verſ.non obſtãt ea,
23 † & recipienda eſt interpretatio, quæ ad ius anti-
quum reducit Socc.conſ.25. in fin.lib.3. Alb.con-
ſil.81.num.21. Menoch.conſ.187. num.16.lib.2.

Secundò, fuit reſponſum ex alia parte ſtatuti,
vbi diſiunctim, ac vt ſinguli ponũtur perſonę ſuc-

ceſſuræ, ibi, *Et ſi dicti fratris, vel ſorores, aut dicto-*
rum fratrum, &c. nam voces hæ diſiunctiuæ indi-
cant perſonas, vti ſingulas, & principaliter per ſe
24 fuiſſe conſideratas, † vnde ſufficiat alteram in eſ-
ſe, adhoc, vt ſit locus ſucceſſioni l. hęc verba ille aut
ille, & ibi DD. ff. de verb. ſignif. l. ſi is qui ducenta,
§. vtrum de reb. dub.

Tertiò, fuit reſponſum per argumentum dedu-
ctum à maiori hoc modo: Quia ſi ſorores admit-
tuntur ad ſucceſſionem fratris vnà cum propria
eiuſdem filia, quod eſt contra regulas communes,
25 † ſecundum quas prima cauſa in ſucceſſionibus
eſt filiorum, ſeu deſcendentium, Surd. conſ. 100.
num. 1. quantò magis ſuccedent in totum filiæ im
26 pedimento non exiſtente, † nam valet argumen-
tum à maiori in ſtatutis, vt in propoſito ad Alex. in
conſ. 80. num. 6. lib. 1. valde proximè ad rem Surd.
27 conſ. 513. num. 29. & 30. ibi quinimò maior, † etiā
correctorijs, quādo verba poſſent trahi ad caſum,
in quo concludit maioritas, & paritas rationis, vt
hic, vbi ſorores nominatim fuerunt comprehenſę,
vnà cum neptibus ex fratre, quia hoc nomen ſo-
rorum, tam verificatur non exiſtentibus neptibus,
quam exiſtentibus, vt patet ad ſenſum ad Maſcar.
in tract. de Gener. ſtat. interp. concl 4. num. 56. 57.
28 58. & ad Dec. conſ. 484. num. 4. † Vbi quando eſt
in vno eadem ratio, quæ in pluribus, diſpoſitio fa-
cta de pluribus habet locum in vno, & Dec. ibi &
alijs locis, refert Decian. in reſp. 62. num. 3. lib. 2.
& reſp. 54. nu. 23. eod. ipſe latius in tract. de inter-
pret. inueſt. cap. 2. gradu. 8. num. 54.

Quartò reſponſum fuit, dictas ſorores additas
fuiſſe ad ſucceſſionem vnà cum filiabus ipſius de-
functi comprehenſiuè, non autem qualificatiuè, vt
patet ex eo, quia alioqui ſolæ filiæ patenti præde-
functo ſucceſſiſſent, quia verò ſtatuentes volue-
runt, quod etiam ſorores vnà ſuccederent, ideo,
29 & ipſas comprehenderunt, † abſurdum autem eſ-
ſet dicere, quod ad oppoſitum propriarum filiarū
voluerint ſorores admittere; & eas excludere ex-
tra earum impedimentum l. nam abſurdum, C. de
30 bon. libert. Oſaſc. deciſ. 169. † pro quo euitando
admittitur omnis interpretatio in ſtatuto, Maſcar.
d. tract. de Genet. ſtat. interpt. concl. 2. num. 81. 98.
31 & num. 258. † & inducta ad finem fauendi ipſiſ-
met ſororibus, etiam non obſtantibus filiabus vi-
uentibus, operaretur contrarium effectum eis nō
viuentibus, contra l. legata inutiliter. ff. de adim.
legat. confert. tex. in §. 1. & §. ſeqq. Auth. de hæred.
ab inteſtato venien. & d. auth. de functo. C. ad Ter-
32 tull. † Dum parentes vnà cum filijs admittuntur
ad ſucceſſiones fratrum prædefunctorum, & tamē
non excludūtur, immo verò magis includuntur, cū
parentes ſoli ſunt abſque concurſu aliquo filiorum
propriorum ad ſucceſſionem filij prædefuncti vo-
cati, ſicut & è contra quando fratres ſoli ſunt abſ-
que concurſu parentum, & ad Craſſ. in §. ius accre
33 ſcendi, q. 32. † vbi vocatis pluribus vno decedēn-
34 te alij ſimul vniti ſuccedunt, † cum ex iure com-
muni poſſit declarari diſpoſitio dubia ſtatuti, etiā
correctoria, ad Crau. conſ. 236. nu. 9. quo caſu non
35 obſtant Ruin. & Dec. in cōtrarium allegati, † quia
ipſi loquuntur in interpretationę extēſiua, ſcilicet
de caſu ad caſum, in quo tamen res eſt adhuc tur-
bida ad Alex. in conſ. 80. num. 6. lib. 1. vbi, dari ex-
tenſionem ex eo ſi proximior excluditur, tantò ma
gis remotior, reſpondendo ad num. 1. ibid. hic agi-
mus de interpretatione declaratiua prouenienté
ex iuris diſpoſitione ad diffinitionem, & diſpoſitio
nem verborum in ſtatuto contentorum, declaran-
do veritatem ſermonis in ſtatuto diſpoſiti, quo ca-
ſu talis interpretatio admittitur, & dicitur litera-
lis, & de mente ſtatuentium, & appellatur interpre
36 tatio ſignificatiua, † quæ nō cenſetur reiecta à ſta-
tuto Maſcar. in tract. de gener. ſtatut. interpr. d. cō-
37 cluſ. 2. num. 80. & ſeqq. vbi bene declarat, † quia
facilior eſt interpretatio, quam extenſio, aut noui
iuris inductio, ibid. num. 87. & n. 161. & latius per
me in d. tract. de interpr. inueſt. c. 2. grad. 1. num. 8.
& ſeqq.

Quintò conſideratum fuit, quod ſtatuentes pa-
trem in poſteriorem locum poſt dictas, & alias per
ſonas collocarūt, ex quo manifeſtè colligitur, quod
non voluerunt parentes cum ſororibus coniunge-
38 re; † ordo enim ſcripturæ denotat affectionem, &
ordinem mentis diſponentium, ita vt primo nomi
natus in ordine ſcripturæ prædilectus videatur l.
pupillus, §. vlt. ff. de cond. & demon. cum alijs plu-
ribus in propoſito cit. per Decian. in reſp. 63. n. 20.
39 iuncto nu. 19. verſ. quia reſpondetur lib. 1. † quia
vltimi cenſentur in ſubſidium priorum nominari,
vt ibi per eum, ſub d. num. 20. & ita etiam eſt de
iure communi, vt in §. ſecundo gradu, & in §. ſeq.
inſtit. de Grad. cognat. l. 1. §. 2. & 3. de grad. affinit.
Pedroch. (qui allegat Decian.) in conſ. 33. ſub nu-
mero 16. & 17. & ad Gozad. in term. huius ſtatuti
in d. conſ. 43. ſub num. 19. verſ. 2. hoc clarè ſub nu-
mero 20. verſ. 4. in alia, ſub num. 3. verſ. quinto *cla*
rum, & num. 6. & etiam ad Dec. conſ. 507. num. 1.
40 & 2. † & ſi ſtatutum voluiſſet coniungere etiam
patrem cū filiabus hoc dixiſſet, non dixit ergo, &c.
Decian. d. reſp. 63. ſub num. 12. Pedro. d. conſ. 33.
d. num. 17.

41 † Sextò, & vltimò obſtare dictum fuit dd. con-
uentis, quod pater per tranſitum ad ſecundas nu-
ptias excluſus fuerit à præfata filij ſucceſſione, qua
tenus ei delata fuiſſet, Rol. conſ. 95. num. 8. cum
ſeq. lib. 1. Milan. deciſ. 19. n. 13. & 14. lib. 2. Caput-
aq. deciſ. 26. p. 2. Guid. pap. deciſ. 228. n. 1. Carpan.
ad ſtat. Mediol. c. 278. num. 148. lib. 2. Gabr. de ſe-
cund. nupt. concl. 6. & 7. Craſſ. in §. ſucceſſio ab in-
42 teſtato. q. 25. per tot. † & hoc videtur indubitatū
in hoc caſu, vbi quia filiæ fuerunt impuberes, &
quæ propria negocia tractare neſciebant, ideo non
cenſentur tacitè conſenſiſſe, vel renunciaſſe, Boer.
in term. deciſ. 185. ſub nu. 23. quem retulit, & ſe-
quutus eſt Menoch. conſ. 469. in fin. lib. 5. & ad cō
43 ſil. 470. ſub nu. 17. verſ. nec repugnat, † Vnde per
hoc euitatur etiā in hac parte conſ. Grat. 35. n. fin.
lib. 1. quia non loquitur de filijs impuberibus, &
etiam quia, etiam in puberibus, ſtat contra eum
dec. Bonon. 84. Inter nouiſſimè impreſſas, num. 15.
Vbi

Digitized by Google

Vbi vide, & in reliquis malè etiam eum conſuluiſſe, & ſubtilius magis, quam ex veritate ex ſupra deductis concluſum fuit, & tentum, ideo ſolas filias fuiſſe admittendas ad ſucceſſionem fratris in bonis maternis, patre excluſo.

Laus Deo, &c.

SVMMARIA.

Excluſus à ſucceſſione, an ſit excluſus à legitima, diſtinguitur de diſpoſitione hominis, & legis, & de magis communi in vtroque caſu, num. 1. 2.

Quod non ſit excluſus à legitima, etiam ex diſpoſitione legis, & Non. num. 3.

Communis opinio ſequenda ex circumſtantijs intercurrentibus, etiam data maiori æquitate pro alia non communi, ſub eod. & ſeqq.

Doctrinæ in indiuiduo ſunt ſequendæ, num. 4.

Excluſus à ſucceſſione eſt excluſus à legitima aſcendentium, num. 5.

Exempla ſupremorum tribunalium ſunt ſequenda, numero 6.

Maximè in dubijs, num. 7.

Si ſtatutum reſeruat vſumfructum alicui, cenſetur à reliquo excludere, num. 8.

Nihil debetur patri reſpectu legitimæ, debitæ filio in bonis maternis, num. 9.

DECISIO LXV.

QVartò fuit dubitatum, an ſpect. Stephano, & conſequenter dictis eius filijs conuentis, ſaltem ſpectet ius detrahendi legitimam, & dictũ fuit, non ſpectare, quia quamuis hoc in puncto diſſenſio ſit inter Doctores, fędere tamen diſtinctio-

1 nis videntur, poſſe cõciliari. † Nam aut loquimur in diſpoſitione hominis, & hoc caſu excluſus à ſucceſſione non cenſetur à legitima excluſus, aut loquimur in diſpoſitione legis, vel ſtatuti, vt in caſu noſtro, & tunc excluſus à ſucceſſione cenſetur à legitima excluſus, ſecundum communem, & magis Communem Doctor. ſententiam, prout ita diſtinguendo teſtatur Rol. conſ. 63. nu. 51. & ſeqq. vol. 3. vbi alios refert, etiam de Communi teſtantes, & ante eum ita diſtinguit Dec. conſ. 303. n. 9. ſequitur Lepid. Deciſ. fin. colum. 10. ſub verſic. nec aliquam, & ita etiam diſtinguit Surd. conſ. 91. ſub

2 num. 22. & 23. lib. 1. † & quod in term. ſtatuti intelligatur quis excluſus à legitima, qui eſt excluſus à ſucceſſione, ponit Cęphal. conſ. 404. nu. 1. lib. 3. vbi dicit, hanc crebriorem eſſe ſententiam, licet non defuerint multi contradictores, & ibid. infinitos congerit, & Menoch. conſ. 149. num. 13. vbi, opinionem contrariam non eſſe tutam, ait, eũ alij propè innumeri ſentiant pro excluſione Peregrin, conſ. 79. num. 1. Surd. conſ. 401. num. 24. lib. 3. Laderch. conſ. 127. n. 3. plures alios cumulat de communi Hond. conſ. 10. num. 16. & ſeqq. præſertim ſub num. 20. lib. 1.

3 † Quam nos ſequendam duximus, nam licet Thob. Non. in conſ. 13. num. 18. 19. 20. dicat, opinionem pro non excluſione legitimæ eſſe ęquiorẽ, & humaniorem, quàm Iudex ſequi debet, non attentam, licet communem; Tamen nobis durum viſum eſt recedere à dicta communi, ex infraſcriptis maximè.

4 † Primò, propter Doctrinas in indiuiduo ſtatuti noſtri, quæ ſunt ſequendæ, vt in deciſ. Bon. 11. num. 86. nam in term. terminan. pro excluſione à legitima conſuluit Gozad. conſ. 43. nu. 21. & ſeqq. vltrà mox citan.

5 † Secundò, quia etiam ſuppoſito, quod opinio non excluſiua à legitima eſſet vera, dicunt tamen omnes, non procedere in legitima, quæ debetur aſcendenti, quia illa eſt de iure poſitiuo, & ciuili Gozad. d. conſ. 43. num. 25. Angel. in conſil. 105. num. 3. Alexand. conſ. 3. ſub num. 9. lib. 2. ſequitur Lepid. d. deciſ. fin. colum. 10. ſub dicto verſic. nec aliquam.

Tertiò, quia in puncto ita fuit obſeruatum in hoc ſupremo tribunali, vt patet ex prædallegata deciſ. Lepid. in d. verſic. nec aliquam ad l. minimè. ff.

6 de legib. Menoch. conſ. 633. nu. 14. 15. lib. 7. † Vbi, ſecundum exempla ſupremorum iudicum eſſe iudicandum, quia eorum ſententiæ habent vim con-

7 ſuetudinis, vt ibi per eum, † maximè verò, quando res eſt dubia aliorum exemplum ſequendum eſt, quia firmius eſt iudicium, quod multorum ſententia confirmatur, Surd. conſ. 311. num. 17. lib. 3. in conſ. 50. num. 44. verſ. vltimò non obſtat, lib. 1. & ad alia latius per me in tract. feud. reſol. lib. 4. cap. 2. ſub num. 16.

Et quartò demum, quia concurrit in caſu noſtro alia circunſtantia, quatenus eodem ipſo ſtatu-

8 to reſeruatur vſusfructus patri, † ex qua reſeruatione intelligitur illum à reſiduo excludere, l. cũ prætor. de Iud. Ruin. in conſ. 41. ſub num. 8. verſ. quinimo etiam lib. 3. Bero. in cap. Raynutius, nu. 200. ext. de teſtam. vbi dicit, ſe bis, aut ter ita conſuluiſſe, & apparet in conſ. 177. lib. 2. conſ. 49. nu. 51. lib. 1. & alibi ſæpe, vt refert, ac ſequitur Lepid. d. deciſ. fin. in fin. d. verſ. nec aliquam.

9 † Sicuti nec quicquam, reſpectu legitimæ, quæ debetur filio in bonis Maternis, debitum fuiſſe d. ſpect. Stephano cenſuimus, per dicta in ead. deciſ. fin. col. 10. verſ. minus aliquid.

Ex quibus, &c. Laus Deo, &c.

SVMMARIA.

Mens ſtatuentium attendenda, etiam ſi verba, violentur, num. 1.

Caſus, vbi eſt eadem ratio, dicitur comprehenſus à ſtatuto, num. 2.

Statutum fauorabile eſt extendendum, num. 3.

Etiam ad caſus futuros, num. 4.

Promittens compenſare, debet compenſare etiam debitum in diem, num. 5.

Declara, vt num. 24.

Pater dotando cenſetur dotare in compenſationem dotis maternæ à ſe debitæ filiæ reſtituere, num. 6.

Contra ſub num. 26. & ſeqq.

Pater,

Pater, qui non habet, niſi bona ſubiecta fideicommiſſo, dotare cenſetur nomine filij, num.7.

Qui debet reſtituere rem dicitur debitor, num.8.

Qui poſſidet rem meam mihi debitor eſt, num.9.

Præſumptio eſt, eam eligi viam, per quam vtrique parti ſatisfit, num.10.

Dotem animo compenſandi, interpretando ſatiſfit vtrique parti, num.11.

Contra in caſu noſtro, vt num.34.

In dubio dicendum eſt, quod animo compenſandi data ſit dos, num.12.

Contra vt, num.35.

Compenſatio non poteſt intrare, vbi exaduerſò non eſt debitum compenſandum, num.13.

Compenſatio non inducitur, niſi expreſsè appareat, numero 14.

Compenſatio non inducitur inter diuerſa, vel tempore, vel quantitate, num.15.

Compenſatio non inducitur in dotante ex neceſſitate, vt in patre, num.16. & 19.

Si pater proprio nomine dotauit, de ſuo dotaſſe præſumitur, num.17.28.

Pater tenetur filiam etiam diuitem, & aliunde habentem dotare, num.18.

Argumentum ab identitate rationis non procedit in ſtatutis, quando ratio non eſt expreſſa, num.20.

Non eſt eadem ratio compenſandi liquidi cum liquido, ac liquidi cum illiquido, num.21.

Compenſatio dicitur debiti, & crediti inter ſe contributio, num.22.

Correlatiuorum vno deficiente, deficit & alterum, numero 23.

Statuta ſunt ſtrictè intelligenda in caſu noſtro, numero 25.

Filius eſt hæres matris per aditionem factam à patre, num. 26.

Auus, an cenſeatur dotaſſe filiam ex neceſſitate, an verò voluntariè, num 27.

Differentia inter patrem, & fratrem circa dotandum, & effectus, num.28.

Pater non poteſt ſub prætextu dotationis filiæ reliqua iura eiuſdem inuolare, num.30.

Allegans contraria non eſt audiendus, num.31.

Statutum noſtrum non loquitur de debito in diem, numero 32.

Fœminæ excluſæ admittuntur ab inteſtato, non extantibus maſculis, num.33.

Etiam in executione opponi poteſt compenſatio, & de ea cognoſci, num.36.

DECISIO LXVI.

SPect. Stephanus pater dd. contententrum nuptui collocauit, viuo adhuc Franciſco eiuſdē filio, Felicem alteram ex filiabus ipſius ſpect. Stephani, cum dote ſcutorum 200. quam ſummam, dicunt Domini conuenti, eſſe compenſandam cū eo, quod eidem D. Felici ſpectat pro ſua parte dotis, & hæreditatis maternæ; Quæſitom fuit quid Iuris. Et fuit hoc quintum dubium dictæ cauſę.

Pro parte DD. Conuentorum allegabatur ſtatutum, cap.27. lib.2. ibi *dos in eo compenſetur, quod tempore dictę dotationis à dicto dotante dictæ mulieri deberetur.*

Nec obſtare, quod ſtatutum loqueretur de debitore in pręſenti non in futurum, quale eſt debitum reſtituendæ hæreditatis maternæ, non tunc, ſed demum poſt mortem dicti Franciſci, & d. ſpectab. Stephani.

1 † Quia adhoc reſpondebatur, mentem ſtatuen
tium eſſe attendendam, etiam ſi verba violentur
iuxta not. in deciſ. Flor. 57. nu.2. & 3. hanc autem
eā fuiſſe proponebatur, ne pater duplici onere gra-
uaretur, dotandi ſcilicet, & debitum ſoluendi, ſeu
hæreditatem reſtituendi, quare idem ius ſtatui de-
2 bet in vtroque caſu, † quia iſte caſus, & ſi non ex-
preſſus, dicitur tamen comprehenſus ex identitate
rationis, ad Maſcard. de gener. ſtat. interpr. cōcl. 5.
num.28. dum ait, quod vbi ſtatuti ratio militat ibi,
& ſtatutum eſſe dicetur, nec tunc dicetur fieri ex-
tenſio, licet procedamus ad alium caſum, vltra ca-
ſum expreſſum à ſtatuto, ſed erit potius enuclea-
tio, ſiue declaratio eiuſdem caſus. qui latebat ſub
3 eadem ratione ſtatuti, & hæc multò magis, † quia
hoc ſtatutum eſſet fauorabile, & tenderet ad fauē-
dum patri, & ideo extendēdum, ad Maſc. concl 4.
4 num.141. in d. tract. de Gener. ſtat. interpr. † ad ca
ſus futuros, iuxta Carpan. ad ſtat. Mediolan. in prę
lud. num.189.

Secundò dicebatur, quod, & ſi demus, ſpect. Ste
phanum fuiſſe in diem debitorem, adhoc tamen
5 ſimili ſtatuto comprehendi, † nam promittens cō-
penſare, debet compenſare etiam debitum in diem
Alex in l. ſi ſtipulatus. 76. §. cum ſtipulamur, nu. 2.
ff. de verb. oblig.

Tertiò dicebatur, quod imo verò pater tempo-
re dotationis eſſet debitor, quia Franciſcus filius
non adiuerat hæreditatem, & ideo pater erat debi
6 tor reſtitutionis dotis maternæ, † quare dotando
cenſetur id feciſſe in extinctionem eiuſdem dotis
maternæ per eum filiabus debitę, & ſic intrant ver
ba ſtatuti ad l.4. §. totiens, ff. de dam. infect.

Quartò, dicebatur quod ipſe pater fuit hæres
Franciſci filij, quoad alia bona præter materna, vn
de in omnem caſum poſſet vti iure ipſius; Immo
addebatur, quod ſicuti ipſe pater non erat diues,
7 † quia non haberet alia bona, quam fideicommiſs.
ſubiecta, ita pręſumitur dotaſſe nomine filij, & pro
filio, iuxta Crau. conſ. 219. num. 2. & 3. Ipſi autem
Franciſco fuiſſet proculdubio facienda compenſa-
tio, ex d. cap. 27. lib. 2. prout etiam ad dotandum co
gi potuiſſet, ex cap. 16 lib. eod. & præſumeretur do
taſſe in cauſam propter quam tenebatur, iuxta ſta-
tutum eod. lib. 2. cap. 28. ibi *vel pacto, vel alio quo-
uis modo, vel alia ex quacunque cauſa teneretur, in-
telligatur, & præſumatur dediſſe, & promiſiſſe in il-
lam cauſam, propter quam tenebatur, & animo ſe li-
berandi*, propter quæ verba valde generalia cum
ſpect. Stephanus teneretur reſtituere proprietatē
fundi, intelligitur dediſſe dotem animo ſe liberan-
di à dicta obligatione. Nec dicatur, non dici ſpe-
ctab. Stephanum debitorem, ex quo teneretur ad
rem reſtituendam, quia d. cap. 28. non loquitur per

verbum

verbum, deberet, ſed generaliter, & indiſtinctè;
8 † Vltrà quod etiam ille, qui debet rem reſtituere
dicitor debitor, & debere, text. in l. pecuoia, §. hoc
verbum, & ibi Alc. de verb. ſignif. & id. in l. credi-
9 tores. eod. tit. dicit, † *qui poſſidet rem meam omnino*
mihi debet, & multa adducit Goineſ. inſtitut. de
action. in princ. num. 69. & alij ibid.
10 † Quintò, quia præſumptio eſt, qnem elegiſſe
viam, qua vtrique caſui ſit ſatisfactũ, l. adoptiuus,
11 §. 1. ff. de rit. nupt. † At qui, ſi dicimus, dotem eſſe
datam compenſandi animo, vtrique caſui erit ſa-
tisfactum, ergo &c. ita poſt Crauet. in conſ. 149.
num. 13. verſ. vndecima coniectura, argumenta-
tus eſt Menoch. in conſ. 56. num. 32. lib 1.
12 † Sextò, & vltimo ſuffragatur, quia in dubio
ita dicendum ſit fauore liberationis. l. Arrianus. ff.
de act. & obligat. & in ſpecie ita conſiderat Fulgoſ.
in conſ. 81. colum. vlt verſ. & quoniam, Menoch.
d. conſ. 56. num. 37.

In contrarium faciebar, qood ſtatutum ſit re-
ſtrictum ad debitorem tempore dotationis, At ſpe
ctab. Stephanus dotans in nihilo erat debitur filiæ,
quando eam dotaoit; Immo filia erat excluſa à fra-
tre, tunc ſuperuiuente, & poterat etiam continge-
re, quod nihil vnquam poſtea peruenire potuiſſet
ad eam de bonis maternis, quid enim ſi Franciſcus
frater non deceſſiſſet in pupillari ætate, & filios ha
buiſſet? profectò ſemel excluſa perpetuò excluſa
remanſiſſet, quia tali in caſu non fuit vocata à ſta-
tuto, ſeu, vt ſic dixerim, reintegrata ad ſucceſſionẽ
13 in bonis maternis, † quare non poterat intrare cõ-
peoſatio, vt ait Caſtr. in conſ. 64. circa primum ad
fin. verſ. præterea, vbi optimè lib. 2. Soccin. iun. 79.
num. 61. lib. 3. quos refert, ac ſequitur Meoch. in
ſpecie Patris cum Filia, in conſ. 151. nu. 23. lib. 2.
Surd. deciſ. 119. n. 8. & 9. & Menoch. d. conſ. 151.
Vbi à num. 21. vſque ad 26. incluſiuè addit alia, quę
cadunt in caſum noſtrum, † Primò quod compen
ſatio non inducitur, niſi expreſſim dicatur, & de
voluntate compenſare volentis appareat, ibidem,
num. 22. de qua nc larum quidem vnguem oobis
15 conſtabat † Secundò, quod compenſatio non in-
ducitur, vbi eſt diuerſitas inter ea, quæ prætendun
tur compenſari, ibid. num. 24. & Surd. d. deciſ. 119.
ſub num. 10. & ſeqq. in caſu noſtro dos eſt in pecu
nia, reſtituenda conſiſtunt maximè in ſtabilibus,
& etiam eſt diuerſitas in tempore, quia dos mater-
na erat reſtituenda longè poſt, id eſt poſt mortem fi
lij, ſine legitima prole.
16 † Tertiò, quod compenſatio non inducitur in-
dutante ex neceſſitate officij, vt in patre, qui tene-
tur dotare, iuxta l. vlt. & ibi Doctor. C. de dot. pro-
miſs. & ita Menoch. d. conſ. 151. n. 25. latè Soc. iun.
conſ. 79. num. 33. & ſeqq. lib. 3.
17 † Addatur quartum ex eodem Soc. d. conſ. 79.
num. 47. Peregr. de fideic. artic. 42. num. 68. quod
ſpect. Stephanus proprio nomine dotauit, quo ca-
ſu res, (vt inquit Soc.) videtur clara, quod de ſuo
dotaoerit.
18 † Addatur, & quintum ex eod. Soc. iun. n. 109.
vbi ex eo, quod filia eſſet diues, & poſſet aliunde
dotari, non poteſt pater dotem filiæ denegare de
proprio.
19 † Accedebat io puncto Lepid. in d. deciſ. fin. co-
lum. 11. verſ. nec obſtant ea, vbi contrarijs antea
poſitis in col. 4. verſ. ſexto dicebatur, reſpondet, &
Caſtr. d. conſ. 64. num. fin. lib. 2. Soc. iun. d. conſ. 79.
lib 3. Alc. reſp. 498. quos refert Men. d. conſ. 151.
num. 25. in fin. lib. 2. Surd. d. deciſ. 119. no. 8. & 9.
ſub num. 10.
20 † Particulariter tamen reſpõdetur ad primum,
non procedere quando ratio non eſt expreſſa à ſta-
tuto, vt in deciſ. Luc. 2. n. 46. Item deſtruitur ex ne
21 gatiua identitatis rationis, † quia nõ eſt eadem ra-
tio compenſandi debitum purum, & liquidum,
cum alio debito noo puro, nec liquido, prout eſt cũ
alio puro, & liquido, l. vlt. C. de compenſ. Menoch.
d. conſ. 151. num. 23. lib. 2. Item illud debitum ſub
conditione poterat eſſe, & non eſſe, venire, & non
venire, quare non eſt eadem ratio eius, quod verè
nunc eſt, quid enim ſi non veniret, an compenſa-
22 tio intraret? minimè, † quia compenſatio dicitur
debiti, & crediti inter ſe cõtributio, Soc. iun. d. con
23 ſil. 79. n. 61. lib. 3. † & correlatiuorũ vno deficien-
te, deficit, & alterum, quæ ratio ceſſat in debitis,
& creditis puris, vt patet, & præterea ſtatuta ſunt
ſtrictè intelligeoda, & propriè, vt dicit Lepid. ad
quem remitto.
24 † Ad ſecundum reſpoodetur, immo verò Ale-
xand & communiter omnes Doct. tenere contra-
rium, maximè in his in quibus ſit ſtricta interpre-
tatio, vt io contractibus, prout declarat Alexan. in
d. l. ſi ſtipulatus 76. §. com ſtipulamur, ſub num. 2.
25 & 3. ff. de verb. obligat. † in indiuiduo verò ſtatoti
noſtri, quod ſit ſtrictè interpretãdum, dicit Lepid.
in d. verſ. non obſtant ea. io d. deciſ. fin.
26 † Ad tertium, & quartum reſpondetur, variè
æquiuocari, nam primò probatum eſt dec. 64. n. 14.
quod immo verò filius fuit hæres matris ex aditio
ne facta ab ipſomet patre. Vnde intrat deciſ. Lep.
fin. prædicta verſ. Nec obſtant in fin.

Secundò, fuit etiam ſupra num. 16. 18. proba-
tum, quod pater tenetur dotare filiam, etiam aliun
de habẽtem, quare etiam ſi D. Felix habuiſſet iam
tum dotes maternas, non ob id pater fuiſſet exclu-
27 ſus à dotando de proprio. † Nec obſtat Crau. con-
ſil. 219. num. 2. & 3. quia loquitor in alijs termiois,
ſcilicet an auus ceoſeatur dotaſſe neptem contem-
platione patris, & reſpondet, quod qnando pater
erat dioes, non tenebatur ex neceſſitate dotare, vn
de dotaodo voluntariè, dotauit contemplatione
neptis ipſius noo autem patris, In patre verò præſu
mitur, quod ex neceſſitate per prædicta, n. 16.
28 † Tertiò, negatur præſumptio, quod oomine fi-
lij dotauerit, quia conſtat de contrario, quod ipſe
nomine proprio dotauerit, ſupra num. 17.
29 † Quartò eſt differentia inter patrem, & fratrẽ,
nam pater tenetur dotare ſimpliciter, frater autem
reſpectiuè, quia ſi habet reliqua bona ex ſucceſſio-
ne, quæ ad eum in vniuerſum ſpectaot, hæc bona
habet com hac conditione, vt ſorores dotet iuxta
decis. noſtram Flor. 12. . . . . & ideo dotando

liberatur, & reliqua iure proprio, & quia ſucceſſor retinet, ſecus in patre, quia non ab id, quod dotet, ideo retinere poteſt reſiduum, quod eſt ipſiuſmet
30 filiæ, † eum non poſſit ſub prætextu dotationis, reliqua filiæ iura prætendere, vel occupare ad regul. l. quod noſtrum eſt, ff. de regul. iur. Soc. iun. in propoſito doris, conſ. 118. num. 18. lib. 3.

Quintò, adeſt manifeſta repugnantia, nam paulò ante dicebant dd. Conuēti, filias prædictas fuiſſe ſemel excluſas à filio, ergò falſum eſt, quod filius non adiuerit, & quod in perſona eius non con-
31 ſtiterit ſucceſſio in bonis Maternis, † & allegans contraria non eſt audiendus, ad l. vbi repugnantia, & ibi Dec. ff. de regul. iur.

32 † Sextò, pater non erat debitor purus, ſed in diē, quia non niſi poſt mortem ſuam, vel filij veniret caſus reſtituendæ dotis, quo in caſu non loquitur ſtatutum, vt dictum eſt.

Septimò, etiam ſi pater filij nomine dotaſſet, non per hoc ſucceſſio futura fuiſſet adempta, quæ alio iure obuenit, nec ab hæreditate excludentis intelligitur facta excluſio, iuxtà deciſ. 64. n. 11. etiam
33 ab inteſtato, vbi ſtatutum non prouidiſſet, † quia etiam fœminæ excluſæ admittuntur, tamen ab inteſtato ad ſucceſſionem, quando nullus ſuper eſt maſculus excludens, Pariſ. conſ. 22. n. 17. conſ. 23. numero 5 a. lib. 1. Surd. qui alios citat deciſ. 95. n. 26. verſ. reſpondetur, & num. 27. & ad num. 1. iuncto num. 6. verſ. dato. Gayl. d. obſer. 148. n. 7. lib. 2.

34 † Ad quintum reſpondet Menoch. d. conſ. 151. ſub num. 26. verſ. non obſtat ſecundum. lib. 2. non procedere, vbi vtrique parti ſatisfieri non poterit, vt in caſu noſtro, vbi, & pater dotando officium ſuum impleuit, iuxta Soc. d. conſ. 79. ſub num. 33. lib. 3. nec iura filiæ competentia aufert, quibus in terminis ſola dotatio ſatisfacere non potuiſſet pro vtroque, ad ſupra num. 16. 18. & 30.

35 † Prout etiam ad ſextum ipſe Menoch. reſpondet ſub d. num. 26. verſ. non obſtat tertium, quod immo pronunciandum eſt pro filia, pro qua extant probationes coniecturæ, & præſumptiones, vt ſupra fuit demonſtratum.

Et in hanc ſententiam Domini inclinabant, verum quia huiuſmodi exceptio compenſationis fuit oppoſita in ipſo calculo ferendæ ſententiæ, & nihil ſupererat de inſtantia, ideo eam reſeruauerunt
36 cognoſcendam in executione, † eum etiam in ea de compēſatione opponi, & cognoſci poſſit, Med. de compenſ. quæſt. 25. per tot. Afflict. deciſ. 121. num. 3.

Ex quibus, &c. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Quando fundus dotalis datur æſtimatus, pecunia non fundus eſt in obligatione reſtituendi, num. 1.

Prædium æſtimatum cenſetur venditum, & pecunia breui manu exburſata à marito, num. 2.

Clauſulæ pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus, Item clauſula ad habendum, &c. Indicant emptionem fundi dotalis æſtimati, num. 3.

Item vox quibuſcunque, num. 4.

Et verba in perpetuum, & omni meliori modo, nu. 5.

Item ſi data fuit facultas alienandi, num. 6.

Prædium æſtimatum non eſt dotale, ſed proprium mariti, num. 7.

Nouatio non præſumitur, num. 8.

Vna, & eadem res diuerſo iure cenſeri non debet, n. 9.

Fundus non eſt dotalis, quando precium eſt in obligatione reſtituendi nominatim, num. 10.

Quando fundus eſt datus æſtimatus precium ſolum eſt in obligatione reſtituendi, num. 11.

Res fideicommiſſo ſubiectæ poſſunt dari in dotem, ſaltem in ſubſidium, num. 12.

Præſumuntur non eſſe alia bona, quam fideicommiſſaria, & contrarium prætendenti incumbit onus probandi, num. 13.

Virtus clauſularum reſeruatiuarum, quæ ſit declaratur, num. 14.

Dictio tamen eſt limitatiua, ſeu exceptiua ſuperiorum, num. 15.

Pacta ſunt ſeruanda, num. 16.

Stante pacto in contrarium, æſtimatio non facit emptionem, num. 17.

Contractus ex conuentione legem accipiunt, num. 18.

Quod æſtimatio faciat emptionem, procedit in dubio, numero 19.

Inducta in vnum finem, alium effectum operari non debent, num. 20.

Aeſtimatio ad vnum effectum facta, ad eum reſtringitur, num. 21.

Dictum determinatur ſecundum ſuam cauſam, num. 22.

Quando verba ſunt ambigua, cauſa diſpoſitionis eſt inſpicienda, num. 23.

Regulare eſt, æſtimationem, ad alium finem factam, non inducere emptionem, num. 24.

Quod æſtimatio ad alium finem facta ſit, ex coniecturis colligitur, num. 25.

Verbum, teneatur, an importet neceſſitatem, & an ex ſubiecta materia voluntatem, num. 26. 27. 28.

Interpretatio conciliatiua debet amplecti, num. 29.

Etiam verba impropriando, num. 30.

Pacta ad fauorem vnius poſita ab alio non poſſunt allegari, num. 31.

Electio eſt mariti, & hæredum aliquando, num. 32.

Natura vocis, niſi, eſt aliquod ponere exaduerſò, numero 33.

Verbum, teneatur, cum dictione, niſi, quid importet, numero 34.

Qui conuenit, vt nulli alij teneatur vendere, niſi mihi hoc ponit, vt mihi vendere teneatur, num. eod.

Dictio, niſi, facit orationem conditionalem, & in ſe continet conditionem prædedenti contrariam, num. 35.

Melioramentorum reſtitutio arguit, rem eſſe eius, qui ad eorum reſtitutionem tenetur, num. 36.

Ex modo procedendi, quæ via fuerit electa, declaratur, num. 37.

Ex diuerſificatione pactorum contrarietas euitatur, numero 38.

Diſpoſitum in vno pactorum diuerſo, ad aliud non eſt trahendum, num. 39.

Data poteſtate alienandi, poteſt fundus dotalis alienari, quo alienato pecunia eſt reſtituenda, num. 40.

Partes

Digitized by Google

Partes cenſentur, ſe voluiſſe ad iuris diſpoſitionem conformare, num.41.
Ab actu cum propinquo, & ſtylo cum eo in eodem rei genere coniectura duci poteſt, num.42.
Fuit etiam prouiſum in caſu, in quo aliqua ſequeretur euictio, num.43.
Pactum tunc dicitur poſitum in fauorem vnius, cum ad eius ſolius vtilitatem poſitum eſt, non ſi ad communem, num.44.
Pactum, quod maritus non teneatur ad reſtitutionem, niſi eius, quod penes ſe habebit rei, vel precij, eſt plenum æquitate, num.45.
Soluto matrimonio mulieri dos eſt reſtituenda, nu.46.
Deſtructo fundamento corruit ædificium, num.47.
Ex coniecturis dignoſcitur, æſtimationem non fuiſſe factam ad emptionem inducendam, num.48.
Probationes in arbitrio Iudicis poſitæ ſunt, num.49.
Aeſtimatio non præſumitur facta ad emptionem inducendam, vbi eſt læſio etiam non vltra dimidiam iuſti precij, num.50.
Reiecto Didac. & alijs contra ſentientibus, n.51.55.
Ratio diuerſitatis inter contractum, qui eſt reſcindendus, & eum, quando agitur de interpretando, an emptio fuerit inducta, num.52.
Minor vis ſufficit in declarando, num.53.
Quam in reſcindendo ſub eod.
Multa facta tenent quæ fieri prohibentur, num.54.
Competit remedium, l.2.C.de reſcind.vend.etiam pro dote, ergò æſtimatio non facit emptionem, niſi quando eſt læſio vltra dimidiam, non benè infertur, quia ex diuerſis non fit illatio, num.55.
Iuſtum, vel iniuſtum precium, ex quo æſtimetur in dote, num.56. & ſeqq.
Conſideratur, quod alter cum alterius iactura non locupletetur, num.58.
Ne deterior fiat conditio dotis, num.59.
Deterior, vel locupletior fit etiam in læſione citra dimidiam, num.60.
Locupletior, & deterior, quando quis fiat in pluribus caſibus remiſſiuè, num.61.
Indemnitati mulieris non eſſet aliter ſuccurſum data læſione citra dimidiam, niſi dicatur, æſtimationem non facere emptionem, num.62.
Indemnitati mulieris ſuccurritur, ſi non faciat emptionē, quia rem ipſam recuperabit, num.63.
Incongruitatem pretij ex læſione citra dimidiam exiſtimari eſt communis opinio, num.64.
Confeſſio mariti, quod bona ſunt dotalia arguit eſſe talia, & ea pro talibus habuiſſe, num.65.
Et hæc confeſſio præiudicat, etiam ſucceſſoribus, nu.66.
Nec ab hæredibus poteſt reuocari, num.67.
Locatio bonorum dotalium à marito facta cum interuentu uxoris indicat, uxorem naturalem poſſeſſionem retinuiſſe, num.68.
Ex conuenta facultate alienandi indicatur rem eſſe dotalem, num.69.
Vbi ſuperflua eſſet conuentio, non præſumitur emptio ex æſtimatione, num.70.
Ex actibus ſubſequutis, & obſeruantia poſt contractum, actus declaratur, num.71.
Fideicommiſſum, quantò minus fieri poteſt, lædendum eſt, num.72.
Quando res maiorum eſt, facilius debet euerſio permitti in eos de familia, num.73.
Clauſulæ acceſſoriæ non alterant principalem diſpoſitionem, & facultas alienandi non facit rem deſinere dotalem eſſe, niſi actu fuerit alienata, num.74.
Alienatio per viam fideicommiſſi non eſt in numero earum, quæ faciunt deſinere rem eſſe dotalem, num.75.
Fideicommiſſum inſtituens intelligitur ſuper rebus proprijs, non ſuper alienis, num.76.
Vſusfructus morte finitur vſufructuarij, num.77.
Quando æſtimatio non facit emptionem, bona ipſa reſtituenda ſunt, non precium, num.78.

DECISIO LXVII.

CVm ex ſupra reſolutis, ſint reſtituenda per DD.Conuentos de Manzis Dominis Sororibus agentibus bona materna.

Sexta occurrit diſputatio, & quidem non leuis, an ſit eis reſtituendum prædium Cappellæ ipſum datum in dotem à matre patri, an vero ſumma ſcutorum 1800. qua fuit dictum prædium dotali inſtrumento æſtimatum.

DD.Conuenti prætendebant, ipſam ſummam 1800.ſcutorum eſſe reſtituendam, non autem prędium ipſum cappellæ ex infraſcriptis.

1 † Primò, quia dictum prędium fuit datum æſti
matum, & loco quantitatis promiſſæ, quo caſu pe-
cunia non prędium eſt in obligatione reſtituendi
l.quoties, cum ibi not. ff.de iur.dot. l.ſi prædium,
C.de euict.l.eleganter, ff de pignor.act.l.vlt.ex qui
bus cauſ.10 poſſ.eat. Pariſ.conſ.81.no.32.lib.2. &
conſ.11.vol.1.Alex.conſ.56.n.1.lib.6. Ruin.conſ.
134.nu.5.lib.4. Corn.conſ.15.nu.5.lib.2.conſ.92.
lib.4.Soc.iun.conſ.6.n 4.lib.2.Bero.conſ.63.nu.6.
lib.3. Rol.conſ.92. lib.2.conſ 86.nu.7.lib.4. Non.
conſ.52.n.9.& 10.Natt.conſ.650.n 2. Hond.plu-
2 res citans in conſ.41.num.4. & ſeqq.lib.1. † Vbi,
quod prædium æſtimatum cenſetur venditum, &
quod breui manu fingitur, virum pecunias acce-
piſſe, & illas pro emptione prædij reſtituiſſe per
gloſ.in l.inter virum, C.de iur.dot. & alia iura per
eum cumulatè cit. & plenè etiam Surd. conſ.225.
num.2.& ſeqq. lib.2. Afflict.deciſ.270. & ibi add.
& Vrſill.
3 † Secundò, quia adeſt clauſula pro ſe, ſuiſq; hæ-
redibus. & ſucceſſoribus; Itē adeſt clauſula ad ha-
bendum, tenendum, & poſſidendum, quibus indi
catur, dictum prædium proprium mariti factum
fuiſſe irreuocabiliter iuxta Corn. conſ.172. col.3.
verſ.tamen his, & col.4. verſ.idcirco, lib.1. Becc.
conſ.42.num.7.& 8. Rol.conſ.92.n.16.lib.1. cum
alijs citat. per Honded. in d.conſ.41.no.7.8. & 9.
4 † Item vox quibuſcunque, vt ponderat ibid. Hon-
5 ded.conſ.8. † & verba in perpetuum, & omni me
6 liori modo, Rol.conſ.64.n.9.lib.4. † Item data fuit
poteſtas alienādi Hond.d.conſ.41. ſub n.7.verſ.4.
quia lib.1.prout actualiter fuiſſe alienatum dictum
prędium mediante fideicommiſſo omnium bono-
rū à ſpect Stephano inſtituto, dicebatur, ad Ruin.
conſ.153. n.12.lib.2. conſ.121.num.12.lib.3.

Tertiò,

Tertiò, magis ſtringere videtur, quod antea fuerat ſtabilita dos in pecunia, ſcilicet in ſumma ſcutorum 2000. ſi mox fuit datum prædium in ſolutũ pro parte dictæ ſummæ, ſcilicet pro ſcutis 1800. hæc datio in ſolutum videtur facta, quaſi in execu-
7 tionem promiſſionis antecedentis, † Vnde prędiũ non eſt dotale, ſed proprium mariti, Rolan.d.conſil.64.nu.5.lib.4. maximè, quia non eſt veriſimile, quod maritus dotem conſiſtentem in pecunia, mu-
8 tare voluerit in fundum, † hoc enim ſapetet nouationem, quæ non præſumitur, niſi expreſsè fiat, l.fin. C.de nouat. quare fatendum eſt, dationem in ſolutum factam pro ſatisfactione dicti crediti conſtituiſſe emptionem, vt latè oſtendit Cęphal. conſil.351.n.23.& ſeqq. lib.3. ſequitur eo relato Ond. d.conſ.41.n.10. & 11.lib.1.

Quartò, dos fuit promiſſa in ſumma ſcutorum 2000. vt dictum eſt, quorum 200. in pecunia fue-
9 runt ſoluta, † ſi daremus prædium Cappellæ eſſe dotale, dos diuerſo iure conſideraretur, quod dicẽdum non eſt, ſecundum Socc.ſen.conſ.57.num.8. verſ.cum ergo.lib.1. Thob Non.conſ.52.num.7. refert, & ſequitur Ond.d.conſ.41. num.12.lib.1. ſcilicet pro parte dos veniret reſtituenda in pecunia, & pro parte non, ſed in dictis bonis.

Quintò, & vltimo ceſſare videtur omnis difficultas ex promiſſione ſpect. Stephani de reſtituen-
10 do prætio fundi, † ceſſat enim quod fundus ſit dotalis, quando precium nominatim eſt in obligatione reſtituendi, Natt conſ.650.num.4.& 11. Cou. pract.quæſt.cap.28.num.4.in fin. cum alijs plenius cit. per Hond.in d.conſ.41.num.13.& 14.lib.1.

11 † Quare ex prędictis ſequebatur, quod DD.conuenti tenerentur tantum ad dicti pretij reſtitutionem per l.quoties, & ibi Bald. C.de iur.dot.l.ſi æſtimatis, & ibi DD. ff.ſolut.matr. cum alijs citat. per eundem Ond.d.conſ.41.num.15.& ſeqq.lib.1.

Nec obſtare fideicommiſſum, in quo dictũ prędium erat comprehenſum, quia per dationem in ſolutum deſijt eſſe fideicommiſſum, & factũ fuit proprium eius, qui in ſolutum pro dote accepit, cũ
12 † res fideicommiſs. ſubiectæ poſſint in dotem dari, ſaltem in ſubſidium auth. res quæ, C.com.delegat.l.mulier, §.cum proponeretur.ff.ad Sen.Conſ. Trebell. Peregr.de fideicom.art.42.num 31. Paſq. Saul.Ianuen.in ſuo reſp. pro recuper.dote poſt tractat. eiuſdem de alien. bon.fideicom. ſubiect. ſub num.5.6.& ſeqq. D.Caball.conſ.ciuil.114.num.1. p.1. Menoch.præſ.189. lib.4. Surd.deciſ.52.nu.4. & in caſu ſubſidij ſatis conſtare dicebatur, dos ver-
13 ſari, † quia præſumitur quod D.Marfiſa nulla alia habebat bona quam fideicommiſſo ſubiecta, & contrarium prætendenti incumbit onus probandi Dec.conſ.519.num.7. Crau.conſ.19.num 19. Peregrin.d.art.42.n.13. Men.præſ.189.nu.174.lib.4. vbi tamen plures pro contraria parte refert in verſic. verum.

His non obſtantibus contrarium fuit reſolutũ, & fuerunt condemnati DD.Conuenti de Manzis ad remittendum dictum prædium Cappellę, quia tametſi verum eſſet, quod in priori parte inſtrumenti dotalis facta fuerit æſtimatio prædij, & datio in ſolutum pro ſcutis 1800.& etiam conuentio de ipſis ſcutis 1800. reſtituendis, & hæc omnia facilè citra cauillum concedi oporteret. Tametſi non ſteterũt partes ſimpliciter in hac reſolutione, imò vlterius procedendo voluerũt eam recipere modificationem, ſeu declarationem à pactis poſterioribus, cum clauſula ibi, *Cum infraſcriptis tamen pactis, promiſſionibus, obligationibus, cautelis, declarationibus, & reſeruationibus omni meliori modo*, &c. repetita in ſpecie ſtatim, & immediatè poſt diſpoſitionem antecedentem, qua habetur quod dicta bona fuerunt liberè translata in dictum ſpect. Stephanum, ſub qua ſubiecta ſtatim leguntur verba, *Saluis ſemper infraſcriptis declarationibus, & reſeruationibus omni meliori modo*, &c. Et magis ad particulare, & indiuiduum, iterum adhuc applicata ad diſpoſitionem obligantem ad reſtituendum d. ſcutos 1800. ibi *ſub pœnis, & obligationibus infraſcriptis*, & iterum ibi *cum hac tamen declaratione*, &c. Vnde ſequeretur quod præcedentia recipere haberent à ſequentibus omnino regulam, & normam
14 † quia ea eſt natura huiuſmodi clauſularum reſeruatiuarum, vt ipſæ modificent, ſi inueniãt in quo, vel etiam tollant, ac penitus extinguant, ſi non inueniant, l.item labeo ff. Famil.erciſc. Angel.conſil.290.num.4.verſ.ergo hoc caſu. Felyn.in c.cum M.Ferrarienſis.col.fin. verſ.6. fallit ex. de conſtit. Oſaſc.deciſ.164.num.14. l.ità tamen.ff.ad Trebell. l.ea lege.C.de cond.ob cauſ.l.fin C.de rer.permut.
15 † iuncta etiam dictione, tamen, quę eſt limitatiua, ſeu exceptiua ſuperiorum Alc.conſ.100. n.6.lib.9. Socc.iun.conſ.22. num.8.lib.4.

Modò inter cętera pacta vnum fuit, quod, quatenus d.bona Cappellæ non contingeret, fuiſſe euicta tempore reſtituendæ dotis, ipſamet reſtituerentur, hęc enim ſunt verba. *Et in omnem caſum quod bona non eſſent euicta, Stephanus, ſiue eius hæredes, & ſucceſſores non teneantur ad reſtitutionem dictæ dotis, niſi ad reſtitutionem dictorum bonorum, vt ſupra aſſignatorum, & in dictum caſum ipſa D.Marfiſa, & ſui hæredes, &c. teneatur, & teneantur ſoluere melioramenta, quæ dictus Stephanus, &c.*

Item aliud pactum, ibi, *cum hac tamen declaratione, quod ſi præfata bona omnia, vt ſupra aſſignata eidem Stephano euincerentur in totum, vel in partẽ, & Stephanus non conſequeretur, tam à præfatis conſignantibus, quam à fideiuſſoribus infraſcriptis in totum, vel in partem precium bonorum, quæ euincerentur, quod vlterius ſpect. Stephanus non teneatur, neque ſit obligatus, ſiuè eius hæredes, & ſucceſſores non teneantur, nec ſint obligati reſtituere, niſi illud, quod dictus ſpect. Stephanus conſequetur propter euictionẽ præfatam, vel partem bonorum præfatorum, quæ dicto ſpect. Stephano remaneret, quia intentio ipſorum contrahentium eſt, vt ipſe Stephanus, & ſui hæredes, & ſucceſſores nullo modo teneantur ad reſtitutionem dictæ dotis, niſi pro ea parte bonorum, & precij, quæ remaneret libera d. ſpect. Stephano.*

Cum verò bona numquam fuerint, nec in totum, nec pro parte aliqua euicta, ſed ea ſint penes

DD. ho-

DD.hodie conuentos, ſequitur veniſſe caſum in
16 pactis comprehenſum, † ſcilicet, quod ipſa bona
reſtituenda ſint, quia pacta ſernanda ſunt. l.1. §.ſi
conuenerit.ff.depoſ.& in propoſito per DD.in l.in
ter virum.& in l.ex cõuentione, C.de pact.l.ſi æſti-
matis.cum ibi not.ff.ſolut.matr.l.ſi inter C.de iur.
dot. l.final. C.de pact.dotal. l.quod ſi fundus. ff. de
fund.dotal.l.plerunque, § fin.ff.de iur.dot. Couar.
pract.q.cap.28.num.4.verſ.3. colligitur. Menochi
17 præſ.74.n.19.lib.3. Rol.conſ.92.n.21.lib.2. † qui
aiunt, quod ſtante pacto æſtimatio nõ facit emptio
nem; Et cum habeamus partium voluntatem ex-
18 preſſam, non videtur vlterius laborandum, † con-
tractus enim ex conuentione legem accipiunt, vt
dicit in ſpecie Thob.Non.conſ.106.n.2. Ond.cõſ.
19 77.nu.5.6.7.lib.2. † Vbi vltra mox cit.dicit, quod
æſtimatio faciat emptionẽ procedit in dubio, quan
do ſimpliciter fundus æſtimatus viro traditur, non
autem quando inter contrahentes contrarium ex-
preſsè fuit, vel ſaltem tacitè elicitur eos aliter ſen-
ſiſſe, quia dotalis remanet, & eo caſu æſtimatio fa-
cta intelligitur ad probandum valorem, &c. vt ibi
per eum, hic verò apparet, quod cõtrahentes time
bant, ne bona in totum, aut pro parte euinci poſ-
ſent, quo caſu ad certificandum, quid, & quãtum,
& qua ratione eſſet facienda reſtitutio adueniente
euictione, opus fuit dictam æſtimationem facere,
& rem ad ſummam certam redigere, alias non po-
tuiſſet, quid verè reſtituendum foret benè digno-
20 ſci, † vnde inducta in hunc finem alium effectum
operari non debuerunt ad l.legata inutiliter.de adi
men.leg. & ad tex.in term.d.l.ſi inter virum, & ibi
gloſ.Cin.Bart. & alij, C de iur.dot. l.fin. in princ.
ff.de pact.dot. Soccin.conſ.57. n.3.4.& ſeqq. lib.1.
21 † dum conſiderant, æſtimationem factam ad vnũ
effectum reſtringi ad eum, & non ad alium referri,
22 † dictum enim determinatur ſecũdum ſuam cau-
ſam l.ita autem. in princ.de adminiſtr.tutor.l.cum
pater.§.dulciſſimis.deleg.2. Socc.ſen.conſ.68.nu-
mero 11.lib.1.& in term.Patiſ.conſ.81.n.12.lib.3.
23 † & quando verba eſſent ambigua cauſa diſponẽ-
24 di inſpicienda eſſet, l.verum.in prin.deleg.3. † de-
mum eſt regulare, quod non inducitur emptio per
æſtimationem, quæ ad aliquem alium finẽ tendere
25 poteſt, Surd.deciſ.305.ſub nu.36. † id quod, an ad
alium finẽ declaratur ex cõiecturis, vt ibi.ſub n.37.

Nec offuſcata nobis viſa eſt claritas pactorũ ex
allegatis pro parte DD.conuentorum, quod, ſ. di-
cta pacta non contineant præciſam neceſſitatem,
qua ſpect.Stephanus teneatur præcisè ad reſtituẽ-
dum bona, ſed voluntariam, ita quod poſſit, ſi ve-
lit, eadem bona reſtituere, & ſi non velit, compelli
non poſſit, dum aiunt informantes pro DD.Con-
26 uentis, † licet verbũ teneatur, importet præciſam
27 neceſſitatẽ, vt in dec.noſtra Luc.53.n.34. † ex ſu-
biecta tamen ratione importat voluntatem, ſicut
verbum, oportet, & verbum, debet, iuxta gl.in c.1.
in ver.oportet, de re Iudic.in 6. Fel.in c.ſi quis teſti
28 bus.n.6.de teſtib. † ſubiectæ autem materię ratio
ſuadet hanc interpretationẽ, quia per hunc modũ
erit ſublata omnis contrarietas inter conuenta in
d.inſtrum. dotali inter ſeſe diuerſa, dum, modo de
precio reſtituendo, modo de re ipſa apparet con-
uentum. Hæc enim inuicem ſe compatiuntur, nẽ-
pe quod ſp.Stephanus fuerit effectus Dominus pręⁿ
dij della cappella, & illud alienare ad eius libitũ po
tuerit, & in caſu reſtitutionis dotis non teneretur
ad illius reſtitutionem, ſed ad reſtitutionẽ precij,
& quod etiam idem prędium, & non preciũ, ſi ita
29 elegerit, reſtituere poſſit, † quæ interpretatio tan-
quã conciliatiua debet ſumi, Rol.conſ.61.n.30.&
30 31.lib.2. Crau.conſ.70.n.50. † etiam verba impro
priando, vt in ſpecie Ond. d.conſ.41.nu.23. lib.1.
31 † Vltra qood (dicebant) hoc conceſſo, quod d.pa-
cta ſint appoſita ad fauorẽ ipſiuſmet ſp.Stephani,
non poſſunt per partẽ ad ſui fauorem allegari, ſed
ſolum ab ipſomet, ſeu hæredibus Surd. conſ.416.
32 num.25.in fin.& num.26.lib.3. † quorum eſt ele-
ctio, l.plerunque, ff de iur.dot. Surd. conſil.225.
num.3. & ſub 6. verſic.ſecundo eſt.

Quia ad hęc reſponſum fuit, verba eſſe clara, &
primo quidẽ relata ſupra ſub verſ. modo inter ſub
n.15.nam eo ipſo quod dictum fuit, *Et quatenus di
cta bona non eſſent euicta d. Stephanus non teneretur
ad reſtitutionem ſcut.1800. ſupra promiſſorum, niſi
ad reſtitutionem bonorum ſupra aſſignatorum*, à con
trario fuit conuentum, quod ipſa bona aſſignata re
33 ſtituenda eſſent, † per vocem, niſi, de cuius natura
eſt aliquid exaduersò ponere, iux.gloſ.& ſcrib.in l.
actione, C.de tranſ.latè Surd.cõſ.71.n.6. Alb.conſ.
115.n.17. Cornaz.dec.76.n.18. Ant.ſol. ad antiq.
Sab.decret.de clauſ.mand.prin.gl.1.ſub n 10.verſ.
34 quantum ad primum, † & in propoſito verbi, te-
neatur, cum dictione, niſi, dicit Bart. quod, qui ita
conuenit, vt nulli alij teneatur vendere, niſi mihi,
hoc ponit, vt mihi vẽdere teneatur, in l.ſi eũ, §.qui
iniuriarũ ſub n.5. iuncto etiam n.4. ff.ſi quis caut.
35 † & dictio, niſi, non ſolum facit orationem condi-
tionalem, ſed in ſe ipſa conditionem præcedẽti di-
ſpoſitioni contrariã, continet Oſaſ.dec.145.ſub n 5

Suffragatur etiam pactum, quod reſtituantur à
D.Marſilia eidem ſp.Stephano melioramenta quæ
facta in prædio fuiſſent, profectò enim clarius intẽ-
36 tio non potuiſſet deſcribi, † quia melioramentorũ
reſtitutio arguit, rem eſſe alterius, eius, ſ. qui ad eo
rum reſtitutionẽ tenetur, ad tot.tit. ff de impen.in
re.dot.fact.in puncto Gab.conſ.60 ſub n.4.verſ.3.
quia & n.5.lib.2. & ſic mulieris quæ ad ea tenetur.

Item hanc contrahentium voluntatem optimè,
& diſtinctim exprimunt alia verba ſup. relata ver-
ſic. Itẽ aliud pactũ, dum ſingulis caſibus, ibi proui-
detur, *ita tamen, quod ſi bona extiterint ea reſtituan-
tur, ſin ſecus reſtituatur preciũ, aut, id omne quod per-
uenerit, ad ſp. Stephanum, & non vltra*; & intrãt quę
diximus in alia dec.noſtra Luc.42.n.12.& ſeqq.cõ-
tra Peregr. vbi diſtinguendo pactum ita conuentũ
quatenus bona extent penes maritum, vel non ex-
tent penes eundem eſſe reſtituenda, vel non reſti-
tuenda bona ipſa, vel pecuniam, quia caſus noſter
videtur eam partem reſpicere, qua bona extant pę
nes maritum, quo caſu ipſa reſtituenda veniunt,
non valor, aut precium, ad eam deciſ.remitto.

Et re vera ſi volebant contrahentes, quod pre-
cium ſolum veniret reſtituendum, cur diſtinguere

partẽ bonorum,fortè non euictam, à parte euicta,
ita quod pro parte euicta precium eſſet iuxta for-
mam,ibi pręſcriptam,reſtituendum,& pro nõ eui
cta,ſed remanſa ipſamet pars? etenim non ne ſim-
pliciter,& indiſtinctè dixiſſent precium ſolũ reſti-
37 tuendum? † ex modo autem procedendi,quæ via
fuerit electa declarari certũ eſt Caputaq.deciſ.148.
n.3. & ſeqq. p.1. & contraria iuxta ſe poſita magis
eluceſcunt, vt in Flor. deciſ.51.num.28.

Ad contrarium autẽ reſpondetur, non eſſe opus
illud verbum, teneatur, improprie propter alle-
gatam,contrarietatem. Primò, quia nulla eſt con-
trarietas,poſſunt enim hęc eſſe ſimul,& quod fue-
rit facta æſtimatio,& quod non fuerit facta,ad ven
ditionem inducendam, quando ſcilicet conſtat de
cauſa propter quam fuit facta, vt in caſu noſtro,ad
ſupra, num.19. & ſeqq.

38 † Secundò,alia ratione contrarietas euitabatur,
pacta diuerſificando, prout in diuerſis caſibus di-
ſponunt ad Boer.deciſ.234.n.1.& ſeqq. Ond con-
39 ſil.33.num.60.vol.1.Alb.conſ.777.n.4.† ita quod
diſpoſitũ in vno ad aliud non trahamus,ſed ſingu-
la in ſingulis proprijsq; ſuis terminis contineamus
ad l.ſi vnus, §.ante omnia, vbi Bart. & Doctor. ff.
de pact. Specul. de Accuſ. verſ.ſed pone.

In dicto inſtrumento erant diuerſa pacta ; inter
cætera, quod ſp. Stephanus poſſet alienare dictum
prędium,& hic fuit vnus caſus cõprehenſus,ſecun
dus fuit caſus euictionis , quatenus ſequuta forte
fuiſſet: tertius fuit caſus quatenus,nec prędiũ alie-
natum fuiſſet, nec euictio aliqua ſequuta,ſed illud
remanſiſſet pęnes ſp.Stephanũ , aut eius hæredes,
quib. ſingulis ſingulę prouiſiones fuerũt applicatę.

Nam vbi data erat facultas alienandi , ſecũdum
quam potuiſſet maritus alienare,ſi actu alienaſſet,
tunc intrabat, quod preciũ eſſet in obligatione re-
ſtituendi,& ita eo loci,& interea,vbi fuit promiſſa
reſtitutio dictorum ſcut.1800. legitur,(ſcilicet cir
ca primam partẽ inſtrumenti,) conceſſio d.faculta
tis alienandi , vnde & ſubiecta materia ſuadet hãc
40 interpretationẽ,& etiam ius cõmune ipſum, † ſe-
cundum quod data facultate alienandi, poteſt alie-
nari fundus dotalis , & ſi fuerit alienatus pecunia
venit reſtituenda,iux.d.l.ſi æſtimatis,& ibi DD.ff.
ſolut.matr.l.fin.ff.de pact.dot.Bar.& alij cõmuni-
ter in l.qui Romæ. §.duo fratres in 8.q.ff.de verb.
41 oblig.Thob.Non.d.cõſ.106.n.10.& ſeqq.† & par
tes cenſentur, ad iuris diſpoſitionẽ ſe voluiſſe con-
formare l.ſi duo,38.& ibi Bal.& Ang.ff.de acq.hę-
red. Did.pract.q.c.38.ſub n.4. verſ.ex quib. infer-
tur. Tiraq.de iure primog.q.40.n.191.& ad hoc re-
ſpondet etiã, quatenus, & ipſa D.Hortentia ſoror
D.Marfiſę deuenit ad venditionẽ domus ſuę , ſibi
datę in dotẽ poſt pactum inſtrumenti dotalis ijſdẽ
fermè formalibus verbis, vt inſtrumentum dotale
42 Marfiſę conceptũ,† arguendo à ſtylo alterius pro
pinqui, & eiuſdẽ naturę contractus ad l.Dominus
Sticho.23.§.teſtamentũ, & ibi Bar.ff.de pecul.leg.

43 † Vbi verò videlicet in parte ſubſequenti time-
batur periculum euictionis alicuius , aliter proui-
derunt, vt ſupra viſum eſt.

Sicut,& vbi nulla re vera ſubſequuta fuiſſet eui-
ctio, aut ſi ſequuta quidẽ,ſed pro aliqua parte tan-
tum : in hoc demum pacto prouiſum fuit, quod,
ſeu res tota, ſeu pars remanſa ſit pęnes maritum,
hęc in reſtitutionem veniret ; quæ autem contra-
rietas dari poteſt ſi ſic, vt ſupra dictum eſt, ſingu-
la ſingulis referantur ?

Vnde pariter corruit , quod pacta prędicta non
poſſint tanquã fauorabilia ſp. Stephano ab alia par
44 te allegari,† quia reſpondetur,pactũ dici appoſitũ
in fauorem vnius , quando hic ſolus percipit ex eo
vtilitatem, Natt.conſ.374.n.13. quod non verifica
tur in dictis pactis,quæ ſunt reciproca, & prouiſio
nalia in vtranq; partẽ, nam quod ſp. Stephanus cũ
acceperit d.prædium in dotem,ſeu ſummam ſcut.
1800. ſi aliquis caſus euictionis eueniat, nõ debeat
teneri ad reſtitutionem, niſi eius, quod verè pęnes
ipſum remanſerit, ſiue bonorum, ſiue precij, hoc
45 reſpicit fauorem,& indemnitatem ipſius, † quod
pactum eſt æquitate pleniſſimum,iuxta l.nam hoc
natura de condict.indeb.l.curabit,cum ibi trad.C.
de act.empt. quod verò teneatur ad reſtitutionem
eius,quod pęnes ſe remanſerit, ſi res ipſa,aut pars
rei, res ipſa, aut rei ipſius pars, ſi precium, preciũ,
hoc reſpicit fauorem , & vtilitatem ipſius vxoris.
46 † cui ſoluto matrim. faciẽda eſt reſtitutio dotis de
47 iure l.ſoluto.2. & tot.tit.ff.ſol.matr. † & deſtructo
fundamento corruit ędificium c cum paulus 3.q.1.

Inter hęc quod animus non fuerit per ęſtimatio
nem inducere emptionẽ, & marito prędiũ acqui-
48 rere intercurrebant cõiecturæ non paucæ,† ex his
enim probari,quod ęſtimatio non faciat emptionẽ
dicit Affliſ.concl.10.limit.2.& in fin. Soc.iun. con-
ſil.141. num.11.lib.1.conſ.118 num.16.lib.3. Natt.
conſ.650.ſub num.9.Becc.conſ.42.num.18.Ond.
conſ.77. ſub num.6.lib.2.

Prima coniectura,quia tempore inſtrumenti do
talis dicta bona valebant multò pluris , vt ex teſti-
bus reſultabat, & nobis veriſimile videbatur ex
collatione facta cum bonis datis alteri ſorori , quæ
erant maioris valoris, quam fuerint ea; quæ data
erãt Marfiſæ,niſi dicamus, quod æſtimatio huiuſ-
modi ex veritate facta non fuit iuncto his acceſſu
noſtro ad locum,ad Menoch.de arbitr. Iud.caſ.90.
49 † Vbi quod probationes in arbitrio Iudicis poſitæ
ſunt , & ad l.ſi irruptione , ff.fin.regun. & ibi gloſ.
50 † nõ præſumitur autem, quod æſtimatio facta fue
rit ad conſtituendam emptionẽ, vbi eſt lęſio,etiam
ſi non ſit vltra dimidiam,dummodo æſtimatio nõ
ſit condigna rei ęſtimatæ, Monteren. in l.ex cõuen
tione,n.20. C.de pact.Soc.iun.conſ.141.nu.20. &
51 ſeqq.li.1.† quicquid dicat Did.pract.quęſt.d c.28.
ſub n.9.quem primum huius opinionis authorem
retulit Menoch.pręſ.74.ſub nu.23.lib.3. & ſequu-
52 tus fuit Rol.conſ.92.num.18.& ſeqq. lib.2.† quia
aliud eſt reſcindere venditionem, ideſt ad nihilum
redigere contractum , in quo opus eſt exceſſus in
dimidia,& aliud ſaluo manente contractu ex incõ
gruitate precij coniecturã deducere,quod ęſtima-
tio facta fuerit ad alium finẽ, quam ad inducẽdum
emptionẽ, in quo ſufficit ; quod incongruitas non
ſit tanta , quia coniectura hæc tendit ad declaran-
randũ,illa verò lęſio vltra dimidiam ad reſcinden.

& mi-

Digitized by Google

53 † & minor vis ſufficit in declarandō,ad l.hæredes
palā, §.ſi quid poſt. de teſtam. & ad latè per me de
interp.inueſt.c.2.grad.2.n.8. & ſeqq.quā in reſcin
54 dendo † per reg.multa facta tenēt,quę fieri prohi-
bētur,l.patre furioſo, ff.de his qui ſunt ſui vel aliē.
55 iur. † & argumentū, quo vtuntur Did. & Rolan.
ſupra in conſ.351.num.48.49.lib.3.non concludit
de neceſſitate,nempe competit remediū(vt aiunt)
l.2. C. de reſcind. vend. etiam in re data in dotem,
ergo æſtimatio non facit emptionem, niſi quando
læſio vltra dimidiam, non bene infertur,quia ex di
uerſis non fit illatio per vulg.

56 † Item in hac materia dotis,an iuſtum, vel iniu
ſtum ſit præcium ex eo ſolo conſideratur,an plus,
vel minus iuſto vero, & reali precio fuerit res da-
ta, text. in l.ſi res æſtimata, 12.§.1. & ibi gloſ.in
verb.præſtet.ff.de iur.dot.etiam, vbi nō agitur de
dolo. vt in eod.§. verſ.Sceuola, quare cum verifi-
centur verba, etiam in lęſione citra dimidiam,ha-
bere etiam locum debebit opinio Doctorum com
muniter dictam concluſionem tenentiū, vbi pre-
57 cium non eſt iuſtum,vel congruum, † prout com
muniter hanc concluſionem probari, dicit Pariſ.
conſ.81.num.11.in fin.lib.3. Mant.de tacit.& am
big.lib.12. tit.28.num.24. per tot.Maſcar.de pro-
58 bat.concl.663.num.11. † Item conſideratur, an
alter fiat locupletior cum iactura alterius,vt ait ibi
dem Mant.in verſ. verum æſtimatio,& Natt.con-
59 ſil.540.n.8.verſ.ſecundo reſpondetur, † & an de-
terior fiat conditio dotis ad not.in l.1.ff.ſolut.ma-
60 trim. † dicitur autem fieri locupletior,& dotis cō
ditio deterior, etiam cum læſione citra dimidiam,
ad l.ſi vir.ff.de vſucap.pro donat.l.vxor marito. 56
l.ſeq.l.idemque 4.l.ex annuo.16.l.de fructibus 18.
cum ſeqq.ff.de donat.inter virum,& vxor. iuncta
l.ſi me, & Titium de reb.cred. & d.l.ſi res æſtima-
61 ta,§.1.ff.de iur.dot. † ipſe plenius tracto in omni-
bus caſibus qualiter quis locupletior fieri dicatur,
& quomodo deterior conditio in tract.reſol. feud.
62 lib.7.cap.14.num.29.30.41. & ſeqq. † Indemni-
tati autem mulieris non eſſet ſuccurſum in caſu lę
ſionis citra dimidiam, quia non intrat reſcinden-
da,l.2.C.de reſcind. vend.erit autem ſuccurſum, ſi
dicamus,emptionem non cenſeri inductam ex hu
63 iuſmodi æſtimatione incongrua, † quia hoc mo-
do mulier rem ſuam recuperabit, ad Mant. d.nu-
mero 24.ad fin. & ad iur.præallegata, quare non
64 videtur recedendum à communi opinione,† pro-
ut hanc eſſe communem opinionem dixit Soccin.
iun.d.conſ.141. ſub num.21.lib.1. firmauit etiam
Monterent.in d.l.ex conuentione, C.de pact. ma-
ximè per dictam rationem,quia etiam in hac lęſio
ne citra dimidiam deterior fiat conditio dotis.

Secunda coniectura,quia ipſemet maritus con-
feſſus fuit, & voce, & ſcripto matrimoniali, dicta
65 bona eſſe dotalia, † ex qua eius mens qualis fuerit
ſcilicet, quod non habuerit ea pro dotalibus benè
datur intelligi,ad l.cum te. C. de tranſact. Menoc.
d.præſ. quæſt.22. Tiraq. in 1.retract. §.1.gloſ.14.
n.55.in fin. Maſc.de probat.concl.347.n.12.& in
term. Gabr.conſ.60.n.2.5.& 6. vbi pulchre lib.2.
66 † & præiudicat etiam ſucceſſoribus talis confeſ-
67 ſio, Surd.conſ.151.num.38.39.lib.2. † nec ab hę-
redibus poteſt reuocari, Pariſ.conſ.11.nu.39.40.
lib.3. Crau.conſ.125.num.2.

68 † Tertia, quia locatio de dictis bonis facta appa-
ruit à marito cum conſenſu, & interuentu ipſius
vxoris, ſignū, quod retinuit poſſeſſionem, & Do-
minium naturale, ſicut maritus ciuile, iuxt.l.in re-
bus. C.de iur.dot.& ibi Bald.num 6. Salic.num.3.
Caſtr.in l.doce ancillam, num.1. C.de rei vendic.
Corn. conſ.26.num.10.lib.2. Cuch.de legit.fol.5.
num.4. Ant.Guid. Conſta in tract.de dote,cap.5.
lib.4.in fin.& num.5.dominium autem, nec natu-
rale quidem remanſiſſet, ſi marito fuiſſet acquiſi-
tum pleno iure, emptionem interpretando.

69 † Quarta, quia pactum fuit,quod ambobus, &
marito,& vxori liceat dicta bona alienare, vt in in-
ſtrumento anni 1594. Cur ita? ſi maritus credidiſ-
ſet id,quod nunc aſſerunt DD.conuenti, ſe emiſſe
bona illa ex dicta æſtimatione? ſuperflua hæc po-
70 ſterior ſanè conuentio fuiſſet, † & ideo non præ-
ſumitur emptio, ad Gabr. in term. d.conſ.60. ſub
71 num.3.& 4.lib.2. † & etiam certum eſt, quod ex
actibus, & ex obſeruantia ſubſequntis poſt cōtra-
ctum, mens declaratur,l.ſed Iulianus, §. proinde,
ff.ad Maced. Felyn. in c.cum Bertoldus. num.28.
de re iud. Socc.conſ.147.num.15.lib.1. Dec.conſil.
421.num.13.Crau.conſ.77.num.10. Menoc.con-
ſil.159.n.7.& in term. Gabr.d.conſ.60.nu.1.in fin.
& num.2. & per tot.lib.2. Et demum concurre-
bat, quod dicta bona erant fideicommiſſo ſuppo-
ſita in familia ipſarum DD.ſororum agentium, ad
72 quod ipſemet erant vocatæ †quod quanto minus
fieri poſſet lædendum fuit ad Peregr.de fideicom.
73 art.42. ſub num.66.& ſeqq. † & quia, quod res
maiorum eſt, & ideo facilius permitti debuit tran-
ſitus, ſeu reuerſio in eaſdem de familia, & ad fi-
deicommiſſum vocatas, iuxta l.ſi in emptionem.
35.& ibi gloſ.final.ff.de minor. Tiraq.in primo re-
tract.in præfat.nu.34. Mol.de Hiſp.primog.lib.1.
c.4.n 13.cum ſeqq. & ſub nu.28.31.& per tot.

Ad contraria reſpondetur vno verbo,ea proce-
dere in dubio, vt ſupra probatum eſt, num.19. Itē
ſunt extra caſum noſtrum, quare ex diuerſis non
infertur,l. Papinianus exuli, ff.de minor. Item ad il
lud,quod vna, & eadē res diuerſo iure cenſeri non
debeat,reſultat pariter reſponſiu ex dictis, n.15.&
28. vbi modo precium,modo res venit reſtituen-
da,& modò totum,& modò pars,prout continge-
74 re potuiſſet: † Item ad clauſulas reſpondetur, eas
ſtare acceſſoriè, nec alterare principalem diſpoſi-
tionem maximè, quia actu non fuit deuentum ad
alienationem aliquam bonorum dotalium, vt re-
ſpondet in term. l hob.Non.d.conſ.106. à num.6.
vſque ad fin. & Aſſiſ.concl.10. limit. 12. & ad Ol-
drad. in ſpecie conſ.245. ſub num.6.

75 †.Non obſtat alienatio allegata per viam fidei-
commiſſi, quia in alienatione requirebatur ex pa-
cto conſenſus vxoris, qui non interuenit, nec po-
terat interuenire tempore dicti fideicommiſſi,
quare non facit ad caſum, vt in fortioribus Cę-

phal. conſilio 532. numero 11. 12. libro 4.
76 † Item ſpect. D.Stephanus fideicommittendo
dicitur diſpoſuiſſe de rebus proprijs, de quibus po-
tuit diſponere, non de alienis, l.lege duodecim ta-
bularum, ff.de verb.ſignific. Inſtit.in princ. de te-
ſtam. ordin. ergo non comprehenduntur hæc bo-
na, quorum vſusfructus tantum erat fideicommit
77 tentis, † qui cum ipſius morte finiuit, §.morte in-
ſtit. de vſufruct. demum ex verbo vendendi adie-
cto facultati alienandi, hæc facultas fuit reſtricta
ad alienationes inter viuos, vt vberius in deciſ.no-
ſtra 58. num.6. ſupra ad quã poteſt recurri.
Meritò condemnatinius DD.Conuentos ad di
78 mittendũ DD.Agentibus bona Cappellæ, † quia
vbi æſtimatio eſt talis, quæ non faciat emptionem,
bona ipſa reſtituenda ſunt, non precium l.dotale
prædium. ff.de fund.dot. l.in rebus, C.de iur.dot.
Gabr.conſil.60.num.final.lib.2. & alij citat. ſupra
per tot. Ex quibus, &c. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Bona extradotalia, & paraphernalia, quæ dicantur, n.1.
Bona extradotalia ſunt in dominio vxoris, nec fructus eorum fiunt mariti ſine expreſſo conſenſu vxoris, n.2.
An idem ſit, & de paraphernalibus, & an conſenſus, vel diſſenſus præſumatur, num.3.
In quæſitis poſt matrimonium, diſſenſus mulieris præſumitur, num.4.
Non eſt differentia inter paraphernalia, & extradotalia, num.5.
Maximè quoad reſtitutionem fructuum, num.6.
Maritus debet probare, fructus fuiſſe perceptos, & conſumptos de conſenſu vxoris, num.7.
Limitationem probare debet, qui habet contra ſe regulam, num.8.
Aſſertioni mariti, quod de conſenſu mulieris perceperit, an ſtandum ſit, num.9.
Si maritus eſt valde diues non præſumitur voluntas, nec donatio mulieris, num.10.
Ex reuerentia vxoris in maritum præſumitur diſſenſus, num. 11.
Diuturna taciturnitas mulieris, & patientia habetur pro conſenſu, num.12.
Fortius quando cum patientia eſt actus aliquis poſitiuus, num.13.
Exempla, num.16.
Teſtis de facto proprio in re aliena probat, num.14.
Teſtes de diuerſis actibus deponentes probant quid vniuerſale, num.15.
Quando marito ſunt debitæ vſuræ, vel melioramenta, præſumitur compenſatio cum fructibus extradotalibus, num.17.
Eſt in arbitrio Iudicis, quę melioramenta ſint reficienda, num.18.
Et melioramenta æſtimare, & taxare, num.19.
Etiam valore non bene ex actu probato, num.20.
Si fuit locus inſpectus, num.21.
Viuentis non dicitur hæreditas, num 22.
Verba indefinita indefinitè ſunt intelligenda, num.23.
Omnis promiſſio ad caſum neceſſariũ referenda eſt, n.24.
Et debet intelligi cum effectu operandi, non vt ſuperflua iaceat, num.25.
Vſusfructus rei propriæ non datur, num.26.
Vſusfructus pro fructibus, aliquando accipitur, num.27.
Viuentis hæreditas vulgariter appellatur, num.28.30.
Et peculium etiam filio mortuo, num.29.
Quæſtio, an maritus reſtituat fructus bonorum extradotalium, eſt obſcura, & dubia, num.31.
Et magis facti, quam iuris, num.40.
In conflictu opinionum ex qualibet cauſa poteſt vni, aut alteri adhærori, num.32. & 40.
Quod præſumatur maritus de conſenſu vxoris percepiſſe fructus eſt æquior opinio, num.33.
Iudices debent ſemper præoculis habere æquitatẽ, n.34.
Et rigori præferre, num.35.
Ex æquitate occurrendum eſt aliquando magno, & conſiderabili incommodo inter coniunctos, num.36.
Inter coniunctos non eſt amarè, ac vt inter infeſtos contrahentes tractandum, num.37.
Præſumptiones generales, quæ adducuntur pro mulieribus, non procedunt in hoc caſu, in quo præſumuntur omnia facturæ pro marito, num.38.
Hoc dictum Theſ. ſi non ſimpliciter verum ſit, ſaltem ſequendum in caſu noſtro iunctis circunſtantijs intercurrentibus, vt num.39.

D E C I S I O LXVIII.

FVir ſeptimo loco in eadem cauſa tractatum,
an DD. Conuenti tenerentur ad reſtitutio-
nem fructuum, quos ſpect.Stephanus pater perce-
piſſe dicebatur ex bonis Gattaiolæ extradotali-
bus D.Matfilæ vxoris.
Dicebatur per DD.Actrices, quod ſic, quià dicta
bona Gattaiolæ peruenerunt in D.Marfilam poſt
matrimonium iam contractum cum d.ſpect.Ste-
phano, ex fideicommiſſo ſpect.Ioſeph Monachij,
ob mortem Franciſcæ matris eiuſdem D.Marfi-
1 ſæ, † quo caſu bona dicuntur extradotalia, ſicut
paraphernalia dicuntur, quando ante matrimoniũ
acquiſita ſecum affert vxor in domum mariti, vt
declarat Guid.pap. quæſt.468.nu.5. Decian.reſp.
84.num.44.lib.2. Surd.conſ.290.ſub num.39.40.
2 41.lib.2. † Bona autem extradotalia eſſe in domi-
nio vxoris, nec maritum fructus lucrari, immo ve
ro teneri indiſtinctè reſtituere, niſi de expreſſa vxo
ris voluntate conſtet, declarat Bald. in l.vlt.nu.5.
C.de ſent.quæ ſin.cert.quant. & eſt vera, & indu-
bitata concluſio, quam omnes (nemine excepto)
ſequuntur, prout teſtatur Decian.d.conſ.84.n.46.
3 lib 2. † nã vtcunque, quando bona ſunt parapher-
nalia, videatur dubium, nunquid cõſenſus, vel diſ-
ſenſus præſumatur, vt per Crau conſ.193, num.15.
4 lib.1. † Tamen in bonis acquiſitis mulieri poſt cõ-
tractum matrimonium, hæc concluſio, quod diſ-
ſenſus mulieris in dubio præſumatur, vnde reſti-
tuere maritus teneatur fructus, videtur clara, vt di
cit ad literam Hond.conſ 91. num.63. lib.1. iun-
cto num.62. ante vbi allegat concordi.
Cęterum, & ſi, illæſa veritate, daremus, præfata
bona dici poſſe paraphernalia, nihilominus præ-
memo-

Digitized by Google

memorati hæredes ſpect. Stephani teneantur om
5 nino ad dictorum fructuum reſtitutionem, † quan
doquidem, vt concludit Theſ. deciſ. 192. num. 2.
nulla videtur in iure conſtituta probabilis differen
tia inter paraphernalia, & extradotalia, quod & la-
6 tè probat Menoch. præſ. 9. num. 3. lib. 3. † Vbi af-
firmat, quoad reſtitutionem fructuum, nullam in-
ter huiuſmodi bona conſtituendam eſſe differen-
tiam, ſicut enim ſuperiori caſu, vt dictum eſt, ma-
ritus indiſtinctè tenetur ad reſtitutionem fructuũ
perceptorum, ita pariter eos reſtituere tenetur, ſi
ex bonis parahernalibus percepit, prout in materia
fructuum ex bonis paraphernalibus perceptis, affir
mant magis communiter DD Alexand. in l. pe-
nult. ff. ad l. Falcid. & in conſ. 42. in princ. lib. 1. &
conſ. 144. lib. 5. Caſtren. in l. fin. C. de pact. conuent.
Cornæus conſil. 48. num. 26. lib. 1. & conſ. 129. in
princ. lib. 4. præclarè, & magiſtraliter Soccin. con-
ſil. 82. num. 8. vſque ad num. 24. lib. 4. Dec. con-
ſil. 521. num. 4. Aymo. conſ. 193. num. 15. Bero.
viden. conſil. 44. nu. 11. 12. 13. lib. 1. & in ſuis quæ-
ſtio. familiar. quæſt. 22. pulchrè Caſtren. conſ. 199.
lib. 2. Borgnin. de vſufruct. mulier. relict. nu. 206.
Campeg. in tract. de dot. prima par. quæſt. 9. Ioan.
Cop. in tract. de fructib. tit. 7. ſub Rubr. de fructi-
bus Parapher. num. 3. Rugerius. conſil. 45. num. 4.
latiſſimè omnium Decian. in d. conſ. 84. vbi à nu-
mero 10. vſque ad num. 44. quamplurimis veriſ-
ſimis fundamentis hanc cõcluſionem probat, quæ
procedit, & habet locum, etiam quando dubita-
tur de voluntate vxoris circa fructuum perceptio-
nem per maritum factam, vt quia non fuerit mu-
lier proteſtata, vel contradixerit, nam, & iſto caſu
non præſumi mulierem conſenſiſſe, & propterea
maritum teneri ad reſtitutionem fructuum, tam
naturalium, quam induſtrialium, re maturius con
ſiderata recedendo à contraria opinione, firmauit
Senat. Pedem. teſte Theſaur. dicta deciſ. 187. ſub
num. 5. quicquid adhuc ipſe in contrarium nite-
retur ad fauorem maritorum, & ita concludunt
Alexand. in l. maritus, ff ad l. Falcid. & in conſil. 63.
colum. 2. lib 2. & conſ. 144. circa ſecundum lib. 5.
latè Soccin. dicto conſ. 81. num. 16. lib 4. Campeg.
de dot. par. 1. quæſt. 9. Bero. dicto conſ. 44. num. 12.
Ruin. conſil. 162. nu. 26. lib. 3. Præclarè Botta. con-
ſil. 20. num. 66. Ioan. Bapt. Coſt. de fact. ſcient. &
ignor. contr. 1. diſtinct. 45. num. 5. Vrſill. ad Afflict.
deciſ. 44. ſub num. 11. Laur. Rot. Auen. deciſ. 18.
ſub num. 9. verſ. & in dubio, num. 13. pract. Papien.
in libell. quo agitur ad dotem in Ver. tanquam pa-
raphernalia, ſub num. 6. verſic. 3. autem caſu abſ-
que contradictione, vt ait, Natt. conſ. 75. num. 5.
Bero. conſ. 44. num. 13. lib. 1. Dec. conſ. 521. num. 4.
& de communi etiam teſtatur Alexand. conſ. 144.
num. 10. lib. 5. Grat. conſil. 54. num. 42. & ſeq. &
num. 50. lib. 2. & communem, & in iudicando, &
conſulendo ſequendam, Menoch. præſ. 9. num. 19.
lib 3. cumulatiſſimè Decian. d. Reſp. 84. num. 23.
7 verſ. 7. lib. 2. Bocell. conſ. 56. num. 67. † Ex quo fit,
vt maritus teneatur probare fructus ab eo perce-
ptos, & conſumptos, perceptos, & conſumptos
8 fuiſſe de voluntate vxoris, † quia limitationem, &
exceptionem probare tenetur is, qui regulam con-
tra ſe habet l. ab ea parte. ff. de probat. gloſ. in l. om
9 nis diffinitio. ff. de regul. iur. † ſi enim in hoc caſu
ſtandum eſſet ſimplici aſſertioni mariti, ſeu eius
hæredum, quod percepti, & conſumpti eſſent de
voluntate vxoris, hæc obligatio prorſus eſſet inu-
tilis, vt ſenſu percipitur, & probat text. in l. cum
ſeruus, ff. de condit. & demonſtrat. prout in indi-
uiduo firmatunt Paul. de Caſtr. conſ. 199. colum. 3.
lib. 2. Corn. conſ 129. num. 5. verſic. ſed quod iſte
maritus conſumpſerit. lib. 4. Socc. d. conſ. 82. nu. 5.
Gabr. conſ. 165. num. 42. cum plur. ſeq. lib. 2. Botta
d. conſ. 20. num. 62. Decian qui de communi teſta
tur d. conſ. 84. num. 41. lib. 2.

Et hæc eò fortius procedunt, tum quia in pro-
ceſſu probatum fuit d. ſpect. Stephanum valdè di-
10 uitem eſſe, † quo caſu non poteſt, præſumi dona-
tio, neque voluntas mulieris, vt per Gabr. ſupra re
latum num. 46. & Decian. num. 29. Tum quia di-
cta D. Marfiſa quondie indigebat, & malè tracta-
batur à ſuo viro, ob cuius ſæuitiam non audebat
illi vetare, aut proteſtari, quod huiuſmodi fructus
non perciperet, prout de præfata indigentia, & vi-
ri ſæuitia deponuot teſtes in proceſſu pro parte
DD. ſororum agentium examinati, primus fol.
25. 26. 27. 31. ſecundus fol. 28. 45. 48. quartus fol.
85. quintus fol. 124. & exaduersò quartus fol. 103.
11 † Si enim ex reuerentia, quam debet vxor mari-
to, præſumitur diſſenſus ex eo, quod illi non ſit au
ſa contradicere, l. 1. §. quæ exonerandæ. ff. rer. amo-
tar. Botta. in termin. dicto conſil. 20. num. 67. De-
cian. dicto conſ. 84. num. 28. lib. 2. verſic. quarta
coniectura, fortius dicendum eſt, præſumi ſtante
ſæuitia ipſius mariti, de qua per teſtes præfatos,
& ex his dicebatur conſtare, hæredes mariti tene-
ri ad reſtitutionem fructuum bonorum de Gat-
taiola, & quod onus probandi, fuiſſe perceptos de
voluntate vxoris, ſpectat ad hæredes ſpect. Stepha
ni, & cum non probauerint eos ſuccumbere neceſ-
ſe eſſe.

Quibus non obſtantibus fuit reſolutum hoc
quidem in caſu, non eſſe locum reſtitutioni fru-
ctuum bonorum extradotalium petitę, quia etiam
conceſſa pro vera, & magis communiter recepta
opinione hactenus relata, tamen eam recipere nõ-
nullas limitationes animaduertimus, inter quas
ea ad propoſitum noſtrum facere viſa fuit, quan-
12 do † diuturna eſt taciturnitas, & patientia, illa
enim habetur pro expreſſo conſenſu, ita dicit in
termin. terminant. Surdus dicto conſil. 290. nu-
mero vigeſimoquarto, & vigeſimoquinto, vbi
ſubdit, & ideo eſſe, quia non eſt veriſimile, quod
vxor patiatur, ſe inuita tanto tempore maritum
poſſidere, & adminiſtrare bona ſua.
13 † Item, & multò fortius, quando cum patien-
tia concurrit aliquis actus poſitiuus, tunc tolleran-
tia conſenſum operatur, vt pluribus relatis dicitur
ibidem Surd. num. 26.

Ambo verò prædicta in caſu iſto intercurrere
intelleximus, nam, & bona Gattaiole paulò poſt
matri-

Digitized by Google

matrimonium contractum obuenerunt, & matri-
monium, & fructuum perceptio durauit pluſquã
annis 25. & vlterius conſtat ex teſtibus hinc inde
de promiſcua quadam adminiſtratione dictorum
bonorum, nam teſtes DD. agentium deponunt
quod ſpect. Stephanus fructus percipiebat, è con-
tra verò teſtes DD. conuentorum, quod pẽſiones,
ſeu affictus dictorum bonorum exigebãtur à Do-
mina Marfiſa, & apocam de ſolutione affictus de
manu D. Marfiſæ, ſeu de manu alterius de illius
14 mandato reportabat, † qui cum de factis, & ſcri-
ptis deponat in facto alieno probat, licet ſit vnicus
Caſtr. conſ. 34. col. 2. Crau. conſ. 73. num. 3. qui te-
ſtes cum de diuerſis actibus deponant non diſcor-
dant, ſed concordant ad ea quæ ſupra in deciſ. no-
15 ſtra Luc. 50. num. 25. & ſeqq. † quia probant hoc
vniuerſale, quod ambo adminiſtrabant plenè ad
Alexand. conſ. 72. num. 2. & ſeqq. lib. 1. conſ. 100.
16 num. 5. eodem lib. † ſic intrant in puncto, quæ di-
cit Surd. dicto conſ. 290. ſub dicto num. 25. dum
deducit conſenſum Luciç per actus poſitiuos in ca
ſu ſuo, ex eo quod accederet ſæpe ad colonos, &
victualia partiebatur mox maritus ea deferri vide
bat in domum propriam, itẽ maritus locabat prę-
dia colono partiario, & per manus vxoris ſemen
tradebat, &c. vt ibi per eum.

Secundò, moti ſuimus, quia etiam ſi fructus nõ
fuiſſent facti, mariti, tamen erant eidem reficien-
da melioramenta facta in dictis bonis Gattaiuolæ,
item erant ei reſtituendi ſcuti 263. ſoluti per ſpe-
ctab. Stephanum cum vſuris in cauſam dictorum
17 bonorum nomine d. D. Marfiſæ, † Vnde de facili
præſumeretur ſolutio in eiſdem fructibus, ſeu cõ-
penſatio fructuum cum vſuris, & quod fructus in
cauſam melioramentorum cõſumpſerit vltra eas
penſiones, ſeu fictus, de quibus teſtes, quos non ha
buit maritus, ſed vxor, ad latè trad. per Surd. in di-
cto conſ. 290. ſub num. 30. verſ. quin etiam, & nu-
mero 31, & pluribus ſeqq. Id quod vlteriori liqui-
datione poſtbabita ex nunc reſoluẽdum duximus,
vt quantum in nobis eſſet vlterior litium occaſio
inter conſanguineos iſtos tolleretur, ad dicta ſupra
in deciſ. noſtra Luc. 61. num. 16. & ſeqq. prçſertim
cum de melioramentis, & cæteris ipſi cognoueri-
18 mus etiam ex locorum viſitatione, † & eſt in iudi-
cis arbitrio, quæ melioramenta veniant reficienda,
vel non l. in fundo, ff. de rei vindic. Menoch. de ar-
bitr. Iud. Caſ. 258. num. 1. Cornaz. deciſ. 101. nu-
19 mero 5. † & ita æſtimare, & taxare Curt. iun. con-
ſil. 165. num. 22. Maſcard. de probat. concluſ. 139.
num. 18. Gabr. conſil. 168. ſub num. 107. & ſeqq.
20 lib. 1. Etiam ſi valor non fuiſſet benè ex actis iu-
ſtificatus, Soccin. in capit. dilecti, colum. 2. de for.
compet. Cæphal. conſ. 506. num. 2. lib. 4. Crau. con
21 ſil. 218. ſub num. 4. † præſertim per rei inſpectio-
nem, Alexand. in l. precia rerum, num. 6. ff ad leg.
Falcid. Bart. in l. 2. num. 10. C. de reſcind. vend.

Tertiò & vltimo ponebat controuerſiam in tu-
to, quod ſpect. Bandinus maritus D. Iuliæ in ſcri-
pto matrimoniali promiſit non moleſtare D. Ste-
phanum cauſa vſusfructus bonorum hæreditario-
rum, & dotis D. Marfiſæ; Contra quod, licet op-
poneretur pro parte agentium, quod illa promiſſio
deberet intelligi de fructibus decurſis à tempore
mortis tantum D. Marfiſæ, & quod vſusfructus
non verificaretur uiuente vxore, quo tempore ip-
ſamet eſt vſufructuaria, & proprietaria bonorum
extradotalium, & quod dictum eſt de bonis hære-
22 ditarijs, † quæ viuente ea non poſſent talia dici ex
l. 1. ff. de hæred. vel act. vend. l. qui ſuperſtitis. l. ne-
minem. ff. de acquir. hæred.

Tamen has ſubtilitates, nocere, ſincerè & ex bo
na fide factæ promiſſioni non debere dicebatur,
nam ſponſus, vt filiam aſſequi poſſet in matrimo-
nium promiſit patri, ſe moleſtiam non illaturum
cauſa vſusfructus bonorum hæreditariorum, &
23 dotis D. Marfiſæ, † quæ verba ſunt indefinita, &
ideo indefinitè accipienda l. ſi plures. de leg. 3. im-
mo verò debet magis intelligi promiſſio de vſufru
ctu, ideſt de fructibus perceptis viuente vxore, de
quibus dubitabatur, an eſſent reſtituendi, quam
de fructibus poſt eius mortẽ, de quibus nulla erat
24 dubitatio, † & omnis promiſſio debet referri ad
25 caſum neceſſarium ad deciſ. Flor. 1. n. 77. † & de-
bet intelligi vt aliquid operetur non autem, vt ſu-
perfluè iaceat cap. ſi Papa. de priuil. in 6. l. in fundo,
ff. de rei vendic. Pariſ. conſ. 21. num. 58. lib. 4. Barz.
deciſ. 17. num. 14. ſuperfluè autem iaceret promiſ-
ſio, ſi non eſſet referenda, niſi ad fructus poſt mor-
tem D. Marfiſæ, quia hi extra promiſſionem erant
marito debiti, ex ſtat. cap. 30. lib. 2. quare non erat
opus promiſſione tali.

Nec intrant contraria, vt patet ex prædictis; ne
que enim verum eſt, quod vxor fuerit vſufructua-
ria, quia immo verò erat proprietaria, & pleno iu-
re Domina, vnde vſufructuaria dici non poterat,
26 † quia vſusfructus rei propriæ non datur l. 1. & 2.
ff. de vſufruct. neceſſe eſt ergo intelligere de vſu-
fructu mariti, ideſt de fructibus ab eo perceptis,
27 † vſumfructum pro ipſis fructibus accipiendo, ad
Menoch. conſ. 692. ſub num. 34. verſ. & quæ qui-
28 dem iuncto etiam num. ſeq lib. 7. † Et licet viuen
tis non ſit hæreditas, hæreditas tamen appellatur
29 ex vulgari modo dicendi, † exemplo peculij, quia
licet morte filij deſinat eſſe peculium, non amittit
tamen peculij nomen l. fin. ff. quand. de pecul. act.
30 ann. eſt, † & hæreditas etiam viui dicitur in l. 2. §.
interdum. in fin. ff de vulg.

Ad reliqua contraria principaliter adducta pa-
tet Reſponſio ex prædictis quatenus ſumus in caſi
bus exceptis, & etiam quia, cum negari non poſſit,
31 † quin quæſtio ſit dubia obſcura, & ob varias Do
ctorum diſtinctiones intricata, & difficilis, teſte
32 Theſaur. d. deciſ. 137. ſub num. 1 † meritò huic ad
hærendum fuiſſe cenſuimus ad Surd. conſ. 434.
num. 19. lib. 3. & conſ. 539. num. 1. lib. 4. Vbi quod
in conflictu opinionum quælibet coniectura ſuffi-
33 cit, vt alteri adhæreri poſſit, † maximè, quia hæc
opinio etiam æquior reputatur ex teſtimonio The
34 ſaur. d. deciſ. 187. ad fin. † quam quidem çquitatẽ
iudices ſemper pr̨ oculis habere debent, Marſil.
35 ſingul. 660. † & rigori præferre, idem Marſil. ſin-
gul.

Digitized by Google

gul. 685. & Thema ſolitum boni temperamenti
ſequuti fuimus, ne ad fructus tot annorum, & in
conſiderabili, quantitate grauarentur pupilli, &
36 ſanguine coniuncti, † cui tanto incommodo be-
nignè occurrendum fuerat, ad Crauet.conſil.259.
ſub num.7 per tot.vbi inter cætera dicit,quod in-
terpretatio ita fieri debet, vt verba non amarè in-
37 telligantur,ſed cum temperamento quodam, † &
Reſpōdet egregiè text.in l.ſi id quod.28.§.ſi quas,
ff.de donat. inter vir. & vxorem, vbi non amarè,
nec tanquam inter infeſtos contrahentes ius dona
tionis tractandum eſt,ſed vt inter coniunctos ma-
ximo affectu, & ſolam inopiam timentes, cū quo
concurrit dictum in termin. Theſaur. d.deciſ.187.
38 ſub num.1. † dum ait, quod præſumptiones illæ
generales, quæ adducuntur in fauorem mulieris
non procedant in hoc caſu, cū, & lex ipſa ob amo-
rem mariti mulierem omnia facturam, proprioſq;
39 filios excoriaturam præſumat, † ſi non ſimplici-
ter, ſaltem in hoc caſu attendendum, iunctis di-
ctis particularibus circunſtantijs, & adminiculis,
iuxta l.aut facta. per tot. ff. de pęn. & ad eundem
40 Theſaur.d.deciſ.187 ſub num.1. † Vbi quod quę
ſtio iſta magis eſt facti, & voluntatis, quam iuris,
ideo facilè eſt ex varietate facti in hanc,vel in illam
partem inclinare, vt colligitur ex iuribus per eum
citatis.

Et cum his ſit finis deciſionibus in hac cauſa:
Quoad deciſiones enim reliquorum capitum in
ſententia contentorum, vti non tam in difficili po
ſitas ad Archiuium publicum ſufficiat de more re-
miſiſſe, &c.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

Teſtis contra producentem probat, num.1.
Iuramento non eſt locus, vbi eſt probatio,quia datur tantum in ſubſidium, num.2.
Statutum, quod quis teneatur iurare, aliàs cadat à iure ſuo, intelligitur de habilitate, vbi eſt locus iuramento, num.3.
Teſtis aliàs conuictus de falſo non probat, num 4.
Si poſt dictum teſtis interuenerit quid noui,dictum illud ceſſat,num.5.

DECISIO LXIX.

OPponebatur pro parte Geneſij, quod obtu-
lerat ſpect Henrico Buccellę iuramentum,
an habuerit.& receperit ſalmas 18. vini petitas pro
affictu anni 1603. & 1604. & quia non iurauit,
ideo eundem ſpect. Henricum cecidiſſe ab inſtitu-
ta actione ex diſpoſitione ſtatuti lib.1.cap.66. Ma-
ximè, quia ipſe D.Geneſius, non iurante d.ſpe-
ctab. Henrico, iurauit ſuper præfata ſolutione ad l.
manifeſtè, cum ibi not per ſcrib. ff de iur.iuran.

Et videbatur corroborari veritas d.iuramenti
ex depoſitione Petri de ſancto Ianuario, qui depo-
ſuit, quod dictus Geneſius ſoluit d.ſpect. Henrico
dictum affictum, cuius teſtis dictum eò maiori fi-
de dignum dicebatur, quod eſſet de familia ipſius
ſpect. Henrici,& per ſolutionem ipſi factam velu-
ti viro de familia, debitor conſequeretur plenam
liberationem, ex ſtat.cap.110.colum.2.circa med.
lib. 2.

Veruntamen pro parte d.ſpect.Henrici viſum
fuit præualere, quod probatum fuit, quod ſcilicet
de anno 1604. fuerunt facta computa inter d.par-
tes, in quibus d.Geneſius remanſit debitor ſalma-
rum 36. de quo concordio concludenter depoſuit
primus teſtis d.ſpect. Henrici, cuius dictum corro
boratum erat ex dicto alterius teſtis eiuſdem ſpe-
ctab. Henrici,qui licet non depoſuerit de reſolutio
ne concordiæ, depoſuit tamen, ſe audiuiſſe, quod
d.Geneſius omnibus computatis, remanebat ad-
huc debitor dictarum ſalmarum, quæ omnia lon-
gè magis confirmabat dictum ſecundi teſtis eiuſ-
demmet Geneſij, qui depoſuit de concordia inter
eoſdem ſequuta poſt computa facta, adeo vt iam
non videretur dubitādum, quin fuerit iuncto hoc
teſtimonio probata intentio actoris ad l. vbi nume
1 rus,ff.de teſtibus, † quia hic teſtis vltimus contra
ipſum producentem fidem facit, & probat, etiam
ſingularis, & de credulitate deponens, Morot. in
Reſp.16.num.4. & 5.Reſp.29. num.19. & Reſp.
35.num.12.

Vnde probata per dictos teſtes dicta concordia
iam non erat amplius locus vlteriori iuramento,
2 † quod tantum in ſubſidium venit, vt releuentur
partes ab onere probandi, & quod non eſt neceſſa
rium hic, vbi iam eſt probatum ad Oſaſc. deciſ.8.
& 11. & Theſ. deciſ.93. Et ideo rectè potuit ſpe-
ctab. Henricus abſtinere à iuramento iuxt.not. in
l.manifeſtè de iur.iuran. Oſaſc. d.deciſ.10. num.7.
nec iuramentum aduerſarij ſtātibus prædictis fuit
3 attendendum,† Nec verò obſtabat ſtatutum,quia
intelligitur de habilitate vbi de iure eſt locus iura-
mento l.4. §.condemnatum de re iudic.l.qui teſta
mento, ff.de teſtam. Oſaſc.deciſ.95. ſub num.23.
& deciſ.101.num.36. Corn.conſ.203.num. 9.vo-
4 lum. 2. † Vltra quod d. Petrus teſtis d.Geneſij fuit
aliàs conuictus de falſo, vnde non merebatur fidē
Iacob Aegid.in tract.de teſtibus, num.38. & non
5 debuit etiam ex alio attendi, † quia concordia fa-
cta fuit poſt depoſitionem ipſius teſtis, ad l.ſed, &
poſteriores, ff.de leg.l.pacta nouiſſima, C.de pact.
Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

Qualibet cauſa excuſat à dolo, & pœna, num.1.
Et qualibet credulitas etiam beſtialis, num.2.
Coniunctus pro coniuncto ad plura admittitur, num.3.
Plura ſunt ſpecialia coniunctorum ſub eod.
Coniunctorum cauſa eadem cenſetur cum noſtra ſub eod.
Conſanguinei noſtri ſunt quodammodo pars corporis noſtri, num.4.
Maximè, ſi ſint filij noſtri, num.5.
Recognitio noui domini à vaſallo ex credulitate facta excuſat à pœna, num.6.
Si colonus alium recognouit, quàm verum Dominum ci-

tra

Digitized by Google

trà culpam, tenetur tamen cognita veritate, ad recognitionem veri Domini, num.7.

Conductor, qui ſuccubuit in prima inſtantia, debet in expenſis condemnari, num.8.

DECISIO LXX.

IMponitur pęna ſtatuto conductori alium recognoſcenti, quam ipſum locatorem, à quo conduxit, conductor tamen alium recognouit perſuaſus, & inductus à filio ipſiuſmet locatoris, D. Prætor condemnauit conductorem in pęnam ſtatuti, & ad recognoſcendum primum locatorem, Rot. declarauit malè iudicatum quoad pęnam, & benè quoad recognitionem.

1 † Quælibet enim cauſa excuſat à dolo, & pęna,
iuxta gloſ. In l. plagij la 2. C. de plag. Gram. voto 10.
num.25. Theſ. deciſ. 13. ſub nu.7. Clar. §. fin. q.60.
2 verſ. & generaliter, † & quælibet eredulitas etiam
beſtialis, Angel. in l. mariti, §. plectitur. ff. de adult.
cum alijs, vt per Tiraquel. de pęn. Cau.43. num.5.
& per tot.

Modò ita eſt, quod conuenti iuſtam, nedum temerariam, vel beſtialem potuerunt habere credendi cauſam, quod filius ſp. Camillę locatricis haberet ius eoſdem inducendi ad recognitionem per eos factam, ergo ceſſare debet diſpoſitio ſtatuti, & pęna,
3 † Coniunctus enim pro coniuncto ad plura facienda admittitur, & plura ſunt ſpecialia conſanguineorum, ſeu coniunctorum latè Felyn. in cap. nonnulli, num.57. & ſeqq. de reſcript. Oſaſc. deciſ. 80.
num.9. & ſeqq. quibus cauſa eadem eſſe cenſetur
cum noſtra ad Tiraq. de pęn. can.51. num.75. cum
4 ſeqq. & num.80. † vbi ait, conſanguineos noſtros
5 eſſe quodammodo partem corporis noſtri, † & hęc
abſque dubio, quàm maxime procedunt in filio ad
l. in ſuis, ff. de liber. & poſth. l. fin. C. de impub. &
alijs ſubſt. l. Contra voluntatem, C. de teſtam. Manumiſs. l. placuit, C. de liber. cauſ. à quo habita fuit
licentia recognoſcendi; vnde conductor non videtur in aliquam pęnam incidiſſe; Et ex his negari
non poteſt, quin conductor iuſtam, & probabilem
habuerit credulitatem, vnde à pęna veniat excu-
6 ſandus per prædicta; † & in propoſito recognitionis noui Domini factæ à Vaſſallo dicit Dec. conſil 690. num.6. & 7. & ad Menoch. conſ.307. ſub
num.13 & 14. lib.4. à pęna excuſare credulitatem,
& quamlibet cauſam.

In reliquis inter ſp. Camillam, & conuentos con-
7 ductores bene ſtat ſententia, † quia manet obligatio ad recognitionem, ad l. ſi tibi aliena.7. & ſeqq.
ff. locat. l. ſi quis conductionis 26. vbi ſedes materiæ, C. eo. tit. l. non à re, C. vnd. vi. l. vlt. C. de acquiren. poſſeſs.

8 Et in expenſis, quia conductores ſuccubuerunt, etiam in prima, ad Aſin. in praxi, §.32. cap.2. ampliat.6. num.3.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

FINIS.

DECISIONVM
FLORENTINARVM,
Criminalium, Ciuilium, Mixtarum,

CVM EARVM EPITOME, ET ADDITIONE,
Ad principium Libri: & Indice locupletiſſimo, in fine
Voluminis poſito.

VTILE ADMODVM OPVS IVDICIBVS, ADVOCATIS,
Nec non cæteris in foris verſantibus neceſſarium.

ANTONIO MONACHO

I. C. Taurinenſi, Collegiato, publicòque Olim iuris interprete, dictarum
pro tempore Rotarum, Bononienſis modò Auditore,
Collectore, Auctore.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, M. DC. XIX.

Apud Petrum Mariam Bertanum.

Digitized by Google

A D S I N G V L A S
DECISIONES FLORENTINAS

Epitome, & Additiones Auctorum maximè, dum hæc imprimerentur, Impreſſorum.

Epit. Ad Florent. 1.

A Sſecuratores teneri de caſu intercepti patroni cum naui ab itinere recto diuerſi, ad barbaros conuerſi, de fuga eiuſdem, mutatione itineris, robaria, barataria, de furto verò an, & quando, & de furti, robariæ, & baratariæ differentia, ad explicationem formulæ de qua ante deciſ.

Additio. Ad materiam nauium, nautarum, & ſimilium vide D. Ioan. Bapt. Lup. I.C. Florent. in perelegantibus ſuis Comment. ad cap. nauiganti. in pręfat. de vſur. & ad materiam aſſecurationis, & probationis dec. gen. 3. 5. dec. 36. nu. 3. & ſeqq. deciſ. 42. 55. 62. 63.

Ad num. 17. adde bon. 2. num. 2. & ſeqq. bon. 49. nu. 3. & ſeqq.

Ad n. 24. 75. 95. adde dec. gen. 40.

Ad nu. 26. de robaria in parato vim facere reſiſtenti Farin. de furt. q. 167. n. 27.

Aliàs fortè non tenerentur aſſecuratores, vt Genuæ dec. gen. 166 ſub nu. 4.

Ad num. 30. adde bon. 71. num. 64.

Ad num. 36. 37. ſicut, & nauta tenetur, muliò, & alij ſi diuertendo iter pro fraudando gabellas in piratas, aut latrones inciderint Iul. Fer. de gabel. n. 595

Ad num. 38. de huiuſmodi actione adde Benincaſſ. Inſt. de actio. §. actionum. num. 80. & ſeqq. in trac. diu. col. 3. fo. 606.

Ad n. 41. adde lucen. 13. num. 54.

Ad nu. 45. 46. adde luc. 21. num. 28.

Ad n. 47. adde Farin. plenè q. 111. art. 6. per tot. præſertim, num. 82. 94.

Ad num. 48. adde Bero. conſil. 214. n. 3. lib. 3. vbi robariam eſſe furtum improbius, & differre ſaltē propriè, quicquid ſit impropriè, & ex vſu loquēdi. eodem, n. 3. & 4. & conſil. 213. num. 1. 2. 10. & 11. & dicit furtum improbiſſimum etiam Farin. d. q. 167. n. 28. & ibi de hoc triplici furto.

Ad num. 50. & ſeqq. plura de barattaria Farin. qu. 111. per plures articulos.

Ad num. 63. adde luc. 13. n. 50. 51. & ibi add. Menoch. conſ. 187. n. 52. lib. 2.

ad n. 65. adde dec. gen 102. n. 5. vbi verba apocæ aſſecurationis diligenter obſeruanda.

ad num. 66. & ſeqq. adde flor. 50. n. 18. & Bec. cōſ. 94. n. 30. conſ. 32. n. 5. & conſ. 66. n. 1.

ad num. 68. & ſeqq. de ratione reddenda per Nautam dec. gen. 10.

ad n. 72. adde flor. 67. n. 12. & ſeqq. & ibi add.

ad n. 73. capta naui per triduum dicitur caſus fortuitus, & Aſſecur. tenentur dec. gen. 101.

Ad num. 84. adde bon. 54. num. 16. & ſeqq.

ad num. 88. adde bono. 6. num. 2. lucen. 58. num. 16. florent. 12. n. 31. f. 71. n. 19.

Ad num. 92. adde flor. 12. num. 7 8. luc. 65. num. 6. 7. vbi declaratur.

De iactu an teneatur aſſecurator, dec. gen. 128. &. de quantitate iactus, dec. 141.

Epit. ad 2. *Præſumptam ſolutionem ex pluribus coniecturis reſolutam.*

Additio ad materiam adde bon. 7. per tot. Parian. cōſil. 113. lib. 1. Menoch. conſ. 1257. à n. 9. ad 17. lib. 3. vbi plerique alij.

Ad numerum. 1. de iactu adde Cardin. Tuſc. lit. t. concluſ. 13.

ad num. 2. adde bon. 7. num. 3.

ad numerum 16. hæc ſola non ſuffeciſſet ad Farin. nouiter nouiſſ. dec. 826. num. 5. ex Pariſ. conſil. 137. num. 19. lib. 4.

Ad n. 18. 19. adde luc. 56. n. 30. 40.

ad num. 40. de materia ſponſionum Strach. de ſponſionibus. Laderch. cōſ. 88. de his, & de ludo Farin. par. 2. to. 1. de var. ac diu. crim. q. 109 per ſex artic. Card. Tuſc. lit. l. concl. 456. & ſeq.

Epit. ad 3. *Contra negantem ſe poſſidere, litem non proſequendam, ſed immiſſionem in poſſeſſionem odio negantis declarandam.*

Ad. ad materiā adde ſeq. dec. & de interrogatorio faciendo, & ſi benè non fiat adde bon. 40. punct. 11. num. 29.

ad num. 8. adde bon. 18. nu. 10. & ſeqq. bon. 20. num. 11. & Contard. ſub num. 11. ibid. citat. & flor. 24. nu. 21. & ſeqq.

Epit. ad 4. ***In rei mobilis vindicatione probandum eſt reum poſſidere de præſenti, pręmittendumque Interrogatorium an poſſideat.***

Additio. adde ad materiam deciſ. præced. cum addit ibid.

Epit. ad 5. Iudicem maleficiorum abſoluendo à pæna nō potuiſſe pronunciare ſuper iure ſeruitutis itineris.

Additio. adde ad materiam lucenſ. 35. 36. & ibi add. vbi contra ex ſpeciali ſtatuto. & bon. 36 & ſelect. bon. dec. 138. & ibi add.

ad num. 2. 3. ſeruitutem probandam. adde flor. 14. num. 4.

Epit. ad 6. *Statutum quod poſſit oppignerari, vendi, aut ad longum tempus locari vocatis propinquioribus, & c. in permutatione locum ſibi non vendicare.*

ad num. 1. & 2. adde Iul. Ferret. de gabell. ſub n. 322. plura allegans.

ad num. 4. adde luc. 58. n. 6. 10. & ſeqq. flo. 40. nu. 24. & ſeqq.

Digitized by Google

Ad tot, quòd verbo venditionis non veniat permutatio, aut è contra in ſtatutis Alex.conſ.76. ſub n. 7.& 8.lib.5.Iul Ferr.de gabell.ſub num. 368.verſ. vbi dicit,& verſ.& ſic dictum.& n. 370.verſ.an ta le,& ad dec.Genuen.9.n.7.8.

Epit.ad 7. *Præſcriptionem annalem ex ſtatuto ad agendum, inchoare à tẽpore, quo res euicta eſt & ab eo incipere currere annum. An procedat in abſente, ignorante, creditore conditionali, vel in diem certum, aut incertum, de cridis, & an earum ſcientia, vel ignorantia præſumatur, & quando, an reſtitutioni in integrũ poſſit eſſe locus.*

Additio. Ad ſimile ſtatutum extat Stat.bon.ciu.li.4. tit.de modo,& forma alienat.vltimorum bonorũ, & eorum ſecuritate,& ibi commentaria Monter.

ad nu.3.adde Monter.vbi ſupra.in §.volumus tamẽ. verſ.ad proteſtandum.

ad num.4.adde Alex.conſ.2.num.17.lib.4.vbi quis creditor conditionalis.

ad num.20 & ſeqq.& ad 30 de parum exaudita voce preconis adde hæc ſuppleri per affixionẽ copiarum ad loca ſolita, vt ait Monte. vbi ſupra ad pūc. col.2.in verb.affigi.

Ad num.46 Competere, adde Farinac.nouit.nouiſs. dec.457.num.1.non competere in term.d. ſtat.bo non.in §.Hæc autem oportet. iūcta ibi gl. in ver. in integrum. poſſe non competere ad Syluan.de feud.recogn q.65.nu.10. & ſeqq.& q.ſeqq. adde Affl.dec.37.& ibi Vrſil.

Epit.ad 8. *Sententiam poſt peremptam inſtantiam nullam, non tamen condemnatum ſuccumbere in expenſis in caſu iſto.*

Additio. ad num.5.adde florent.18.num.27.bonnn. 42.num.39.

ad num.10.Iudicem poſſe ſequi cōſenſum partiom. l.de qua re.74.§.1.ff.de iudic.flor. 29.ſub nu.53. flor.39.num.9.& Mar. Frec.de præſent.inſtr. p.8. q.3.num.24.

Epit.ad 9. *Statutum requirens libellum dari non procedere in iudicio executiuo exactionis cenſus, nec excuſſionis, nec aliarum exceptionum altiorem indaginem requirentium oppoſitiones attendendas.*

Additio. Ad materiam adde luc.20.& 21.

ad num.3.& ſeqq.verbum petere propriè ad actionẽ realem aptari. Alex.conſ.102.n.11.lib.6.

ad n.6.adde luc.2.n.22.flor.18. nu. 15.

ad nu.12.adde luc.67.n.52.53.

ad nu.17.adde luc.48. per tot.

Epit.ad 10. *Filios ſororum inſtitutarum non excludere ex repræſentatione filios teſtatoris, aut fratris eiuſdẽ ab hæreditate earum vltimæ ſine liberis defunctæ. Nec obſtare coniecturas, vel iut repræſentationis maximè obſtat. de quo hic, contrarietate inter Dec. & Gozad.in caſu iſto excitata.*

Additio. Ad n.1.5.6.& ad materiam adde flor. 20. n.3.39.& ſeqq.& n.51.52.& bo.67.

ad num.11. adde luc.64.n.15.flor.19.n.19.& per tot.

ad n.14.& ſeqq.adde loc.64.n.39.

Ad num.19. rationem coniunctionis excuſare ab expenſis Hoſtienſ. in cap. finem litibus. & ibi Imol. de dol.& contum. alij cit per Card.Tuſc.lit.e.con cl.62 5.num.78.79.

Epit.ad 11. *Aliàs ſoluta gabella pro contractu primo, iam ampl us gabellam non ſolui, pro recognitione, nec prorogationibus.*

Additio. Ad nu.5.& ſeqq. adde Iul. Perr. de gabell. n 365.& ſeqq. 371.& ſeqq. & 377.

ad nu.7 adde etiam Alex.conſ.143.n.6.lib.6. March. dec.75.p.1.vbi vide.

ad nu.12 adde luc.2.ou.10.11.& ibi add.

Epit.ad 12. *In re in ſolutum data filiæ nondum nubili ob concurrentiam ad eadem bona creditorum, & poſtea ante contractas nuptias defunctæ, an eius hæres ſuccedat, an verò iſta præuentio nihil nocuerit ei, ad quem pertinebant bona, ſi ipſa, vel nunquam nata fuiſſet, vel defuncta antequam veniret caſus dotis ei ex ſta to conſtituendæ.*

Dotem ſuccedere loco legitimæ, vel non ſuccedere, & quando, & in hoc caſu non ſucceſſiſſe accomodato etiam arbitrio ex varijs cauſis.

Additio. Ad num. 1. adde ad confirmationem validitatis ſtatuti ad ſelect.bon.dec.150. n. 7. & ſeqq. n.61.& ſeqq. Aemil.Gall.de except.ſucceſſ. tit. 4. excep.29.ſeu 4.par.2.num.75.fol.512.& titulo 3. except.140.33.& ſeqq.f.225.dum de magis com. ſtatutum poſſe non ſolum minuere, ſed etiam tollere legitimam ex cauſa.

Ad num.2.regulariter ſuccedere loco legitimæ Hõd. conſ 63.num.126.lib.1.Rot.apud Farin. dec. 408. n.2.p.2.to.1.Decian.conſ.71.n.4.lib.4.

Ad eond.num.2.& ſeqq. quando ſuccedat loco legitimę,& transmittatur ad hæredes filiæ Card.Tuſ. lit.l.concl.206.209.& 210.& lit. ſ. concl. 661.

Ad num.45.Morot.cit.Gabr.in voo conſ.qui etiam poterat ab eo citari in alio conſ.116. oum.40.lib.1. addi poteſt,& Tuſc.d.concl.661.num.38.& 40.& ſub num.53.58.& 59.vbi non trao ſmitti,& Surd. ſub eod.num.5. citat. ponit hanc quæſtionem, & cum ea tenet ad num.45.& ſeqq.ead.q.1. tit.5.de alim. Adde tamen fallere ſi pater ipſe rehquiſſet dotem, vt per Card. Tuſc.d.conclu.661.nu.41.pro quo adde fl.22.n.4.& 5.

Ad numerum 7.& 8. adde luc. 66. n. 6. 7. & ibi add.

Ad num. 10. & ſeqq. adde bonon.5.& bonon.21.nu. 12.& ſeqq.

Ad num. 25. quod aſſecuratio non transferat dominium Affl.deciſ.9.ſub num. 1. in term. decreti, & ibi Vrſil.& dec.199.Gram.dec.92.n. 1. 2. Capyc. dec.46.n.3.& per tot.Magon.dec.luc.55.num.2. & 3.& ibi add.

Et ſi vis ſcire verba præcisè dicti ſtatuti in hac deciſ. vide Ant.de Butr.in conſil.9.col.2.ſub princ.verſ. modò quæritor, vbi ad verbum refert.

Epit.ad 13. *Compenſationem etiam cum dote admitti, ſi creditum ſit liquidum, ſecus ſi illiquidum, & nulla exiſtente culpa aduerſarij declarato.§ tacitæ. C.de rei vxo.actio.*

Additio. Ad n.1.de com.Rim iun.cõſ.451.n.38.li. 4.per Bart.& alios magis cõiter, vt ipſe ait, in l.rei iudicatę,& ibi Al. x.n.7.ff.ſol. matr latè Toſc.lit.c. concl.490 nu. 5.& ſeqq.fallit, vt in lucenſ. 66.nu. 16.Card.Tuſc.ibid.n.9.& ſeqq.

Ad

Ad num.8.adde vltra Affl.hic qui in term. terminãt. Seraph.dec.1455.n.3.4.& per tot.p.2.Card.Tuſc. lit.c.concl.489.n.44.

Ad n.9.adde ſelect.bon.dec.124.n.10.& flo.64.nu.4. & ſeqq. & ibi add.& bon.47. in fin.

Epit.ad 14. *Vendita parte domus, tranſitus per aliam ad eandem venditus non cenſetur, niſi exprimatur, & maximè ſi ab aliqua alia parte facilè fieri poſſit.*

In diuerſitate peritorum, & teſtium circa æſtimationem ſtandum æſtimationi partium ipſarum, de qua conſtat.

Additio. Ad num.1.2.3. adde monentem debere eſſe cautos emptores ad reſeruandum ſibi aditus ab inferioribus ad ſuperiores partes Socin.Sen.conſil. 139. ſub num.1.lib.1.& ad Bart.in l.33.§. quæcunque ruſtic.præd.Bald. conſil. 390. num. 2. libro 4. Cauale.dec.19,n.53.p.2.lucenſ.14.num.38. & ibi addit.

ad n.4.adde fl.5.n.2. & ſeqq.

ad n.7.8.9.adde fl.72.ſub n.6.& ſeqq.bon.56.nu.21. & ſeqq.vbi declaratur.

ad num.14.de valore per teſtes adde Farin.in crim. dec.100.dec.357.lib.2.Mareh.dec.384.p.1.& bo. 55.n.20.& ſeqq.& bon.12.n.102.

Et de valore conuento adde Giurb.dec.114.n.16.vbi præſumi iuſtum, quod inter partes fuit conuentũ, & etiam liquidum.

n.18.adde bon.1.n.11.bon.10. n.34.

Epit.ad 15. *Dationem in ſolutum nominis debitoris nõ præiudicare hoc caſu danti, qui non liberè dedit, ſi ſit anterior in iure ei cui dedit, reliqua per te rape ex lectura deciſion.*

Epit. ad 6. *De lucro dotis delato ex ſtatuto an liritum teſtari, an iure hæreditario, vel alio ſuccedatur.*

Additio. Adde ad hanc diſtinctionem, & materiam Caſanat.conſil.45.ſub nu.2.& pluribus ſeqq.alios citans ſub num.5.verſic. & referunt. Burſat. conſil.212.lib.2.Caſus noſter eſt omnium clariſſimus, quia reſtituendum eſt hæredibus, & ſic iure hæreditario ad num. 5.apud Caſanat, & in fortioribus term.vbi filiorum adeſt mentio adhuc idem Ang. Peruſ.in term.ſtat.Flor.conſilio 81.82.83. & rurſum ad materiam adde Alber. conſilio 50. & ibi addit.

ad num.5.adde in term.Menoch.ſub num.7. hac in dec.citat.vbi hoc dicit ad nu. 8. aliquid facit Ang. d.conſ.82.col.2.ad fin.verſ.probatur.Caſanat.ſub d.n.5.bon.noſt.71.n.2.& ſeqq.

num.10.adde Rom.conſ.195.n.2.

n.13.vt in term.verbi reſtituere conſuluit Iaſ. cit. ſub num.6. in dec.

Epit.ad 17. *Aduerſus ſententiam, & executionem per colluſionem obtentas in re, eo prætextu quod eſſet obligata, cum tamen reuera non eſſet, reſtitutionem in integrum admiſſam.*

Additio. ad num.8.competere reſtitutionem ex iniuſtitia etiam non notoria ſententiæ dicit Cæſ. de Graff.dec.10. n.12. de re iud. & pluries iudicatum Farin.dec.381.n.1.p.2.10.1.

d n.3.verſ.la ſionem, & ad n.9. & ſeqq. adde Surdũ conſ.472.ſub n.76.& ſeqq. lib.3.

ad nu.10.ad fin.adde flor.41.num.10.

ad n.15.colluſionẽ, vel annullare, vel reſtitutioni cauſam præbere.Surd.conſ.168.n.23.

ad num.18.adde flor.21.num.27.flor.36. num.24. & ſeqq.

Epit. ad 18. *Quia non producta actoria in primo actu ex diſpoſitione ſtatuti ideo omnia acta annullata, non obſtante productione mandati, quia diuerſa hæc ſunt mandatum, & actoria.*

Additio. ad num.5 & ſeqq. ſubſtantialia ſanari non poſſe adde Guid.Pap.dec.206.& ibi add. & in ter. actoriæ, mandati, &c.Caſtr.in l.errore. C. de teſta. Card.Tuſc.lit.m.concl.62.num.61.& lit.l.concluſ. 244.n.33.add.ad ſelect.bo.dec.85.in princ.

ad n.7.ſecus ſi non de forma, bon.15.ſub num.4.verſ. nec obſtare.

ad n.10.quæ conſtitutio alibi non ſeruatur Bertaz.cõſil.ciui.67.n.18.

ad n.11.adde eod.conſ.67.n.19.D.Sigiſm.ſcac.de appell.lib.3.c.2.q.17.n.134.& bo.1.n.8.

ad n.13.adde Card.Tuſc.lit.l.concl.244.n.56.8.9.& 12.& ad 38.41.vbi iſtud confirmatur.

ad nu.16.ideo adducta hæc ratio, pro eis, qui etiã ſimul hæc remedia ſe compati dixerunt, vt Menoc. conſ.663.n.36.cum ibi cit. lib.7.

ad num.27.adde bon.42.num.39.limita, vt floren.8. num.7.8.

Epit.ad 19. *Executionem ſententiarum contra tertium obſtante 30.annorum præſcriptione denegatam.*

Additio. Ad num.1.adde longa ſerie cit.per Cardin. Tuſc.lit.p.concl.547.num.1.& 2.& lit.e. concluſ. 494.num.4.

Sub eod.ad verſ.nec duximus.adde l.fin. C.de præſc. 30.& c.Ioan.Cop.de fructib.c.5.n.12.& 13.in trac. diu.vol.8.Card. Tuſc.concluſ. 547.numero 3.8. litt.d.

ad n.2.adde bon 40.punc.13.n.2.

ad nu.5. adeo quod etiam dato inſtrumento dubitetur de ſupplendi poteſtate per notarium. Neguſ. de pign.p.3.mem.1.n.24.& ſeqq.Card.Tuſ.lit.n. concl.85.n.37.& ſeqq. & poteſt eſſe perſonalis ſine hypothecaria fl.22.n.13.

ad fin.adde flor.23.num.3.

Ep.ad 20. *Fideicommiſſum prætenſum variè excluſum, quia prætendentes non vocati, quia caſus à teſtatore prouiſus non venit, quia non eſſet fauor agnationis, quia omnes coniecturæ allatæ pro maſculis ceſſarent, quia hæredes fuerunt anteceſſorum alienantium, quia alienatio facta in æris alieni teſtatoris extinctionem, & non obſtantibus aliis obiectis contra teſtes reos conuentos tertios poſſeſſores fuiſſe abſolutos.*

Additio. ad n.3.adde fl.10.n.5.flo.40.n.25.

ad n.7.adde luc.63.n.1.2.18.19.vbi declaratur.

ad num.13.adde luc.31.num.61.bon.40.punc.2. nu. 18.& ſeqq.

ad num.14.adde luc.60.num. 21.

ad n.15. de beneficio ex renunciatione, aut ex obitu adde March.dec.295.380.621.1098.num.2.180. ſub num.3 par.1.

Ad nu.17.26.27.adde bon.66. num.4.

ad num.18.adde Burſat.conſ.51.num.4.5.23.& ſub 34.& ſeqq. Caſanat.conſil 15.num.1.& ſeqq. Peregr.de fideic.art.29.n.35.36.

ad num.23.24.adde Surd.conſil.434.n.2.& ſeqq.niſi tamen concurrat al.qua alia coniectura.

ad nu.15.adde bon.66.num.12.& ſeqq.

Ad num.29.aliquas coniecturas ponit Surd.conſilio 336.num.3.4.

ad num.30 adde luc.1.num.36.florent.23.nu.4.flor. 56.ſub num.5.

ad n.39.adde flor.10.n.4.& ſeqq.

ad num.53.adde bon.66. num.35.

ad num.60.adde bon.36.n.3.bon.40.punc.11.nu.16. fallit,vt per Bec.conſ.12.n.77.& ſeqq. ſelect. bon. dec.28.n.48.dec.138.n.51.

Ad numero 66.adde lucen.56.numero 34.35.& ibi addit.

ad num.68.adde Farinac.int.crimin.dec.31.ſub n.6. tomo 1.

ad num.74.de ſtatutaria præſcriptione adde bono.6. flor 7.cum ibi additionibus & de præſcriptione fideicommiſſi Card.Tuſc.lit.ſ.concl.289. Gab. li.5. Com.concl.de præſcr.concl 13.maximè vbi nulla erat prohibitio alienationis per eoſd quæ hic nulla erat.& ad.1.add.in ſeqq.dec.

ad num 75.adde Tuſc.lit.f.concluſ.283.numero 17. & ſeqq.

Epit.ad 21. *Inueſtituram de rebus religionis Hieroſolomitanę ſine licentia magni Magiſtri,nec ſeruata forma breuis Apoſtolici per Commiſſarios, nullam non obſtante præſcriptione, & in conſanguineos ſuſpectam.*

Quod præcedere debeant tractatus, cauſæ cognitio, cum legitimo interuallo,non incontinenti,de euidentia vtilitatis,de confeſſione prælati, de ſolemnibus præſumendis,aut,non ex curſu temporis, &c.

Additio. Ad num.1.fortè ceſſante hoc priuilegio pręſcriptio obſtaſſet ad Surd.conſil.276.ſub n.15. & ſeqq. niſi ab initio nulla fuiſſet ex prohibitione alienatio,vt ibi.& ad princ.tit. De proh feud.alien. per Feder. latius ipſe in tract.reſol.feud.tit.de pręſcript.numero 40.& ſeqq. & ad Farinac.nouit.nouiſſ.deciſ.763.num.14. vbi nullam præſcriptionē currere cum mala fide,& ad Cardin.Tuſc.lit.f.concl.289.num.6.7.11.& ſeqq.& in add.ad num.74. in dec.anteced.

ad n.13.adde bon.38. per tot.

ad n.17.de interruptione per litis conteſtationem ad Cop cit.in add.1.ad dec.19.

ad n.23.adde flor.60.n.9.20.22.25.

ad num.27.adde flor 17.n.18.flor.36.n.24.& ſeqq.et ad dec.ſeq n.9.

Epit.ad 22. *In graduatione creditorum legatariam ex primo omnium teſtamento priore loco collocatā,abſq. tamen fructibus. In ſecundo eandem pro dotibus ſuis taxatis ex arbitrio, In tertio expenſas infirmitatis,et funerarias. & ſucceſſiuè alios, vt in dec.*

Additio. ad num.1.& ſeqq. de hypotheca pro legatis adde bon.40.princ.3. num.28 punc.10.nu.11. punc.13.n.5.

ad nu.9.adde dec.anteced.& ibi.add. nu.17.

ad n.14.adde Card.Tuſc.lit.d.concl.733.

ad n.15.16.adde in meo tract.de exec.in Veſt.cap.8. n.15.& c.9.nu.26.& ſeqq.

ad nu.17.adde Card.Tuſc.lit.ſ.concl.284.

ad num.22.adde ſelect.bon.dec.65.& noſt.lucen.31. bon.58.

ad num.28.adde Alber.in dictione ſuper verbo.de. & bon.71.num.46.

Epit.ad 23. *Teneri alterum obſeruare ſcripturam priuatam altero ad eius obſeruantiam agente,etiam non ſoluta gabella ob particulare pactum in ea appoſitum, & non obſtante etiam quadam ſententia inter ipſos contrahentes ab vna lata, contra officium gabellæ ab altera.*

Plura de obſeruantia conuentionum, & cogendi poteſtate ad eam.

De ſententia inter duos cōtra tertium an eoſdem afficiat, et de eius interpretatione de validitate,inualiditate, nullitate,reſciſſione,gabellis, &c.

Additio. ad num.4.5.adde flor.55.num.11.12.bon. 40.punct.2.

ad n.6.adde lucen.19.num.1.

ad num.7.adde luc.49.num.9.& ibi add.bon.60.numero 8.24.

ad n.11.12.adde bon 19.n.31.& ſeqq.

ad n.14.adde addit.n.20.ad luc 55.

ad n.30.quod Princeps non poſſit adde bon.38.n.13. & 17.& ibi add.

ad n.35.adde bon.71. num.13.

Epit.ad 24. *A pluribus partibus confinantem, & cui facta fuit ceſſio præferri in iure congrui alteri vicino, cui nec facta ceſſio,nec tot confinia, & vbi maius quoad eum viget periculum ſcandali, & rixarum.*

De confeſſione,pollicitatione,oblatione,iudicialibus,ſuppletione iure ſuperueniente, alienatione neceſſaria, ceſſione lite pendente,proteſtatione,notificatione,officio iudicis in diuiſione, & ſtatuto de iure congrui, etc.

Additio. ad materiam vltrà varios cit. in dec. adde ſelect.bon.dec.113.& ibi add.& dec.67.eod.Card. Tuſc.lit.i.concl.583.lit.ſ.concl.578.686.& ſeqq.

ad n.3.adde luc.21.n.12.& ſeqq.

ad num.7.& ſeqq.adde Caſt.conſ.166.in calce.lib.1. Card.Tuſc.d.concl.583.n.10.11.& alia de oblatione lite pendente bon.40.p.7.n.13.& p.11.n.12.

ad num.17 18.19.adde latè exornantem Hond.conſ. 81.n.18.& ſeqq.lib.1.luc.53.n.55.bon.40.p.4.n. 37.p.14.n.24.

ad num.21.& ſeqq.de receſſu à lite adde fl.3.n.8.bo. 20.n.11.b.18.n.10.& ſeqq.

ad nu.31.adde ad Alex.conſ.17.n.8.lib.2.vbi magis conſortem præferri.

ad nu.32.ita eſt in §.ſi autem.ſtat.bonon.de mod.& form.alien.vlt.bon lib.4.

Sub eod.ad verſ.accedebant adde in term.periculi à parte ſuperiori ad inferiorem Ang.Peruſ.conſilio 381.ſub n.2.videndum in propoſito.

ad n.44.adde Card.Tuſc.lit.ſ.cōcl.578.n.4.& de forma non ſeruata Tiraq.in l,tetr.gl.21.fin.n.11.

ad num.45.ſicut nec proteſtatio Card.Tuſc.lit.l.concl.380.num.18.

Epit.

Digitized by Google

Epitome ad 25. *Intentata petitione hereditatis virtute ceſſionis iuris redimendi, Nec cognito etiam prius vtrum competat huiuſmodi ius, nec oblato pretio, nec adimpleto ex parte actoris, abſoluti rei conuenti, qui redemerant, & tertij ab eis poſſeſſores.*

Additio. ad num.6.& ſeqq.adde dec. antec. num.7. & ſeqq.& add.ad eund.num 7.

ad num.5.adde Bolognet.conſ. 14. ſub num. 44. & ſeqq.in ſpecie:& ad flor.50.num.2.

ad num.6.& ſeqq.adde luc.61.num.9.luc.33. nu.50. luc 48.num.13.bon.38.num.12.bon.39. nu.32.

ad num.10.adde flor.39.num.10.& ſeqq. & ibi add. bon.40.punc.14.luc.25.num.91.& ſeqq.Vrſil. ad Affl dec.3 num.1.& 2.& latius ad dec.372.bene Affl.ipſe dec.60.num.3. & 4. & ibi Vrſil. numero 7.& 8.

Epitome ad 26. *Fiſcum fideiuſſoris hæredem non conueniendum, principali debitore prius non excuſſo.*

Additio. ad numero 4. adde Card.Tuſc.concl.264. lit.p.

ad num.5.adde rot.apud Farin.dec.291.& dec.176. num.3.& dec.508.num.3.par.2.tom.1.vbi eſſe onus reale penſiones, & ſuper fructibus impont.

Epitome ad 27. *Sententiam abſque citatione partis, non obſtante conſuetudine imo abuſu, in contrarium, nullam.*

Epitome ad 28. *Infantem factum maiorem poſſe retrahere alienata à patre.*

Additio. ad princ.adde de hac communi Chaſſan. conſ.23.ſub num.11. vbi ita fuiſſe ſepiſſimè iudicatum,& nu 12.13.Bolognet.conſ.14.ad num.46. Fallit, vt per Martianeſ.conſ.5.ſub nu.43.& ſeqq. num.49.& ſub num.63.

Infanti non poſſe notificari, Tiraq.in l.ret.§.1. glo.13. num.15.& ſeqq.& ad Bolognet.d.conſ.14. ſub n. 46. quatenus ait notificationem fieri, vt ſcientia inducatur, quæ non poteſt verificari in infante, nec exerceri in patre, cum ipſemet faciat, & quod facit ſciat.

ad num.4.aliquid in propoſito facit Martian.d.conſ. 5.ad num.32.ſub num.63.ad fin.num.48.in fi. numero 49.vbi eundem patrem non poſſe alienare, & eundem reuocare,& ad num.66.

ad num.24.adde flor.46.num.37 & ſeqq. & ad contraria reſpondeas, quod impoſſibilitas notificationis non debet in odium infantis retorqueri, nec operari, vt is in mora ita conſtituatur, quominus poſſit beneficio ſtatuti vti, ad Tiraq. in l. ret.§.1. glo.13. ſub num.17.Verſ.nec obſtat.& notificatio fit, vt noceat, vt in mora conſtituat, quæ ſi in infantem non cadit, nec nocumentum, nec mora cadēt quæ ſunt eius effectus, ſicuti nec ei currit præſcriptio, niſi à quo die fit maior Bolognet.d. conſil.14 num 46.

Epitome ad 29. *Ad portionem Titij fratris inſtituti à fratre pro vna tertia parte, vnà cum duobus filijs alterius fratris prædefuncti pro alijs duabus tertijs, admittendos filios Titij ex iure tranſmiſſionis, non dictos filios iure accreſcendi, nec filias ipſas teſtatoris ex iure caduci.*

De fideicommiſſi tranſmiſſione fauore agnationis, de caduci, iure, de iure accreſcendi, de coniunctione verbali, de orationis identitate, vel diuerſitate ex verbis regulata, &c.

Additio. ad num.29.adde flor.10.num.11.

ad num.36.& ſeqq.adde flor.46.num.7.9.10. & ibi addit.

ad num.42.adde flor.40.num.39.

ad num.53.de conſenſu partium ſequendo adde, flo. 8.num.10.& ibi add.flor.39.num. 9.flor. 29. ſub num.53.tex.in l.de qua re.74. §.1.ff. de Iudic.

Epitome ad 30. *Forum mercatorum incompetens pro recognitione ſcripturæ ex literarum comparatione.*

Additio. adde de pluribus requiſitis Surd. conſ.187 num.23.& ſeqq.Meno.conſ.199.num. 10.11.25 Farinac.in Fragm.lit.c.in verb.Comparatio.Card.Tuſc.lit.c.concl.483.

Epitome ad 31. *In cauſis Burghi Sancti Sepulchri forū mercatorum competens, non obſtantibus ſtatutis, de quibus hic, & quando ſtatutum Ciuitatis dominantis præferendum.*

Additio. ad num.1.adde glo.in ca.Statutum.in Ver. committatur,& in c.diſpendia.in verb.proceſſus, de reſcr.in 6.Gemin.in c.cum bonæ,de præb.in 6. Bal.in l.non dubium, ſub nu.28. verſ. iudic. C. de legibus,Capyc.dec.9.num.15.& ſeqq.

ad num.2.adde flor.46.num.fin.

ad num.5.adde, nunquam cenſeri excluſam curiam mercatorum, tāquam maiorem, vt ita iudicatum refert Card.Tuſc.lit.c.concl.556.num.15.in fin.

Epitome ad 32. *Conſules maris Piſarum incompetentes in cauſa Ciuis Florentini, maxime pro negotio Florentiæ geſto.*

Additio. ad nu.2.ratione confirmatur, quia eſt ſubſcriptio quæ vnit conſenſus Decian. reſp. 29. nu. 30.31.lib.2.Card.Tuſc.lit.ſ.concl.760.& ſeqq.fl. 35.num.20.

Vbi poſſit cōueniri obligatus ſoluere certo loco rot. gen.dec.104.105.

Epitome ad 33. *Tenutam quoad duos laicos confirmatam, quoad clericum infirmatam.*

Additio. adde Capyc.dec.173.& verius quam Affl. in dec.213.vt dixit ibi add.incip.ad iſtam deciſionem,& viden.etiam pro hoc add. Incip. Beneficiū competens. Vbi dicitur hanc eſſe veriorem deciſ. & ad Farinac.q.8.ſub num.151.ante verſ.ratio limitationis, & verſ. contrarium, & verſ. nec obſtant.

Infirmata fuit ſententia complectens etiam clericū, quia nulla contra clericum etiam quoad laicos, & ſic in totum Seraph.dec.957.per tot.Pa.1. Gram. conſ.ciu.124.num.12.& ſeqq. Affl.in conſtit. obſcuritatem ſub num.22.24.lib.2. ſo. 86. Vrſil. ad Affl.d.dec.213.in princ. Franc.dec.400. ſub nu.4. & ſeqq.& 7.par.2.

ad materiam adde Card.Tuſc.lit.d.concl. 435.num. 7.& ſeqq.& lit.c.concl.385.num.17.vltra præcit. & alios in dd. addit. ad Afflic. Ruman.conſ. 195. num.fin.

Epitome ad 34. *In caſu de quo hic non fuiſſet liberatum primum fideiuſſorem ex datione ſecundi, & ex liberatione à carceribus.*

Additio. ad num.2.adde bon.40.punct.8.lucenſ.48. num.32.& vtrobique.

ad num.4 & ſeqq.adde Tuſc.Card.Illuſtriſs.lit.f.cō-cl.317.num.37 & lit.n.concl.119.num.109. iit. & ſeqq.

ad num.7.adde d.concl.117.ſub num 41.& d.concluſ. 119. num.104.& 106.

Epitome ad 35. *Recognitam ſcriptam priuatam in foro mercatorum poſteriori publico inſtrumento non præferendam.*

Ceßante vero ſuſpicione antidatæ ſcripturam priuatam etiam non trino teſte notatam præferri poſſe.

Additio. ad materiam adde bon Select. dec. 65 72. vbi vide 80.& 118.ad flor.noſt. 56. & quid de lib. Select b.on.dec.37.num.20.

ad num.20.adde flor.32.num.2.& ibi add.

ad num.21.adde in tract.meo de executin veſtib.c.1 num.23.& ſeqq.

Epitome ad 36. *Caducitati eſſe locum, nec intrare ad eā euitandam compenſationes, nec alias cauſas. Ac multa tamen ad eam euitandam ſuadentia.*

Additio. ad num. 6. & in dubio pro non caducitate, Surd.conſ.86.num.21.22 lib.1.

ad num.7.verſ.imprimis adde flo. 58. num.2. Maſc. de probat.concl.251.Card.Tuſc.lit.e.concl.192.

ad num.13.adde bon. 9.per tot.

ad num.14. Contra Card.Tuſc.d lit.e.concl.192.num. 65. & ſeqq. Ideo adiecta ratio ſub num.15.& 16. in præſenti dec.

ad num 19.etiam ex defectu in ſolutione partis cadi-tur.d.concl.192.num.11.12.

ad num.23.adde ead.concl.192.num.54.

ad num.24.adde ead.concl.192.num.23.& ſeqq.Cor bu.de cau.priuat.ob non Sol.can.ampl.37. per tot. & ampl.38.vbi vide.

Epitome ad 37. *Non dici excedere capacitatem curiæ mercatorum, quod oculis corporis legitur; & ideo cō-petentem declaratam.*

Et quid verè dubium dicatur, & dici poſſit, etiam contradictione, vel infiteiatione non obſtante.

Additio. ad num.1.adde flor.46.num.86.87.

Epitome ad 38. *In materia cambii, vbi cadunt difficultates, curiam mercatorum incompetentem, & ibi de opinione Bart. contraria in hac materia opinioni Bal. & de literas acceptante, & non exigente, & de literis cambij remiſſiuè.*

Epitome ad 39. *Creditorem dotium maternarum, eundemque, & hæredem fructus fuiße lucratum, non obſtante mobilium exiſtentia, niſi earum petiiſſet reſtitutionem.*

Præſumptionemque allegandam, aut ex allegatis deducendam.

Remedia contraria, nec vigore clauſularum ſalutarium admittenda.

Additio. ad num.1.adde Mant de Coniect.Vlt.Vol. lib.7.tit.8.in addit.nouiſs.Incip Vnde de deductis ſub num.15.vbi de pluribus iudicatis,& doctrinis ad hoc.

ad num.1.& ſeqq adde bon.27.num.14.15.l.ſi adulterium cum inceſtu §.idem Pollinni. ff. de adult. Alciat.Reg.2.præſ.12.num.33,& præſ.21.num.2.

4.bec.conſ.70.num.16.Surd.conſ.149.num.8.

ad num.9.adde flor.8.num.10.& ibi add.

ad num.10.adde bon.40.punc.14.flor.29.num.10.lu. 25.num.91.& ſeqq.bon.27.num. 1. & ſeqq.vbi declaratur Vrſil.ad Affl.dec.23.83.& alibi, vt ibi.

Epitome ad 40. *Fideicommiſſum prætendentem aduerſus mulierem à grauato inſtitutam hæredem, excluſum, quia nec vocatus, nec comprehenſus ex prohibitione alienandi, nec ex ratione, quia voluit in caſu præſenti.*

Vbi plura an prohibitio realis, an perſonalis. An prohibita inſtitutio. An clauſula, quia voluit, &c. ampliet, an non, vt in caſu iſto, de verbo alienationis, de coniecturis ad inducendum reciprocum fideicommiſſum, An valeat argumentum grauati ſunt proximiores, ergo, & remotiores, &c.

Additio. ad num. 10.adde luc.48.num.7 8. luc.55. num.36.flor.11.num.31.flor.23.num.15.flor. 71 num.8.bon.54.num.48.& ſeqq.vbi declaratur.

ad numero 20. & ſeqq.adde flor.47.numero 43.& ſeqq.

ad num.39.adde flor.29.num.42.49.

ad numero 55.adde,& declara in alio caſu, vt bon. 66.num.21.& ſeqq.

Epitome ad 41. *Alienatio facta à fratre maiore, & adminiſtratore defenſa, ſeu quia eſſet de re exigua, ſeu ex ratificatione tacita fratrum ſubſecuta.*

Additio. ad n. 1. adde Surd.. conſ.3.& conſ.13.ad bon.46.

ad num.24. declara dummodo ex neceſſitate res exigua,& inutilis alienetur Alex. de Neuo conſil. 27. numero fin.

ad num.5.adde bon.45.num.9.ad bon.59.num.18. ſi ratificatio ſit valida ad Surd.d.conſ.3.

ad num.7.adde luc.25.num.87.luc.49.num.67.

Epitome ad 42. *Fornacem propè prædium viciniде-ſtruendum.*

Additio. adde ad materiam ædificati per emulationem Teſſau.dec.16.num.10.dec.41.num.10.Maſcard.de probat.concl.620.Card.Tuſc.lit.e.concl. 35.36.& 232.

ad num.1.adde l.altius.C.de ſer.l. fin. in princ.ff. eod. Hund.conſ.81.ſub num.17.18.lib.1.

ad num.3.Hond.ibid.ad num.4.& 20.

Epitome ad 43. *Laudum ſine compromiſſo nullum.*

Additio. adde citat.in add.ad luc.52.num.21.

Epitome ad 44. *Portionem filiæ, cui prædefunctæ ſucceſſit mater, ad matris poſtea decedentis, filium, & hæredem tanquam de bonis maternis pertinere.*

Additio. ad num.2.adde,& declara, ut luc. 64. numero 3.10.& ſeqq.

Epitome ad 45. *Solutum per filium, ei qui habeat cōuentionem cum patre, ne aliquid crederet, eidem filio reſtituendum, & conuentionem hanc ſeruandam.*

Additio. adde valde proximà, vt per Pileum in quæſtio.25.

ad numero 5.adde opus fuiſſe ſpeciali renunciatione ibid.Pil.

ad num.10.adde bon.64.num.10.& ſeqq.

ad numero 11 adde lucenſ.61.num.2.& ſeqq.

Epitome ad 46. *Maſculos remotiores, ſtante ſtatuto*

ſemi-

narum exclusiuo, non excludere fœminam sororem, ſeu aliam in pari gradu cum defuncto exiſtentem.

Plura de obſeruantia, de conſuetudine, quid hæc ſint, quo modo probentur, vel allegari poſſint quando, & quouſque, &c.

Additio. ad num.5 adde Soc.Sen.conſ.281.num.3 lib.2.Select.bon.dec.150.nu.88.& dec.ſeq.n.13.

ad num.7.& ſeqq.de oratione adde flor.29.num.36.37.Caſanat.conſ.53.num.55.& ſeqq.conſ.6.nu.24.conſ.47.num.70.89.

ad num.20.adde Select.bon dec.92.num.14.15.16.

ad num.32.& ſeqq.adde bon.40.punct.3. num.46.47.luc.33.num 9.10 & ibi add.

ad num.37.adde flor.28.num.34.

ad num.38.& ſeqq adde flor.ſeq.num.31.& ſeqq.

ad num.45.adde Select.bo.dec.140.in vlt.addit. vbi ad probandum conſuetudinem contra ſtatutũm.

ad num.47.& ſeqq.adde flo.ſeq n.37. & b.52.n.7.8.

ad nu.71.adde flor 71.num.3.4.16 & ibi limit.

ad num.78.& ſeqq.adde flor.ſeq.ſub nu.38.& ſeqq.

ad num.86.adde flor.37.num.12.

ad num 88 & ſeqq.adde flor.ſeq.num.28.& ſeqq.

ad num.91.adde flor.31.num.2.& ſeqq.

Epitome ad 47. *Eadem eſt ac in præced dec.*

Additio. ad num.1.adde Farinac.int.crim.dec.65.num.4.lib.2.

ad num.5.adde luc.49.num.9.& ibi add.

ad num.8.adde luc.2.num.10.11.& ibi add.

ad num.14.adde luc.67.num 21 & ſeqq.

ad num.37.adde bon.46.nu.47.& ſeqq.

ad num.43.adde flor.40.num.20.& ſeqq.

Reliqua in dec.anteced.

Epitome ad 48. *Nec quod plus petitum fuerit, nec de dolo, nec de alijs requiſitis conſtitiſſe, vnde deberet eſſe locus condemnationi expenſarum.*

Additio. ad materiam adde bon.11.num.91.bo.23 num.9.& ſeqq.& ibi add.Farin. int. crim. dec.80. lib.2.vbi etiam non data fraude expenſas eſſe debitas, nos ſumus in tuto ex fundamento in dec. nu. 3.& ſeqq.

Epitome ad 49. *Induciæ conceſſæ principali an proſint fideiuſſori, caſibus enucleatis, hac deciſione commonemur.*

Additio. ad materiam adde Marcheſ. de Commiſſ. ſuper dilato.& morato.Farinac.de carcer.q.29.n.20.& ſeqq.Card.Tuſc.lit.m.concl.383.Rebuff.de liter.dilator.ad ſeg.conſtit.tom.2.

Epito. ad 50. *In contractu emphyteotico vocatis maſculis, & fœminis, & fœminas admitti, Sed non ſimul cum maſculis, Sed poſt eos extinctos, non obſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo.*

Et ibi de verbis temporalitatem indicantibus, Quandiu & c. vſque, vſque ad vnum, Incluſiuè, Quouſque vixerint, ad tertiam generationem, ad vitam, ſunt, ſequuta morte redeat ad dominum directum, &c.

Et de propoſitione, & limitatione regulæ, ſemel excluſã, ſemper excluſam manere.

Additio. ad n.4.adde luc.65.per tot flor.12.num.1 & ibi add.

ad num. 5.adde luc.64.num.1.2.8.9.

ad n.8.adde Bero.conſ.93.94.95.lib.1.& Select.bo. dec.62.

ad num.3.adde flor.29.n.13.& flo.36.nu 3.& ſeqq.

Epitome ad 51. *Eaſdem fœminas maſculis extinctis admitti, etiam non hæredes primi, vel vltimi defuncti, cum neutrius eſſe poſſent.*

Additio. ad materiam adde flor.62.

ad nu.n.18.19.iunge infra num.56.57.

ad num.31.adde Ang.Peruſ.conſ.83.ſub num.1.col. 2.ad princ.ad punctum impoſſibilitatis.

ad nu.54.adde bon.44.nu.7.& bon.16.nu.9.10. vbi contra.Sed caſus noſter eſt de locatione ad longũ tempus, quæ dicitur alienatio, non de alia locatione, quæ fit per breue tempus, vt in contrarijs.

Epitome ad 52. *Nec obſtare eidem fœminæ rem iudicatam contra eam ſequutam, dum vellet vna cum maſculis admitti, quia nunc eſt alia cauſa, cum extinctis maſculis prætendat ſola ſuccedere.*

Adddition. ad nu.7.& ſeqq adde lu.21.n.33.& ſeqq. & ibi add.

Epit.ad 53. *Neptes non admiſſas in concurſu amitæ ad dictam emphyteoſim, ſed ſolam amitam, tanquam primo acquirenti proximiorem.*

Additio. ad num.4.adde flor.54.num.8.& ibi add. & ad infra hic, num.14.

ad num.32.ità quod ſit renouandum in alijs non vocatis ex æquitate ad Soc.iun.conſ.76.n.121.lib.1. Bero.conſ.67.n.51.li.1.Decian.reſp.58.n.52.li.2 Menn.conſ.391.n.39.li.4.conſ.400.ſub num.31. verſ.8. & nunc eod.lib.add.ad Select.bon.de.131.

Epit.ad 54. *Amitam admitti, etiã ſi fiat tranſitus de vna linea, ſcilicet maſculorum defunctorũ ſibi collateralium, in lineã ſ. ſuijpſius, quoad neptes nõ fieret.*

Additio. ad num.8.adde luc.64.num.38.luc.13.nu. 51.& ibi add.flor.53.num.4.& ſeqq.

Epit.ad 55. *Dictã mulierẽ admitti ad totã emphyteoſim ex iure ſucceſſionis, non reintegrationis, & de horum differentia.*

Additio. ad num.9 adde flor.60.num.16.

ad num.12.adde flor.23.ſub num.4.

Epi.ad 56. *Scripturæ priuatæ non recognitæ nullam rationem habendam, quid vltra mortem requiratur, vt dicatur recognita.*

Additio. ad hanc materiã adde fl.23.n.7.& ſeqq.fl. 2.n.29.fl.39.& de recognitione habentiũ notam manũ Select. bo.65.72.80.& 118.Card. Tuſ.lit.u. concl.50.maximè cum adminiculis admitti vota apud Farin.dec.303.par.1.tom.1.& dec.582.nu.8 tn.2.ead.par.1.& ſi à tertio ſcripta, & ſub ſcripta, dec.83.int.crim. lib.1. & de modo recognoſcendi adde addi.fin.ad luc.18.adde dec.Gen.52.ſub prin. ad fin.& num.1.vbi de habentibus notam manũ.

Epit.ad 57. *Obligatum ex ſtatuto ire ad molendinũ vnum, non poſſe diuertere ad aliud, pretio quamuis ſoluto, primo molendino debito.*

Additio. Quod precisè teneatur ad factũ, & cogi poſſit adde Abb.Io.And.Dec.& alios in c.ſignificanti de appellat.Clar.in §.Feudũ, q.30.Surd.conſ.154 in princ.nu.1.& 2.& ſub nu.45.verſ.Clarus verò. & conſ.313.nu.102.& 103.104.105.& conſ.321 ſub nu.22.Iaco. à S. Georg. in ſua inueſt. verſ. & cum molendinis, num.3. Boſſ.de regal.num.41.

ad

ad nu. 10. declara, vt luc. 67. num. 26. 27. 28. 34.

ad n. 11. regulariter nemo cogitur ad factum preciſè dec. in l. pactũ, quod dotali, n. 10. C. de pact. Gram. dec. 105. in fi. Meno. conſ. 92. n. 21. 22. Sed hoc nõ procedit, qñ fieri poteſt, vt res tradi, vt ibi. Men. n. 61. 62. 63. & vbi agitur de obſeruãtia ſtatuti, præcepti ſuperioris, aut legis ad nu. 12. & 24. & patet.

Epitome ad 58. *Soluto canone ante litem conteſtatam purgari moram, & euitari caducitatem.*

Additio. ad nu. 1. adde Alex. conſ. 71. nu. 2. lib. 7.

ad num. 2. adde flor. 36. num. 8.

ad n. 8. & 11. adde Card. Tuſ. lit. e. cõcl. 193. n. 27. & ſeqq. & n. 36. Clar. in §. emphyteoſis, q. 8. verſ. fin.

ad num. 9. adde dec. ſeq. num. 21.

Epitome ad 59. *Caducitatẽ euitari ex depoſitio ẽt nullis. Quia nõ eſſet, cui ſolueretur. Quia nõ fuiſſet declarata cõtra ipsã viuẽtẽ, qui incurrerat, ſed cõtra ſucceſſores. Quia ex inhibitione ſuperioris nõ fuiſſet ſolutus canon. Quia oblatio fuiſſet ſuperflua in recuſatiuo.*

Additio. ad n. 2. verſ. nec obſtare: & n. 17. Quando dicatur celeris ſatisfactio adde Anch. conſ. 420. ſub n. 5. in antiq & n. 10. in nou. Ca. T. li. e. cõcl. 193. n. 19

Epitome ad 60. *Inſtrumentum, etiam non repertum in protocollo, nec ſubſcriptum, nec conſtito, quod ille Notarius receperit probare in antiquis.*

Multò magis ſi adſit in eo decretũ, Item pro exiſtente in poſſeſſione, Itẽ ex taciturnitate, ſeu acquieſcẽtia adaer (ſarij.

Et in antiquis oĩa præſumi ſolenniter acta.

Additio. ad n. 15. adde in term. Bero. conſ. 84. n. 7. l. i

Epitome ad 61. *Probatam fuiſſe deſcendentiam, & onus eã probandi non eſſe eorũ, qui ſunt in poſſeſſione.*

Additio. ad materiam adde luc. 56.

Epitome ad 62. *Succeſſori in emphyteoſi eſſe hæredem primi, vel vltimi ſufficit, & ẽt nullius hæredem ſuccedere, ſi fuerit oĩb. ſucceſſorib. principaliter ſtipulatũ, putà cum clauſula Alterum alteri ſubſtituendo, &c.*

Additio. ad materiam adde flor. 51. nu. 30. & ſeqq.

ad num. 9. adde dec. ſeq. num. 16. 17.

ad num. 14. adde bon. 4. num. 13. 14. & ibi add.

Epitome ad 63. *Agnatam ſe docentem, licet non docentem ſe proximiorem, etiam nullam partem poſſidẽtem admitti ad emphyteoſim.*

De diuiſione, refutatione, renunciatione, euictione, iure accreſcendi in rebus emphyteoticis, &c.

Additio. ad num. 9. adde luc. 60. num. 8.

Epit. ad 64. *Forũ competens reddẽdis rationib. eſſe locũ domicilij, & multo magis vbi sũma petitur certa.*

Additio. ad num. 5. 6. 7. adde flor. 13. in fi. bon. 47. n. 16. Select. bon. dec. 124. dec. Gen. 112. vbi vide nouam pronunciam, & dec. 201. & plus in dec. 164. vbi nu. 22. 23. tenetur offerre ſummam certam, & liquidam, & ſi ſciubere, &c. vt ibi.

ad nu. 5. de duplici perſona in vna adde dec. ſeq. n. 13

ad nu. 8. ver. ſecundo dicebatur, nota per hanc rationem tolli omnem difficultatem in caſu iſto.

domino rei actio furti. & ad tit. de furt. aduer. naut.
6 † exemplo conductoris, qui furtum cõmittit, ſi alio
ducit, vel vtitur aliter re locata, quàm fuit intentio
locantis, ad not. in l. qui fundum. de condit. furt. l. ſi
vt certo, §. plenè. ff. cõmod. Magon. dec. 56. n. 1. &
2. inter Florentin. qui videtur caſus noſter, vbi cõ
ſtat patronum prędictum ad propriã vtilitatem, &
7 animo furandi merces, † prout furtum coniecturis
probatur, Farin. q. 2. n. 16. iter mutaſſe, & alio lõgè
illas euexiſſe, contra voluntatem DD. diſtraxiſſe,
& in proprios vſus conuertiſſe, id quod ex eo con-
ſtare dicebatur, quod nullibi repreſentauerit, nec
appareat, id feciſſe ad ſuggeſtionem, vel vtilitatem
8 alicuius tertij, † quia furtum in dubio cenſetur,
quando nauta res in naui immiſſas non reſtituit ex
d. tit. naut. caupon. & ſtabul. & d. tit. de furt. aduerſ.
naut. &c. & alijs locis mox citatis, num. 5. & 6.

Barattariã verò hic non verificari, dicebant in-
9 formantes pro DD. Aſſecuratoribus, † quia ea cõ-
mittatur, quando Magiſter Nauis non ipſe rapit,
ſeu intendit rapere pro ſe merces aſſecuratas, ſed
quando propter aliquod cõmodum, & vtilitatem
ſibi ab alio collatam, vel propter aliquod extrinſe-
cum ſuum intereſſe ſpem, & cõmoditatem, pręter
quam acquirendi pro ſe ipſo dd. merces, operatur
quod verus D. merces amittat, vel quod alij illas
acquirant, & contractent, vel quatenus dominus
nauis voluerit merces omnes habere pro derelictis
ita quod proprio nomine ad recuperationẽ partis
10 admitteretur, vt per Odd. in conſ. 31. n. 15. † Exẽ-
plo officialium cum aliquid à priuatis recipiunt, vt
faciant non facienda, vel facienda omittant, gl. in
l. 1. in ver. accepit, ad l. Iul. repetund. Amad. de Sin-
dic. n. 163. Pariſ. de Put. eod. tract. cap. de off Sin-
dic. §. ſindicãtur etiam officiales, n. 1. Farin q. 111.
11 n. 1. † vbi Baratariam Iudex cõmittit, qui corru-
12 ptus tulit ſenten. Baiard. ad Clar. q 73. n. 18 † Vbi
13 vocat Baratariam crimen corruptelę. † & ex pro-
feſſoribus linguæ Flor. Laudin. in com. ad 21. Can-
tum Inferni Dantis dicit notandũ, *che Barattaria
è vn vendimento ò cõperamento di quello, che per pro
prio offitio ſi deue fare ſenza prezzo, e vendeſi così la
giuſtitia come l'ingiuſtitia;* Alia V. apud Strac. gl. 31.

Alludente ad hæc omnia, vel ipſa ethymologia
14 vocabuli, † Baratatia enim à baratando dicitur,
(quod latinè idẽ eſt quod permutare) vnde nihil
aliud eſſe videtur barataria, quàm permutatio do
loſa, quaſi, *Baratto rio*, ita quod, vbi permutatio ali
qua nõ intercedat, Barattaria dici non poſſit, quare
in term. Baratatiæ Nauarrhi eſſe dicebatur, quod
habetur in l. 1. in princ. ff. ut naut. Caup. vbi conſi-
deratur, quod cum furibus colluſerit in perniciem
Domini, & de vtroque, ſ. de furto, & Barattaria, ad
Amad. de ſindic. n. 171. vbi alios citat, dum dicit,
pro furto iudicari Iudicem & officialem furantem
ab ordinario Iudice criminũ, & de Baratatia à ſin-
dicis in Sindicatu, & eſt demũ ſententia DD. Offi-
cialium ſub die 28. Martij 1584. vbi furtũ, & bara
taria diſtinguntur in hunc modum, ſ. furtum eſſe
quatenus partẽ mercium patronus pro ſe ipſo ha-
buit & arripuit, Baratatiã verò quatenus reliqua-
rum mercium ſubmerſionem procurauit, à qua in
terpretationa dicebatur, non eſſe recedendum ad
l. minime, & l. ſi de interpretatione, ff. de leg. & hoc
15 fuit primũ, & potiſſimum fundamentum DD. aſ-
ſecuratorũ; Accedebat, & ſecundum quod muta-
16 tio itineris Nauarrhi fuit volũtaria, † quo caſu aſ-
ſecuratores non tenentur, Lopez de contractibus,
li. 2. c. 1. verſ. pono etiã Marſil. deciſ. Sicil. 182 n. 30.
Rot. Ian. dec. 25. ſub n 6 & 7. Sãter. de aſſecur. p. 3.
n 30. 31. & ſeqq. Stracc. eod. tract. gl. 12. n. 3. & 4.

Addebatur tertium, quod nullæ productæ fue-
rint taſtimoniales caſus aduerſi, ſicut ex ſtatuto, di
cebatur, eſſe neceſſariũ pro forma, quare alias pro-
17 bationes allatas nõ poſſemus attendere, † quia ve
ritas non excuſat à forma l. 1. & 2. ff. de liber. & po-
ſthu. etiã ſi eſſet per alios modos probandi notoria
Socc. ſen. conſ. 33. ſub nu. 6. vol. 1. cum ibid. citat.

Et quatenus res eſſet dubia, adducebatur quar-
18 to loco, † quod, vbi eſſemus in dubiu, adhuc eſſet
pro aſſecuratoribus pronunciandum iuxt. Valaſc.
in term. conſult. 64. num. 11.

Verum pro Domino aſſecurato infraſcripta fa-
ciebant, quibus moti fuerunt Domini.

Primùm vim fecerunt in pacto claro ſcriptę, quo
Domini aſſecuratores faciunt aſſecurationem pro
mercibus prædictis, *Fino à che ſaranno ſcariche in
terra à ſaluamento in Liuorno*. Qui caſus nunquam
venit, quia nauis nunquam portum Liburni appli-
cuit, neq; merces prędictæ fuerunt ibi vnquã exo-
19 neratę. † quare aſſecuratio viget adhuc, & tenen-
tur aſſecuratores, nõ ſolum ex vi d. pacti iux. Strac.
20 de aſſecurat. gl. 13. n. 1. & 2. † per quod res eſt clara,
vbi nõ eſt opus coniecturis l. continuus, §. cũ ita de
verb.

Digitized by Google

21 verb. obl. † ſed etiã ex diſpoſitione iuris quæ obli
gat etiã ſine pacto, l. 1. & l. vlt. C. de naut. fęnore l. fę
nerator. ff. eo. tit. Saurer. de aſſecur. p. 3. n. 38. & 53.

Secundum DD. aſſecuratores ex multiplici ca-
22 pite teneri dicebantur. † Ex capite fugæ iuxt. in
23 term. Sauter. de aſſecurat. par. 3. num. 68. † quæ
non poteſt negari in caſu noſtro, eo ipſo, quod na-
uarchus fugit cum Naui tali modo, vnde colligere
tur, ipſum non eſſe reuerſurum vt ſe à Domino ce
latet l. quis ſit fugitiuus. 17. ff. de edilit. edict. cum
alijs citat. per Maſcar. de probat. concl. 819. nu. 23.
& ſeqq. & eo ipſo, quod fugeret ab offitio ſibi de-
mandato, ad ea quæ ibid. Maſcar. tradit, num. 35.
& ad concluſ. 821. per tot. & ad concl. 822.

24 † Ex capite mutationis itineris, ex quo teneri
aſſecuratores certum eſt, vt per Stracc. de aſſecu-
rat. gloſ. 14. num. 1. & ad tract. de naut. par. 3. nu. 6.
quæ mutatio non poteſt negari, nec etiam muta-
tionis prohibitio, quia reſultat clara ex ſcripta con
uentionis, dum conceditur nauigatio ad dextram,
25 & ad ſiniſtram, † quæ verba hunc habent intelle-
ctum, vt tantum diuerti poſſit iter, quantum inſer
uiat faciliori, & tutiori nauigationi, pro deuenien-
do ad portum deſtinatum ſecundum artem, & pe-
ritiam nauigandi, vt ait ibid. Stracc. d. gloſ. 14. ſub
princ. & num. 3. non autem, vt in totum diuerta-
tur ab incepto, & deſtinato itinere, prout fuit præ-
ſens nauigatio, verſus Roccellam omnino contra-
ria, & per longiſſimum curſum diuerſa à portu Li
burni, quo caſu intrat mutatio itineris, vt interpre
tatur Stracca in gloſ. 14. per tot. de aſſecurat.

26 † Ex capite Robarię, quia abire cum naui arma-
ta cum ſexdecim, vel decem, & ſeptem tormentis
maioribus, quæ vulgò artegliarias vocant, vltra
alia arma, delere inſignia, & picturas eiuſdem na-
uis ſolitas, aggredi, & inſequi alios nauigantes, mi-
nari, percutere, & cætera id genus nihil eſt, quam
robariam committere, quæ proprię fit cum armis,
& ab eo, qui reſiſtere ſit paratus, vt pulchrè per
Plot. in l. ſi quando, §. 43. num. 4. 5. & 6. de in lit. iu-
27 ran. † prout ex prædictis arguitur, talem eſſe ani-
mum reſiſtendi, ſi opus fuiſſet, ad Crauett. con-
ſil. 988. num. 18. & ad Stracc. dicta gloſ. 31. num. 5.
28 † Vbi dolum, & barattariam, ait, probari inditijs,
& coniecturis, vltrà Farinac. ſupra citat. num. 7.

Ex capite Baratariæ, ad quam tenentur DD. aſ-
ſecuratores expreſsè per dictam ſcriptam, ibi etiã
29 *Barattaria di patrone*, † quæ quidem multipliciter
infertur in hoc patrono: primo ex fuga, quia, & in
fuga latet Barataria, Stracc. d. gloſ. 31. ſub num. 14.
dum vult, aſſecuratores teneri de fuga, dummodo
barattaria non ſit excepta, ex quo datur intelligi
quod barataria comprehendat fugam, quatenus
excluſa barataria, fuga etiam ceoſetur excluſa per
30 regulam † quod à quo remouetur genus remoue-
tur, & quælibet eius ſpecies l. fundi, §. final. ff. de
fund. Inſtruct. l. ſancimus, vbi Batt. C. de vſur. rei
Iud. Din. in cap. mora de regul. iur. in 6. Peregr. de
priu. iuram. priu. 22. num. 33.

31 † Ex deſtinatione (niſi fuiſſet impeditus per fi-
ſcum Roccellæ) res, & merces ad Barbaros expor-
32 tandi, vt in term. Stracc. d. gloſ. 31. nu. 1. 2. † quæ
deſtinatio ſufficit, licet effectum non habuerit, cũ
per patronum non ſteterit l. Iure ciuili. ff. de regul.
33 iur. † Maximè, quia actus iſte erat proximus facto,
vnde habetur per conſumato, vt per pulchrè Grã-
mat. voto 9. n. 9. in fin. & in term. eſt l. 3. §. & qui vo
lens, ff. de re milit. vbi repertus in fuga, & appreheñ-
ſus capite punitur, ac ſi ad hoſtes aufugiſſet, plura
Rip. in tract. de peſte, cap. 5. num. 71. iuncto nu. 75.
76. & ad not. infra Marſ. ſingul. 638. vbi in debito-
re, & alijs præparantibus fugere.

Item infertur ex dicto teſtis examinati in loco
Roccellæ, in illis verbis per eum depoſitis, *Non ci
eſſendo neſſuna apparenza, che la detta naue ſia ſtata
affrontata da altri, che da amici loro, con i quali han-
no volſuto far le parti intra di loro come amici*. Nam
34 † in huiuſmodi tecnis imposturis, vel colluſionib.
cadere baratariam, conſtat ex eod. Stracc. d. gloſ. 31.
num. 2. in princ. & verſ. rurſus finge.

35 † Demum verò ex capite culpæ caſum præce-
dentis teneri, dicebantur, quatenus Magiſter Na-
uis recta nauigatione contempta, incidit in manus
fiſci Roccellæ, vnde rerum iactura facta eſt, & ne
Nauis deuenerit Liburnum, locum deſtinatum, im
pedimentum, diſaſtrũ, & periculum ſuborta ſunt,
ita quod intrent, & verba eiuſdem ſcriptæ, ibi, *il
diſaſtro, impedimento, riſico*, &c. Ad quæ teneri vo-
36 luerũt Domini Aſſecuratores, † & de quib. ſtrach.
gloſ. 16. 17. 25. 27. in fin. Vltra alia verba, *periculo,
& caſo ſiniſtro*, ad Santer. p. 4. ſub n. 3. & 7. & ſtrac.
37 gloſ. 15. ſub n. 2. & d. gl. 31. ſub n. 4. † quibus ſe ipſos
38 obligarũt ad omne dãnum Santer. d. p. 4. n. 13. † &
tenentur etiã actione oneris auerſi, Caſtr. in l. in na
ue Saufeii, n. 6. ff. locat. Santer. de aſſecurat. par. 3.
n. 9. Strach. gloſ. 37. nu. 4. Vbi vide de hac actioñe.

Ex quibus ius ſtare pro Domino aſſecurato, &
quidem clarè, & indubitanter tentum eſt, non ob-
ſtantibus exaduersò allegatis.

Nam ad primum, quod Barataria, & furtum ſtri
ctè, & propriè accipienda ſint, & pro diuerſis habẽ-
da in d. apoca, conceditur, quod verò ſimus in caſu
furti non autẽ Baratariæ negatur, & meritò quidẽ,
quia in terminis allatæ ſunt ſupra Doctrinæ maxi-
39 mè ex Stracca, † cui hanc materiã ex profeſsò tra-
ctanti credendum eſt, maximè cum nõ habeat hac
in re cõtradictorem, nec extet circa hoc lex aliqua
expreſſa, ad Corraſ. de Cõmun. opin. tit. 2. n. 5. tit. 5.
num. 43. cum ſeqq. & tit. 7. nu. 13. & tit. 8. nu. 24.

40 † Dicere autem quod Barataria verificetur in eo
caſu tantum, prout deſcribitur ex intentione par-
tis ſup. verſ. Baratariam, n. 9. & ſeqq. eſt hanc vocẽ
nimis reſtringere, & caſus ſupraſcriptos, in quibus
Baratariam dari, probauimus, ex Doctrinis in ter-
minis deſtruere, quod nequaquã ferendum eſt, &
ceſſant argumenta, vbi ſunt Doctrinæ in terminis.

41 † Non obſtat quòd Barataria dicatur quaſi *Ba-
rattorio*, nam cum ex prædictis intelligatur, quid
hac voce in hac materia contineatur, minus labo-
randum eſt de nomine, vt ait in topicis Mar. Tull.
& probatur ex l. 2. verſ. ſed vt ſubtilitati, & ibi gloſ.
in verb. vocabula, C. de conſtit. pecun.

Digitized by Google

42 † Sed, vt ſubtilitati eorum ſatisfiat, qui non ſen
ſum, ſed vana nominum vocabula amplecti deſide
rant, ſecundum Iuſtin. in d. verſ. ſed vt ſubtilitati.
Reſpondetur primò, in dicta ſcripta baratariam
de permutatione tantum intelligi non poſſe ex eo
euidenter colligi, quod excipiuntur duo caſus ibi
in illis verbis, *Saluo di Stiua, & Dogane*, quæ frau-
dum genera in permutatione non conſiſtunt, &
43 † certum eſt, quod exceptio declarat regulá, quia
exceptio eſt de regula, & de genere regulæ, vt de-
clarant DD. præſertim Dec. & Cagn. in l. 1 ff. de re
gul. iur. num. 32. vulg. l. nam quod liquidæ, ff. de pę-
nu legat §. fin.

† Secundò Baratatia in Aetruria continet nō ſo
44 lum permutarionem doloſam, ſed quamcunque
impoſturam ob turpem quæſtum, ex qua is deci-
piatur, qui fidem ſequutus eſt decipientis; quare
Academici Florentini in eorum vocabulario Bara-
tariam non aliter latinè dixerunt, quàm deceptio-
nem, fraudem, impoſturam, prout. & antiquiores
baratariam pro impoſtura acceperunt, vt patet ex
Boccatio in epiſt. conſolatoria ad D. Pinum de Ru-
beis, ibi, *Scipione Affricano trouò in Roma chi l'ac-
cusò di Barattaria*, An vnquam quis legerit Aphri-
canum aliquo doloſæ permutationis crimine fuiſſe
45 incuſatum? † Bene quidem legimus apud Liuium
lib. 8. Decad. 4. quod Trib. Pleb pub. Scipionem ſu
ſpicionibus magis quam argumétis pecuniæ captæ
reum acculaſunt, & clarius apud Plutarch. in vita
ipſius Scipionis his verbis, duo Trib. Pleb. Portij
Catonis, vt quidam ſuſpicantur, opera concitari
diem pub. Aphricano dicunt, & pecuniæ ab Antio
cho rege acceptæ, & non in publicum relatæ eum
inſimulant, hoc verò crimen baratariam vocauit
Boccatius, in quo nulla permutationis veſtigia con
ſiderati poſſunt, quapropter cum nulli magis cre-
datur, quàm iudicibus, quibus, ſcilicet Reſpublica
46 iuſtitiam ipſam committit cuſtodiendam, † ideo
Barataria de illis maximè Iudicib. dicitur, quia pe
cuniæ cauſa iuſtitiam peſſundederint Anchar. con
ſil. 271. num. 4. ſic pariter cum in mercibus traij-
ciendis fidem nautarum ſequamur, ſi illi, vel cum
piratis conuenerint, vel naufragium doloſè procu-
rauerint, vel quid aliud ſimile contra fidem admi-
ſerint, Barataria dicitur, vt reſultat ex ſupra cita-
tis, num. 29. & ſeqq.

Tertiò Reſpondetur, furtum eſſe nullo pacto
47 poſſe, † quia quæ hùc cadunt, & verificantur de-
licta, maiora ſunt ipſo furto, vel ſanè principalia,
quo caſu furtum non eſt in conſideratione, ſed il-
la delicta maiora, quia minora delicta confundun-
tur cum maiori, ita quod ſolum maius delictū pu-
niatur, vt colligitur ex gloſ. in l. qui de crimine in
verbo plurima, C. de accuſat. quam ſequuntur om
nes Scrib. vt dicit Marſil. in l. ſi in rixa, num. 15. ff.
de Sicar. refert, & ſequitur Clar. in §. fin. h. 5. q. 84.
verſ. alius eſt caſus.

Quod autem delicta maiora verificentur proba
48 tur ex eo, † quod furtum triplex eſſe dicitur im-
probum, quod eſt ſimplex furtū, improbius, quod
eſt expilatæ hæreditatis, improbiſſimum, quod eſt
49 robaria, † quare robaria eſt attendenda cū etiam
illud verum ſit, quod pęna impoſita pro robaria
non habet locum in furto, vt bene de his per Plo-
rum in l. ſi quando, §. 43. n. 4. 5. 6. 7. de in lit. iuran.

50 † Eadem ratione furtum à Barataria confundi-
tur, & ſuffocatur, quia barataria dicitur crimen
51 enorme, † adeo quod etiam pęna læſę Maieſtatis
pro ea aliquando inſeratur, & ad inſtar criminis
eiuſdem procedatur, vt ait Gigas in tract. de crim.
lęſ. Maieſtatis, lib. 3. Rub. de prodition. q. 2. Carpá.
52 ad ſtat. Mediol. lib 2. cap. 40. nu. 21. & † etiam pu-
niatur ſicut falſitas Strac. de aſſecurat. d. glo. 31. ſub
princ. addentes ad Paul de Caſtr. in conſ. 9. in litte-
53 ra, C. vbi alij multi referuntur, par. 3 † quod non
eſt in furto Bald. conſ. 21. num. 6. lib. 5.

54 † Amplius furtum à fuga mutatione itineris, &
à culpa patroni abſorberi neceſſariò reſultat ex eo,
55 † quia hæc ipſa ſtatim ipſo facto conſumantur, an-
tequam furtum in rerum naturam deducatur ad
l. apud Aufidium 20. ff. de opt. legat. Tiraquell. in
l boues. §. hoc ſermone, num. 15. & 16. & limit. 1.
num. 29. 31. & 37. ff. de verb. ſignif. Immo plerun-
que euenit, vt nec furtum fieri poſſit, vt in caſu no-
ſtro, dum capta naui per fiſcum Roccellæ illud cō-
56 mitti non potuit, † nō ergò quod acceſſoriè venit,
aut venire poteſt attenditur, ſed principale prædo-
minans cap. acceſſorium. de regul. iur. in 6. l. præ-
dijs, in princ. de leg. 3. Afflict. deciſ. 35. in fin. Con-
57 rard. de moment. poſſ. limit. 1. num. 31. Nec ex fu-
ga ipſa cum naui ſtatim furtum reſultat, quia na-
58 uis eſt ipſius Domini, † furtum autem rei proprię
non conſiſtit l. 1. §. furtum l. falſus 43. §. qui alienū,
ff. de furt. Mſing. Inſtit. de oblig quæ ex delicto na-
ſcun. in princ. num. 6. Vnde furtum abſolutè com-
59 miſſum dici non poteſt. † quia ſermo indefinitus,
vel vniuerſalis in vno falſus, in omnibus redditur
falſus, vt in deciſ. Luc. 2. num. 50. quod reſultat eſt
violatio fidei, quod omnium aliorum vitiorum eſt
ſuffocatiuum, & principaliter conſideratur, iuxta
relata ſupra verſ. 3. Reſpondetur, num. 47. & ſeqq.
& ad Contard. d. limit. 2. num. 32.

60 † Vbi ergo verificabitur furtum? à ſufficiente
partium enumeratione, valido in iure argumento
Euerar. latè, in ſua Cent. leg. nullus alius remanet
poſt prædictos alius caſus, quam ſi cōſideretur na-
uis ſalua in genere, ſeu habita relatione ad termi-
num, à quo, ideſt à portu à quo diſceſſura erat, ſeu
ad terminum ad quem, ideſt ad portum in quo re-
61 manſura: † Vtrobiq; enim furtum conſumari po-
teſt, & vtrobique caſus furti dabitur, ſi hoc vel il-
lo portu, quid de naui furtiuè ſurripiatur; quod ſi
fiat, profectò hoc vitium nullam habet cum alio
communionem, quia nondum fuga, nondum ro-
baria, & nondum mutatio itineris, nec alia id ge-
nus vitia adhuc verificari potuerūt in portu à quo;
ſicut nec fugam vllam, nec robariam, nec mutatio
nem itineris, nec alia id genus ſupradicta vitia in-
tercidiſſe, aduentus ipſiuſmet Nauis, & Nauarchi
in portum ad quem ſatis ſuperque demonſtrant;
poſthæc quid aliud remanet niſi furtum ſi res defi-
ciat ex vitio? aut ſi non ex vitio quid aliud mane-
bit

Digitized by Google

bit quam caſus, aut aliud quidpiam, de quo in præ
62 ſentiarum non tractatur. † Quare concludendum
videtur, furtum non niſi ſalua naui in genere rectè
non poſſe conſiderari.
63 † Id quod ſecundo loco etiam ab ordine ſcriptu
ræ videtur colligi poſſe, declaratur enim ab eo intē
tio dubia l. hæredes, § fin. ff. ad Trebell. gloſ. in ver.
ſed argumentum contra ad l. 2. § ſi prius ff. de vul-
gar. & pupill. Atqui in ſcriptura aſſecurationis ſub
primo capite enumerantur caſus, qui inter nauigā-
dum contingunt, cum exceptione; *Saluo di ſtiua,
e di Dogana:* ſub alio verò capite, ibi, *Venendo poi
nouella di detto vaſſello ſenza leſione, o danno di det-
ti corpi, e noli detti aſſecurati debbano render à cia-
ſcuno quelli dinari haueſſero riceuuti:* Hucuſq. enim
nauis ſalua peruenit in portum, & etiam res ſalue,
ita quod precium exactum ſit reſtituendū: fac ve-
rò (eodem themate retento) quod peruenerint cū
læſione, quæ tamen læſio proueniat ex furto patro-
ni, an precium reſtituetur? dic quod ſic, quia ſu-
bijcitur exceptio ſtatim, ibi, *Dichiarando che gli
Aſſicuratori non ſono obligati ſe il patrone di detto
vaſſello furaſſe coſa alcuna.* Nota quatenus exce-
ptio ſubijcitur regulæ, & ideo dic eſſe de regula, &
de natura contentorum in regula iuxta not. in l. 1.
ff. de reg. iur. In regula verò quid aliud continetur,
quàm aduentus nauis ſaluis, &c. Vt mox dictum
eſt: Item nota verba *ſe furaſſe*, dubitatiua, & futu-
rum tempus reſpicientia ab eo tempore, quo aduē
tus, vel verum nuncium nauis ſaluis rebus, &c. ſu-
peruenit. Item nota quod in capite pertinente ad
medium terminum, ideſt dum fit nauigatio, poſita
fuit regula, ibi, *Poſſendo detto vaſſello*, &c. & huic
regulę fuit ſubiecta dicta exceptio, *ſaluo di ſtiua*, e
di Dogana; In capite verò pertinente ad extremū
nauigationis poſita fuit alia regula, ibi, *venendo poi
nouella*, &c. Et etiam huic regulæ fuit ſua exceptio
accommodata, de qua mox. in verſ. *Dichiarando:*
Ex hac autē diuerſitate dicta conſideratio videtur
magis ſplēdeſcere, Cur enim non fuiſſet poſita iſta
exceptio cum alia, ſi caſus furti potuiſſet dari in ca-
ſu dictæ primæ regulę. ſub qua prima exceptio fuit
collata; non fuit poſita, profectò hoc euidenter in-
dicat, quod ſingula in ſingulis ſuis præcisè termi-
nis ſint continenda, ad Crau. conſ. 214. num. 11. &
ſeqq. conſ. 293. ſub nu. 9. verſ. tertiò remrquetur,
& verſ. 4. etiam iuncto conſ. 194. num. 4. Menoch.
præſ. 110. ſub num. 40. lib. 4.
65 † Videtur etiam non parum facere proprietas
ſermonis, à qua non eſt recedendum. l. non aliter.
66 de leg. 3. † In voce, *Alcuna*, quæ latinè ſonat in ali
quid, & cuius proprietas eſt coarctare ſignificatio-
nem ad res aliquas in particulari Oldrad. conſ. 226
67 ſub num. 8. Theſ. deciſ. 224. num. 3. † & in mini-
mo verificari Odd. de reſtit. in integr. q. 4. num. 98.
68 † ſignificata autem eiuſmodi non videntur ei, qui
cum naui aufugit conuenire, arg. l. ſi ſeruum. 70.
§. prætor ait, ff. de aequir. hęred. & Caſtr. in l. in
naui Saufeli ſub num. 7. ff. loca. dum ſupponit, fur-
tum in rebus ſingularibus non cum naui. Nec dica
tur dictam vocem, etiam, totum poſſe referre ex
ba

69 Menoch. conſ. 327. num. 121. lib. 4. † quia eadem
vox ad ſubiectam materiam eſt regulanda Odd. d.
q. 4. num. 104. de reſtit. in int. ſubiecta autem ma-
teria hunc ſenſum non permittit, nam qui habet
nauim propriam, & cum ea fugit, ſaltem quoad
nauim non committit furtum, vt ſupra num. 58.
dictum eſt; quare termini totius intrare hic non
poſſe manifeſtum redditur.
70 † Hiſce verò accedat in quæſtione, an aliquid
fuerit furatum, in primis de corpore delicti conſta
71 re neceſſe eſſe Crau. conſ. 260. num. 1. & 2. † Id ve
rò inſpiciendi facultatem ſecum trahit ad l. is apud
quem. C. de eden. l. 2. 4. & tot. tit. ff. ad exhiben. &
etiam an res immiſſas in naui reſtituat Nauarchus
facto ipſo ex earum manifeſtatione, & actuali re-
miſſione dignoſcitur, nec verba ſufficiunt vbi fa-
ctis opus eſt deciſ. noſtra Bonon. 2. num. 7. 8 iunct.
ſupra num. 8. Hæc autem non niſi naui, & Nauar
chæ præſentibus verificari poſſunt.
72 † Vltrà quod defectus inter nauigandum habēt
naturam quid mixti ad ſupra nu. 22. & ſeqq. fur-
tum verò habet naturam ſimplicis ad ſupra, n. 60.
& ſeqq. de proprietate autem ſermonis eſt, vt ſim
plex non habeat locum in caſu mixto l. vim paſſam
§. præſcriptione. ff. de adult. Contard. de moment.
poſſeſs. lim. 2. ſub num. 34. & 41. Quare furtum in
ſimplici caſu dabimus, ideſt in portu ſalua naui in
genere, non in mixto, ideſt in caſibus alijs.
73 † Quartò ex ratione finali, quæ nulla alia conſi-
derari poteſt, quam quod aſſecuratus ſecurus om-
nino fiat, & indemnis contra omnia pericula, & cō
tra quæ, & quos nullum prorſus iuris, aut facti re-
medium ſibi ſupereſſet ad Strach. de aſſecurat. in
princ. nu. 46. & ad gloſ. 22. per tot. & ad Santern.
de aſſecurat. par. 1. in princ. & in gloſ. 3. in princ.
apud Strach. iunct. infra num. 77. 78. vſque ad 83.
74 † quæ ratio ceſſat in furto patroni, & verificatur
per aduentum eius in portum, quo caſu contra eū
agi, vel experiri poteſt ex diſpoſitione iuris, tot. tit.
naut. Caup. & Stabul. & tot. tit. de furt. aduer. naut.
75 Santer. par. 3. ſub num. 39 † vbi cum nauis eſt in
portu ſecuro, vel imputatur mercatorib. qui ſuas
merces exonerant per Scapham, ſi per aliquos ca-
piantur, vel agendum eſt contra magiſtrum, ſi ip-
ſe, ſine eorum voluntate, hoc fecit per l. 1. & 2. ff. ad
l. Rhod. de iact. § ſi nauis, & per l. item quæritur,
§. 1. Reſpon. 2. ff. locat.
76 † Quintò ex regula, quod quælibet diſpoſitio
ad caſum poſſibilem referenda eſt, ad l. Gallus, §. 1.
ff. de lib. & poſthum. Crauet. conſ. 982. num. 59. At
qui ante aduentum nauis, vel Nauarchi ex culpa,
impoſſibile eſt dari furtum ſimplex, vt iam proba-
tum eſt, ergo, &c.
77 † Sextò, ex alia regula quod verba ſunt referen
da ad caſum in quo maior prouidendi neceſſitas
verſatur, quia ad eum contrahentes videntur fina-
le animi iudicium contuliſſe Crauet. conſ. 25. nu-
mero 29. Menoch. conſ. 113. nu. 16. & conſ. 307.
num. 23. porrò, vt conſuleretur indemnitati aſſecu
rati in alijs caſib. neceſſitas ſuadebat, eo ipſo, quod
ſine aſſecuratione alicuius omnia periculo conſi-
guan-

Digitized by Google

79 gnantis ſubiacerent, † cum de caſu fortuito nemo
teneatur l.contractus verſ.animaliũ, ff. de reg.iur.
79 l.in rebus 18. ff. com mod. † niſi periculum ab ali-
quo ſuſcipiatur Strac.gloſ.15.per tot.& gloſ.ſeqq.
80 † & rem ſaluã fore promittatur, Strach.in princ.
d.tract. de aſſecur.num.47. & in d.gloſ.3.in princ.
81 † in furto neceſſitas non tam perſuadebat, ex quo
adeſſet Nauarchus cũ quo experiri poſſet, & ideo
ad hunc caſum Nauarchi, & nauis præſentis debet
82 referri exceptio, † quia omnis diſpoſitio intelligi-
tur de habilitate ad Crau.conſ.211. Surd.conſ.39.
83 num.13.14.15.cum ſimil. † & in aliquo ſaluari de
bet ad Crau.conſ.278.ſub num.2.verſ.7. Vbi cum
alijs latè cum ſuis declarationibus per me in tract.
de interpret. Inueſtitur. cap. 2. grad. vlt. obſer. vlt.
num. 3. & ſeqq.

Demum hæc interpretatio recipienda videtur,
84 vt minus onerentur contrahentes, † quia interpre
tatio in dubio ea facienda eſt, quę minus ſit onero-
85 ſa contrahentibus Surd.conſ.179.num.4. † vel mi
nus præiudicialis, vel vbi vtrique parti conſulitur
l.in adoptiuis, §.1.in fin.ff.de rit.nupt.& Surd.con
ſil.389 num.19.20. quæ omnia huc eadunt dum
minus per hoc præiudicatur Dominis aſſecurato-
ribus, & remanet exaduersò indemnitati aſſecura-
86 ti conſultum. † Item interpretatio facienda eſt, ne
diſpoſitio fiat eluſoria ad Caſtr. conſil.255. in fin.
lib.2. Crauet.conſil.603. num.6. Mantic.de tacit.
& ambig. lib.2.tit.12.num 20. quæ eluſio ſemper
caderet in hac ſpecie, quia aſſecuratores ſemper di
cturi eſſent, prout nunc fit per DD. Côuentos, fur-
tum eſſe, non aliud vitium, ad euitandam ſolutio-
nem, quod eſſet inconueniens l.inter ſtipulantem,
§.ſi Stichum primo de verb.oblig. Crau.conſ.269
ſub num.5. verſ.quinto Reſpondeo cum tamen ne
87 contingeret eluſio, † ac vt ſingula verba cenſean-
tur cum myſterio poſita, & cũ effectu aliquid ope-
randi iuxt.tex.in l.ſi quando 112.in princ.ff.de leg.
1. etiam in ſyllaba cap.ſolitæ, & ibi gloſ.in verb.tã-
quam, & Felyn.de maior.& obed. Onded.conſ.16.
num.29.30.lib.1. Duo in ſpecie hac videntur inſi-
88 gniter confirmare. † Primò, enumeratio tam exa
cta plurium caſuum iuncta clauſula vniuerſali, ibi,
& d'ogn'altro, &c. Et aduerbiũ ſemper enixã con
trahentium voluntatem oſtendũt ad ſingulorum
obſeruantiam maximè enitentem Alber. in conſil.
237.num.10. Strach. in term.gloſ 15. ſub num.9.
& ſeqq. & præſertim ſub num.13. & ſeqq. Secun-
dò tenor ipſe ſcriptæ adeo bene conceptus, vt non
mercatores ſimplices, ſed periti videãtur dictaſſe,
89 † ita vt, vel ipſi alienigenæ ad eam ſe regulare, ſe-
que ad eam referre in opportunis non fuerint dedi
gnati, vt conſtat ex Strach.gloſ.27.ſub num.5. ver
ſic.3.& gloſ.38. ſub princ. vnde non ſolum ſuper-
90 perfluitatis ſuſpicio omnis excludi poteſt, † ſed
etiam poſſit interpretatio ſecundum iura, & pro-
ut ſolent facere iuriſtæ, & nos ſupra fecimus, con-
uenienter applicari, ad trad. Alexan. in conſ 85.nu-
mero 15.16.lib.4.conſ.2.num.17. lib.1. Rodigin.
pract.quæſt.07.ſub num.13.ipſe in tract. de inter-
91 pret.inueſtit.grad.8.num.50. † Vt propterea cum
nullus alius, vt ex prædictis conſtat, poſſit intelligi
caſus comprehẽſus, quam prędictus, hic caſus dici
poſſit expreſſus, Crau.conſ.294. ſub num.3. con-
ſil.296. ſub num.2. & perinde, ac ſi ſpecialiter de
eo prouiſum fuiſſet Menoch.conſ.106.num.19.34.
161. & ſeqq. Surd.conſ.179. num.24. cum ſimil.

Et hæc de prima oppoſitione dicta ſufficiant, la
tius explicata magis ad eruendum verum intelle-
ctum dictæ ſcripturæ, propter conſequentiam, quam
vt neceſſe foret tantum inſiſtere, quoad pręſentẽ
cauſam precisè, neque enim in allegata ſententia
92 fundamentum aliquod fecimus, † quia exemplis
non eſſet iudicandum, Menoch.de præſumpt. q.t.
93 nu.14.& ſeqq. & ad tot.tit. res inter alios act. † ma
ximè cum ex prædictis ſuſtineri non poſſit in iure
ad Menoch.conſ.295.num.25.lib.3. & conſ.344.
num.fin.lib.4. Vbi reſpondet ad l minimè ff.de le
94 gibus, † & in fortioribus, vbi ſunt ſententię ſupre
morum tribunalium, qui nobis præſunt, & nõ eſſe
exempla iniuſta ſequenda, in conſ.486.ſub nu.25.
verſ.4.ad tem, & num.28.lib 5.

Ad ſecundum quo dicebatur, aſſecuratores nõ
teneri ex mutatione itineris, deſtruitur hoc dictũ
ex dictis ſupra verſ.ex capite mutationis, n.24.

Neque verò obſtant Lopez, & alij exaduersò ci
95 tati, † quia mutatio itineris poteſt fieri duplici
modo, vel in caſu permiſſo, vel in prohibito, in ca-
ſu permiſſo aſſecuratores non tenentur, & in his
terminis loquuntur Lopez, & alij, in contrarium
adducti; in caſu prohibito, qualis eſt noſter, proce-
dũt alia iura pro aſſecurato allata, quib. probatur,
ex mutatione itineris teneri aſſecuratores, vt vide
ri poteſt in fonte DD.citatorũ per vtranq. partem.
96 † Ad tertium reſpondetur, non apparere ex ſta-
tuto allegato, quod teſtimoniales ſint neceſſariæ
pro forma ad probandum caſum aduerſum, quo
caſu probatio per æquipollens intrare poteſt, vt pa
tet ex Bartol.& alijs in l.2.C.de inſtitut.& ſubſtit.
97 † Immo teſtimoniales ſunt neceſſariæ ipſi nauicu
lario ad ſuam defenſionem, docendo, quod caſus
ſiniſter euenerit ad Strac.gloſ.18.num.2.qui non
eſt caſus noſter, nec poteſt dari in ſpecie noſtra hu-
iuſmodi caſus propter fugam eiuſdẽ nauicularij,
98 ſicut nec daretur in caſu vbi nauis naufragiũ paſ-
ſa fuit, vnde recurritur ad coniecturas, & hæ ſuffi
ciunt arbitrio iudicantis, Strac.in gloſ.27.ſub nu-
mero 5. ſub verſ.3. & num.6.

Item Reſpondetur, quod conſtat de multiplici
99 culpa Nauarchi, vel ex côfeſſionibus partis, † quę
omne aliud genus probationis ſuperant, & ſemper
admittuntur, etiam vbi aliæ probationes non ad-
mitterentur, Marant.in pract. Iudic.par.6.artic.5.
num.23.& ſeqq. Surd.conſ.60.nu.1. & conſ.143.
100 nu.39. & eſt vulg.l.cum te, C.de tranſact. † Im-
mo varios eſſe modos probandi baratariam tradit
101 Strac.gloſ.31.num.5. † Demum, eſto, quod nil
legitimè fuiſſet probatum, certè nauim intra tem-
pus conuentum, ac ne vnquam poſtea aduenisse
certum eſt, id autem ſufficit pro victoria aſſecura-
ti, ſtante clauſula ſcriptæ, ibi, *E ſe intra ſei meſi non
ci foſſe vera nouella gl'accuſatori debbano pagare, etc.*

& ad

Digitized by Google

&ad Sirach. gloſ.30. per tot. vbi de dicta clauſù-
la in ſpecie.
102 † Et quatenus dictum fuit, in dubio pro aſſe
curatoribus pronunciandum; Reſpondetor, nos
non verſari in dubio, immo in claris, & ex prædi-
ctis conſtare ſatis euidenter intentionem D. aſſe-
curati melius fuiſſe fundatam, quo caſu, & ſi eſſe-
mus in dubio, quod negatur, pro eo eſſe pronun-
ciandum tenuit Rot. Ianuen. deciſ.63. ſub num.2.
pro quo etiam ſtabant binæ ſententiæ in hac eadē
cauſa nauis, Piſis prolatæ, vltra aliam ſententiam
103 ſub 18. Maij 1601. † quæ ſicut ſtatera faciũt prę
ponderare, & præualere iura D. aſſecurati, vnde
etiam per hoc in dubio pro eo pronunciandum,
iuxta Natt. conſ.474. num.9. conſil.991. num.47.
104 † prout id omne in arbitrio Iudicis poſitum eſt,
Onded. conſ.17. nu.64. & ſeqq. lib.1. Didac. pract.
quæſt. cap.13. ſub num.4. Oſaſc. conſ.15. num.11.
& ſeqq. & nos aliter iuridicè arbitrari non poſſe
105 putauimus, † quicquid DD. Mercatores collegę
inſuper additi aliter ſenſerint, quorum ſentētia re-
probata fuit, & noſtra comprobata per Excellen-
tiſs. DD. Siluium Spanocchium Auditorem Cla-
riſſimi Magiſtratus, Dominicum Gualandum Au
ditorem Sereniſs. M. Ducis, & Curiæ Mercatorũ
Officialem, necnon Clariſs. & Excellentiſs. D. Ni-
colaum Antellenſium meritiſſimos DD. meos, Iu
dices ſtante diſcordia inter nos, & DD. Mercato-
106 res delegatos, † quæ confirmata à Clariſs. Magi-
ſtratu tranſiuit in iudicatum, & exequutioni fuit
demandata.

Ex quibus, &c. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

De tactu remiſſiuè, & eius natura, num.1. & 9.
Solutio eſt quid facti, quæ non præſumitur niſi probetur, num.2.
Solutio probatur coniecturis, num.3.
Diligentia creditoris eſt coniectura prǫſumendæ ſolutionis, num.4.
Mercatores Florentini non ſinunt dormire pecunias ſuas, num.5.6.
Exitus acta probat, num.7.
Ex factis ipſis probatur diligentia, num.8.
Quicquid eſt contra finem intentum, non præſumitur ſub eodem.
Præſumptio ſolutionis reſultat contra eum, qui diù tacuit, num.10.
Maximè quando tempus excedit decennium, num.11.
Et quando creditor, & debitor ſunt in eadem Ciuitate, num.12.
Et quando creditor mortuo debitore tacet, num.13.
In omni materia veriſimile attenditur, num.14.
Nemo præſumitur velle iactare ſuum, num.15.
Ratio reddita, in qua creditum non ſit relatum inter alia facit præſumi ſolutionem, num.16.
Confeſſio contra tertium probat, quando eſt veriſimilis, & coniecturis nititur, num.17.
Fidei ſingulari poteſt aliquando dari aliqua fides, et quando, num.18.19.
Ad matrem, ſi ſit tutrix, ſpectat exigere credita filiorum, num.20.
Mulierum genus eſt auariſſimum, num.21.
Diligens in vno in reliquis diligens præſumitur, numero 22.
Si creditor ab alijs ſuis creditoribus moleſtabatur, & moleſtia ceſſauit præſumitur ceſſaſſe ex ſolutione ſibi facta à ſuo creditore, cum qua creditores ſuos æquieuit, num.23.
Ex vicinitate identitas pecuniarum præſumitur, numero 24.
Quando adeſt cauſa vtendi diligentia ſolutio præſumitur ſub eod.
Ex poſtea cognoſcitur, quid fuerit antea geſtum, & præcedentia ex ſubſequutis declarantur, num.25.
Quando debitor eſt diues præſumitur, quod ſoluerit, numero 26.
Et quando in articulo mortis notauit alia debita, & non iſtud ſub eo. & ſeqq.
Nemo præſumitur immemor ſalutis æternę, num.27.
Quando debitor deceſſit, & creditor tacuit, præſumitur ſolutio, num.28.
Pro defuncto ſemper præſumitur, num.29.
Scripturis defuncti magis creditur, num.30.
Mors habet vim iuramenti, num.31.
Mors auget fidem defuncti, num.32.
Teſtibus mortuis non repetitis creditur, num.33.
Coniectura eſt pro debitore, quando non potuit habere ſcripturas paternas ad faciendum fidem de ſolutione, num.34.
Iuramentum debitoris, ſe vidiße inter ſcripturas paternas quietationem operatur ad præſumendum ſolutionem, num.35.
Argumentum à communiter accidentibus validum, numero 36.
Maximè in materia coniecturarum, aut præſumptionum, num.37.
Verum præſumitur, quod frequenter, & generaliter fit, num.38.
In dubio, an ſolutio facta ſit pro reo eſt pronunciandum, num.39.
Materia ludi eſt odioſa, num.40.
Ludus à Maſchio, o Femina, *fuit prohibitus lege Sereniſs. num.41.*
Semper nocuit differre paratis, & alia contra differenter, & tardantes, num.42.

D E C I S I O II.

IAm de anno 1574. ex ludo tunc valde ſolito,
quem vocant *à Maſchio, & à Femina*, ſponſio-
num eſt ludus; q. D. Nicolaus del Viuaio locratos
fuerat varias ſummas pecuniarum, quondam do-
mino Franciſco Alexandrino, ad quas pariter fuit
idem debitor condemnatus, & fuerat contra eum
1 proceſſum vſque ad tactum incluſiuè, † de quo,
ſcilicet tactu, eſt apud Dec. in term. ſtatuti Floren-
tini in conſ.73. quod dictum volui pro minus in-
formatis de huiuſmodi voce. Mortuis omnibus
principalibus creditore, & debitore luſoribus, &
repertis per filios q. Nicolai creditoris dictis con-
demna-

demnationibus, ipſi notificaretur D. Andreæ Alexandrino filio d.q. Franciſci debitoris, quod ſolueret omne debitum ſupradictum, præueniendo primò ad grauamentum prohibitis decem, tantum deinde ad tactum pro Florent. 500. Cauſa verò ex reſcripto S.C.S. nobis delegata, cenſuimus, dictũ dictum D. Andream fore, & eſſe abſoluendum.

Tamerſi enim poſt dictam ſententiam condemnatoriam q. Franciſci principalis debitoris, & poſt dictum tactum, nõ appareret de ſolutione per pro-
2 bationes concludẽtes, † & ſolutio eſſet quid facti, quę non præſumitur, niſi probetur l. quingenta aliàs quinquaginta. 12. ff de probat. Menoch. præſ. 135. in princ. lib. 1. Surd. deciſ. 105. num. 9.

Viſum tamen, tot, tantaſque coniecturas in pręſenti caſu intercurriſſe, quæ ſufficerent ad dictam
3 ſolutionem veriſimiliter credendam, † nam, & cõiecturis probari ſolutiones tradit gloſ. final. in l. ſi Chirographum 24. ff de probat. Menoch. d. præſ. 135. per tot, vbi plures recenſet, Bertaz. conſ. 118. in princ. lib. 1. Surd. deciſ. 105. num. 10. & alij infra in hac deciſ. per tot.

4 † Prima ſe offerebat coniectura, diligentia creditoris, inter reliquas annumerata à Doctor. Rim. iun. conſ. 407. num. 13. vol 4. Bertaz. d. conſil. 118. num. 14. Surd. deciſ. 105. num. 2. quæ in hoc creditore apparuit nobis multipliciter; Primò ex teſtibus, qui depoſuerunt D. Nicolaum ſolitum fuiſſe eſſe diligentem in exigendis ſibi debitis, Secundò
5 eo ipſo quod eſſet mercator Florentinus, † de mercatoribus enim Florentinis legitur, quod non ſinunt eorum partitas dormire Socc. conſ. 87. n. 12.
6 lib. 1. Strac. de mercat. par. 2. num. 14. † quo argumento ad præſumendam ſolutionẽ in puncto vtitur Pariſ. in conſ. 137. n. 14. lib. 4. Tertiò, ex factis ſubſequutis in hac ipſa re in indiuiduo, dum paucos poſt dies poſt verificatos caſus ſponſionum, ſtatim ad dicta, & ſententiam, & tactum fulminauit,
7 † exitus enim acta probat Decian. conſ. 124 nu 3. lib. 3. Crau. conſ. 459. num. 21. Alb. conſ. 62. nu. 4.
8 lib. 1. † & ex factis ipſis præcipuè probatur diligentia, & in eis eluceſcit, ad not. Maſcar. de probationibus, concl. 518. & concl. 1088. Nec eſt veriſimile, quod in tanto ardore ſtatim pedem retulerit, quia quicquid ſapit contra finem intentum, non eſt præſumendum, l. ſi non ſint, §. perueniamus, ff. de aur. & argen leg. l. non ad ea, ff. de condit. & demonſtrat. l. non omnis, ff. ſi cert. petatur, Crauet. in l. in quartam, ſub num. 85. verſ. ſed obſtare, ff. ad l.
9 Falc. † & præſertim hoc datur intelligi ex natura tactus, quia executio facta per tactum cenſetur valdè repentina, ita quod niſi intra tempus quoddam exiguum ſoluatur, ſtatim poſſit capi perſona, ſi nulla fuerit facta contradictio, de contradictione autẽ, aut de executione aliqua ſucceſſiua poſt tactũ reali, vel perſonali non apparuit: Immo additur etiã ſilentium 17. annorum, & circiter dicti Nicolai adhuc pro tanto tempore viuentis poſt debitum factum, & ſententiam ſequutam cum tactu prædi-
10 cto; † reſultat enim præſumptio ſolutionis contra creditorem, qui tandiu tacuit Crau. conſ. 148. n. 12. Curtia. conſil. 277. col. 3. lib. 4. Alexand. conſ. 181. num. 17. lib. 6. & conſ. 115. num. 4. lib. 7. Simon. de Pręt. conſ. 68. num. 2. 3. Bertaz. conſil. 118. num. 6.
11 Ceph. conſ. 240. num. 9. † maximè, quia dictum tempus excedit decennium, ad Surd. d. deciſ. 105.
12 num. 4. † & ambo creditor, & debitor in eadem Ciuitate ſemper fuerunt, Pariſ. conſ. 137. num. 12.
13 lib. 4. Alex. d. conſ. 115. num. 4. lib. 7. † & creditor etiam mortuo d. Franciſco debitore tacuit, Bertaz. d. conſ. 118. num. 12. lib. 1. ex Socc. conſ. 89. nu. 5. col. fin. lib. 3. Rim. iun. conſ. 407. nu. 14. & Menoc. in conſil. 121. num. 98. An tandiu diſtuliſſet? mirè mè? facit elegans in hanc rem locus in oratione pro P. Quintio, & refert Menoch. in ſpecie in præſ. 91. ſub num. 7. lib. 1.

Item, conſtabat quod dictus creditor de anno 1583. & ſic poſt dictum lucrum ex ludo, ut dicto, vendidit quædã ſua bona ſtabilia, & in anno 1588. cępit ſub depoſito ad rationem ſeptem pro ſingulo centenario florenos mille, veriſimiliter non facturus ſi fuiſſet ei integrum exigere dictam ſum-
14 mam Flor. 500. ex dicto ludo lucratam, † & in omni materia veriſimile attenditur, Rim. iun. conſ. 274. num. 43. Neuiz. conſ. 66. num. 55. quis enim crederet, voluiſſe ſub vſuris iacere, qui aliunde haberet
15 vnde ſuis neceſſitatibus occurrere poſſet? † nemo enim præſumitur velle iactare ſuum ad l. cum de in debito. ff. de probat.

Item conſtabat, quod ipſe D. Andreas filius dicti Franciſci nunc conuentus de anno 1590. erat Capſerius d. Nicolai creditoris, quod reddidit rationes, & remãſit eiuſdem debitor de Flor. 60. quam ſummam ſibi ſolui ſtatim fecit, fidem habere pro aliquo tempore noluit; de dicta maiori ſumma lu-
16 crata, ne minimum quidem verbum, † vtique, ſi fuiſſet etiam eius adhuc creditor, pro dicta ſumma ei non peperciſſet, ad Menoch. d. præſ. 135. no. 22. lib. 3. Afflict. deciſ. 13. ſub num. 22. verſ. decimo adducitur, fuit (inquit Cicer. in d. orat. pro P. Quintio) *In Gallia tecum ſimul Quintius, doce te petiiſſe ab eo iſtam neſcio quam innumerabilem pecuniam, doce aliquando, mentionem feciſſe*, & paulò poſt, *hæres eius T. Quintius in Galliã ad teipſum venit in agrũ communem, eò denique vbi non modo res erat, ſed ratio quoque omnis, & omnes literæ, quis tam diſſolutus in re familiari fuiſſet? quis tam negligens? quis tam tui, Sextè, diſſimilis? qui cum res ab eo, qui contraxiſſet receſſiſſet, & ad hæredem perueniſſet non heredem, cum primum vidiſſet, certiorem faceret, appellaret, rationem afferret?* quæ à fortiori in hoc caſu optimè applicari poſſunt, vbi actu rationes inter creditorem, & debitorẽ redditę, & reſolutæ extiterũt.

Item conſideratum fuit, quod de anno 1592. D. Nicolaus deceſſit relicta vxore tutrice filiorum ætate minorum, quòd hæc ad annos circiter viginti ſubticuit, quod adeſt confeſſio ipſiuſmet matris tutricis, de qua conſtabat ex fide vnius atteſtãtis, audiuiſſe ab eadem matre dicente, ſe credere,
17 quod tale debitum eſſet ſolutum, † cuius cõfeſſio licet tertio non noceat, tamen probat, quando eſt veriſimilis, & coniecturis nititur, Surd. deciſ. 105. num. 7.

Digitized by Google

nu.7. bic autem adeſt dicta taciturnitas ipſiuſmet
mulieris per viginti annos, ad dicta ſupra n.10.11.
Vltra alia de quibus ſupra & infra.
18 † Nec obſtabat ſingularitas fidei, quia inter tot
adminicula potuimus qualemqualem ei adhibere
fidem, ad Menoch.de arbitr. Iudic.caſ.90.nu.6.7.
Rimin.iun.conſ.40 . num.11. & 18. vol.4. & de-
ciſ.Bonon. 21.n.7. & attenta cognoſcendi faculta-
19 te, ſola facti veritate inſpecta, † per quam Iudex
poteſt credere probationi veriſimili, & perſuaſi-
uæ, licet non concludenti. Oſaſc.deciſ.1.num.30.
Menoch.de arbitr. Iudic.lib.1.quæſt.25. in princ.
Pancirol.conſ 208.num.18. Et Surd.d.deciſ. 105.
num.7.11.& ſeqq. Vbi in puncto, quia ſimus in ve
riſimili in clauſula ſola facti veritate inſpecta, &
quod arbitrariæ ſunt Iudici probationes.
20 † Secundò, & vlterius conſideratum fuit quod
ad ipſam matrem pertinebat exigere tanquam tu-
tricem. Corn.conſ.241.in princ.lib.1. Borgnin.de
tutor.num.120. & quæ re vera (vt probatum eſt)
alia debita exegit, & alia exigere procurauit, An
hoc ſolum poſt terga dimiſiſſet? niſi ipſa ſui ipſius
21 conſcia fuiſſet, † cum præſertim mulierum genus
auariſſimum dicatur Sim. de Pręt.conſ.68.num.1.
22 & diligens in vno in reliquis diligens pręſumatur;
iuxta Surd. d.deciſ.105.num.2. cum alijs ſupraci-
tat. num.4.

Tertiò, conſideratum fuit, quod ſoli filij facti
Maiores auſi ſunt hoc attentare, & quidem non li
berè, ſed cum aſtutia quadam, petendo primo ſo-
lidum pro lib.10. ac vbi viderunt dictum Andream
ea occaſione nihil protuliſſe ad defenſionem pro-
priam; cogitantes forte nihil in manibus habere,
ad oſtendendam ſolutionem, animum receperunt
petendo poſtea totum.

Item concurrebat, quod ex libro quodam pro-
ducto, & alijs indicijs conſtabat, quod intra illos
dies, quibus dicta ſententia, & tactus ſubſequutus
fuit, capſa d.Nicolai creditoris decreuerat, vſque
ad florenos 350. & ex Apotheca artis lanæ ad flo-
ren.200. quare veriſimile eſt, vt tantò acrius ad di
ctam ſententiam tactum, & executionem fulmina
uerit, vt ſe ipſum ab executionibus ſibi imminen-
tibus, & comminatis ſuffragio dictæ pecuniæ exi-
meret, & liberaret, & quia, moleſtiam nullã mox
paſſam fuiſſe, per ipſum compertum fuit, ita veri-
ſimile eſt hoc beneficium ſibi cõtigiſſe ex pecunia
ſibi ſoluta, & de qua ſoluerit, vnde acquieuerunt
24 inſtantes creditores. † Vt in ſimili dicit Afflict.
deciſ.13.num.20. Calcan.conſ.23.ſub num.5. Vbi
elegans exemplum Surd.d.deciſ.105. num.8. facit
24 † etiam (quod aiunt) ex vicinitate identitatem pe-
cuniarum pręſumi, l.ſi ventri.in fin.ff.de priuil.cre
ditor, & etiam quod, quando ſubeſt cauſa vten-
di diligentia, ſolutio præſumitur, Surd.d.deciſ.105.
25 ſub nu.2. verſ.tertio ſuberat, † & quod ex poſtea
cognoſcitur quid antea fuerit geſtum, & præcedẽ-
tia ex ſequentibus declarantur, vt ait in terminis
Surd. ſub d.num.8. d.deciſ.105.

Item adminiculabatur, quod D.Franciſcus de-
bitor eſſet diues habens duas apothecas artis ſeri-
cæ, & lanæ, & plurima bona ſtabilia, vt paruit ex
decimis exhibitis, ex quibus poterat commodè ſol
uere, & quod erat ſolitus debita ſoluere, & vir pro
26 bus, † ex quibus præſumi ſolutionem dicit Pariſ.
conſ 83.num.29.lib.2. Sim.de Pręt.dicto conſ.68.
num.1. Surd.dicta deciſ.105.num.1. Bertaz.dicto
conſ.118.num.13. Menoch.d.præſ.135.ſub nu.14.
15.lib.3.

Item, quod dictus Franciſcus fecit quandam do
nationem ſuis filijs, & ordinauit, quod ſolueren-
tur omnia debita declarata per eum in notula, in-
ter quæ iſtud non apparuit, vnde arguitur re vera,
27 ſe amplius debitorem non fuiſſe, † quia nemo pręſ
ſumitur immemor ſalutis ęternæ, vt in puncto per
28 hanc rationem Bertaz.dicto conſ 118.num.13. † &
tantò magis, quia paulò poſt deceſſit, & quod cre-
ditor etiam eo mortuo tacuit, ad idem Bertaz.ſub
num.11. & 12. & dictum eſt ſupra, num.13. & ad
Surd.d.deciſ.105.num.6. Vbi quando ſubſcribens
29 eſt mortuus, † ſemper enim pro defuncto præſu-
mitur l.cum quis decedens. §. codicillis. de leg.2.
30 † & eius ſcripturis magis creditur, Bart.in l.admo
31 nendi, num.27. ff.de iureiuran. † quia mors habet
vim iuramenti, Socc.ſen. conſil.161.num 3. vol.2.
egregiè, & de cõmuni Gayl.obſer.43.per tot.lib 2.
32 † & auget fidem defuncti Marſ. in pract.crim. in
§.diligenter, num.119. Surd.deciſ.103.num.4. &
33 per tot † Vbi teſtibus mortuis, non repetitis, cre-
ditur, & ita fuiſſe iudicatum.
34 † Accedebat, quod ſcripturæ paternæ, ex quib.
poterat conſtare de receptione, non erant pęnes
eundem D. Andream, ſed pęnes alium fratrem na-
tu maiorem præmortuum, & ſcripturæ haberi nõ
potuerunt, quarum nullam rationem habuerat, nõ
cuſtodierat ſicut, nec alia benè adminiſtrauerat, ita
quod d. D. Andreas coactus fuerit eius hæreditatẽ
repudiare, Menoch.d.præſ.135.ſub num.7.lib.3.
Et quod ipſe D. Andreas iurauit in actis, ſe vidiſſe
inter dictas ſcripturas, quietationem dictæ pecu-
35 niæ, † quod iuramentum etiam non parum pro-
fuit, cum alijs adminiculis coniunctum ad eundem
Menoch. ibid.num.8. & 9.

Et demum conſtabat, quod huiuſmodi ſponſio
nes ſoluebantur infra menſem ad bonam, vt dici-
tur fidem, etiam non viſis ſententijs, nec tactu cã
cellato, vnde debile ſatis fundamentũ ex tactu non
36 cancellato deductum dicebatur, † eſt enim à ſoli-
tis, ſeu communiter accidentibus validum argu-
37 mentum, l.nam ad ea, ff. de legibus, † in materia
præſertim coniecturarum, vel præſumptionum;
l.neque natales, C.de probat. Bald.in conſ.70.appa
rent, colum.2.lib.1.conſil.355. in bonis ad fin. eo-
38 dem lib. † Et verum præſumitur, quod frequen-
ter, & generaliter fit, vt ait Crauet.in conſ.40.nu-
mero 2. lib.1.

Ex quibus ſimul iunctis ſatis conſtare de præ-
ſumpta ſolutione in hoc caſu viſum fuit, pręſertim
cum plures ex citat. in minori cumulo coniectura-
39 rum moti fuerint ad eam credendam, † & quia
etiam in dubio fauore rei veniret pronunciãdum,
vt in term. Crau.conſ.148.in fin. vbi ita iudicatum
refert.

Digitized by Google

40 refert, † & hue aceederet amplius, quod ſumus in
materia ludi odioſa, ad l.2.& 3.ff. & C.de aleæ luſ.
41 & aleat. † prout mox prohibitus fuit huiuſmodi
ludus ex lege Sereniſſimi, & in qua ſolemus dice-
re moram non dari, ſed ſic calida eſſe deglutienda,
42 & verè applicari poſſet dictum commune, † ſem-
per nocuit differre paratis, propter ſuſpiciones ma
las, quæ ex huiuſmodi tarditate fiunt, Marſ. ſin-
gul.284. Crau conſ.75.num.9 conſ.997.ſub n.12.
13.conſ 1000, pro Gen.in bella.ſub nu.15.& 16.
Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

An poſsit agi rei vendicatione, vel alia reali contra negantem, ſe poſſidere, num.1. & ſeqq.

Negans ſe poſsidere poteſt negationem reuocare, refectis expenſis, num 2.

Immiſsio odio negantis non facit actorem dominum, numero 3.

Agens Hypothecaria tenetur probare poſſeſsionem rei conuenti de præſenti, num.4.

Intellectus, & mens, l fin.ff.de rei vend.num.5.

Qui negat, ſe poſsidere, derelinquere videtur poſſeſsionem, num.6.

Vel declarare, ſua non intereſſe, & renunciare, nu.7.

Sufficit renunciare ne cogatur inuitus litigare, num.8.

Interrogatorium, an poſsideat cur inductum, num.9.

D E C I S I O III.

1 QVod agi poſſet rei vendicatione, vel alia
actione in rem contra eum, qui negat poſ-
ſidere allegabatur tex. in l.fin. ff de rei vendic. vbi
ad literam tex dicit, quod, *ſi negans poſsidere fuerit
conuictus poſsidere, auferetur ab eo per Iudicem poſ-
ſeſsio*, ſi ergo debet conuinci, proceſſus, & proba-
tiones fieri debẽt, hoc idem tradit Papien. in prax.
in form. Interrogat. fien. cum reo, in verſ.primo
an dictus, dum dicit in hæc formalia verba. *Quid
autem dices, ſi reſpondet, ſe non poſsidere, nec tenere,
& tamen re vera probatur, ipſum tenere, & poſſide-
re, dic, quod in pœnam mendacij, ſibi auferetur poſſeſ-
ſio, &c.* Patet ergo, quod poteſt probari, quod poſ-
ſideat, & addit. ibi ad Pap. in littera, C. ita dicit,
*ſed breuior via, quando actor non vult probare de mẽ
dacio, eſt, vt petat ſe immitti in poſſeſsionem illius
rei in præiudicium negantis, eſt igitur in electione acto
ris, an velit probare reum poſsidere, & ſic Iudicium
proſequi, vel velit ſine proceſſu immitti in poſſeſsio-
nem in odium, & præiudicium negantis*, & clarius,
& apertius hoc declarat Marc. Antonius Cucch. in
tract. de mentiente, num.67.68.69. verſ.Tertius
caſus vbi num.69.fol.16. dicit hæc verba, *ſi vero
actor maluerit probare poſſeſsionem rei, poterit hoc
facere, quo probato hoc conſequetur, Primum quidem
conſequetur translationem poſſeſsionis ad ſe, quæ ope
rabitur, vt aduerſarius de reo efficiatur actor, itẽ con-
ſequetur, vt poſsit nihilominus rei vendicationem con
tra ipſum proſequi licet negauerit ſe poſsidere*, & hic
eſt caſus noſter.

Multum autem intereſt actoris, quod poſſeſſio
à reo auocetur, non propter ſimplicem negationẽ,
2 ſed propter rei veritatem, † quia negans poſſidere
poteſt ſuam negationem reuocare refectis expen-
ſis, Papien. in d.form. interrog. in verb.compella-
tis, num.4. gloſ.in l.de ætate, §.fin.ff.de interrogat.
action. vbi Bald.col.fin. Ruin.conſ.10.nu.19.lib.3.
Caſtr.conſ.166.vol.2. Natt.conſ.381.num.3.& 4.
quia illa eſt confeſſio talis, quæ poteſt reuocari, Itẽ
3 intereſt actoris, quia talis immiſſio in poſſeſſionẽ
facta propter negationem non præiudicat neganti
in Dominio, nec facit actorem Dominum, & ſo-
lum transfert quandam poſſeſſionem momenta-
neam, latè Contard. in l.vnic. C. de mom. poſſeſs.
quæſt.14. num.4. fol.286. vbi concordes allegat, &
ibi per tot. de materia.
4 † Vnde, cùm agens hypothecaria teneatur pro-
bare poſſeſſionem rei cõuenti de præſenti l pigno
ris, ff.de pignor. l.ſi cum venditor. in prin. ff de eui
ctio. Meritò fuit electa via probandi poſſeſſionem
rei conuenti.

Domini his non obſtantibus pronunciarunt, &
declararunt, actorem eſſe immittẽdum in poſſeſ-
5 ſionem prædij negati poſſidere, † quia non alia
eſt mens d.l.fin ff.de rei vendic. quam, vt negans
ſe poſſidere, & verè non poſſidet non poſſit con-
uinci rei vendicatione, & Iudicium pati, ſed ſi con
uincatur de mendacio, quod perdat poſſeſſionem,
quæ transfertur in actorem, vt ibi eſt text. clarus,
& Bart. in ſummario, & ibi Angel. & alij Marſil.
ſingul.242. Menoch. conſ.2. nu.fin.lib.1. Contard.
d.quæſt.14. num.6.7.22.
6 † Ad contraria reſpondetur, eo ipſo quod reus
negat ſe poſſidere, vel videtur derelinquere ſuam
poſſeſſionem, vt per Surd.conſil.214. ſub num.2.
7 vel declarare ſua non intereſſe, & renunciare ibi
dem num.3.& ſub num.10. verſ.nec facit ſcrupu-
lum ex Ang. in l.fin.ff.de rei vindic. Contard. d.q.
8 14. num.11. † Quod ſufficere debet, ne cum eo am
plius agi poſſit, ad l poſtquam liti. cum ibi not. C.
9 de pact. l.ſi quis in cõſcribendo, ff.eod. † Ideo enim
prodita eſt à lege cautela, vt qui intendit experiri
actione reali interroget reum, an poſſideat, vt ſi af-
firmatiuè reſpondeat vlterius actione reali inten-
tata procedatur, ſi negatiuè, realis actionis Iudiciũ
cõtra eum relinquatur, l.qui petitorio. ff.de rei ven
dic. l.qui interrogatum, ff. de interrogat. actio. vt
benè per Surd. in conſ.227. ſub num.1. verſic.ſe-
cundo adducitur, & num.2. & 3. lib.2. Contard.
d.q.14. num.1. & ſeqq. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Rei præſentia ſufficit ad traditionem, & poſſeſsionis translationem, num.1.

In rebus mobilibus probanda ſunt extrema, & poſſeſsio de tempore litis conteſtatæ, num.2.

Quando quis, nec negat, nec affirmat, non præſumitur continuata poſſeſsio, num.3.

In rei vendicatione præmittendum eſt interrogatorium, an aduerſarius poſsideat, num.4.

Affir-

Affirmatiò rei, ſe poſſidere, iuuat ad victoriam actoris, num. 5.
Ex negatione, ſe non poſſidere, non præſumitur poſſeſſio de præſenti, num. 6.

DECISIO IV.

AGens rei vendicatione, vt ſibi relaxaretur Vacca, probauit primò poſſeſſionẽ rei conuenti de præterito ex emptione ſub haſta per ipsũ
1 facta, in qua ſolet intereſſe rei præſentia, † quæ ſufficit pro traditione, & poſſeſſionis translatione, Alexand. in l. prædia, num. 8. ff. de acquiren. poſſeſs. deinde etiam de identitate conſtabat: Verum quia non fuit probatum, quod reus Conuentus poſſideret dictam Vaccam de tempore litis conteſtatę, eũ
2 abſoluimus, † quia etiam in rebus mobilibus probanda ſunt extrema poſſeſſionis, principium, & finis, aliàs non valet argumentum, ſemel aliàs poſſedit, ergo & tempore moti iudicij poſſidebat, vel etiam hodie poſſidet, Maſcard. de probat. concluſ.
3 1195. num. 26. lib. 3. † & quando quis, nec negat, nec affirmat ſe poſſidere, non præſumitur continuata poſſeſſio, Menoch. præſ. 64. num. 33. lib. 6.
4 † Quare erat præmittendum interrogatorium, an poſſideret l. qui petitorio 36. in princ. & l. fin. ff. de rei vindic. Papien. in forma primi libel. verſ. 1. &
5 2. & ad dec. præced. cum ibi cit. † Nam forte affirmaſſet, & actor habuiſſet intentum, ad eund. Me-
6 noch. d. præſ. 64. n. 25. & 26. lib. 1. † Sicut è contra, ſi negaſſet, non præſumeretur poſſeſſio de præſenti, & num. 28. ead. præſ. 64.
Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

Iudex maleficiorum abſoluendo à pęna, non poteſt declarare de iure partium in meritis, ſeu de iure ſeruitutis, num. 1.
Interdictum de itinere eſt merè poſſeſſorium, nec ibi de iure ſeruitutis eſt probandum, num. 2.
De iure ſeruitutis agendum eſt petitorio, vel plenario poſſeſſorio, & non per viam accuſationis, num. 3.
Vbi non eſt connexio incidentis cum principali, ita quod ſuper principali poſſit pronunciari, abſque incidenti, Iudex maleficiorum ſuper incidenti non cognoſcit, numero 4. & 6.
Ad ſeruitutem iuris tranſeundi acquirendam, quod tempus, & quid aliud requiratur, num. 5.

DECISIO V.

FVit accuſatus N. quod tranſiret per agrũ alienum, & fuit etiã abſolutus, adiecta tamen declaratione, ei eſſe ius tranſeundi per d. agrũ; A qua declaratione fuit appellatum, & rectè: diximus etenim licet accuſatus fuiſſet ex cauſis benè abſolutus
1 † non potuiſſe tamen D. Iudicem, à quo intrare ad merita petitorij, & iura ſeruitutis itineris, ad Men.
2 de retin. rem. 5. n. 2. † Vbi quod interdictũ de itinere, &c. merè poſſeſſorium eſt, nec in eo intendi de iure ſeruitutis probari, & clarius Borgnin. Caualc.
3 dec. 13. n. 15. & 16. p. 1. † Vbi legitimè agendũ eſt, ideſt corã ordinario Iudice petitorio, vel poſſeſſorio plenario, ſiue poſſeſſio fuerit iuſta, ſiue etiã iniuſta, recurrendo ad confeſſoriam vel negatoriã, aut
4 aliam actionẽ, & non per viam accuſationis, † & præterea non erat neceſſariũ ſic declarare, cum nõ eſſet connexum articulo abſolutionis, & poſſet ſtare abſolutio propter quãlibet cauſam, quæ excuſat à pęna; quæ tamen non ſufficit ad ius dandũ, vel
5 declarandum, † maximè cum in caſu iſto nõ concurreret aliqua probatio neceſſaria ad ius trãſitus acquirendũ, nempè præſcriptionis 40. ann. vel tẽporis immemorabilis patiente aduerſario, ad Cęp. de ſeru. ruſt. præd. c. 19. ſub n. 4. Con. Var. reſol. li. 1.
6 c. 17. ſub n. 9. Balb. de præſcr. p. 2. † & cauſę quando ſunt ſeparatæ, & incidens non eſt principali ita cõnexa, quin principalis per ſe diffiniri poſſit, Iudex maleficiorum non cognoſcit de incidenti, Men. de arbitr. iud. q. 91. nu. 7. & 8. & ad deciſ. noſt. Lucen. 36. per tot. Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

Vbi non conueniunt verba ſtatuti, nec diſpoſitio, n. 1.
Verbo, venditionis, omnis alienatio continetur, num. 2.
Preſertim permutatio, quę dicitur venditionis ſpecies, n. 3
Verbum, venditionis, poſitum pro ſpecie diſtincta ab alijs contractibus, ſtat in meris terminis venditionis, n. 4.
Verbum venditionis cum precij commemoratione intelligitur propriè, num. 5.
Verbum, venditionis, in ſtatuto pęnali, & odioſo ſtat propriè, num. 6.
Verbum, venditionis, ſæpius in eod. ſtatuto cum alijs ſpeciebus alienationũ replicatum, ſtat etiã propriè, n. 7.
Verba ſtatuti mediante ſolutione precij excludũt ne poſſit intelligi diſpoſitio ſtatutaria de permutatione, n. 8.
Omnis diſpoſitio debet intelligi in ſuo ſenſu poſſibili, n. 9.
Et de habilitate, num. 10.
Sententia pęnalis contra defunctum ferri nõ debet, n. 11.
Et quando poteſt ferri, qua forma ſit concipienda remiſſiuè eod.

DECISIO VI.

EXtat ſtatutũ in Caſtro Lauri diſponens, quod volens vendere oppignorare, aut ad longum tẽpus locare bona immobilia, teneatur ante talem alienationem notificare propinquioribus, qui debeãt præferri in tali emptione, oppignoratione, ſeu ad longum tẽpus locatione mediãte ſolutione precij, & hoc ſub pęna, quod aliàs talis venditio oppigneratio, ſeu ad longum tẽpus locatio, ſit ipſofacto nulla, & vlterius, quod tam emptor, quàm vẽditor incurrant pęnam lib. 50. & nihilominus poſſint cogi ad faciendum contractũ, & inſtrumentum propinquiori volenti emere, pignori accipere, aut ad lõgum tẽpus conducere; Venit caſus, quod Bartholomæus de Papinis anno 1590. permutauit vnam domũ cum alijs bonis cum alio Bartholomæo de Papinis, quam habuerat in diuiſione inita cũ Ioanne ſuo

Digitized by Google

ne ſuo fratre, iam de ann. 1588. ita quod d. Ioánes
nunc egerit ad nullitatem, & fiſcus interueniẽs ad
dictam pœnam eo prætextu, quod in d. permutatio
ne d. Ioannes non fuerit notificatus ad formam ſta
tuti, & in prima ſententia obtinuit. Verũ malè, ſeu
nulliter iudicatũ fuiſſe dictũ fuit, ex infraſcriptis:
1 † Primò, quia ſtatutum non loquitur in hoc ca-
ſu permutationis, cum verba non conueniant ad
l. 4. §. totiens, ff. de damn. infecto cum ſimilibus.
2 † Non obſtat quod verbo, vẽditionis, omne alie
nationis genus contineatur, l. ſtatu liberi, ad fin. ff.
3 de ſtatu lib. † præſertim verò permutatio, quæ dici
tur emptionis ſpecies Spec. in tit. de loc. & códuct.
§. 6. verſ. 121. & in tit. de rerum permut. in princ.
verſ. cæterum, & Batt. in l. 2. ff. de rerum permut.
quia multipliciter Reſpondetur, primò non proce
4 dere hoc dictum, † quando verbum venditionis
ponitur pro ſpecie diſtincta ab alijs contractibus,
vt eſt in d. ſtatuto vbi quædã ſpecies contractuum
cumulantur, ſeu comprehenduntur text. in cap. 1.
de his quæ fiunt à prælat. ſin. conſen. cap. & ibid.
Abb. num. 1. in fin. Ipſe in tract. meo de interpret.
inueſtit. cap. 3. Sign. 1. ſub num. 1.

Secundò, Reſpondetur id maximè procedere,
5 quando fit cómemoratio precij, † quia tunc verbũ
vẽditio ſemper capitur ſtricto modo, & in proprijs
terminis, vt ait Abb. ſub. d. nu. 1. Tiraq. mox citan-
dus. Bertach. in verbo permutatio verſ. 3.
6 † Tertiò, & hoc multò magis in materia ſtatuti
pœnali & odioſa, vt pleniſſimè apud Tiraq. de vtro
que retr. in 1. §. 1. gloſ. 2. à nu. 1. vſque ad tertium
incluſiuè, vbi ad ſaturitatem.

Quartò, ſuffragatur huic intentioni, quod ſem-
per repetuntur eadẽ illa verba, & ijdẽmet illi con-
tractus venditionis, oppignorationis, & ad lõgum
tempus locationis, & ſæpius replicantur in toto il-
7 lo ſtatuto, † ex quo datur fortius intelligi mens ſta
tuentium, quod de illis tantum intelligere volue-
rint, non de alijs, ad l. Baliſta. cum not. ff. ad Treb.
Surd. deciſ. 272. num. 16. Crau. conſ. 294. num. 1.
& ſeqq. & ſub num. 7. verſ. decimotertio.
8 † Quintò, & vltimò verba, mediante ſolutio-
ne pretij, quę videntur finalia huius ſtatuti, permu
tationi nullo modo poſſunt applicari ad l. 1. & tot.
tit. de ret. permut. & ad dicta ſupra, quare impoſſi
9 bile eſt permutationẽ introducere, † & omnis di-
ſpoſitio intelligi debet in ſenſu poſſibili Crau. con-
10 ſil. 988. num. 59. † & de babilitate Surd. conſ. 39.
num. 13. 14. 15.

Secundò, dicta ſentẽtia fuit nulla, quia vnus ex
Bartholomæis in d. ſententia condemnatus ad pę-
nã eſt mortuus, lite non conteſtata contra eum, &
11 alter eſt mortuus, & nó citatus ad cauſam, † cótra
autem defunctum ſententia pęnalis ferri non po-
teſt, & in caſu vbi ferri poſſet, quatenus pęna eſſet
incurſa ipſo iure, & facto, alia forma erat ſeruan-
da ad D. Cabal. reſol. crimin. Cent. 3. caſ. 298. n. 37.
ad quem remitto, & quæ non fuit ſeruata in dicta
ſententia. Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Statutum, quod prætendens ius compareat infra tale tempus examinatur, num. 1. & ſeqq.

An creditor conditionalis, vel in diem contineatur. ibid.

In ſpecie ſtatuti Florentini, num. 2.

Diſtinctio Doctorum pro conciliatione ponitur, nu. 3.

Creditoris appellatione, an veniat creditor in diem, vel ſub conditione, num. 4.

Ius, de quo non eſt certum, quod ſit omnino extiturum non habetur in conſideratione, num. 5.

Euictis nulla culpa imputari poteſt, ſi antea non egerunt, num. 6.

Impedimentum intrinſecum magis excuſat, num. 7.

Intra annum, quo fuit res euicta, agendum eſt, num. 8.

Mens declaratur ex eadem ſcriptura, & qualibet particula eius, num. 9.

Exceptio declarat regulam, num. 10.

Non valenti agere non currit præſcriptio, etiam in caſu ſtatuti, num. 11.

Per litis conteſtationem interrũpitur præſcriptio, n. 12.

Declara inter eoſdem, non ad præiudicium tertij, n. 13.

Præſcriptio ſtrictè intelligenda, & quantum præſcriptum tantum poſſeſſum, num. 14.

Ignorantia præſumitur, niſi probetur ſcientia, num. 15.

Creditur cum iuramento proclamata ignoraſſe, num. 16.

Scientia debet eſſe perfecta actu, & habitu, vt obſtet pręſcriptio ſtatutaria, num. 17.

Ignoranti non currit præſcriptio, num. 18.

Maximè annalis, aut alterius temporis breuioris, n. 19.

Scientia præſumitur rõne cridarũ, et bannimentorũ, n. 20

Nec talis ignorantia eſt tollerabilis, num. 21.

Maximè non probata abſentia à Ciuitate, num. 22.

In dubio præſumitur præſentia in loco habitationis, n. 23

Abſentia eſt probanda, num. 24.

Euictus debebat ſtatim perquirere, quis bona hypothecata poſſideret, num. 25.

Ignorantia in minore excuſat, num. 26.

Minor reſtituitur aduerſus ſubhaſtationes, num. 27.

Minor reſtituitur aduerſus præſcriptiones, num. 28.

Et aduerſus cridas, num. 29.

Vox præconis paucis innoteſcit, hoc dictum explicatur, nec procedit, vbi tempus eſt longum, num. 30.

Secus vbi breue, num. 34.

Anni ſpacium fuit viſum aptum in pluribus, num. 31.

Annus dicitur, nec breuis terminus, nec longior æquo, num. 32.

Annus dicitur mora longa, num. 33.

In abſente præſumitur ignorantia, num. 35.

Ignorans æquiparatur abſenti, non benè dicitur, nu. 36.

Abſens poteſt ſcire proclamata, quo caſu non excuſaretur, num. 37.

Sub prętextu ignorantiæ facilè ſtatutũ illuderetur, n. 38.

Ope reſtitutionis in integrũ, ex cauſa ignorantiæ, nõ pot. ad fauorẽ rei, qui non petijt, pronunciari, n. 39. 40. 45.

Argumentum ab euitando circuitu, quando non procedat, num. 41. & ſeqq.

In reſtitutione in integrum eſt opus noua cauſa cognitione, num. 43. 44.

Reſeruatio reſtitutionis in integrum in alio iudicio, n. 46.

DECI-

Digitized by Google

DECISIO VII.

ANno 1580. 12. Septembris Gulielmus Be-
nedicti de Giramontis extitit fideiuſſor eui
ctionis pro DD. Aloyſio & Hierunymo de Betti-
nis ad fauorem Antonij de Cochis, & euictione po
ſtea ſequuta fuit ſolutor ſummæ aureorum . . . .
Vnde tentauit hypothecariam in bonis aliàs dicto-
rum de Bettinis, hodie, & tempore litis conteſtatæ,
& antea poſſeſſis per Andream de Pierozis, qui pro
ſua defenſione dixit, & oppoſuit bona prædicta ſibi
fuiſſe in ſolutum data preuijs proclamatibus, vt
quicunque ius prætenderet compareret, &c. in om
nibus, & per omnia ſeruata forma ſtatuti Florenti-
ni ſub Rub. 57. lib. 2. Vnde obſtaret actori, qui non
comparuit præſcriptio ex eodem ſtatuto annalis,
& ei eſſet audientia deneganda, prout in eodem ſta
tuto expreſſum continetur; & Replicante fideiuſſo
re, quod tempore proclamatum prædictorum nō-
dum erat ſequuta euictio, & quod nullum ius ſibi
tunc competeret, quod deducere poſſet, ideo non
eſſe in caſu ſtatuti, nec præſcriptionem ſtatutariā
intrare, quæſitum fuit quid Iuris, & quidem Rota
poſſeſſorem abſoluit.

1 † Faciebat tamen difficultatem, quod vtcunq;
an huiuſmodi ſtatuto contineatur creditor in diē,
vel ſub conditione; Quæſtio eſſet valdè controuer
ſa ex tradit. per Cuman. Iaſ. & alios in l. ſi ſtipula-
tus fuerim, §. cum ſtipulamur. ff. de verb. oblig. &
in puncto innuit D. Sol. ad nouiſs. Conſtit. Sabau.
tit. de form. ac ſolen. obſer. pro confir. contr. gloſ. 1.
2 num. 34. † Tamen dicebatur in puncto huius ſta-
tuti noſtri, adeſſe Alexan. in conſ. 105. lib. 5. Vbi la-
tè per tot. ſingula verba ſtatuti examinando, & pō
derando oſtendit, dictum ſtatutum non habere lo-
cum in creditore conditionali, ſed tantum in credi-
to puro, & exequibili, quem ſequi viſus eſt Neguſ.
de pignor. membr. 3. par. 5. num. 9. pag. mihi 179.
vbi innuit, caſum noſtrū eſſe diuersū à caſu Cum.
& Iaſ. ſupra citatorum, conferre videtur Ruin. in
conſ. 123. num. 5. lib. 2. vbi, quod ſtante ſtatuto,
quod poſt dationem in ſolutum quicunque habent ius
in bonis in ſolutum datis venient infra annum audia-
tur ad proſequutionem iuris ſui, & quod eiut ius ſit
ſaluum, non obſtante dicta datione in ſolutū, & elapſo
anno nullus audiatur ad dicta bona in ſolutum data:
hoc ſtatutum, ait Ruin. loquitur de illo, qui habe-
bat ius in bonis in ſolutum datis, & ſic tempore ip-
ſius dationis, qui propriè videtur decidere caſum
noſtrum poſt Alexan. & Neguſ. de quibus ſupra, &
ad Menoch. in conſil. 966. ſub num. 25. lib. 10. vbi
eum, qui non contradixit cridis intra tempora, om
nino eſſe excluſum.

3 † Augebatur difficultas ex ſędere ipſo diſtinctio
nis, per quam ſolent hac in re diſſentientes opinio-
nes concordari, nam, aut ſtatutum inuitat ad agen-
dum, aut ad proponendum tantum, ſeu ad demō-
ſtrandum ius ſuum, ſi ad agendum creditor condi-
tionalis, non comprehendatur, quia non valet age-
re ante conditionis euentum, ſi ad demonſtrandū,
comprehenderetur, quia etiam ius conditionale, ta
le quale eſt demonſtrari poteſt, vt ita diſtinguunt
Peregr. de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. ſub n. 205. & ad Theſ.
4 dec. 235. ſub n. 7. † Vbi quando conſideratur credi
tor cōditionalis, vt ius prætendens, non autē vt exi
gibile, tunc appellatione creditoris venire etiā condi
tionalis, & per Surd. in dec. 151. ſub n. 10. verſ. ad con
traria iuncto, n. 5. & ſub n. 8. & 9. præſertim verſ. 4.
iubet. Noſtrum. n. ſtatutum inuitat ad agendum,
& ideo nō continetur creditor conditionalis, vt in
puncto diuerſificando hoc ſtatutū ab alijs declarat
Neguſ. d. n. 9. & vlterius data ſunt ad idem Motiua
ſub 21. Auguſti 1526. & ſub 31. Auguſti 1588. quæ
videbantur ſequenda ad l. minimè. ff. de legibus.

Demum pro hac parte fortius vrgebat, quod ius
iſtud non erat omnino certum, quia nō erat omni-
no extiturū, poterat enim euictio nunquā euenire;
5 & ius nunquam adeſſe, † quare minor ratio haberi
potuit huiuſmodi iuris, quā alterius, in quo ius eſt
ab initio formatum, licet pendens ad l. cedere diē,
ff. de verb. ſign. & in ſpecie per Surd. d. dec. 151. n. 9.
in fin. & n. 10. ſub princ. Theſ. d. dec. 235. ſub nu 7.
6 Bou. de ſtat. vrb. præſc. gloſ. 19. n. 255. † & vbi nul-
la culpa imputari poteſt euicti, ſi non cōparuerunt
ad cridas, ad Alex. d. conſ. 106. ſub n. 9. verſ. nec po
7 teſt dici in culpa lib. 5. † quia impedimentum eſt in
trinſecum, & ideo magis excuſans à præſcriptione
ad Bou. d. gloſ. 19. ſub nu. 258. ſiquidem hypothe-
ca ſolum re euicta naſcitur, Gabr. conſ. 44. nu. 13.
lib. 1. ex prædictis videbatur actor ius fouere; & prò
eo eſſe pronunciandum condemnato reo conuen-
to ad dimittendum iure pignoris, & hypothecæ
bona, de quibus in actis.

Verùm aliter fuit iudicatum, quia & ſi vera dice
rentur, & admitterentur omnia prædicta, non ta-
8 men per hoc eſſet excuſatus creditor, † quia ſaltē
intra annum à tempore quo fuit ſibi euictum debe
bat experiri, quod non fecit, ab eo enim tempore
cæpit currere præſcriptio ſtatutaria, l. vbi autē, ff.
de in diem adiect. l. 2. § ſi ſub conditione. ff. pro em
ptor. in l. neceſſariò, §. ſi pendente, ff. de peric. & cō.
rei vēd. Felyn. Abb. Socc. & Cęteri in ſpecie cumu-
lati per Bou. in d. tract. de ſtatut. vrb. præſcr. n. 254.
cui addo Natt. conſ. 437. nu. 5. & ad Tiraq. de retr.
conuent. §. 2. gl. 18. n. 72. iunct. eod. in retract. conſ.
§. 1. gloſ. 10. n. 44. & ſeqq. per tot. q 8. & in puncto
huiuſmet ſtatuti, Magon. dec. Flor. 79. dū ſub prin.
verſ. tota difficultas, & ſeq. & n. 7 8. 9. ſupponitur
lis inchoata, & præſcriptio annalis interrupta per li
tis conteſtationem intra annum, quo fuit fideicom
miſſum purificatū; Immo verò deſumebatur hu-
iuſmodi interpretatio etiam ex verbis eiuſdēmet
ſtatuti, dum in caſibus quibuſdā declarauit, d. præ-
ſcriptionē non currere, & quod in eiſdem incipiat
9 currere elapſo demum impedimento, † nam mens
declaratur ex eadem ſcriptura, & qualiber particu-
la eius, l. Męuia 44. de manum. teſtam. l. nōmis. §.
10 in fin. de leg. 3. Rol. conſ. 61 n. 36. vol. 2. † quod ma
ximè de exceptione verificatur, à qua regulam de-
clarari dicunt Dec. Cagn. & alij ad l. t. ff. de reg. iur.
& vrget demum identitas rationis, quæ eſt in im-
pedimento, quę facit idē ius vrgere, & extendi ſta-

Digitized by Google

tutum ad alium caſum, vt in ſpecie noſtra à diſpo-
ſitis in exceptione arguit Alexan.conſ.201. ſub nu
mero pen.& fin.lib.7. Vbi etiam magis quando ex-
ceptio facta per ſtatutum reducit ad ius commune,
vt in caſu noſtro, in quo per huiuſmodi interpreta
11 tionem in regulam illam reincidimus, † quod non
valenti agere non currit præſcriptio, quam in præ-
ſcriptionibus ſtatutarijs, etiã procedere dicit Alex.
d.n.28. & ad ante ibid.num.27. & in puncto idem
Alex.d.conſ.106.lib.5. cum alijs citat.per Magon.
d.deciſ.Flor.79.num.2. Natt.ad conſ.437.num.5.

Nec obſtaculum fecit, quod ſtatim poſt aduen-
tum conditionis actum fuerit Hypothecaria con-
12 tra alium poſſeſſorem, † & ideo per litis conteſta-
tionem cum illo impeditam fuiſſe huiuſmodi præ-
ſcriptionem, etiam in caſu iſto ad Bart. in l.Celſus,
num.27. ff.de vſucap. & in l.ſi poſt, ff de rei vend.
Alex.conſ.76.ſub nu.7.lib.2. Sim.de Pret.conſ.91.
n.53. Angel.in l.ſuper longi, in fin. C.de præſcript.
13 longi.temp.Oſaſc.deciſ.101.nu.41. † quia interru
ptio illa facta cum alio non nocuit tertio, vt apud
Magon.d.deciſ.Flor.79.num. fin.verſ.fuit conclu-
14 ſum, in term. † facit commune dictum, quod tan-
tum præſcriptum quãtum poſſeſſum, quia præſcri
ptio eſt ſtricti iuris, & ſtrictè in caſu ſuo continen-
da Natt.conſ.636.num.130.& 133. Alex.conſ.98.
lib.7. Balb.de præſcript. par.6.q.3.num.40.

Nec pariter mouebat ignorantia allegata, quod
ſcilicet actor ignoraſſet dicta bona eſſe poſſeſſa per
dictum Andream, & etiam dationem in ſolutũ per
15 proclamata, † & ignorantiam præſumi, niſi probe
tur ſcientia, quæ hic non fuit probata, l.verius, ff.de
probat.c.pręſumitur de regul.iur.in 6. Oſaſc.deciſ.
16 71.num.23. † Vbi credi cum iuramento, quem
17 proclamata ignoraſſe, & ibi nu.ſeqq. † & debuiſ-
ſet ſciẽtia eſſe perfecta actu, & habitu; vt quicquid
dicat Magon.d.deciſ.79.num.5. ex opinione Petr.
de Vbal. videtur inclinare Rot.dec.387.in fin.li.1.
18 in nouiſſ. † Ignorãti autem non currere præſcri-
ptionem, vt per Tiraq.de retract. con 1.§.13.gl.4.
19 num.22. Peregr.conſ.87.num.11. † maximè anna-
lem, aut alterius breuioris tẽporis, vt in eiſdẽ term.
Magõ.d.dec.79.n.3.& in Mot. Rot.ſub 10. Decẽb.
558.& 19.Iun. 1582.& aliud ex lib.Mot.83.c.128.
20 † Quia ad hęc reſpondebatur, nõ procedere, vbi
præceſſerunt bannimẽta cridę, ſeu proclamata quo
rum ratione præſumitur ſcientia, & ignorantia di-
citur eſſe ſupina Odd. de reſtit. in integrum, q.8.
21 num.58. † nec eſt tollerabilis ignorantia c.quis ne
ſciat. 9.diſtinct. cap.quod dicitur 10.diſtinct. vt in
puncto his, & alijs iuribus ita dicit ſol. ad Nouiſs.
conſtit. Sab.d.tit.de form.& ſolen.obſ.pro cõfirm.
contr.gloſ.a.n.13.& etiam in puncto fuit datũ mo-
22 tiuum ſub 18.Octobris 1589. † maximè cum non
fuerit probata abſentia à Ciuitate de tempore pro-
clamatum, vt pulchrè ad Rom.conſil.59. ſub nu.5.
23 & in term.D.Sol.d.tit.gloſ.2 ſub n.10. † Vbi quod
in dubio potius præſumitur præſentia in loco habi
24 tationis, vel domicilij, quam abſentia, † Vnde eſt
probanda ipſa abſentia; vt ibid. ſub num.11.
25 † Et tenebatur d.de Gurmontis perquirere di-
cta bannimentã, cum extent publicã de eis monu-
menta, & inde quis bona ſibi hypothecata poſſ de
ret, inueſtigare, ad Rol.conſ.30.num.99 lib.1. On-
ded.conſ.83.num.69.& ſeqq. lib.1.

Et ex his reſultat congrua reſponſio ad motiua
præfata exaduersò allegata.
26 † In ſpecie tamen Reſpondetur, quod Motiu.in
lib.Mot. 83.ſol.128. loquitur de ignorantia mino-
ris ætate de tẽpore proclamatum, vt patet ex verſ.
ceſſat, quod dicitur, quem non comprehendi à ſta-
tuto quidã putauerunt, ad Odd.de reſtit.in integr.
27 q.4.art.7.per tot. † & reſtituit aduerſus ſubhaſta-
28 tiones in q.57.num.53. † & aduerſus præſcriptio-
29 nes, q.88.per tot. † & aduerſus cridas q.72.nu.16.
Vltra quod erroneum eſſe præſuppoſitum fundatũ
in præſumptione ignorantię conſtat ex ſupradictis
30 num.20. & ſeq. † Item non congruit in propoſito
ratio illa in motiuo allata, quod vox præconis pau-
cis innoteſcat ex tex.in auth.qui ſemel, C.quom.&
quando Iudex, quia ſtatutum noſtrum ponit tẽpo-
ra proclamatum ſatis lõga, & vlterius adeſt annus
integer, in quo termino veriſimiliter poſſunt pro-
clamata in omnium notitiã deuenire, quo caſu non
habet locum præſuppoſitum, vt per Oſaſc.in deciſ.
31 71.num.40 & ſeqq. † maximè verò ponderandũ
eſt anni tẽpus, quod ſpatium fuit etiam de iure cõ-
muni cum pluribus aptum, & ſufficiens Tiraq. in
l.retract.§.1. gloſ.10.num.37 & ſeqq. Vbi in ſpe
32 cie num.6. de annali præſcriptione, † & annus di-
citur, nec breuis terminus, nec longior æquo, Surd.
33 deciſ.226.ſub num.11 † & dicitur mora longa Ti
raq.ſub d.num.7. alia in tract. meo reſol.feud.lib.4.
34 c.1. num.34.& lib.6.c.4. nu.44. † præſuppoſitum
verò procedit datis dilationibus breuibus, vt per
Oſaſc.d.num.40. & ſeqq.

Ad Motiua verò ſub 10. Decẽb. 1588. & ſub 19.
Iun.1582. Reſpõdetur, fundamentũ poſitum fuiſſe
in eo, quia ſtatutũ excipit abſentem, ergo & ignorã
35 tem, quia æquiparantur, † quod eſt falſum, quia li
cet in abſente præſumatur ignorãtia, citat. per Rõ.
& ibi add.in liter. H.in d.conſ.59.ſub d.nu.5. Men.
36 conſ.246.n.45.46.lib.3. † Non tamen conuertun
tur, ergo ignorans æquiparatur abſenti, quia poteſt
eſſe ignorans in ciuitate, cui imputari poſſit dãnum
ignorantiæ ſuæ, vt in term. habemus ex eod. Rom.
ſub d.n.5.& D.Sol. præcit. vbi clarè quod abſentia
ſuffragaretur, ignorantia autem præſentis in ciuit.
nequaquam; amplius poteſt eſſe abſentia ſine igno
37 rantia, † quia abſens poteſt ſcire proclamata, quo
caſu non excuſaretur, iux. Sol.d.titulo. de form.ac
ſolemnit.&c. gloſ.a.ſub n. 9.verſ.delle cridæ lit.B.
ex Tiraq.de retract.lign.§.35.gloſ.3. Butr.conſ.45.
ſic deſtructo fundamento corruit ędificium, c.cum
Paulus 3 q.1 & præterea diuerſimodè fuit Iudica-
tũ, vt patet ex alio motiuo ſupradicto ſub 18.octob.
1589. Vbi vlterius teſtatur D. Moriuans, itã vidiſ-
38 ſe practicari. † Alioqui ſtatutum facilè eludere-
tur ſub prętextu ignorantię, cum tamen id fa-
ctum cenſeatur, vt nemo ignorantiam prętende-
re poſſet, eo modo, & in eis caſibus, quos excipe-
re voluerunt ſtatuentes, inter quos etiam iſtum

annu-

annumerare ſciuiſſene, ſi voluiſſent, ad l.vn.§.5.in autem ad deficientis, C.de caduc.tollen.cap.ad audientiã, in fin.de decim. Oſaſc.cõſ.68.n.43.ad fin.
39. † Non obſtat, quod ſaltem ope reſtitutionis in integrum eſſet pronunciandum pro actore ex capite ignorantiæ, vt in terminis per Magon. d.deciſ. 79.num.final. & per Bou. de ſtatut. Vrb.præſcript.
40 gloſ.19. num.2. & ſeqq. † quia non fuit petitum, & petitione reſtitutionis in integrum ſpeciali opus eſt, Imol. in cap, cum veniſſent extra de inſtit. Roman. ſingul.462. vbi add. dicit, opinionem eſſe cõmunem cum Rom. Odd. de reſtit. in integr. q.31.
41 art.1.per totum. † Nec argumentum ab euitando circuitu, quo vſus eſt Magon. d.deciſ.75. in fin. huc intrabat. quia hoc intelligendum eſt de circuitu inutili Oſaſc.deciſ.133.num.10.Caball.conſ.ciuil.85. num.3.par.1.
42 † Secus de vtili, vt quando agitur ex alia cauſa, ſeu ad alium finem, Surd.deciſ.174. ſub num.23.
43 deciſ.333. ſub n.19.verſ. argumentum, † noua autem, atque alia cauſæ cognitione opus eſt in reſtitutione huiuſmodi l.3. vbi omnes, ff. de reſtit.in integrum, l.1.§.cauſa cognita, ff.de minor. l.verum, §.
44 ſciendum, ff.eod.tit. † & patet in ſpecie reſtitutionis aduerſus præſcriptionem ex prætextu ignorantiæ ex nos. per Rot.deciſ.387. par.1. in nouiſſ. &
45 per Surd.conſ.251.per tot lib. 2. † ergo neceſſe eſt quod petatur, vt dicit Odd.d.art.1.num.4. Tiraq. de retract. conuent. §.1.gloſ.vn. ſub num.71. vbi etiam, quod dictum argumentum procedit in quibuſdam caſibus tãtum: regulariter autem contra:
46 † Reſeruauimus tamẽ idem remedium, vt in ſententia, ne ei intendiſſe præiudicare videremur, quatenus competeret ad Rolan. conſ.1.num.143. volum.2. Carpan.ad ſtat. Medi.l.c.248.ſub num.21. lib. 2. Vant.de nullit.ex defectu proc. num.22.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Sententia perempta inſtantia lata eſt nulla, num.1.
Et lata die feriata in honorem Dei, num.2.
Et debet nulla declarari, num.3.
Contra, & declara, vt num.5.
Pars victa, vbi eſt nulla ſententia, debet in expenſis condemnari, num.4.
Contra, & declara, vt num.6. & ſeqq.
Materia condemnationis, vel abſolutionis expenſarum reſidet in arbitrio Iudicis, num.7.
Etiam vbi acta ſint inualida, num.8.
Illa ſola attenditur nullitas, quæ de facto in loco obſeruatur, num.9.
Iudex cui partes deferunt cedulas poteſt ſuper contentis tantum in cedulis, non etiam quoad alia non contenta pronunciare, num.10.

D E C I S I O VIII.

NOn referendo merita cauſæ, quia non expedit, ſolum dicitur, quod aduerſus ſentẽtiam D. Iudicis, à quo fuit dictum de nullitate ex dupli-
1 ci capite, † & quia perempta eſſet inſtantia, quo caſu ſententia fuiſſet nulla, Crau conſ.270. num.7. Marant. in praxi ſua verſ. & omnia fiant durante
2 inſtantia, num.58. † & quia in die feriata ad honorem Dei Papien.lib.7.tit.10.arreſt.5.& mox citandi. Marant.in verſic. validum, & inualidum, n.8.
3 Vnde videbatur dicendum, quod etiam ſententia nulla veniret declaranda, in quo partes concorda-
4 bant, † & quod condẽnanda eſſet in expenſis pars victa, ad Vant.tit. quot.& quibus mod.null.3. ſub num.100. vbi ponit formulam ſententiæ nullæ cũ condemnatione expenſarum, & Crauet.d.num.7. & hoc erat, in quo diſcordes erant eædem partes, cum Tozzettius prętẽderet condemnationem expenſarum. Patriarchius autem è contra negaret.

Verum nobis viſum eſt iuſtius ambas partes ab expẽſis abſoluere, ea in primis ratione innixi, quod
5 † nullitas hæc non reſpiceret vniformiter omnia acta, ſed ſolum actum ipſum ſententiæ, eo quod eſſet lata die feriata, vnde poteramus reformare dictam ſententiam, Crau.in term. vbi ſententia fuiſſet die feriata lata d.conſ.270. ſubd.nu.7. Papien. in lib.ſent.diffinit. verſ.fuiſſe num.8.Vant. quibus mod.ſent.null. defect.par. quo caſu non intraſſent expenſæ quocunque modo facta fuiſſet reforma-
6 tio, † quia intrabat regula, quod, qui obtinuit primam ſententiam pro ſe, non condemnatur in expenſis, Iaſ. in l.properandum, §. ſin autem alterutra, num.24. nec videbatur imputandum pauperibus Ruſticis, ſi Iudex tulit ſententiam in die feria-
7 ta, quare ita viſum fuit, † maximè cum materia huiuſmodi vniuerſa reſideat in arbitrio Iudicis,
8 Menoch.caſ.177.circa princ. † & in termin. etiam inualiditas actorum, quod ratio expenſarum ſtet in arbitrio Iudicis eſt apud Vrſill. num.1.& 2. ad Afflict.deciſ.70. Vltra quod non erat in facto verũ, quod perempta eſſet inſtantia, quia virtute eiuſdẽmet ſtatuti loci licuit Iudici facere vnam dilationẽ octo dierum, qua attenta iam non erat lapſa inſtantia, & ipſæmet partes ſimul gratis concedebant, & præterea dicta dilatio ſolita eſt in loco ita dari, vn-
9 de non intraret nullitas, † quia illa ſola attenditur nullitas, quæ de facto in loco obſeruatur, Vãt.d.tit. quib.mod.ſent.null.&c. ſub num. 128.

Non reformauimus autẽ ſententiam in aliquo, ſed ſolum nullitatem declarauimus, quia partes nõ
10. inſteterunt in hoc, † immo tulerunt de more ſinguli ſingulas cedulas ſuper puncto nullitatis tantum, ad Lanc.de attent. par.2.cap.17.num.164.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Validum eſt inſtrumentum, ſeu obligatio cenſus dato fideiuſſore, num.1.
Statutum Cluſij procedit in cauſis ordinarijs, num.2.
Verbum petere, ſonat in Iudicium ordinarium, numero 3.5.
Petere nõ eſt propriè quando agitur aduerſus obligatum num. 4.
Declara, vt num.5.

Particulare ſtatutum quod procedi poſſit abſque libello attendendum contra generale, quod ſine libello procedi non poſſit, num. 6.

Statuto loci peculiari non exiſtente, recurrendum eſt ad ſtatuta loci Dominantis, num. 7.

An, vbi fideiuſſor ſe principaliter obligauit, obſtet exceptio excuſſionis non factæ propter iuramentum remiſſiuè, num. 8.

Probatur pecuniæ numeratio ex inſtrumento de ea mentionem faciente, num. 9.

Inſtrumentum eſt probatio probata habet vim diffinitionis cauſæ, & dicitur caſus legis, num. 10.

Vt teſtes de auditu probent, num. 12.

Requiſita ſunt neceſſaria, num. 11. 14.

Maior vis requiritur ad impugnandum inſtrumentum, num. 12.

Et requiſita ad probandum pecuniam non fuiſſe numeratam ſub eod.

Periurium obſtat agenti non petita abſolutione, num. 15.

In Iudicio executiuo non attenduntur nullitates, & alia altiorem indaginem requirentia, num. 17.

DECISIO IX.

FVerat factum grauamentum in bonis Andreę Berti, vti fideiuſſoris pro ſolutione annui cenſus inſtante Angelo Lippi creditore, quod quidem grauamentum fuit cōfirmatum à D. Iudice à quo, & quoque per nos, non obſtantibus exaduersò oppoſitis.

1 † Nam præſuppoſita validitate obligationis, & fideiuſſionis ad contractum cenſus, ad Boniuſig. in tract. de iuſt. negot. cap. 13. num. 2. de cenſib. Surd. conſ. 318. nu. 13. D. meus Theſaur. in vnica. & noua cenſ. quæſt. ſub num. 14. & ſeqq. quatenus oppoſitum fuit primo loco de non porrecto libello ex ſta-
2 tuto Cluſij, cum cauſa excedat lib. 15. † Fuit reſpōſum, dictum ſtatutum loqui in cauſis ordinarijs,
3 † vt patet ex verbo petitionis adhibitu in ſtatuto, quod in iudicium ordinarium ſonat ad tit. de plus petit. & ibid. Doctor. Maran. cum cit. in prax. p. 4. diſt. 7. verſ. an ſuper petit. vel poſſeſ. Menoch. de re-
4 cuper. poſſeſ. in pręlud. num. 7. † & licet petere non ſit propriè, quando agimus aduerſus obligatum,
5 vt ibid. Menoch. num. 9. † Tamen omnimodo detegitur differentia inter agere executiua via, & agere ordinaria, verba autem ſtatuti, petitionem edi, tendunt ad demonſtrandum, quando agitur via ordinaria actione ad rem, vel in perſonam inſtituta, iuxta trad. in princ inſtit. de act. & Menoch. ibid. num. 10. & ſeqq. & l. edita actio cum ibi Doctor. de
6 eden. † & dicebatur adhuc, quod eſſet particulare ſtatutum (quando agitur virtute inſtrumenti guarentigiati) vt procedi poſſet abſque vlla ſolemnitate, & libello, quod ponebat falcem ad radicem, quia ſtatutum ſpeciale attenditur Surd. deciſ. 49. num. 6. 7. cum cit. & vnumquodq; in caſu ſuo operabitur, ad Oſaſc. deciſ. 1. ſub num. 21. & hic erat inſtrumentum guarentigiatum iuratum.

Secundo exceptio excuſſionis non factæ, fuit reſponſum, quia nullum extat in loco Cluſij ſtatutū ſuper materia quicquam diſponens, fore recurren-
7 dum ad ſtatuta Florentina, † quibus diſponitur fideiuſſorem cōueniri poſſe abſque excuſſione principalis debitoris, ſub Rub. de reiect. excuſs. Caualc. deciſ. 30. num. 8. par. 1. & in term. terminantibus ſtatuti huiuſce Florentini, deciſ. 27. num. 4. par. 2.
8 † & licet fieret fundamentum etiam in eo, quod alias, vbi conſtat fideiuſſorē ſeſe principaliter obligaſſe de iure communi, non obſtaret exceptio excuſſionis non factæ propter iuramentum, tamen hic figere pedes noluimus, propter deciſ. in contrarium Theſ. deciſ. 166. per tot.

Tertio loco opponebatur aduerſus inſtrumentum, quod non fuiſſet realiter numerata pecunia,
9 ſuper qua fuerunt examinati teſtes, † fuit reſponſum inſtrumentum ipſum facere mentionem de reali numeratione, pro quo pręſumitur, quia eſt probatio probata, & veritas apparens, Oſaſc. de-
10 ciſ. 117. num. 1. † & habet vim definitionis cauſę & dicitur, qui habet inſtrumentum pro ſe habere caſum legis, Crauet. conſ. 317. num. 1. ad Alexand. & Doctor. in l. prædia, ff. de acquir. poſſ. Vbi quando numeratur pecunia, &c.

Teſtes examinati non ſufficiunt ad impugnandum, nam primus dixit, *che ha ſentito dire, che non ſi poteua far il contratto ſe non ſi paleſaua i denari, che Angelo li paleſò, quando ſi fece il contratto, nè che li riportò, e così eſſerne publica voce, & fama, non ſi ricorda da chi, nè de gl'autori.* Idem in effectu depoſuit, & ſecundus, & nihil vltra, idem & tertius, & quartus, & nil pariter vlterius; Conſideret quiſque quid facere poſſint huiuſmodi teſtimonia, quę primo tantum deponunt de auditu per ea, quæ di-
11 cuntur, † quod quando teſtes de auditu recipiuntur, vt eorum probatio ſufficiat, concurrere debēt duodecim requiſita, quorum ſi vnum deficiat nullam pęnitus fidem faciunt, vt videri poteſt apud Doctor. in cap. licet ex quadam de teſtibus Surd. deciſ. 145. num. 2. & infra num. 14. quæ cum procedant ſimpliciter, & vbi nihil eſt in contrarium, quantò magis procedent, vbi extat inſtrumentum
12 ipſum, & vbi ageretur de eo impugnādo. † in quo fortiores vires requiruntur per ea, quæ latè in materia impugnandi inſtrumentū per teſtes trad. Mortot. Reſp. 39. per tot. & Reſp. 69. num. 15. & 16. & ad Alexan. in term. d. l. prædia, num. 4. 6. & 7. de acquir. poſſeſs. dum dicit, probari per teſtes, qui interfuerunt nullam pecuniam re vera extitiſſe, & ad Surd. cum cit. in deciſ. 284. per tot. Corruit etiam, ſi dicatur non agi de impugnādo inſtrumento, ſed de impugnando quid extra inſtrumētum, cum depoſuerint, pecuniam quidem adfuiſſe in ipſo actu inſtrumenti, ſed poſtea fuiſſe rettactam, ſeu rece-
13 ptam ab eodem, qui eam exburſauerat, † quia reſpondetur, nec hoc quidem remanere ſufficienter probatum ex depoſitione de auditu in forma prędi-
14 cta, præſertim quia cum depoſuerint de fama nō inueniuntur depoſuiſſe iuxta requiſita intercurrere debētia ad ipſius probationem, de quibus vltra cit. ſupra num. 11. etiam latè Maſc. de probat. concluſ. 749. per tot. & latius Farinac. in tit. de indic. & tort.

& tort.q.47.num.208. cum ſeq. Lepid.deciſ.Luc. 127. col. 4. verſ.& publica vox, quorum nulla hic verificantur, quia quam ſimpliciſſimè depoſuerunt, iuxta iam ſupra relata.

15 † Et generaliter obſtabat periuriũ, ex quo pars
oppoſuit aduerſus inſtrumentum iuratum, non petita prius abſolutione à iuramento, & ideo repellenda, Ant.Gagliard.de abſolut. à iuramento,n.19.
16 28.§.2. & §.3.nu.1. & ſeqq. † maximè, quia fuit
in ſpecie oppoſitum de periurio, ad ibid.Gayl. nu-
17 mero 14.& ſeqq. Crau.conſ.199.nu.12 & 13. † &
etiam quod ſumus in Iudicio executiuo, in quo exceptiones huiuſcemodi, etiam nullitatis, requirentes altiorem indaginem, non ſolent exactionem, ſeu executionem cenſus remorari, Bened. de Bou. de cenſ.lib.1.art.61. num.98. Vinc.de Franc. deciſ.373. per tot.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Vbi ſubſtitutio non loquitur, ibi locum habere non poteſt, & qui ſubſtitutionem allegat, aliquem caſum continere probare debet, num. 1.

Decedente aliquo ante grauatum relictum fit caducum, num. 2.

Adeo, vt non ſit locus tranſmiſſioni, num.3.

Coniectura teſtator ſi viueret hos, vel alios præferret, numero 4.

Declaratur procedere dummodo de ea appareat ex verbis teſtatoris, num. 5.

Secus ſi nulla adſint veſtigia apparentia, num.6.

Prædilectio reſtringitur ad perſonas nominatas, num.7.

Compendioſa ſubſtitutio per verbum quandocunque inter perſonas vocatas, num.8.

Non autem operatur perpetuitatem, etiam quoad non vocatas, num.9.

Niſi aliter conſtet ex verbis, & alijs cauſis, num.10.

Inter tranſuerſales difficilior eſt quæſtio de tranſmiſſione inducenda, quia alij eam aſſerunt, alij verò negant, num. 11.

Nepotes ſunt admittendi in locum matrum, num.12.

Contra, relata contrarietate inter Dec. & Gozzad. numero 13.

Quæ tamen euitatur in caſu noſtro, num.17.

Vbi plures ſunt vocati, vnus poſt alterum, ſumus in claris circa modum ſuccedendi, num.14.

Poſteriores in gradu excluduntur, dum ſunt priores in gradu, num.15.16.

Probabilia iuris dubia ſunt cauſa legitima excuſandi ab expenſis, num. 18.

Et quia inter coniunctos, num.19.

Et quæ dicatur iuſta cauſa litigandi, num.20.

D E C I S I O X.

BErtus Cianellus ſuo teſtamento inſtituit Dominam Claram vxorem D.Iuliani, D. Franciſcam vxorem D.Thomaſij, & D Benedictam vxorem Cecchi, ſorores ſuas æqualiter, & Benedictam quandocunque ſine liberis decedenti ſupraſcriptas ſorores, & Angelam aliam etiam ſororem innuptam ſubſtituit vulgariter pupillariter, & per fideicommiſſum æqualiter ſemper: præmortuis omnibus dictis ſororibus, tandem & ipſa Benedicta poſt omnes deceſſit, filij dictarum ſororum nuptarum petierunt hæreditatem, ſeu bona dictæ D. Benedictæ, & tanquam matres ſuas repræſentantes, & tanquam proximiores ab inteſtato ſucceſſores, à quodam Archangelo defenſore, è contra comparuerunt filij dicti Berti teſtatoris, & Stephani eiuſdem teſtatoris fratris, vti tertij, & vti proximiores meliora, & potiora iura prætendentes, & hi ſententiam fauorabilem reportarunt quam, & Rota confirmauit:

Quia teſtamentum allegatum non complectitur filios dictarum ſororum ſubſtitutarum hodie appellãtes, quibus propterea obſtare dicebatur, quod
1 in hoc caſu non loquitur ſubſtitutio fideicommiſ-
ſaria, & qui dicit ſubſtitutionem comprehendere aliquem caſum debet id oſtẽdere, Oldrad.conſ.21. Thema tale eſt, Socc.ſen.conſ.62. verſ.4.conſ.63. num.14.conſ.104.num.8. vol.3.text.in l.vn. §.ſin autem, C.de caduc.toll.l. cohæredi, §.cum filiæ, ff. de vulg.l.Titia cum teſtamẽto, §.Caius Seius, ff.de legat.2. Peregr.de fideicom.art.27.num.15.in fin.
2 † Et cum ſorores ſolæ vocatæ deceſſerint ante
grauatam euanuit omnino fideicõmiſſum d.l. vnica, §.ſin autem ſub conditione, C. de caduc.tollen.
3 adeo vt non ſit tranſmiſſioni locus, Craſſ. in §.fi-
deicommiſſ.quæſt.pen.ſub num.6.
4 Ad allegatas coniecturas, & primò ad illã, quod
teſtator ſi viueret filios harum ſororum inſtitutarum, & ſubſtitutarum præferret appellaris ad Gabriel.lib.4. de hæred.inſtit.concluſ.2. num.39.
5 † Reſpondebatur, hoc eſſe diuinare, niſi alioquin
appareat ex teſtatoris verbis, ſeu diſpoſitione, idem Gabr.ibid.num.19.& 40. Pedroch.conſ.38.nu.40. cum ſeqq. Soccin.conſ.116.num.2.lib.2. Cæphal.
6 conſ.46.num.19. Pariſ.conſ.66.n.12.lib.3. † nec
aliqua apparebant veſtigia, ex quibus videretur dicendum quod teſtator etiam earum liberis familiæ, vel poſteritati conſulere voluerit, ad Maſcard. de probat.concluſ.775. nu.7.9. & per tot. & Hyp. Rim. in term. huiuſmodi coniecturæ, conſil.502. nu.107. lib.5. vbi hanc cum alijs coniunctam admittit ex alijs, non autem per ſe ſolam allegans, Crau.conſ.776. col.pen.

Ad illam quod ſorores conſpiciantur prædilectæ, quippe titulo inſtitutionis vocatæ cum appellati legatarij tantum ſint. Reſpondebatur, quod prædilectionis prætextus perſonas nominatas tantum, non etiam alias non nominatas complectitur, ad Bart. in l.cum ita, §. in fideicommiſſo, num.2. de leg.2. Mantic.de coniectur. vlt.volunt.lib.6.tit. 11. ſub num.13.

Ad verbum, ſemper, poſitum in ſubſtitutione reſpõdebatur, eſſe iunctum cum verbo, æqualiter, &
8 reſpicere etiam aliam vocem, quãdocunque, † per
quam compendioſa ſubſtitutio inducta fuit, quæ plures caſus comprehendit, Craſſ.in §.ſubſtitutio. quæſt.61. quapropter ſatis verificari in eo dicebatur,

tur, quatenus fateamur, quod omnib. caſibus ſem
per æqualiter ſuccedendum ſit inter præfatas per-
ſonas vocatas. Non autem, vt de per ſe operetur
9 perpetuitatem in poſteros, † quod eſſet terminos
ſubiectæ materiæ excedere, vt in term. Boer. deciſ.
158. num. 9. cum ſeqq. facit Magon. deciſ. Flor. 91.
10 Pariſ. conſ. 75. nu. 34. lib. 2. † quo attento Doctor.
contra citati, vt Menoch. conſ. 44. num. 11. & alij
non obſunt, loquuntur enim in alia materia ex vi
verborum, & alijs ex cauſis perpetuitatem con-
tinente.
11 † Addebatur, quod difficilius admittuntur con
iecturæ ad tranſmiſſionem inducendam inter col-
laterales ipſius fideicommittentis, ad Gabr. d. con-
cluſ. 2. num. 17. Craſſ. in §. fideicommiſſum, q. pen.
ſub num. 7. iuncto Menoch. conſ. 661. ſub num. 25.
lib. 7. Nam illi non admitti coniecturas omnino ne
gant, ipſe verò Menoch. affirmat, & ad deciſ. no-
ſtram Flor. 29. per tot.

Neque etiam ab inteſtato poterat eſſe locus ip-
ſis appellantibus, quia obſtabat ſtatutum ſub c. 9.
lib. 2. quo filij patruorum cuiuſmodi ſunt filij Ber-
ti, & Stephani appellati excludunt huiuſmodi libe
ros ex ſororibus deſcendentes.
12 † Sed dicebatur exaduersò, quod hic nepotes
ex ſororibus forent iure repreſentationis admitten
di in locum matrum eorum ex Dec. conſ. 299. ſub
num. 3. & conſ. 553. per tot.
13 † Sed Reſponderunt contra Dec. in eodem caſu
conſuluiſſe Gozzadin. conſ. 43. per tot. & nos ver-
ſari in diuerſo caſu ab eis, & in tali, in quo indubi-
tanter huiuſmodi nepotes venirẽt per filios patruo
rum excludendi ex diſpoſitione ſtatuentiũ expreſ-
ſa, dum inter plures ſucceſſionum ordines, & gra-
dus primi filij ex patruis præmiſſi ſunt, ibi, *ſed præ
dictis perſonis, vel aliqua ex eis non extantibus, vel
hæreditatem repudiantibus ſuccedant in omnibus bo-
nis vndecunque quæſitis patrui ipſius defunctæ perſo-
næ, & filij maſculi patruorum, & prælati ipſis nepo-
tibus ſororum longo ſuccedendi ordinũ interuallo poſt-
poſiti*, ibi, *& prædictis non extantibus ſuccedant ami
tæ, & filiæ fœminæ patruorum præmortuorum, & fi-
lij maſculi, & fœminæ, ex ſororibus præmortuis, &c.*
14 † Ex quibus expreſſa reſultaret diſpoſitio, ad §. ſe-
cundo gradu cum §. ſeq. Inſtit. de Grad. cognat. l. 1.
15 §. 2. & 3. de Grad. affinit. † quæ excluderet voca-
tos in poſteriori loco Pedroch. conſ. 33. num. 12. &
ſub num. 16. Gozzad. d. conſ. 43. ſub nu. 19. & 20.
iuncto etiam num. 3. verſ. ſexto, & ſub nu. 25. ver-
ſic. ad ſextum, Dec. ipſe exaduersò allegatus in con
ſil. 507. num. 1. & 3. & conſ. ſeq. per tot. præſertim
verò ſub num. 3. paulò poſt princ. verſ. tota vis cõ-
ſiſtit, id quod, vel ex eo etiam corroboratur, quod,
quando ſtatuentes voluerunt filios ſororum voca-
16 re, id expreſſerunt, † ergo eum id non fecerint in
caſibus antecedentibus gradus ipſos, in quibus fue
runt filij patruorum prædicti collocati, manifeſtè
arguitur, noluiſſe filios ſororũ ante eos vocare iux-
ta reg. l. vnic. §. ſin autem ad deficientis, C. de cadu
cis tollen. & hac conſideratione vtitur Decian. cõ-
ſil. 33. num. 12. verſ. 6. vol. 2. & poſt eum Pedroch.
qui Dec. refert, & ſequitur in d. conſ. 33. nu. 17. ſe-
quebatur, & illud abſurdum, ſi nepotes ex ſorori-
bus forent admittendi, quod ſtatuentes contraria
dixiſſent; dum primo loco poſuiſſent patruorum
filios, & poſteriore nepotes ex ſororibus, ſi nunc di
ceremus iſtos nepotes ex ſororibus ſub hoc repre-
ſentationis colore præferendos, quod non eſt feren
dum ad l. vbi repugnantia, vbi Dec. ff. de reg. iur. al
legatam in ſimili per Decian. d. conſ. 63. num. 11.
vol. 4. Immo cum habeamus in ſpecie ſtatutũ præ
ferens nepotes patruorum nepotibus ſororum ſu-
17 mus in claris. † & conflictus omnes maximè inter
Dec. & Gozzad. euitantur dum Dec. caſum omiſ-
ſum oſtendit in caſu ſuo.
18 † Abſoluimus autem ambas partes ab expenſis
ob probabilia dubia, ſtantibus maximè iſtis conie-
19 cturis ad Corn. conſ. 181. num. 19. vol. 3. † & quia
inter coniunctos cum hoc ſit Iudici arbitrarium,
20 † prout etiam eſt Iudici arbitrarium, quando iuſta
ſit cauſa litigandi ex qualitate facti, & perſonarum
conditione, Aſin. in praxi Iud. q. 32. cap. 2. limit. 5.
princ. lim. 1. ſub num. 2.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

*Gabella ſoluitur pro parte bonorum, ſi non omnia bona
æſtimata ſunt, ſed pars tantum, num. 1. 2.*

Iura conſiderant effectus, qui durant, num. 3.

Statuta ſunt diſcretè intelligenda, num. 4.

*Gabella ſoluitur tantum pro contractu primæuo, non pro
declarato, num. 5.*

Nec pro acceſſorijs, ſeu dependentibus, num. 6.

*Abſurdum eſt quod de vna, & eadem re bis ſoluatur ga
bella, num. 7.*

*Recognitione nihil noui fit, ſed quod eſt declaratur, nu-
mero 8.*

*Ratio ſtatuti eſt attendenda, & ampliat dictum, nu-
mero 9.*

Etiam ſi verbis ſtatuti vis fieret, num. 10.

*Etiam ſi non fuerit ſcripta, ſi alia aſſignari non poteſt,
num. 11.*

*Vbi eſt eadem ratio, non dicitur extenſio, ſed comprehen
ſio, num. 12.*

*Quod lex, vel ſtatutum non dicit, non eſt ſuperſtitioſis
inuentionibus præſumendum, num. 13.*

*Solutione eius, quod debetur omnis tollitur obligatio etiã
ſi ſoluerit tertius, num. 14.*

*Lex poſterior attendenda, maximè ſi ſit contraria primæ,
num. 15.*

*Iniquum eſt, quod emptor prætendat rem retinere, non ſo
luto precio, num. 16.*

*Retentio facilius datur ei, qui rem ſuam recuperauit,
quando res ad primæuum ſtatum rediȷt, num. 17.*

DECISIO XL

ADuerſus ſententiam adiudicationis bono-
rum in ſolutum altera ſubſequenti confir-
matam egerunt Domini del Vernaccia, oppoſitis
quatuor nullitatib. quas poſtea ad duas reduxerũt.
Primò,

Digitized by Google

Primò, quod non fuerit ſoluta gabella dictæ ad-
iudicationis.; Secũdò quod nõ fuerit ſoluta gabella
pro ſeripta priuata recognitionis debiti, & obtinue
runt; Verum etiam aduerſus ſententias proprias,
aliæ nullitates oppoſitæ fuerunt, præſertim, quod
contra Clericum etiam latæ fuiſſent, & cum obten
tum fuiſſet; contigit, vt nunc idẽ Domini del Ver-
naccia iterum mortuo clerico idem iudicium nul-
litatis intentauerint aduerſus ſuperſtites laicos, ad
dicta duo capita, vt dixi, nullitates reſtringentes.
Abſoluti ſunt conuenti, quia defectus non ſolutæ
gabellæ ex primo capite verus, tunc quando obti-
nuerunt dictas ſententias, nunc falſus apparuit, cõ-
ſtito nouè de eius ſolutione ex fide ſub 31. Auguſti
1564. iuncta alia fide ſubſequenti ſub primo Se-
ptembris. Nec verum eſſe conſtabat, quod integrè
non fuiſſet ſoluta, (ad quod ſubſidium recurrerũt
dicti del Vernaccia in præſentiarum,) Immo con-
ſtabat, licet bona fuiſſent æſtimata florenis 271.3.
2. vt in dicta ſententia adiudicationis, non fuiſſe
capta pro tota hac æſtimatione, ſed tantum pro flo
renis 198. pro quibus apparet ſoluta gabella, vt in
dicta fide, nec ſententia ipſa adiudicauit omnia bo-
na, ita, vt ſupra æſtimata, ſed pro rata quantitatis
debiti tantum, & ad partes etiam fuit oſtenſum,
quod ipſimet del Vernaccia adhuc poſſident de bo
nis illis, vt ſupra æſtimatis cum alijs, quare cum ſi-
mus extra caſum legis, & extra diſpoſitionem ſta-
tutorum gabellæ, fruſtra oppoſitũ fuit de defectu,
qui non eſt, ad l. 4. §. totiens. ff. de dam. infect. cum ſi
1 mil. † & eſt abſurdum dicere, quod lex voluerit
ſolui gabellam pro omnibus bonis, ſeu pro tota æſti
matione, ſi ſolum pars, & bonorum, & æſtimatio-
nis habita in effectu fuit, ad l. nam abſurdum de
bon. libert. & ad alia cit. per Surd. conſil. 179. ſub
2 num. 41. & ſeqq. † Vbi in term. gabellarum ait di-
ſpoſitionem debere habere locum in caſu, in quo
3 verificari poteſt, † & effectus iura conſiderant, &
qui durant, non qui momento aliquo tantum con-
ſiſtere videntur, idem Surd. conſ. 179. num. 50. 51.
4 † & diſcretè ſtatuta intelligenda Petr. de Ranu. in
materia Gabellæ ſingulari 861. Marc. quæſt. 893.
num. 11. par. 2.

Eadem facilitate deregitur erroneum aliud ca-
put nullitatis ex defectu non ſolutę gabellæ pro de-
bito recognito, quia quatenus recognitum fuit de-
bitum ex cauſa contractus antecedentis, pro quo
fuerat ſoluta gabella, clarum eſt, quod non erat ſol-
5 uenda, † quia gabella ſoluitur tantum pro contra-
ctu primæuo, non pro declarato D. Ant. Sol. ad an-
tiq. Sab. decret. de iur. emphit. decr. in caſibus p. 1.
6 gloſ. 1. num. 11. † nec pro acceſſorijs, & dependen-
tibus Bald. in l. 2. col. 5. C. de iur. emphit. Surd. de-
ciſ. 305. num. 22. & deciſ. 321. Crau. conſ. 223. ſub
num. 7. & 10. Sol. in loco mox citat. ſub num. 21.
7 verſic. pro qua opinione, † quia alioquin ſequere-
tur abſurdum, quod de vna, eademque re bis ſolue
retur gabella, vt ait Bart. in l. ſancimus. 4. C. de con.
& non ſparg. ab ijs pecu. lib. 12. Sol. vbi ſupra
8 ſub d. num. 21. verſ. ſoluto igitur; † Nam per reco
gnitionem nil noui fit, ſed tãtum, quod antea ine-
rat declaratur, Crauet. conſ. 1000. pro Gen. n. 466.
& in rep. num. 56. Surd. conſ. 135. nu. 110. & ſeqq.
& videtur hic caſus deciſus ab eodemmet ſtatuto
in contrarium citato ſub Rub. della gabella de mu
tui recognit. &c. in illis verbis, *Saluo che detta ga-
bella non s'intendi douerſi pagare per li mutui, &c. ne
di quelli depoſiti, che l'haueſſero dependenza da contrat
ti, ò atti gabellabili*; Nam licet verba referantur tã-
tum ad terminos depoſiti, tamen eadem ratio mili
tat etiam in alijs, quam ſupra ex Bart. & alijs dedu
ximus ab abſurdo euitando, ne pro eadẽ re duplex
9 ſoluatur gabella, † quæ eſt attendẽda quia ampliat
dictum, plura pro hoc Surd. conſ. 67. nu. 21. & ſeqq.
10 † Etiam ſi verbis ſtatuti vis fieret, Idem Surd. de-
11 ciſ. 43. num. 8. 9. & deciſ. 129. num. 10. † ac etiam
ſi non fuerit ſcripta in ſtatuto, quando non niſi vni-
ca afferri poteſt, vt hic, quæ enim alia ratio aſſi-
gnari poſſet, quam ſupradicta, num. 7. Idem Surd.
12 deciſ 174. num. 12. 13. † & non dicitur extenſio,
ſed comprehenſio, Surd. deciſ. 276. nu. 9. qui vnus
author pro omnibus ſufficiat, cum & pleniſſimus
ſit circa hæc, & in manibus omnium ſit.

Hæc omnia habent etiam locum quoad alterũ
caput eiuſdem met ſcriptæ, quatenus ille del Ver-
naccia ſe recognouit debitorem ex cauſa affictus
eorundemmet bonorum venditorum; verum vlte
rius additur, quod nulla eſt lex gabellæ, quæ obli-
13 get ad eius ſolutionem pro affictibus, † quare non
eſt ſuperſtitioſis inuentionibus introducendũ præ-
ſumendumue, ad Surd. conſ. 173. num. 72. Immo
eademmet lex excluſit promiſſiones ex cauſa affi-
ctuum, ibi, *nè delle promeſſe, che ſi faceſſino di grano
o biada per li lauoratori, o affittaioli à loro padro-
ni, &c.* Demum apparet ſoluta gabella etiam pro
contentis in dicta ſcripta, & pars ipſa produxit fi-
14 dem, nec refert, quod ab alio fuerit ſoluta, † quia
ſolutione eius, quod debetur omnis tollitur obliga
tio, etiam ſi à tertio facta fuerit l. ſoluendo de ne-
goc. geſt. l. ſolutionem, de ſolut. Surd. deciſ. 113.
num. 2. præſertim, quia apparet ſolutum ante exe-
cutionem, quod (vel ex alijs legibus gabellæ) ſuffi-
cit, nanque ſolutio legitur facta iam de anno 1583.
lis autem præſens incboata fuit tantum de anno
1612. & ſic ante longe litem motam, ne dum ante
ſententiam, aut executionem, & per hoc etiam tol-
litur difficultas, quæ fiebat ex lege gabellæ 1481.
Che ſi debba pagar gabella di tutte le notificationi,
quia ſi fuit dicta ſcripta notificata fuit etiam ſolu-
ta, &c. vt dictum eſt, præterquam quod lex, quę ex
cauſa affictuum dicit non eſſe ſoluendam gabellã,
15 eſt poſterior, nempe de anno 1569. 1. Iulij, † & ſic
attendenda, quia vltima derogant prioribus l. pa-
cta nouiſſima. Vbi Dec. & alij, C. de pact. maximè,
quando lex vltima contrariatur primæ, l. ſed & po-
ſteriores, ff. de legibus.

Et verè re etiam in meritis conſiderata iura om
nia videbantur clamare contra hanc partem actri-
16 cem, † dum ipſa inhiat ad bona, propter precium
conuentum non ſolutum per viam executionis, re
cuperata ab ipſomet qui vendiderat; nõ oblato ſal-
tem precio ad l. Iulianus, §. offerri, de actio. empt.

quę

Digitized by Google

quæ ergo iniquitas prætendere rem emptam, & preciũ rei ſoluere nolle? nec offerre? profectò hoc nec æquitas l. curabit. C. de act. empt. nec alia ſimi-
17 lis permittit, † & facilius datur retentio vbi maximè res in priſtinum ſtatum ſuum, ſeu ad primæuã cauſam deuenit, ad l. ſi vnus, §. ſi pactus. de pact. D. Morot. Reſpon. 30. num. 16. Crau. conſ. 96. n. 9. Vt hic ad venditorem, qui, ob precium nõ ſolutum ab emptore, rem propriam in ſolutum accepit per adiudicationem prædictam.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

Statutum excluſiuum fœminarum, mandans tamen eas congruè dotari eſt validum, num. 1.

An datum in ſolutum pro dote filiæ non nuptæ, tranſeat ad hæredes ipſius filiæ innuptæ prædefunctæ, num. 2. & ſeqq.

Si dos ſuccedat loco legitimæ tranſit, ſin ſecus non tranſit ibidem.

Quin ſi non ſuccedit loco legitimæ reſoluitur datio in ſolutum, quaſi non ſequuta conditione matrimonij, & dotis, num. 3. 5. 29.

An dos ſtatuti ſuccedat loco legitimæ diſtinctio Caſtr. probatur, num 4.

Et quid, ſi ſtatutum mandet conuenienter dotari, numero 6.

Præiudicia ſequenda ſunt, num. 7.

Quando res eſt dubia aliorum exemplum ſequendum eſt in iudicando, num. 8.

Res iudicatæ in loco habent vim conſuetudinis, numero 9.

Eſt in arbitrio Iudicis, cui magis e contrarijs opinionib. adhærere in dicta queſtione, num. 10.

Arbitrium debet inclinare in fauorem eius, qui caſum aduerſum paſſus eſt, num. 11.

Potentia proxima actui habetur pro actu, num. 12.

Quod habetur pro, factum, factum ipſum abſolutè reputari non poteſt, num. 13.

Afflictio non eſt addenda afflicto, num. 14.

Damnum duplex non eſt inferendum, num. 15.

Subueniendum eſt ei, qui eſt in neceſſitate, num. 16.

Et coniunctioribus, num. 17.

Et coniunctis pauperibus, num. 18.

Et contemplatione alimentorum, quæ etiam ſpurijs ſunt debita, num. 20.

Et à quolibet conſanguineo ſunt præſtanda, numero 21.

Et vbi agitur de modico præiudicio, num. 22.

In ambiguis media via eligenda eſt, num. 23.

Multæ rationes ſimul iunctæ poſſunt arbitrium Iudicis mouere, num. 24.

Per adiudicationem bonorum ex ſecundo decreto, transfertur Dominium, num. 25.

Aſſecuratio non transfert Dominium, num. 26.

Aliud eſt in ſolutum dare, & aliud ſecurum facere, numero 27.

Sententia debet intelligi ſecundum ſubiectam materiam, num. 28.

Secundum libellum, & petitionem, num. 30.

Verba generalia cum enumeratione caſuum omnem omnino perſonam comprehendunt, num. 31.

Vbi agitur petitione hæreditatis, condemnatio fructuum ſequi debet à die mortis, num. 32.

DECISIO XII.

IN concurſu creditorum fratris fuit, & ſoror, quæ
licet non dum matura viro, tamen obtinuit bo
na quædam in ſolutum pro dote ex ſtatuto Piſto
rienſi ſub Rub. 97. lib. 2. mandante fœminas conue-
1 nienter dotari, † de cuius validitate non erat dubi-
tandum, ad Craſſ. in §. legitima q. 3. nu. 6. 7. & 11.
q. 42. ſub num. 3. & q. 43. in fin. Mox deceſſit frater
ſuperſtitibus matre, filio naturali, & dicta ſorore,
quæ pariter poſtea innupta deceſſit relictis matre
hærede, & præfato filio naturali, qui quidem filius
naturalis, vi tute ſtatuti Piſtorienſis ſub Rubr. 98.
lib. 2 petijt contra matrem tertiam partem hæredi
tatis paternæ, & obtinuit per duas conformes, ve-
rum remanſit dubitatio, an in hac tertia parte bo-
norum paternorum ſibi adiudicata comprehendi
deberent bona in ſolutum data dictæ ſorori pro di
cta dote, ita quod, & de eis dicta tertia detrahenda
eſſet ad fauorem dicti filij naturalis.
2 † Primus Iudex affirmatiuè reſoluit cuius ſenté
tiam Rota confirmauit, & dictum fuit, hoc totum
pendere ex eo, an in terminis d. ſtatuti dos ſuccede
ret loco legitimæ, an non, quia ſi ſuccederet, iã ius
fuiſſet radicatum in perſona ſororis, quod propte-
rea in matrem hæredem ſuam tranſmiſiſſet, ſin ve
3 rò non ſuccederet, totum contrarium; † Vnde fie-
ret, quod ex defectu conditionis non verificatæ per
matrimonium, quia innupta præmortua eſſet, reſo
luta maneret dicta datio in ſolutum, & intra iura
paterna dicta bona repeterentur, ad l. voluntate, 10.
ff. quibus mod. pign. vel hypoth. Solu. Caſtr. conſ.
4 225. in princ. lib. 2. † In qua difficillima quæſtione
recedendum non putauimus à diſtinctione Caſtr.
in l. Titio centum, §. Titio genero. poſt nu. 8. verſ.
ego pluries, ff. de cond & demon. in conſ. 175. du-
bit. 2. lib. 1. conſ. 468. fin. lib. 2. dubit. 3. quod aut ſta
tutum præſeruat dotem filiæ tali modo, quod qua-
litas dotationis neceſſaria ſit ad hoc, vt filia exclu-
datur, & hoc caſu dos ſuccedat loco legitimæ, aut
ſtatutum primo excludit, deinde mandat dotari, &
hoc caſu non ſuccedat, quam diſtinctionem nouiſ-
ſimè ſequitur tanquam magis communem, & ve-
ram alijs relatis D. Morotius Reſp. 13. ſub num. 2.
ſub verſic. ſed licet, caſum autem noſtrum conue-
nire huic ſecundo membro dictæ diſtinctionis, con
ſtabat, vnde firmum maneret quod inter iura ſoro
ris non remanſerit dicta dos, per obitum ipſius an-
5 te matrimonium, reſoluta per prædicta, † & quod
ideo non tranſmiſerit ad hæredem Surd. de alim.
tit. 3. q. 1. num. 47.
Nec difficultaté nobis ingerebat, alia limitatio,
6 quæ ſolet afferri, † quod quando ſtatutum man-
dat conuenienter dotari, vt in caſu noſtro, tunc ve-
rum ſit dicere, quod dos loco legitimæ ſuccedat, &
ideo tranſmittatur iuxt. Franc. Becc. in conſil. 117.
num. 8.

nu.8. cum per eum relatis, & quam communem
eſſe, dicit Corn.conſil.40.col.pen. verſ.ideo puto,
lib.3.refert,& ſequitur pluribus alijs relatis D.Mo
rot.d.reſp.23.ſub num.11. Vltra ea quæ ponit do-
ctiſs. D.meus Laderch. conſ.25. num.6. & ſeqq.
vbi dictam diſtinctionem Caſtr. multis impugnat.

Quia in contrarium,& in fortioribus terminis aſ-
ſerebatur Theſ.in deciſ.159. ſub num. fin.per tot.
vbi dicit,ex ſimilibus verbis congruenter, vel con
uenienter elici non poſſe iſtud,quod dos loco legi-
timæ ſuccedat, & fuiſſe dictum in poſterum ſuper
hac quæſtione non dubitandum; ſed eam deciſio-
nem perpetuò ſequendam, vt auferatur multipli-
7 cibus diſputationibus occaſio, † quam ſententiam,
& nos liberius ſequuti ſumus, quia eadem præiu-
dicia etiam in hac Ciuitate deprehendimus, ad l.
minimè, ff. de legibus, Menoch. quæſt.1.num.14.
& ſeq.de præſumpt. Surd.conſ.90. num.44.conſ.
8 311.num.17. † Vbi, quando res eſt dubia,aliorum
eſſe exempla ſequenda in Iudicando, & ad Cald.
de renouat.emphyt.q.15.num.27. Menoch.conſ.
9 633.num.15.lib.7. † Ex quibus res iudicatas in lo-
co habere vim conſuetudinis.

Accedebat, quod, ſi aliquod hac in re viguiſſet
10 arbitrium, † prout in hoc articulo liberum eſſe iu
dicis arbitrium in alterutram partem, inquiunt
Socc. Dec. & Burſatt. relati per D. Morot.d. Reſp.
23. in fin. videbatur hoc facilè inclinandum fuiſſe
11 ad fauorem huius pauperis filij, † quippe qui caſu
magis aduersò, quam aliter hanc iacturam paſſus
eſt, vt talis remanſerit, ſiquidem reuertente ab Vr
be Romana licentia contrahendi matrimoniũ in-
ter patrem,& matrem,pater interim ipſe fato con
ceſſit, vnde matrimonium adimpleri non potuit,
non ergo hic filius ex fæce aliorum naturalium om
nino habendus erat, † per ea quę dicunt de poten-
tia propinqua actui, cenſeri perinde, ac ſi actus ſe-
quutus fuiſſet,gloſ. Pariſ.tit.1.§.41.num.7. in fin.
plura exempla per Surd. conſ.367. nu.19. & ſeqq.
13 † Non vt in totum quaſi factum reputetur, quia
hoc eſt impoſſibile ad not. Natt in conſ.351. con-
ſil.429. num.13. ſed vt aliqua ſaltem ratio habea-
14 tur, † ne afflictio addatur afflicto cap.ex parte. de
15 cleric.ægrot.l.diuus,ff.de offic.Præſid. † nec dam
num duplex inferatur ad Surd. conſ.205.num.30.
16 † & ad idem inclinabat neceſſitas quædam, ſeu
æquitas, quandoquidem mulier conuenta habitu-
ra eſt ex tota ſucceſſione plus quam centum, dictus
verò filius tantum quinquaginta, cui ita videba-
tur ex neceſſitate ſubueniendum per ea, quæ dicit
17 D.Thom.2.2.q.32.art.9. † Vbi magis ſubuenien
dum eſſe coniunctioribus,& ad Menoch.præſ.125
18 num.15.& ſeqq.lib.4. † Vbi in materia pauperum
propinquiorum ſaltem contemplatione alimento-
rum, vt haberet vnde ſe aleret ad Surd. de alimen.
20 tit.1.quæſt.10. per tot. † Vbi etiam ſpurijs debita
21 ſunt alimenta, & tit.25. num.21. † Vbi ea à quo-
22 libet conſanguineo eſſe præſtāda, † & etiam quia
agitur de modico præiudicio ad cap. terrulas 12.
quæſt.2. cum alijs in deciſ.noſtra Flor.41.n.2.4.7.
23 † Et demum etiam quia in ambiguis media hu
iuſmodi via eligi potuiſſet ad Theſ. deciſ.89. ho-
24 rum † enim omnium ratio valde potuiſſe debuit
ad mouendum arbitrium pro dicto filio naturali
maximè ſimul iunctorum ad l.inſtrumenta, C.de
probat.gloſ.in c.tres ſunt de pœnit. diſt.1.

In ſententia autem in concurſu lata pro d.ſoro-
re non poteſt fieri aliquod fundamentum, quia nõ
fuerunt bona ei adiudicata ex ſecũdo decreto, quo
25 caſu trãsfertur Dominium, per text.in l.ſed ſi res,
5.C.com.diuid. & per DD. in l.ſi finita 15.§.Iulia
nus ſcribit, ff.de dam. infect. ſed fuit tantum aſſecu
rata in dictis bonis aduerſus creditores poſſeſſionẽ
26 in eis capere prætendentes, † quæ quidem aſſecu-
ratio non transfert Dominium l. vbi adhuc, C.de
27 iur.dot. † & aliud eſt dare in ſolutum, aliud verò
ſecurum facere, Surd.cum cit.in conſ.330.nu.pen.
28 & fin.lib.3. † Quare dicta ſententia debet intelli-
gi ſecundum ſubiectam materiam, vt per Crauet.
29 in conſ.186. ſub num.4 & 5. † id eſt vt ſi nuptiæ
non ſequantur, reſoluatur dicta aſſecuratio iux.ci-
tat.ſupra num.3.& 5. & ad eundem Crau.in conſ.
30 188.ſub num.1.& 2. † vbi quod ſententia debet
intelligi ſecundum libellum, & petitionẽ agentis.

Ad illud autem quod dicebatur dictum ſtatutũ
non cõprehendere inceſtuoſum. Reſponſum fuit,
immo verò conſtare de contrario ex verbis eiuſd.
ibi, *Filio, vel filiæ naturali ſpurio, vel ſpuriæ, vel qua-
litercunq. quæſito, & non legitimo; nec naturali*, quæ
31 † verba adeo generalia cum enumeratione caſuũ
omnẽ omnino perſonam complectuntur, ad Cra-
uet. conſil.294. num.7. in princ. & verſic.octauo
Strac.de aſſecur. gloſ.15.ſub num.13. per totum.

Et ita fuit condemnata dicta mater ad remiſſio
nem dictæ tertiæ partis etiam in dictis bonis, vnà
cum fructibus à die mortis dictæ ſororis ad Natt.
conſ.156.num.9. iunct.num.2. & conſil.536. ſub
32 num.17. Alexan.conſ.127.per tot.lib 6. † Ex qui-
bus vbi agitur petitione hęreditatis totius, aut par
tis etiam in fructib. à die mortis fit condemnatio.
Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

*An contra petentem debitum ex cauſa dotis admitta-
tur compenſatio in caſu, vt in hac Dec. per tot.*

Admittitur compenſatio, num.1.

*Non obſtante l.vn.in §.tacitè, C.de rei vxor action. quę
declaratur, num.2.*

*Liquidum dicitur quod apparet per publicum inſtrumen
tum, num.3.*

*Non poteſt impediri exactio dotis ex eo, quod mulier ſit
debitrix filiorum ex cauſa tutelæ, num.4.*

Declara, & limita, vt ſub eod. & ſeqq.

*Actori replicando non licet opponere ea, quæ requirunt
altiorem indaginem, num.5.*

*Quando per actorem ſtet, quominus liquidum quid dica-
tur, non impeditur exécutio ſub eod.num.5.6.7.*

*Inſtrumentum continens ſummam certam, ſaluo iure ve
rioris calculi, pro ſumma certa exequi poteſt, num.8.*

*Obligatus ratione generali tenetur de ſumma certa, et ad
eam poteſt conueniri, num.9.*

DECI-

DECISIO XIII.

DIffieultas inter D.Nicolaū Altouitum actorem, & hæredes D.Lutozzi de Naſis reos
conuentos, reſtricta fuit ad cognoſcendum. An
contra petentem debitorem ex cauſa dotis admittatur
compenſatin.

Nam D.Magdalena vxor D.Lutozzi legauerat
D.Nicolao ſcuta 166. ſibi debita ab hæredibus præ
fati D.Lutozzi ſui mariti ex cauſa ſuarū dotium,
& quia ipſa exegerat maiorem pecuniarum quantitatem,
vti vſufructuaria omniū bonorum à ſuo
marito relicta, dum D.Nicolaus agebat contra dictos
hæredes, vt dictas pecunias dotales conſequeretur
ſibi debitas ex cauſa ſupradicti legati, ipſi op
ponebant compenſationem, nempè quod dictæ pe
cuniæ exactæ à D.Magdalena cum dictis pecunijs
ſibi debitis ex cauſa dotis deberent compenſari cū
vſufructu morte extincto, ad hæredes prædictos
pertinerent, §.finitur inſtit.de vſufruc. & quamuis
replicaret actor, in dote compenſationem nō ad-
1 mitti; † nos eam eſſe admittendam iudicauimus,
quia, hanc eſſe magis communem Doctorum opi-
2 nionem, notat Soc.conſ.85.num.8.lib.1. † & huic
opinioni non obſtare text.in l.vnic. §.tacitæ, C.de
rei vxor.act.quia loqui in extinctione, & non in cō
penſatione, declarat, reſpondendo etiam cōtrarijs
Coraſ.in l.qui liberos, num.255. & ſeq. ff.de rit.
nupt.

3 †. Et debitum compenſandum, liquidum non
fuiſſe, dici non poterat, cum de eo appareret per
publicum inſtrumentum Afflict.deciſ.121. Quo-
niam dum replicabat actor, quod non eſſet liqui-
dum, quia D.Magdalena habebat facultatem di-
ſponēdi de dictis pecunijs pro ſuis neceſſitatibus,
4 & adhuc non conſtabat, an de eis diſpoſuiſſet, † vt
vidimus in ſimili de muliere agente ad doté, quod
non poſſit impediri eius exactio, ex eo quia ſit debi
trix ſuorum filiorum ex cauſa tutelæ, cum ante de-
bitam rationem non appareat, Neguſ.de Pignor.
memb. primo, cap.5. num.36. facilè Reſponſum
fuit, quod in caſu Neguſ.filij rei conuenti oppone-
bant de debito non liquido, ſed liquidando ex da-
tione rationis, & dicti hæredes rei conuenti oppo-
nebant de credito liquido, quod ex replicatione
5 actoris illiquidum reddi non poterat, † tum quia
actori replicando non licet opponere ea, quæ requi
runt altiorem indaginem, Afflict.deciſ.63. Ceſal.
conſ.754.num.13.lib.5. Onded.conſ.24.num.53.
lib.2. Tum etiam, quia ſi quantitas illiquida red-
dita fuiſſet, prouenitſſet ex facto actoris, quia nō do
cuiſſet de conſumptione facta ex cauſa neceſſita-
6 tis, † prout docere tenebatur, l.fideicommiſſa, §.ſi
7 eum delcg.3. † & id, quod veniebat ex facto ſuo,
compenſationem, vt de qualibet exceptione dici-
tur, retardare non poterat, Craſ.de except.37.ex-
8 cept. † Et ad propoſitum faciunt ea, quæ dicunt de
inſtrumento continente ſummam certam, ſaluo iu
re veriori calculi, quod debeat exequi pro ſumma
certa in eo contenta, licet ex calculo faciendo poſ-
ſit apparere de minori ſumma, Socc & Dec.in l.pe
cuniam quam, ff.ſolut.matrim. Socc conſ.24.nu-
mero 36.lib.1.Berraz.de clauſul.Gloſ.2.clauſ.38.
9 † & obligatum, ratione generali, teneri ad ſum-
mam certā, de qua appareat, & ad eam poſſe con-
ueniri probat, ſecundum communem opinionem
Surd. conſ.296. n.23.lib.2.& inf.dec.64.per tot.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

Inſtrumentum dicitur probatio probata, num.1.
Ius tranſeundi non intelligitur tacitè conceſſum, ſub eod. & num.3.
Venditor tenetur non ſolum rem, ſed eam vacuam, & liberam tradere, num.2.
Seruitus non debetur, niſi probetur, num.4.
Euidens damnum in tota re facit ceſſare prætextum ſeruitutis, ſub eodem, & num.5.
Res in veriſimilis, & viro prouido in digna non eſt dedu cenda in conſiderationem, num.6.
Non præſumitur, quod eſt contra finem deſtinatum, ſub eodem.
Sicut vnum expreſſum fuit ita, & alterum, ſi voluiſſent contrahentes expreſſiſſent, num.7.
Quæ ſpeciali nota digna ſunt, ſi omittantur neglecta cenſentur, num.8.
Nec eſt veriſimile, quod tacita fuiſſent, num.9.
Veriſimile attendendum eſt, & veriſimilitudo eſt cognata naturæ, & alia, vt num.10.11.
Qui alium facientem prohibere debet, id ipſe agere non poteſt, num.12.
In concurſu teſtium, vel æſtimatorum electorum, quibus magis ſtandum ſit, num.13. & ſeqq.
Teſtes debent deponere de communi valore, alias non probant ſub num.14.
Pactum, ſiuè plus, ſiuè minus valuerit, id detur, non impedit, quin ex cauſa pretio conuento ſit ſtandum, numero 15. 20.
Verba ſunt noſtræ mentis teſtimonium, num.16.
Facta magis, quam verba loquuntur, num.17.
Valoris æſtimatio ſtat in arbitrio Iudicis, num.18.
Iudex poteſt ipſe æſtimare habita informatione peritorum, num.19.
Aeſtimationi de conſenſu factæ magis eſt ſtandum, numero 20.
In conflictu teſtium circa valorem poſſunt eligi periti partibus confidentes ſub eod.
Qui vſus eſt re, nec ſoluit prætium, tenetur ad fructus rei, num.21.
Condemnatio expenſarum fit, quoad articulum obtentum, & non quoad alium aliam perſonam reſpicientem, & in quo actor non obtinuit, num.22.

DECISIO XIV.

COnceſſum fuit brachium militare pro parte domus venditæ, quia de venditione conſtabat publicum Inſtrumentum, & indiſtinctè quidem, etiam quoad D.Lucretiam vxorem D.Baccij, quia, & ea interuenit, & obligata manet vir-

ture

Digitized by Google

ente dicti Inſtrumenti facti ſeruatis ſeruandis ad
validitatem obligationis ipſius, ſcilicet coram ſpe-
ctabilibus DD. Capitaneis horti ſancti Michaelis,
1 † quod quidem inſtrumentũ dicitur probatio pro-
bata, Oſaſc. deciſ. 117. num. 1. cum ſimil.

Declarauimus autem liberam d. partẽ domus à
tranſitu, ſeu iure tranſitus per eã ad partem reſer-
uatam, quia licet à venditione partis d. domus fue-
rit excepta alia pars, tamen nõ per hoc videtur poſ-
ſe inferri, quod etiam ius tranſeundi fuerit virtua-
liter cõprehenſum, ſeu intellectum à parte vendi-
ta ad partem non venditam, ſeu reſeruatam.

2 † Primò, quia venditor tenetur non ſolum tra-
dere, ſed etiã tradere rem vacuam, & liberam, etiã
ſi non fuerit ſpecificè hoc dictum l. ſi in emptione,
§. vacua, & § fin. cum l. ſeq. ff. de act. empt. l. ſi pater
C. eod. l. ex prædijs, C. de euict. vbi Bald. cum Ioã-
nes, vbi not. de fid. inſtrum cum alijs cit. per Surd.
3 conſ. 13. nu. 15. † quare cum fuerit vendita d. pars
domus, nec quicquã fuerit dictum de tranſitu, ſeu
iure tranſeundi, nec tale ius fuerit reſeruatum, ma-
net diſpoſitio iuris cõmunis, de qua ſupra, & in ter
min. facit Vrſill. ad Afflict. deciſ. 298. ſub num. 7.
& 8. & ipſamet deciſ. Afflict.

4 † Secundò dicitur quod hæc eſſet ſeruitus, quę
nõ debetur niſi conſtituatur, nec præſumitur, ſed
debet probari, etiã ab eo, qui eſſet in quaſi poſſeſ-
ſione Bart. in l. 1. §. ſecundo, verſic. vlterius quæro
quomodo poteſt dr itiner. actuſq. priu. cum alijs
per Surd. deciſ 177. num. 1. & 2.

Tertiò euidens, & notabile damnum reſultaret
Domino emptori poſteaquam tranſiretur per aulã
primò, deinde per alias ſcalas, & ſtantias ſibi ven-
ditas, ita quod iam non eſſet Dominus domus, nec
ſibi vllo modo vti frui liceret dicta parte domus,
quod contineret euidens damnum, & quidẽ in to-
ta re, & in toto vſu rei, quia redderetur ea pars in-
5 habitabilis, † id quod in materia ſeruitutis valde
conſiderari ſolet, ad l. ergo, §. Neratius, ff. de ſeru.
Ruſtic. præd. & ad Surd. conſ. 41. num. 5. & 7. in
6 princ. & verſ. ad l. Immo † res abſurda, & viro pro
uido indigna, vel ipſa prima ſui facie, ſeſe oſtendit,
& exhibet, & omnino inuerisſimilis, & ideo nõ de-
ducenda in hominum conſiderationem, ad Bald.
in l. 1. Col. 3. C. de ſeru. fugit. late Tiraq. in l. ſi vn-
quam, in præfat. num. 44. cum multis ſeqq. C. de
donat. Crau. conſ. 249. ſub num. 7 8. & eſſet contra
finem electum, ideo enim fiunt domus, vt eas habi
temus, non pręſumitur autem quod eſt contra, ſeu
præter finem deſtinatum, vt in deciſ. Flor. 2. n. 8.

Nõ obſtat quod fuerit excepta, alia pars domus,
quia hoc dictum retorquetur multipliciter, primò
quia nõ ſequitur, ergo excepit ſeruitutẽ tranſitus;
cum hæc ſint diuerſa, & ab vno ad alterum nõ in-
feratur l. Papinianus exuli, ff. de minor. Secundò,
quia quẽadmodum ſciuit à venditione vnũ quid
excipere, cur non, & nouiſſet excipere ſeruitutem?
7 ita enim ſicut vnum expreſſum fuit, ita & alterum
l. vn. §. fin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen.
& præſertim, quia erat res notabilis, nec omitten-
8 da, † & certum eſt, quod quæ ſpeciali nota digna
ſunt, ſi omittantur neglecta cenſentur, l. item apud
labeonem, §. hoc edictum. ff. de iniur. Oſaſc. con-
9 ſil. 32. num. 24 † nec eſt credibile, quod tacita fuiſ-
ſent, Crauet. conſ. 989. ſub num. 30. & conſ. 234.
ſub num. 3. Tertiò, coniectura voluntatis eſt in
contrarium, ex quo adeſt porta vna pro ingreſſu
ad partem reſeruatam, de qua poteſt fieri oſtium
ad cubiculum, ad quod prætenditur tranſitus à do
10 mo vendita, † & verisſimilius redditur, quod ita
conſiderauerit venditor ab initio per ea, quæ de
veroſimili tradunt Doctor. ad Oſaſc. deciſ. 170.
num 3. 8. & ſeqq. Vbi quod veriſimilitudo eſt co-
gnata naturæ, & quod voluntates à veroſimili re-
11 gulantur, & Crau. conſ. 75. num. 24. † Vbi, quod
veriſimile illud dicitur, quod magis conſonat iuri
Communi, & rationi. Nec debent ſeruitute gra-
uari Vide dec. noſt. Luc. 33. num. 39. 40.

Quare prætendenti dictam ſeruitutem obijci
poteſt regula, quem de euictione tenet actio, &c.
12 † & qui alium facientem prohibere debet, id ipſe
agere non poteſt, vt in propoſito Surd. d. deciſ. 177.
num. 8.

Dixi valorem domum eum, quem partes cõne-
nerunt in ipſamet origine contractus venditionis,
quia licet ab vna parte videretur, ſtandum æſtima
tioni peritorum electorum à partibus ad formam
contractus, tamen iniquè ſatis æſtimaſſe, conſide-
rari poterat, ſtantibus depoſitionibus teſtium in lo
co examinatorum, cum enim æſtimatores cõmu-
niter electi æſtimauerint ad ſcutos 255. hi tantum
ad ſcutos 205. ac nequidem omnes concordarent
in hanc præcisè ſummam, cum alij plus, alijs mi-
nus, licet non longè ab hac ſumma depoſuiſſent,
13 † nec ſtandum primis æſtimatoribus viſum fuit,
ad Angel. in tit. inſtit. de empt & vend. § pretium
autem, ſub princ. verſ. nota quod facta, & ſub nu-
mero 3. Vbi in puncto, & ad Cagnol. in l. 2. ſub nu-
mero 263. verſ. cui non eſt ſtandum, C. de reſcin-
den. vendit.

14 † Et è conuerſo, nec iſtis ſtandum videbatur,
cum tam longè diſtarent ab illis, ac non concurre-
rent, ſeu concordes eſſent omnes in vnam præcisè
ſummam, immo non redderent rationem talis va
loris, niſi conſiderata qualitate dictæ domus, non
autem adiuncti prati, & pratelli; Item non depo-
ſuerunt de communi valore habita ratione eius lo-
ci, in quo eſt domus, & reliqua ad Alba. conſ. 266.
num. 7. & pluribus ſeqq. in quo non parum defe-
cerunt, iux. not. Alb. ibid. num 9. ſub 11. & 12. &
quod habuerint notitiam particularem bonorum
in eo loco, vt ibi per eum, in quo æſtimatorum,
& teſtium conflictu, nec non & teſtium D. Fran-
ciſci defectu circa rationem; ibi firmandum fore
tutius exiſtimaui, vbi reperi mentem ipſam con-
trahentium, & voluntatem in exburſatione ipſa
ſcutorum 250. tanquam in ſpeculo relucentem,
15 † non obſtante pacto, ſiue plus, ſiue minus poſtea
æſtimerent, quia non eſt veriſimile, quod tantum
ab initio precium fuiſſet conuentum, & exburſa-
tum, niſi cogitatum, conſideratum, & reſolutum
fuiſſet, quod tanti valeret dicta pars domus, ve-

16 circiter, aut non valdè procul, † ita enim fuit confeſſio in verbis, quæ ſunt noſtræ mentis teſtimonium, Bald. in l. ad cognoſcendos. Cod. de ingen. & manumiſſ. Manuc. de coniectur. vltima volunt. lib. 5. tit. 4. ſub numero 4. iunctis præſertim factis,
17 id eſt actuali exburſatione, † quæ magis loquuntur, quam verba, & ad quæ difficilius peruenitur, & non niſi vbi vehementior ineſt voluntas, l. reprehendenda. vbi DD. C. de inſtit. & ſubſtit. Cra-
18 uet. conſil. 204. numero 11. & ſeqq. † cum ſimus in re, quæ maximè in arbitrio Iudicis conſiſtit,
19 Alb. conſil. 509. numero 5. † & in qua Iudex ipſe poteſt æſtimare, habita informatione peritorum,
20 iuxta addit. vltima ad Alb. in conſil. 266. † viſum fuit magis accedere ad æſtimationem de conſenſu factam, quam teſtibus ſupradictis per ea, quæ idem Alb. ait dicto conſil. 266. num. 36. vbi etiam in conflictu teſtium debet fieri electio peritorum partiſ confidentium, per quos dirimatur controuerſia, & datur hoc pro remedio, & ad Cagnol. in l. 2. num. 265. C. de reſcind. vend.

21 † Condemnatus fuit dictus Lanfredinus in fructibus perceptis in prato, & pratello ex æquitate l. curabit, C. de act. emptio. & ibi Cagnol. & alij quia non erat æquum, vt D. Lanfredinus vſus fuiſſet re, & precio, non tamen quoad domum, quia nullos perceperat, nec certitudinariè conſtabat, an per D. Lanfredinum ſtaret, quominus D. Franciſcus ea vteretur frueretur pro arbitrio.

22 † Ex ratione huius articuli, in quo obtinuit Dominus Franciſcus condemnatus fuit D. Lanfredinus in dimidia expenſarum intelligendo, quod ab alia dimidia ſit abſolutus, quia obtinuit in alio articulo, ſi non ipſe, vxor ſaltem, propter quam fuit denegatum brachium ſæculare; cōſtitit enim, quod ob inopiam viri, ſibi & bona fuerunt adiudicata, nec ad ſummam flurenorum 65. peruenit obligatio ipſius per dictum Inſtrumentum venditionis; Meritò nullum præiudicium ei inferri potuit, & brachium Domino Franciſco denegatum fuit, & quia vxor obtinuit in alio articulo, non dictus Lanfredinus, ideo quoad dominum Lanfredinum, & dominum Franciſcum non potuit intrare compenſatio ſub prætextu mixturæ; in nullo enim obtinuit D. Lanfredinus; meritò potuit ad partem expenſarum condemnari, &c.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

An ex quibusdam verbis, vt hic reſultet renunciatio, num. 1.
Renunciatio eſt ſtricti iuris, nec intrat, niſi expreſſè actum ſit, num. 2. 22.
Vel de neceſſitate inferatur, num. 3.
Renunciatio eſt ſpecies ceſſionis, vel donationis, n. 4.
Renunciatio excluditur, quando alia cauſa capi poteſt, num. 5.
Inducta in vnum finem, non debent contrarium effectum operari, num. 6.
Captio inter contrahentes euitanda, num. 7.
Aliud eſt modum executioni præſcribere, aliud anterioritati renunciare, num. 8.
Renunciatio non veriſimilis, non præſumenda, num. 9.
In renunciatione maior expreſſio, & probatio requiritur, num. 10.
Renunciatio non trahenda ad ea, quę in mentem partium veriſimiliter non ceciderunt, num. 11.
Renunciatio ſine cauſa eſt nulla, num. 12.
Donare eſt perdere, num. 13.
Talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant, n. 14.
Omnia præſuppoſita ſunt verificanda, num. 15.
Vnius correſpectiuorum reſolutione omnia reſoluuntur, num. 16.
Reſoluta conditione, omnia in priſtinum cauſam redeunt, num. 17.
Præſtatio conſenſus, ſi alienatio ſequuta non fuit, non præiudicat, num. 18.
Vbi creditor conſenſit alienationi factæ à debitore de pignore, ſibi præiudicat, ſecus cum res eſt inter duos creditores, num. 19.
Contra eum facienda eſt interpretatio, qui pacto vtitur, num. 20.
Non attenditur quis verba protulit, ſed in cuius gratiam, contra hunc enim fit interpretatio, num. 21.
Text. in l. fin. C. de nouat. pro deciſ. cauſæ adducitur, n. 22.

DECISIO XV.

VIncentius del Bianco debitor ex cauſa Lane floren. 528. D. Antonij de Generotis, & ſociorum dedit in ſolutum pro parte creditū floren. 280. quod habebat cum Baptiſta de Moſchinis pro tertia parte ex nunc maturum, pro alijs duabus ad tempora, prout in ſcripta inter eos.

Verum quia dictus de Generotis erat etiā creditor dicti de Moſchinis, ideo dictum fuit in ſcripta, *perche vogliono, che di quello riſcoteranno in prima ſi imborſino del lor credito, e dipoi che ſaranno imborſati loro di quello riſcoteranno à contò di fiorini 280. lo deuino mettere in credito à detto Vincentio:* Modo dictus de Generotis habuit in ſolutum quædā bona, & quia non adſunt alia, ideo prætendit dictus de Moſchinis, hanc in ſolutum dationē cedere in extinctionē ſui crediti, poſterioris credito d. Vincēuj.

Contradicit Vincentius docens ſe anteriorem, & ideo debere cedere in extinctionem dd. florenorum 280. crediti ſui, replicat Generotus, quod ceſſit dictam anterioritatē, & hypothecam mediante
1 dicta ſcripta, † Quare tota difficultas hic iacet, an re vera ex dictis verbis ſcriptę reſultet de renunciata anterioritate.
2 † Et reſolutum fuit non reſultare, quia renunciatio eſt ſtricti iuris, & non intrat, niſi, vel expreſſim
3 facta ſit, Surd. conſ. 262. num. 72. † vel de neceſſitate inferatur, Idem Surd. conſ. 8. nu. 20. conſ. 35. nu. 2. conſ. 431. nu. 22. Primum non adeſt, vt patet, nec ſecundum, quia poteſt alia coniectura capi, quam renunciationis, ſeu ceſſionis, quod idē eſt,
4 † cum renunciatio ſit ſpecies ceſſionis, vel donationis, vt ait Surd. conſil. 457. num. 37. 38. conſil. 431. num. 18. & ſeqq. quem vnum pro cæteris ſuf-

5 ris ſufficit attuliſſe,quia alios refert: † Quando au
tem alia coniectura capi poteſt, quam renunciatio
nis eam excludi, & ſufficere quamlibet confidera-
tionem ad eam excludendam, refert idem Surd.
conſ. 290. num. 56.57. in dicta autem ſcripta vo-
luerunt contrahentes ordinem quendam ſeruan-
dum in exequendo tantum indicare, præſuppo-
nendo adeſſe bona omnibus ſufficientia, non autẽ
6 ſibi ipſis in aliquo præiudicare, † quia inducta in
vnum finem non debent effectum contrariũ ope-
7 rari, l.legata inutiliter, ff. de adim.legat. † & alio-
qui ſequeretur captio contrahentium, & iniqui-
tas quædam, per quam d.D.Vincentius remanſiſ-
ſet eluſus, ad l. ſicut re. §.illud Rodianũ in fin. prin.
& §.non redditur, quibus mod.pign. vel hyp. Sol.
8 † & aliud eſt modum executioni preſeribere, &
aliud anterioritati renunciare, quia ſi aderant bona
pro omnibus, poterat huiuſmodi conuentio ſtare
citra intellectum renunciationis, vnde intrarent
prędicta, & ad l.ſoluitur, §.ſi conuenerit, verſic.
aliud, ff.quibus mod.pign.vel hypot.Solu.

Præterea conſiderabatur non eſſe veriſimile,
quod d. Vincentius voluerit ſe propriu iure ſpolia-
9 re, † renunciatio verò, quæ nõ eſt veroſimilis præ-
ſumenda non eſt, Surd. conſ.431.nu.23.& ſeqq.
10 † vbi ſub num.26. ait, quod in renunciatione ma-
ior expreſſio, & clarior probatio requiritur, ex De-
cian.conſ.45 n.6.vol.2. Rimin.iun. cõſ.614. n.64.
11 & ſeqq lib.6. † Vbi quod renunciatio trahi nõ de-
bet ad ea, quæ in mentem partium veriſimiliter
non ceciderunt, & vbi res digna foret, de qua in
ſpecie expreſſio fieret.

Accedebat, quod nulla cauſa erat renunciandi,
nam actum fuit ſolum de aſſignando debitum pro
prium pro ſolutione proprio creditori, propterea
nõ eſt præſumendum, quod renunciare voluerit,
12 † & eſſet renunciatio ſine cauſa, & conſequenter
nulla, vt ibid.Surd.n.27.& ſeq.nec dñ volebat Vin
centius, vt cederet in extinctionem ſui debiti erga
dictũ de Generotis, eſt præſumendũ, quod volue-
13 rit omnino reijcere, & perdere, † eum donare per
dere l.cum de indebito, ff de probat. vt in termin.
donationis, & renũciationis ita arguit Surd.d.con-
ſil.431.n.19. Item dato, & non conceſſo, quod fuiſ-
ſet renunciatum anterioritati, id intelligendum fo
ret in terminis, in quibus loquitur ſcripta, nempè
præſuppoſito, vt ea præſupponit, quod bona debi-
14 toris aſſignati pro omnibus ſufficerent, † quia ta-
lia ſunt ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant,
Alder.conſ.60 Iaſ in l ſtipulatio. §.hi qui, num.1.de
verb.oblig. Soc.conſ.3.nu.4.vol.4. Neuiz.conſ 92.
n.4. Vbi ex hac regula arguit ad cognoſcendũ na-
turam anterioritatis, ab hoc ſuppoſitum ceſſat, vbi
non ſunt adinuẽta tot bona, quæ pro omnibus ſuf-
ficiant, quare non poteſt ſortiri effectum diſpoſi-
tio in tali caſu, cum non verificentur ſuppoſita, nã
15 † omnes qualitates anterioritatis, & omnia præ-
ſuppoſita debent verificari, & probari, alias nõ ha-
bet locum diſpoſitio, pleniſſimè Surd.conſil.403.
num 25.& ſeqq.num.65. & 66.& conſ.445. ſub
num.20. & ſeqq. & ſub num.46. & ſeqq.

Item dicebatur, quod aut prætendit d.Genero-
tus, ſibi retinere bona ratione proprij crediti ex vi
prętenſæ renunciationis, aut alio iure; Alio iure nõ
poteſt, quia non adeſt: poterit ne virtute renuncia-
tionis? Sed nec hoc quidem, ratio eſt, quam ijdẽ-
met contrahentes ſibi dixerunt, dum voluerunt,
quod quatenus non exigatur dictum creditum cõ
ſignatio habeatur pro non facta, & ecce veniſſe
hunc caſum, quia ſi retentis bonis pro ſe, & in cau
ſam proprij crediti dicat Generotus, prout dicit,
ſe non exegiſſe dictum creditum florenorum 280.
ſibi in ſolutum datum à d.Vincentio intrat pactũ
reſolutiuum, quod dicta cõſignatio habeatur pro
non facta, & in neceſſariam conſequentiam ſucce
dit deſtructio totius contractus, & omniũ pacto-
16 rum in eo contentorum, † quia ſunt correſpecti-
ua, & vnius reſolutione omnia reſoluuntur, & to-
tus contractus annullatur, l.etiam §.ex cauſa, ff.de
maior, & l.cum emptor. in princ. ff. de reſcinden.
vend. Rol.conſ.69.num.44 lib.4. Surd.conſ.217.
num.9.conſ.431.num.52.conſ.457.nu.22.& ſeqq.
vbi vſque ad ſaturitatem, & ad text.in l.volunta-
te 10. in fin. ff. quibus mod.pign. vel hypoth.Sol.
17 † Vbi in priſtinam cauſam redire reſoluta condi-
tione, & ad Neguſ.de pignor. 1.membr.6.par.ſub
18 num.30. † Vbi præſtatio conſenſus, ſi alienatio ſe
quuta non fuit, non præiudicat.

Quod ſi dicat, ſe exegiſſe in cauſam crediti ſibi
in ſolutum dati, d.Vincentius habet intentũ, qua-
re incidit in ſcillam, qui vult euitare Caribdim, &
patet, obiecta ex l.Paulus, & ex l.ſi debitor, §.1.ff.
quib.mod.pign. vel hyp.ſoluit.& l.creditor.§.ſi re-
cum ff.qui potior.in pig. hab.non facere ad rem no
19 ſtram, † quia in alijs terminis, & vbi creditor con
ſenſit alienationi factæ à debitore, cum res tota in-
ter duos creditores agatur in caſu noſtro.

20 † Et præterea, quatenus eſſemus in dubio, pro-
ut certè non ſumus, adhuc tamen contra D.Gene
rotum eſſet facienda interpretatio, quatenus eo pa
cto in d.ſcripta appoſito dubio vtitur, c.contra cũ
de reg.iur.in 6.l.veterib ff.de pact.Surd.deciſ.203.
21 n.19.deciſ.246.n.14.dec.288.n.45. † nec attẽditur
quis verba protulerit; ſed in cuius gratiã prolata
ſint, hic enim in dubio ſuccũbere debet, Surd.dec.
322.n.63.& in terminis renũciationis idem Surd.
22 d.conſ.431.n.33.& 34. † Et tandem controuer-
ſiam hanc vniuerſam dirimit l.fin. C.de nouat.ibi,
*Sed anteriora ſtare, & poſteriora incrementum eis ac
cedere, niſi ipſi ſpecialiter remiſerint quidem priorem
obligationem, & hoc expreſſerint;* quod ſecundã ma
gis pro anterioribus elegerint, & ibi, *Et generaliter
definimus voluntate ſolũ eſſe non lege nouandum, etc.*
vt in ea. Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

*Statutum circa lucrum dotis, an, et quomodo mulier poſ-
ſit teſtari, per tot. dec.*

*Mulier non poteſt teſtari de ſua dote, ſi ſint verba re-
ſtituere teneatur, num.1.*

Contra num. 7.

Tale ſtatutum eſt validum, num.2.

Et impedit mulieri teſtandi facultatem, num.3.4.

Digitized by Google

Verbum hæres intelligitur ex teſtamento, & ab inteſtato, num 5.
Non impeditur ſucceſſio ex teſtamento, vel ab inteſtato, ſi ſit vox hæredibus, ſub eo. & ſub num. 7.
Item, ſi ſit vox ſuccedant, num. 6.
Quæ non à defuncto, ſed à genere, à Ciuitate à lege, à rerum natura tribuuntur, manent etiam non hæredibus incolumia, num. 8.
Vox hæredis hæreditariam qualitatem indicat, n. 9.
Vox reſtituere quid importet, num. 10.
Interpretatio accipienda eſt verbis reſpondens, num. 11.
Et per quam inducitur ſenſus ordinarius, & ex iure communi, non extraordinarius, & ex ſtatuto, num. 12.
Et per quam non tollitur teſtandi facultas, num. 13.

DECISIO XVI.

SAnte ſtatuto ſanctæ Crucis, per quod diſponitur quod decedente vxore in matrimonio ſine liberis, Maritus lucretur quartam partē dotis, tres autem quartæ reſtituantur hæredibus ipſius vxoris, & quod D. Felix Siagij de S. Cruce fuerit teſtata inſtituendo hæredem Ioan. Baptiſtam de Pacchianis de dicto loco maritum ſuum.

Reuocatum fuit in dubium, quod ea mulier nō potuerit teſtari de ſua dote, quæ debet, velit nolit,
1 reſtitui, cui à ſtatuto defertur, † idque maximè, quia ſtatutum prædictum vtitur verbis reſtituere teneatur, vt reſpondit Alexand. conſ. 55. conſideratis in princ. lib. 1. quem refert, & ſequitur
2 Theſ. deciſ. 34. num. 2. † Neque dubitandum venit de viribus ſtatuti, cum ſæpe ſæpius deciſum legatur pro ipſius validitate, teſte Theſ. vbi ſup. n. 3. poſt Rolan. quem citat ad hoc conſil. 62. num. 30. lib. 1. & alios refert, & ſequitur Oſaſc. deciſ. Pedē.
3 20. in princ. † & quod per ſtatutum impediatur teſtandi facultas de dote in præiudicium vocatorum ad dotem ipſam firmat deciſum Oſaſc. d. deciſ. 20. num. 6. poſt Cagnol. in l. vlt. num. 99. C. de pact. Alba conſ. 50. accedit Theſ. dec. 106. n. 1. & d. dec. 34.

Cōtrarium nihilominus in caſu, de quo agitur, fuit reſolutum attenta ſtatutorum diuerſitate, ſiquidem relati DD. ſcribunt ſuper ſtatuto Vercellenſi, quo cauetur, quod vxore decedente in matrimonio ſine liberis maritus debeat habere dimidiā partem dotis, & aliam dimidiā agnati paterni proximiores, cum ergo proximiores habeant iſtas tres
4 quartas beneficio ſtatuti ſibi applicatas, † ſequitur quod vxor nequeat in eorum præiudicium, tā per vltimam voluntatem, quàm etiam inter viuos illas alienare, vt reſoluunt ſupra relati DD. quibus addo Surd. in conſ. 81. num. 10. & 11. lib. 1.

Verum alius, & diuerſus eſt tenor ſtatuti ſanctæ Crucis, de quo agitur, diſponentis non quidē, quod agnati proximiores habeant tres quartas, ſed quod hæ reſtituantur hæredibus vxoris, per quæ verba patet, quod iſti hæredes debeant habere iure
5 hæreditario, & nō diſpoſitione ſtatuti, † cum iſtud verbum hæredibus intelligatur, tam ab inteſtato, quam ex teſtamento, inſtit. de hæred. qualit. & differ. iunct. tit. Inſtit. de hæred. inſtit. Vnde ſequitur, quod ſtatutum hoc deferat dotem, ſiue eius partē hæredibus vxoris, tam ab inteſtato, quam ex teſtamento, vt ſcilicet ab inteſtato ſuccedant hæredes legitimi, ex teſtamento autem, quos vxor inſtituerit, prout ſuper ſtatuto Brixiæ hoc idem diſponente conſuluit Iaſ. conſ. 127. lib. 1. ſub num. 2. 3. 15. 16. vbi reſpondit in caſu fortiori pro validitate teſtamenti, etiam quod vxor defuncta cum liberis inſtituiſſet fratrem relicta filijs legitima, ex eo, quia dos in tali caſu pertineat ad hæredes mulieris iure ſuc-
6 ceſſionis, † non ſecus, ac ſi ſtatutum vſus fuiſſet verbo ſuccedant, in quo caſu intrat conſ. Paul. Caſtr. 82. incip. in hoc negocio libro 1. vbi reſpondit, quod mater poſſit teſtari de dote, non obſtante, quod ex ea extarent filij, & teſtatur, quod fuit conſultum, quaſi per omnes DD. Italię in facto D. Corradij de Gianfigliazzis Florentini, & in l. ſi cū dotem, in fin. princ. ff. ſolut. matr. & ſequuti ſunt Iaſ. in d. conſ 127. Dec. conſ. 386. n. 6. & ſeq. in verſ. venio ad ſecundum dubium, & admittunt omnes ſine contradictione, vt ſtatutum loquens per verbū ſuccedant patiatur reſtrictionē, ita quod ex eo ſint vocati iure hæreditario, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato, & cum iſta ſententia pertranſit Senat. Excellentiſs. Taurin. vt teſtatur Oſaſc. d. deciſ. 20. num. 3. & Theſ. d. deciſ. 34. ſub num. 2.

7 † Neque obſtat verbum reſtituere, quoniā verbum hoc non eſt prolatum ſimpliciter, ſed iūctum verbo hæredibus, quo caſu tam quam generale intelligitur iure ſucceſſionis hæreditariæ, iuxta Dec. d. conſ. 386. col. vlt. verſ. Nam primo non obſtat, & Menoch. plenius in conſ. 1143. num. 10. & ſeqq. & ſub num. 24. verſ. hic caſus, ad fin. col. lib. 12.

Addebatur huſce omnibus, noſtrū caſum carere huiuſcemodi difficultatib. conſiderando rationē, qua mouentur Doct. ad dicendū, quod mulier non poſſit diſponere, aut ex teſtamēto expreſsè, aut ab inteſt. tacitè de re vigore ſtatuti debita, id inquiūt eſſe in cauſa, quia, ex quo eſt lucrū delatum à lege, vel ſtatuto, ideo tolli nō poteſt, vt patet ex præcit.
8 ab initio, † & eſt generale de iure cōi, quod quę nō à defuncto, ſed à genere, à ciuitate a rerū natura, à lege tribuerentur ea maneant etiā non hæredibus incolumia per l. 3. ff. de interd. & releg. plura exempla ex iuris corpore deſumpta congeſſi in lib. meo reſol. feud. lib. 3. c. 3. per tot. Hæc autē ratio ceſſat quoad hæredes vxoris, ſi benè inſpiciatur in preſēti ſtatuto, nam lucrū eſt ſolum quoad maritum, ibi maritus lucretur quartā partem dotis, verba autē, quæ ſequūtur ibi tres autē quartæ reſtituantur hæredibus ipſius vxoris, non tam habeot vim cōferendi eas in vim lucri vigore ſtatuti, quam declarandi id, quod ipſo iure inerat, ſ. quod reliquæ illæ partes ire debeant ad hęredes eius tanquā ad eos, ad quos iure, & tanquā hæredes, & iure hęreditario perti-
9 nent † ex voce hæredis adiecta quæ hæreditariam qualitatem importat l. hæredis appellatione, l. hæredum, ff. de regul. iur. Et tit. de duob. fratr. à cap.
10 inueſt. † & ex voce reſtituere qua non ius nouum dari indicatur, ſed priſtinum remitti, l. reſtituere, ff.
10 de verb. ſign. Odd. de reſt. in integ. q. 1. ar. 1. † Eſt. n. ſumenda interpretatio, cui verba reſpondent l. non aliter, de leg. 3. l. 4. §. totiens, ff. de damn. infect.

Et per

12 † Et per quam inducitur ſenſus ordinarius ex
iure communi, non extraordinarius veniens ex ſta
13 tuto ad Capye. dec. 163. ſub num. 4. † & demum
per quam non tollitur mulieri teſtandi facultas, vt
in puncto Menoch. d. conſ. 1143. num. 13. lib. 12.
Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

Florentiæ Iudex appellationis Iudex dicitur reuocationis num. 1.
Fides Baptiſmatis probat ætatem, num. 2.
Læſio, & minor ætas ſunt duo requiſita ad concedendam reſtitutionem in integrum neceſſaria, num. 3.
Diuiſio probatur per teſtes, num. 4.
Præſumitur ſi fratres ſingulas res ſeparatim poſſideant num. 6.
Læſio in tota re præſtat cauſam reſtitutioni in integrum, etiam aduerſus tres conformes, num. 7. 8.
Qui aliquid tacet, cum alia enarrat, non caret ſuſpicione doli, num. 9.
Ex taciturnitate veri, vel expreſſione falſi arguitur dolus, ſub eod.
Et datur ſignum volentis aliena vſurpare, num. 10.
Qui in lite negligenter ſe gerit omittendo probationes, interrogatoria, appellationem, & ſimilia, præſumitur colludere, num. 11.
Colluſio detegitur ſi curæ non fuit edocere de iure ſuo, numero 12.
Et in eo, qui non curauit probare, num. 13.
Ex effectu malo ſubſequuto dolus arguitur, num. 14.
Vnica ſuſpicio ſufficit ad colluſionem detegendam, numero 15.
Si lis non fuit finita intra quadriennium, à quo reſtitutio petita fuit, an obſtet, num. 16.
Notificatio litis facta curatori non impedit reſtitutionem num. 17.
Ad reſtitutionem rei veniunt etiam fructus, num. 18.

DECISIO XVII.

QVondam Vincentius, & Ioannes de Bartolis
fratres bona paterna diuiſerunt, & in diui-
ſione obtigit dicto Ioanni vna petia terræ, quam
poſtea dedit in dotem Franciſco Galenino, cōtra
quem Vincentius Iunior d. q. Vincentij filius egit
ad eius remiſſionem, & Galenino ſe non viriliter
defendente, obtinuit. nec nō, & ceſſionem iurium
à dicto Galenino reportauit; cum qua ceſſione egit
ad damna, &c. Et expenſas aduerſus Andream fi-
lium minorem, & hæredem d. Ioannis authoris di
cti Galenini, & tanquam ceſſionatius prædictus
eiuſdem Galenini obtinuit vſque ad executionem
incluſiuè factam in alia petia terræ d. Andreæ: Ad-
uerſuſque omnia dictus Andreas intra quadrien-
nium perijt, ſe reſtitui, & ad dictam petiam terræ,
ſibi ablatam per dictam executionem, & fuit reſti
tutus in prima ſententia cum aduerſarij condem-
1 natione in fructibus, & expenſis. † Secundus ve-
rò D. Iudex appellationis de more Iudex reuoca-
tionis, vt apud Odd. conſ. 68. in princ. D. Caball.
conſ. ciuil. 118. in fin. & conſ. 178. in fin. abſoluit
ab obſeruatione Iudicij.

Nos verò diximus benè fuiſſe iudicatum per pri
mum Iudicem, quia conſtaret, primo de minori
ætate ex fide Baptiſmatis coram nobis producta,
2 † quæ probat ætatem, Rebuff. de reſtit. in integr.
gloſ. 1. num. 11. Concil. Trid. ſeſſ. 6. de reform. ma-
trim. c. 2. in fin. verſ. habeat Parochus librum Ma-
3 ſcard. de probat. concl. 672. per tot. † deinde etiam
de læſione, quæ duo ſunt requiſita neceſſaria ad
obtinendam reſtitutionem, Odd. de reſt. in integr.
quæſt. 2. per tot. vbi de minore, & quæſt. 4. per tot.
vbi de læſione.

Læſionem enim non enormem ſolum, ſeu enor
miſſimam, ſed in tota re deprehendimus, eo ipſo,
quod executio facta fuit odio d. Andreæ in d. petia
terræ, & hæc ſibi ablata, prætextu quod teneretur
ad releuandum dictum Galeninum, quod falſum
eſt, quia indebitè, fuit condemnatus cum nullum
ius haberet actor, conſtat enim de diuiſione inter
dictum Vincentium ſeniorem, & Ioannem patrē
d. Andreę. Primò ex teſtibus quinque examinatis,
4 † quam etiam per teſtes probari eſt text. in l. ſi ma-
ior. C. com. diuid. Maſcard. concluſ. 527. num. 14.
5 de probat. † Secundò, ex ipſo lapſu decennij, quo
caſu præſumitur inter fratres diuiſio, Theſ. deciſ.
105. iuncta ibid. addit. concurrente in ſpecie dicto
vnius ex teſtibus, quod vbi vni ex præfatis fratri-
bus aliquid plus, quam ad vnum obtigit, fuit alter
in alio recompenſatus, & quod res à ſingulis ſingu
6 læ ſeparatim, & de per ſe poſſiderentur, † quo ca-
ſu dicta præſumptio facilius intrat, vt traditum eſt
à Ruin. in conſ. 162. num. 14. verſ. nec etiam dici
poteſt lib. 3. & à Maſcard. dicta concluſ. 527. n. 12.
Vnde cum pariter conſtaret dictam petiam terræ
obtigiſſe in dicta diuiſione dicto Ioanni, qui eam
dederat in dotem dicto Franciſco Galenino, malè
egerat ad eam dictus Vincentius iunior, qui mox
dum tanquā ceſſionatius d. Galenini obtinuit exe-
cutionem in alia petia terrę, odio dicti Andreę, ma
7 lè abſtulit dictam petiam terræ, † vnde intrat Læ-
ſio in tota re, & conſequenter reſtitutio aduerſus
ſententias, & aduerſus executionem indebitè ſub-
ſequutas, Odd. de reſtit. in integr. q. 72. num. 67. &
8 ſeqq. † Vbi de communi; etiam ſi eſſent tres cōfor
mes, & in deciſ. Rot. in nouis tit. de reſtit. in integr.
deciſ. 7. alias 191. num. 5. vbi aduerſus executionē.

Ad hæc fuit obſeruatum, quod in actis cum di-
cto Galenino d. Vincentius recenſuit Genealogiā
aſcendentium, & deſcendētium omnium, qui fue-
runt poſſeſſores petiæ terræ euictæ ſolum d. Ioan-
nem vnà cum fratre poſſeſſorem eius ſubticuit,
9 † quod non carebat aliqua ſuſpicione doli ad Cra-
nett. conſ. 1000. pro Gener. in repet. num. 111. con
ſil. 282. num. 8. Vbi quod ex taciturnitate veri, vel
10 expreſſione falſi arguitur dolus, † & eſt ſignū vo-
lentis hæc bona vſurpare ad Crau. conſ. 142. n. 18.
11 † Item, dum ſatis negligenter ſe geſſit d. Galeni-
nus reus conuentus dum probationes ſubminiſtra
re, dum interrogatoria dare non procurauit ad te-
ſtes, dum interpoſitam appellationem non proſe-

qui, dum liti tam facilè cedere non veritus eſt, & demum dum ceſſionem iurium eidem actori renũciauit, omnia hæc ſigna viſa fuerũt colluſionis manifeſtæ, ad text. in l. quia autem, ff. ſi quis om. cauſ. reſt. & ad Bald. in l. 1. §. fin. C. eod. tit. & ad Natt. conſ. 137. num. 31. cum ſimil. de quibus plenè per me ad materiam in trac. reſol. feud. lib. 4. num. 43. & ſeqq. tot. tit. ff. de colluſ. detegen. & per Crauet.
12 conſ. 997. num. 1 a ſo. fin. princ. † Vbi ait colluſionem deregi, ſi curæ non fuit de iure ſuo docere nu
13 mero 15. in princ. † Vbi quia non curauit aliquid
14 probare, & in verſ. ſeptimo, † Vbi ex effectu malo dolus præſumitur, qui ſanè in dicta ceſſione ſic ſta
15 tim facta eluceſcit. † Vnica autem ſuſpicio ſufficeret ad colluſionem probandam Crauet. d. conſ. 997. num. 17. quantò magis hæ ſimul iunctæ &c.
16 † Nec obſtare, diximus, quod lis non eſſet finita intra quadriennium, à quo reſtitutio petita fuit, & peti debebat ex l. fin. C. de temp. in integr. reſtit. Clem. 1. de reſtit. in integr. & vtrobique DD. Odd. de reſtit. in integr. q. 7. num. 33. 34. quia per appellationes partis cauſarum fuit impeditum, quo caſu non obſtat, quod lis intra quadriennium non fuerit finita Oſaſc. conſ. 12. ſub num. 6. verſ. quin. & prædictis. Sfort. Odd. de reſtit. in integr. q. 1 b. art. 12. num. 98. & 99.
17 † Nec etiam, quod curatori minoris fuiſſet lis notificata, quia hoc non impedit reſtitutionem Odd. ibid. q. 41. art. 4. vbi de Communi.
18 † Ideo autem ad reſtitutionem rei cum fructibus condemnatus per tex. l. quod ſi minor. §. reſtitutio. vbi Bart. ff. de minor. l. patri 27. §. qui peculiam, ff. eodem tit. & per alia iura in terminis fructuum, vt per Didac. Var. reſol. lib. 1. cap. 3. in prin. Theſ. deciſ. 29. num. 4.

S V M M A R I A.

Vbi eſt caſus legis non poteſt eius diſpoſitio euitari, numero 1.

Mandatum nullum non ſatisfacit ſtatuto mandatum, vel actoriam requirenti, num. 2. & ſeqq.

Statutum de mandato diſponente intelligitur de valido, num. 3.

Actoriæ ſubſtantialia, vbi deficiunt, ibi nec ipſa adeſſe poteſt, num. 4.

Ratihabitio ſequens cum reaſſumptione actorum non ſatisfacit ſtatuto requirenti actoriam, vel mandatum in primo actu, num. 5. 7. 8.

Ratihabitio non confirmat actum inualidum ſub eodem num. 5.

Acta nullæ ratione formæ non poſſunt conualidari, numero 6.

Statuta ſunt ſeruanda, num. 9.

Conſtitutione Innocentij opus fuit, ad hoc vt Rota Romana poſſet acta nulla, vnica audientia repetere, & conualidare, num. 10.

Quando acta reintegrantur, re vera non eſt idem Iudicium, vel eadem cauſa, num. 11.

Et dicta conſtitutio fuit facta quoad beneficialia, non quoad prophana, num. 12.

Statutum anni 1569. mandans cognoſci ſola facti veritate inſpecta omni ſubſtantialitate reiecta, num. 12.

Declaratur, & limitatur, vt non procedat quoad ſubſtantialitatem requirentem legitimationem perſonarum, num. 13.

Nec vbi aliquid ex forma debet præcedere, num. 14.

Nec vbi eſt aliud ſtatutum in ſpecie prouidens, nu. 15.

Nec maximè, vbi ſtatutum in ſpecie prouidens eſt poſterius, quia iſtud eſt attendendum, num. 16.

Nec procedit, vbi inæqualitas inter collitigantes gigneretur, num. 17.

Pupillus poteſt venire contra acta nulla, non maior aduerſarius, num. 18.

Aequitas in paribus cauſis paria iura deſiderat, nu. 19.

Iniquitas fit ex imparitate eod.

Contrariorum idem eſt iudicium, num. 20.

Circa legitimationem perſonarum Iudicium non intelligitur, nec reus, nec actor, quia, qui minus legitimè comparet pro nullo reputatur, num. 21.

Ex ſtat. Florentinis ſufficit oppoſuiſſe generalia contra, & ſufficit pro ſpeciali, & indiuidua, num. 22.

Qui dicit aſſertum procuratorem, eum eſſe procuratorem non intendit, num. 23.

Nullitas in ſpecie oppoſita magis attenditur, num. 24.

Reſtitutio in integrum non competit, vbi adeſt remedium nullitatis, num. 25.

Sufficit reo in vno obtinuiſſe, num. 26.

Expenſæ veniunt in conſequentiam nullitatis, num. 27.

Reſeruatio iurium in alio iudicio facta, ne aduerſario præiudicetur, num. 28.

DECISIO XVIII.

EX ſtatuto ſub Rubrica prima, lib. 2. iunctis reformationibus anni 1481. & 1498. mandatum, actoria, & cætera concernentia legitimationem perſonarum ſunt in primo actu producenda, alioquin acta declarantur nulla, & denegari poteſt audientia.

In cauſa Illuſtriſs. Catherinæ matris, filiæ ſuæ pupillæ nulla fuit conſtituta actoria, ne dum producta in primo actu ſecundum formam, mentem,
1 & tenorem dicti ſtatuti, & reformationũ, † quare non putauimus, declarationem nullitatis actorum euitari poſſe cũ haberemus caſum legis, l. ancillæ, C. de furt. Oſaſc. deciſ. 28. num. 13. Crauet. conſ. 590. ſub num. 2.
2 † Nec poterat mandatum productum, ita intelligi, vt ſatisfaceret ſtatuto, cum eſſet nullum, vt confectum, & productum, vbi erat conficienda actoria in bona, & valida forma, vt patet de diuerſitate horum actorum ex Formulario Florentino, & etiam præciſè ex dictis ſtatuto, & reformationibus, & Aſin. in §. 28. cap. 3. per tot. in pra-
3 xi. Iudic. † Statutum autem requirit mandatum validum, Aſin. in d. prax. d. §. 28. cap. 2. nu. 5. cum
4 per eum citatis in propriis hiſce terminis; † iſtud autem non potuit valere in vim actoriæ, quia deficiunt ſubſtantialia, & inter cætera, præſentia ipſius actoris, iuramentum, & alia requiſita ſecundũ not. per Gloſ. & DD. in l. neque natales, C. de procurat.

curat. Marzar.par.4 diſtinct.16.num.54. Vant.de
nullit.ex defect.mandat, num.144. & ſeqq. & ad
formam dicti Formularij.
5 † Nec ratihabitio ſubſequuta cum repetitione,
ſeu reaſſumptione actorum coram nobis tantum
facta potuit ſatisfeciſſe dictis ſtatutis, quia ratiha-
bitio non confirmat mandatum inualidum, Felin.
in cap.cauſam, quæ ſub num.9. verſ.fallit 6.extr.
de Iudic.Iaſ.in l.licet. limit.9. C.de procurat. Ant.
Sol.ad decr.no. Sab.lib.3.tit.de legit.perſon. Gloſ.
2.ſub num.4.Oſaſc.deciſ.166.ſub num.5. & plur.&
6 ſeqq.† Vbi etiam,quod non conualidantur ea,quę
ſunt nulla ratione formæ non ſeruatæ, quia non
ſunt in poteſtate partium &cęt. Vt ibi per eum,&
deciſ.179.ſub nu.16.ad Menoch.in ſpecie in con-
7 ſil.246.num.57.lib.3. † Vbi ſtante decreto, quod
acta ſint nulla, ſi in prima comparitione non fiat
legitimè fides de mandato, ea non poſſe ratificari
ex Ruin.& Bald.in term.ſtatuti,vt ibi per eum, &
in puncto pract. Salnet.in comment. primę Rubr.
ſtatut.Florent lib.2.verſic.in primo actu; Aſin.in
prax.d.§.28 cap.3.ſub nu.2.& ad principium eiuſ-
8 dem praxis ſub num.1.† & hæc quidem procedũt
etiam quoad minores,& pupillos,vt in iiſdẽ term.
9 Aſin.in d.prax.§.3.cap.vlt.cum citat. † nec licebat
nobis huiuſmodi ſtatuta excedere,ſed quinimo at-
tendere,& obſeruare,l.proſpexit.ff.qui & à quibus
l.formam, C.de off.præfect.prætor. Boer. deciſ.8.
num.9. Bart.in l.vbicunque,in 2.num.10.ff. de in-
10 terrogat.act. & in l.1. C.deleg. † & non uidimus in
propoſito ad hoc, vt Rota Romana poſſet termi-
nos ſubſtantiales,malè nulliter,& perperam obſer
uatos vnica audientia, & citatione repetere, & re-
integrare,opus fuiſſe conſtitutione Innoc.viij. quę
id ei concederetur, Caſſad.de reſcript.deciſ.8. ſub
nu.4.& 5.ad fin.Vant.quibus quib.mod. ſent.null.
11 deſen.poſſ. num.89.90. † quia in rei veritate non
eſt idem iudicium,& eadẽ cauſa, vt ibidẽ per Caſ-
ſad. & ad hæc eadem Bald.in cap.vn.§.hoc apud,
num.2. verſ.& eſt notandum,de pac.conſt.Felyn.
in cap.P.& G.num.7.de officio,& poteſt.Iud.de-
11 leg.† & quidem in beneficialibus non in propha-
nis, vt per Caſſad.deciſ.9.num.1.
12 † Nec nobis viſa eſt data aliqua maior poteſtas
in hoc caſu ex ſtatuto anni 1569. quo in cauſis do-
tium, & pupillorum deber procedi ſola facti verita
te inſpecta omni iuris, & ſtatutorum ſolemnitate,
13 & ſubſtãtialitate reiecta,& omiſſa,† quia conſide-
rabatur, non per hoc cenſeri,eam ſubſtãtialitatem
vnquam ſublatam,quæ concernit legitimationem
perſonarum, Oſaſc. deciſ. 1. ſub num.35.36.37.
Marant.in prax.Iudic par.4.diſtin.9.num.38. cum
ſeqq. Vant.de nullit.ex defect.mand.ſub num.5.&
num.89. Caſſad.de reſcript.d.deciſ.8.in fin.in pun
cto Aſin.d.§.28.cap.1.num.2. Vbi alios concord.
concurrit,quod in fortioribus term. Felyn.ponit in
c.dilecta ſub num.6. ſub ſign.6. verſ.ex prædictis,
14 † vbi,quod etiam ſi diceretur in aliqua diſpoſitio
ne,quod Iudex poteſt procedere prætermiſſa om-
ni ſubſtantialitate; tamen non poterit poſtponere
id,quod ex forma debet præcedere, ex Bald. de off.
15 Iudic.& ſubdit eſſe notandum dictum, † demũ cum
ſit in ſpecie, & in caſu præcisè minorum dictũ ſta-
tutum, illud eſt attendendum tanquam ſpeciale,
non iſtud generale iuxta Oſaſc. in deciſ.1.ſub nu-
mero 21. Pariſ.conſ.13 1.in fin.nu.14.& ſeqq.lib.1.
16 Rot.Ian.deciſ.20. † Eòque id magis quod dictæ
reformationes ſunt poſteriores ad l. pacta nouiſſi-
ma cum ibi not. C. de pact. Marſ.ſingul.603. Sed
& poſteriores, ff. de legibus. Quibus omnibus ſe
17 nobis offerebat inconueniens manifeſtum † nam
cum æqualitas ſit ſeruanda inter pupillum , & ſuũ
18 aduerſariũ,hæc profectò deſtrueretur, † cui enim
dubium, quin lata ſententia poſſet pupillus contra
eam,& acta, ſic nulliter facta venire, ad Vant. de
nullit. ex defect. mand. num.21. & 149. & in tit.
ſi. num.105. Rimin.Sen.conſ.451.num.10.lib.1.
l.non eò minus. cum ibi not. C.de procur.etiã poſt
mille annos, Vant.quib.mod.null.deſe.poſſ.nu.94.
An Illuſtriſſ. D. Reſtius? minimè,quia ſolis mino-
ribus hoc ius competit per prædicta, ecce ergo pa-
19 tentem inæqualitatem , † vt enim æquitas in pari
bus cauſis,paria iura deſiderat tit.de allod.in vſi-
20 bus feud.in imparitate erit inæqualitas; † vt con-
trariorum eadem diſciplina ſit , idem iudicium ad
tit.de his,qui ſunt ſui vel alien.iur.
Immo verò dicta interpretatio eſſet deſtructi-
ua,& ſtatuti, & Iudicij,cum tam de Iure commu-
ni,quàm præfati ſtatuti ad ſubſtantiam,& eſſentiã
21 Iudicij requirantur actor,reus,& Iudex,† citra au
tem legitimationem perſonarum, nec reus illeſſe
cenſetur,nec Iudex; cum quiſquis minus legitimè
compareat,pro nullo reputetur, Gloſſ.in cap.ſi duo,
de procur.in 6.cap.penul.de elect.in 6.l.decerta
tionibus, C.de Epiſc.audien. Ant.Sol de legit.per-
ſon. Gloſ.2.num.21. Vant.de nullit.ex defectu ci-
tat.num.26. & ſeqq. quare non eſt amplectenda
interpretatio præfata.
22 † Et fuit oppoſitũ de nullitate in genere , quod
ſuffeciſſet ex ſtatuto, ſeu reformatione ſub die 23.
Iulij 1477. quo diſponitur exceptiones generaliter
oppoſitas ſufficere pro ſpecialibus , & indiuiduali-
ter oppoſitas, etiam quoad faciem ad legitimatio
nem perſonarum ad Illuſtriſſ. Cardin. Tuſcum in
23 verbo mandatum concluſ.62.nu.14. & 61. † Nec
poteſt dici fuiſſe admiſſum,& approbatum,tanquã
procuratorem pro pupillis comparentem; quia ſem
per fuit cum adiuncto, aſſerti, procurator appellatus
quo caſu nõ fuit, vti procurator vnquam admiſſus
Oſaſc.conſ.15.nu.23.24. (Vltrà quod,nec admit-
tendo, præiudicaſſet ſtantibus prædictus pro for-
24 ma requiſitis) Immo verò tantum abeſt, quod
fuerit approbatus huiuſmodi procurator, vt quini
mo in ſpecie petitum fuit annullari acta ſtante hu-
iuſmodi defectu ad Magon. deciſ. Florent.71. nu-
mero 21.
25 † Reſtitutio autem in integrum petita non in-
trabat,quia ſtante nullitate non competeret l.pen.
C. ſi aduer. rem Iudic. l.ſi tutor, C.quibus cauſ. in
integr.Ond.de reſtit.in integr.q.17.num.70.conſ.
26 294.num.6.& 8.† & ſufficit reus in vno obtinuiſ-
ſe ad Cap.nullus. de regul.iur.in 6.

Victum

Digitized by Google

Victum Victori in expenſis condemnauimus, quia hæ veniunt in conſequentiam nullitatis actorum ad Aſin.de execut.§.3.c 74.num.12. Cagn.in l.quod quis,num.2.de regul.iur. Sol.in d.tit.de le-
28 git.perſon.d.gloſ.2.num.1.& 2.† cum reſeruatione iurium in alio Iudicio, quia per hoc non intendimus præiudicare iuribus pupillę, talia qualia ſint ad Rolan.conſ.1.num.143. Carp.ad ſtat. Mediol. cap.248. ſub num.21.lib.2.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Aduerſus rem iudicatum obſtat preſcriptio tricennaria, num.1.

Contra ſingulares ſucceſſores non poteſt agi actione perſonali, num.2.

Hypothecaria pro Canone non competit contra tertium poſſeſſorem, niſi emphyteota obligauerit omnia bona ſua pro eo. num.3.

Non conſtat legitimè de tali obligatione omnium ſuorū bonorum, vbi non conſtat de inſtrumento, licet adſit decretum de locando, vel de in emphyteuſim concedendo, num.4.

Nihil eſt actum, dum aliquid ſupereſt agendum, numero 5.

DECISIO XIX.

VIgore ſententiæ anni 1555. per quam fuerunt condemnati quidam de Lombardis ad ſoluendum cuidam Antonio de Malegonellis ſummam Florenotum 275. Valoris frumenti duorum annorum debiti pro canone, ſeu liuello &c. fuit ad inſtantiam ſucceſſorum dicti Antonij de Malegonellis pronūciata tenuta in bonis ipſis, dicto Liuello ſuppoſitis, poſſeſſis ab alijs quibuſdam de Lombardis proprio nomine, & iure, & non vti hæredibus, aut ſucceſſoribus vniuerſalibus dictorum de Lombardis, per dictam ſententiam iam tum condemnatorum.

Iudex appellationis dictam ſententiam reuocauit, & ad nos per aliam appellationem cauſa deuoluta, cenſuimus bene per hunc fuiſſe iudicatum,
1 † quod aduerſus dictam rem iudicatam obſtaret præſcriptio tricennaris, Afflict.deciſ.245.num 13. & ibi Vrſil.in fin.& deciſ.345.in fin. Aſin.in prax. Iudic. §.31.limit.18.

Nec duximus attendendum, quod debitum tamen adhuc duraret, tam quia, nec eo nomine actū fuit, ſed tantum vigore dictæ ſententiæ, merè, &
2 ſimpliciter exequutione eius petita, † quàm etiā, quia, nequidem potuiſſet actione perſonali agi contra iſtos ſingulares modernos poſſeſſores de Lombardis, vt latè in puncto Surd. deciſ.32. à num.1. vſque ad tertium per tot.

Nec etiam per viam hypothecarię obtinere,
3 † quia cum hypothecaria pro canone contra tertium poſſeſſorem, eo tantum caſu competat, ſi primus emphyteota pro ſolutione Canonis obligauit omnia bona ſua, vt ibid. Surd.d.deciſ.32.num.3.
4 in fin, & num.4.cum ſeqq. † In præſenti verò ſpecie de huiuſmodi obligatione nobis nō conſtabat, vt oportebat, ad Oſaſc. deciſ.156.num.4.cum apparerettantum de ſcriptura quadam officialium, qui tunc erant Domini directi, continente decretum quoddam, ſeu deliberationem de concedendo in emphyteuſim, & locando: At de inſtrumen-
5 to conceſſionis non conſtabat, † regula nihil eſt actum dum aliquid ſupereſt peragendum, vt in dec.noſtra Luc.25.num.7.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Ex renunciatione, ſeu ceſſione, aditio hæreditatis reſultat, num.1.

Subſtitutio loquens in vno caſu, non habet locum in alio, num. 2.

Subſtitutio in hoc caſu non loquitur, num.3.

Subſtitutio maximè fideicommiſſaria difficilius extenditur, num.4.

Et vbi agitur de fideicommiſſo inducendo nondum inducto, cui minus fauetur, num.5.

In dubio iudicandum eſt fideicommiſſum non ſubeſſe, numero 6.

Si ſemel corruit fideicommiſſum caterę, etiam corruunt, ſubſtitutiones, num.7.

Aliud eſt eſſe hæredem in ſolidum ab initio ex diſpoſitione teſtatoris, & aliud fieri ex poſt ex defectu concurſus, aut alia ex cauſa, num.8.

Si non fuit quis hæres in ſolidum ab initio inſtitutus, ſequentes enunciationes in contrarium non nocent veritati, num.9.21.

Maximè, ſi actus, in quo enunciatio in hæredem in ſolidum facta fuit, retulit teſtamentum, in quo apparet verè in ſolidum hæredem minimè inſtitutum fuiſſe, num. 10.

Præſuppoſita ſunt in primis verificanda, vt obtineri poſſit, num.11.12.

Fides inſtrumenti eſt indiuidua, & in totum, aut in nullo approbari cenſetur, non obſtante clauſula in parte, & partibus, num.13.

Qui ſemel eſt hæres, non poteſt deſinere eſſe hæres, numero 14.

Etiam ſi ei res auferatur, num 15.

Cui verba non conueniunt, nec diſpoſitio, num.16.

Caſus Bart. vbi dicitur, & ipſi filij ſine filijs, nu.17.

Conditio, & ipſi filij ſine filijs non intelligitur, niſi exprimatur, num.18.

Et eſt indubitatum in collateralibus, num.19.

Et vbi non affertur eadem ratio, num.20.

Quando filij non ſunt grauati, nec vocati dicuntur, numero 22.

Filijs poſitos in conditione, non cenſeri vocatos, eſt opinio Florentiæ Canonizata, num.23.

In collateralibus difficilius intrat præſumptio vocationis, num.24.33.

Conditio ſi ſine filijs de primis intelligitur, num.25.

Clauſula, & ſi cum filijs, & dicti eius filij decederent ſubſtituo, &c. ad quid poſita cenſeatur, num.26.

Et effectus, num.27.

Eadem

Eadem diſpoſitio non poteſt eſſe duorum cõtrariorum pro ductiua vitæ, & interitus, num. 28.
Quod non poteſt dici de primis magis dilectis, multo minus de poſterioribus minus dilectis, num. 29.
Vbi deficit ſubſtantia, qualitas, aut accidens dari non poteſt, num. 30. 31.
Coniecturæ de coniecturis dari abſurdum, eſt numero 32.
Coniecturæ ad inducendum fideicommiſſum debent eſſe neceſſariæ, & probabiles, num. 34.
Et vbi omnes ſunt defectuoſæ, numerus non ſupplet, numero 35.
Et omnes ſimul ſunt repellendæ, num. 36.
Ratio agnationis conſeruandæ debet, vel ex verbis reſultare, aut aliter ſufficienter, num. 37.
Puta ſi prohibita ſit alienatio ſub eo. ſi bona perpetuo fideicommiſſo ſint ſubiecta, num. 38.
Coniecturæ inducunt fideicommiſſum ſi ex verbis à teſtatore expreſſis eliciantur, num. 39.
Maximè ſi ſimus in collateralibus, num. 40.
Et etiam quando agitur de extendendo fideicommiſſo ad alias perſonas ſpecialiter non expreſſas, num. 41.
Coniecturæ ex propria cuiuſque opinione non ſunt confingendæ, num. 42.
Qualitas maſculinitatis operatur vocationem, ſi ex verbis teſtatoris colligatur non ſi per interpretationem, num 43.
Et expreſſa ratio conſeruandæ agnationis requiritur, numero 44
Tacitum ex tacito, non benè infertur ſub eo.
Si ſubſtituti ſint inhabiles pro conſeruanda agnatione, excluditur præſumptio agnationis conſeruandæ, numero 45.
Vbi fœminæ intrant, non intrat ratio aliqua maſculinitatis, vel familiæ, num 46.
Abſurdum eſt dicere minus dilectos præferri magis dilectis, num. 47.
Magis coniunctus præſumitur magis dilectus, numero 48.
Et etiam nominatim inſtitutus, num. 49.
Et ex eo dignoſcitur, quando quis plus, vel minus honoratur à teſtatore, num. 50.
Coniectura, quod filij filiorum debeant cenſeri poſiti in cõditione, & vocati, quia magis dilecti, quam alij in ſpecie nominati in teſtamento, non procedit in collateralibus, num. 51.
Teſtator poteſt vocare quos vult, & alios non vocare, etiam ſi alij magis vocari debuiſſent, num. 52.
Conſectura, ſi teſtator fuiſſet interrogatus ita reſpondiſſet, declaratur, num. 53.
Coniectura quod teſtator proceſſit ad plures gradus ſubſtitutionum, quando non procedat, num. 54.
Item, quando fuit reſtricta vocatio ad certas perſonas, num. 55.
In claris ſtandum eſt expreſſo, num. 56.
Non procedit dicta coniectura in collateralibus, numero 57.
Coniectura inducendi vocationem filiorum ex prætextu piæ cauſæ declaratur, num. 58.
Et quando pia cauſa egeat priuilegio, num. 59.
Ceſſare debet remedium extraordinarium extante ordinario, num. 60.
Multi tenent, quod fauore piæ cauſæ filij non cenſeantur vocati, num. 61.
Heredes non poſſunt venire contra factum defuncti, numero 62.
Et idem in herede heredis, num. 63.
Aditio hereditatis probatur ex teſtibus, num. 64.
Et ex poſſeſſione domus paternæ, num. 65.
Teſtes omiſſis interrogatorijs nihilominus probant, numero 66.
Etiam ſi fuiſſet proteſtatum, dummodo decretum Iudicis non interfuerit, quod cum interrogatorijs examinarentur, num. 67.
Interrogatoriorum numerus nimis effrenatus poteſt reſecari, num. 68.
Teſtes etiam non examinati corã Iudice probant ex ſtylo, de quo Iudex poteſt ſe extraiudicialiter informare, num. 69.
Sufficit, tot ſupereſſe teſtes legitimè examinatos, qui probent licet alij minus legitimè examinati per ſe non probarent, num. 70.
Maior fides eſt danda teſtibus concordantibus cum ſcripturis, num. 71.
Numerus teſtium eximius ſupplet aliorum teſtium defectus, num. 72.
Materia teſtium eſt poſita in arbitrio Iudicis, nu. 73.
Præſcriptio obſtat etiam in fideicommiſſis, num. 74.
Euitatur fideicommiſſi reſtitutio, ſi in cauſam æris alieni alienatio facta ſit, num. 75.
In dubio pro reis, & poſſeſſoribus eſt pronunciandum, num. 76.

DECISIO XX.

Reuer. q. D. Petrus Gerius Aretinus heredes ſibi vniuerſales inſtituit Liberatorem pronepotẽ ex patruo, & Ioannem nepotem ex fratre æquis portionibus, ſi d. Ioannes non obtinuerit beneficia eccleſiaſtica, ſibi per ipſum D. Teſtatorem renunciata, & ſi dicta beneficia obtinebit, ſibi ſolam, & vnicum heredem inſtituit vniuerſalem dictum Liberatorem, & ſi dictus Liberator decederet ſine filijs legitimis, & naturalibus, & ſi cum filijs, & dicti eius filij decederent, ſubſtituit dictum Ioannem, & eo Ioanne decedente, inſtituit, & ſubſtituit heredem ſuum vniuerſalẽ Angelum filium naturalem d. Liberatoris, & ipſis omnibus ipſius D. Teſtatoris heredibus inſtitutis, & ſubſtitutis decedentibus quandocunque, tunc voluit, quod ipſa eius hereditas perueniat, & peruenire debeat ad fraternitatem Aretinam, quam ex nunc, prout ex tunc ipſe teſtator heredẽ ſuam vniuerſalem inſtituit, & ſubſtituit, & hoc, &c.

Hac ſic ſtante diſpoſitione d. Reuer. D. Petri, Liberator ſupraſcriptus deceſſit relictis DD. Petro, Gerio, & Rocho, & ex Rocho nati D. Petrus, Gerius, Ioannes Stephanus, & Antonius actores, qui prætendentes ſe eſſe de comprehenſis in dicta ſubſtitutione petierunt domũ, de qua in actis poſſeſſam ab illis de Foſſombrunis, quaſi eidem fideicõmiſſario ſupraſcripto ſuppoſitã; In qua cauſa abſoluimus DD. de Foſſombrunis Conuentos moti ex infraſcriptis.

In pri-

In primis dicebatur, non veniſſe caſum fideicō-
miſſi, tanquam inſtituti in ſola perſona d. Libera-
toris, quatenus fuiſſet hæres vniuerſalis ipſe ſolus,
& in ſolidum, qui caſus non venit, ex quo etiam
Ioannes fuit vnà cum eo hæres pro dimidia, cū non
obtinuiſſet, prout in eodem teſtamento, beneficia
renunciata, vt patebat ex inſtrumento anni 1527.
vbi ipſe Ioannes renunciauit, & ceſſit ſuam partē
1 d. Liberatori, † ex qua renunciatione, ſeu ceſſione
aditio hæreditatis, & quod ei hæres extiterit reſul
tabat l. ſi auia, & ibi not. C. de iur. delib. Socc. con-
ſil. 147. ſub nu. 7. 8. vol. 1. Crauet. conſ. 200. in prin.
Vinc. de Franch. deciſ. 14. col. penult. & fin. lib. 1.
Rot. Rom. in nouiſſimis deciſ. 67. par. 3. Men. præſ.
18. in fin. lib. 4. Maſcard. de probat. concluſ. 44. in
princ. & fideicommiſſum fuiſſe inſtitutum non in
parte hæreditatis, ſed in tota, patebat ad ſenſum ex
vocatione fraternitatis Aretinæ in tota hæredita-
te, vt patet ex clauſula ibi, *quod ipſa eius hæreditas*,
& ibi, *quam hæredem vniuerſalem inſtituit*, & ex
vocatione Angeli, ibi, *Inſtituit, & ſubſtituit hære-
dem ſuum vniuerſalem Angelum, &c.*

2 † Quapropter intraret, quod ſubſtitutio loquēs
in vno caſu, non habeat locum in alio, l. cōmodiſſi-
mè, vbi omnes DD. ff. de liber. & poſth. l. in condi-
tionibus, §. fin. ff. de cond. & demonſtr. Bart. in l. cū
accuſ. in fin. ff. eod. & ibid. Socc. nu. 77. & Iaſ. in l. ſi
3 ita ſcriptum, num. 4. ff. de liber. & poſtho. † & obij
ci poſſet illud, quod ſubſtitutio in hoc caſu non lo-
quitur, Crauet. conſ. 161. num. 16. Onded. conſ. 67.
4 num. 9. lib. 1. † maximè in caſu fideicommiſſi, vbi
difficilius datur extenſio, Bart. & alij communiter
in l. Gallus, §. & quid ſi tantū, ff. de liber. & poſthu.
Gabr. conſ. 95. nu 11. cum ſeqq. lib. 2. Onded. con-
ſil. 55. nu. 49. cum ſeqq lib. 2. Surd. conſ. 236. n. 36.
5 lib. 2. † & fideicommiſſi quidem non inducti iam,
ſed vt in hoc caſu, inducendi, cui nō adeo fauetur,
vt declarat Alb. conſ. 31. nu. 22. & ad cit. per Surd.
6 conſ. 430. ſub num. 13. † Immo in dubio iudican-
dum eſt, fideicommiſſum non ſubeſſe, add. copio-
ſa ad Alb. in cit. loc. & Mantic. de coniectur. vlt. vo
lunt. lib. 7. tit. 1. num. 11. 41. & 44. cum hic iuxtà
eiuſdem declarationes, nec ſint verba expreſſa pro
fideicommiſſo, nec probabiles coniecturæ, nec vl-
lus agnationis fauor.

Sicque cum corruerit fideicommiſſum, imò ve-
rò nunquam inceperit, non poterant ex vllo capite
7 venire dicti Domini Actores, † cum eo ipſo, quod
corruit ſemel, nec vnquā incipit in caſu dicto à te-
ſtatore fideicommiſſum, cæteræ omnes ſubſtitu-
tiones ſimul corruiſſent, Oldr. conſ. 21. Dec. conſ.
87. ſub num. 7. Cephal. conſ. 17. nu. 11. & 12. Odd.
conſ. 67. num. 14. cum ſeqq. Pariſ. conſ. 90. nu. 3. &
9. lib. 2. Crauet. conſ. 98. num. 4. & 5.

Non obſtat, quod in inſtrumento venditionis
domus contentioſæ dictus Liberator aſſertus fue-
rit ſub nomine hæredis ſolius, & in ſolidum, quia
verum eſt ex antecedenti inſtrumento renuncia-
tionis fuiſſe factum ſolum, & in ſolidum hæredē
8 vniuerſalem, † Aliud tamen eſt, quod talis factus
fuerit, aliud autē, quod talis fuiſſet ab initio, prout
ad inducendum fideicommiſſum ex mente teſta-
toris requirebatur eo, ſcilicet caſu, quatenus non
9 concurriſſet cum eo Ioannes, † Vnde conſtito de
veritate, quod ab initio non fuerit re vera hæres ſo
lus ex mente teſtatoris, non obſtat ſubſequēs enun
ciatio, Maſcard. de probat. concl. 621. num. 19. 20.
cap. illud, & ibi Hoſt. Inn. Abb. Fely. & alij Canon.
de præſumpt. Iaſ. in l. ex his in 7. limit. C. de teſtam.
10 milit. † maximè cum fuerit relatum d. teſtamen-
tum, ad quod propterea contrahentes cenſentur ſe
reſtrinxiſſe, Oſaſc. deciſ. 100. num. 30.

Item non obſtat, dictum Ioannem habuiſſe di-
cta beneficia, & id reſultare ex bullis, ſeu patenti-
bus, ex quibus apparet, eum habuiſſe Prioratum
Ciuitellæ, & ex inſtrumento dictæ renunciationis,
vbi fatetur habuiſſe partem, & ſic aliud beneficiū
11 conſiſtens in Canonicatu Genebriæ, † quia cū te-
ſtator in teſtamento fecerit mentionem indefini-
tam de beneficijs renunciatis, oportebat in primis
fidem facere, quænam eſſent huiuſmodi beneficia
renunciata, quia præſuppoſita ſunt in primis veri-
ficanda, Crau. conſ. 211. 260. 280. 307 ſub num. 2.
12 Natt. conſ. 258. num. 2. Deinde probare, quod ta-
lia beneficia habuerit, l. ei qui, ff. de probat. l. qui ac
cuſare, C. de edend. quæ minimè adimpleta ap-
parent.

Vlterius dicebatur, quod, ex quo dicti actores
vti volunt dicto inſtrumento, in quo d. Ioannes fa-
tetur partem tantum habuiſſe, debent etiam vti in
alio, quatenus idemmet affirmat, ſe omnia benefi
cia non habuiſſe. propter quam cauſam mouetur
ad adeundam hæreditatem dicti teſtatoris pro ſua
dimidia, & inde ad cedendum eam dicto Libera-
tori mediantibus conditionibus, & pactis de quib.
13 in d. Inſtrumento, † quia fides inſtrumenti eſt in-
diuidua, & illud producens, vel acceptans, cenſe-
tur approbare in totum, etiam non obſtante proto
ſtatione in parte, & partibus, vt per Oſaſc. dec. 39.
num. 7. 8. 10 23. 26. 27. 32. & deciſ. 71. num. 61.

Addebatur, quod, quo tempore cœpit obtinere
Prioratum Ciuitellæ iam hæres extiterat, & iam
tribus annis antea, vel circiter dictus Ioannes hæ-
reditatem agnouerat, vt in dicto inſtrumento re-
14 nunciationis, † qui autem ſemel eſt hæres, iā non
poteſt deſinere eſſe hæres, l. ei qui ſoluendo, ff. de
15 hæred. inſtit. † etiam ſi ei res auferatur, l. ex facto,
§. fin. ff. de vulgar. & pupill. & tantò magis, quia nō
conſtat, quod obtinuerit d. Prioratum, tanquam
renunciatum, ſeu ſibi reſignatum, & ex mente te-
ſtatoris, ſed tanquam ex obitu.

Hæc cum viderentur ſufficere ad excluſionem
dd. actorum, dicebatur tamen vlterius, dato non ta
men conceſſo, citra veri præiudicium, quod fidei-
commiſſum adeſſet, quod non adeſſet tamen vllo
modo ad fauorem horum filiorum Rochi actorū,
cum non appareant expreſſim poſiti in cōditione,
ex quo ſoli filij ipſius Liberatoris apparent poſiti
in conditione, non autem alij filij ex ijs filijs, qua-
les ſunt dd. actores iſti, vnde non intraret quæſtio,
an filij poſiti in conditione cenſeantur vocati, quia
iſtimet filij nullibi poſiti in conditione leguntur,
& cui

Digitized by Google

16 † & diu non cõueniunt verba, nec diſpoſitio apta
17 ri poſſit, l.4.§.condemnatum.ff.de re Iudic.† cum
non dictum ſit, & ipſi filij ſine filija, qui fuiſſet ca
ſus Bart. adeo etiamnum exagitatus ad l.centurio
num.67.ff.de vulg. Theſ.deciſ.96.num.10.
18 † Nec facit, quod cenſeatur repetita dicta con-
ditio, quia hoc ipſum negatur, cum non intelliga-
tur, niſi exprimatur Ruin.conſil.106.ſub num.9.
verſ.nec etiam lib.2.& conſ.140.ſub num.15.eod.
lib.2.ad Peregr.art.28.ſub nu.33.ſub verſ.verum,
Mantica de coniect. vlt.volunt.lib.10.tit.8.num.9.
19 11.ad 23.24.& 25.† Vbi hoc eſſe indubitatum ait
in collateralibus, & Gabr. de fideicom.concluſ.2.
20 num.46.& 54.† & vbi non affertur eadem ratio,
excellentiſs. D. Laderch. conſ.186. num.31. & ad
Menoch. conſ.493. ſub num.15.lib.5. & hæc non
obſtante inſtruméto inter cohæredes ſequuto, vbi
enunciatur repetita dicta conditio, ſi ſine filijs,
21 † quia ſimpler illa aſſertio non præiudicat veritati
contentæ in ipſomet teſtaméto relato, ne plus cre
datur copiæ, quam originali, ad auth. ſi quis in ali-
quo, & ibi DD.C.de eden. Crau.conſ.6. num.67.
& ex alijs iuribus iam ſupra citatis ad verſic. Nec
obſtat quod in inſtrumento, num 9. & 10.

Accedebat, quod eſto, quod fuiſſent in conditio
ne poſiti, ſiuè expreſſim, ſiuè tacitè ex præſumpta
repetitione, adhuc tamen non poterant dici vocati
in caſu iſto, cum non eſſent grauati, ſed grauamen
fuiſſet iniunctum ipſi Liberatori inſtituto, quippe
cui ſoli facta erat ſubſtitutio de Ioanne, & alijs, vt
22 in teſtamento, † quo caſu ſumus in claris, vt per
Ruſtic.in tract. An fil.&c. lib 4.cap.1.& c.5. Vbi
etiam ſi eſſemus in dubio non cenſeri vocatos fi-
lios qui non fuerunt grauati.
23 † Et vlterius facit, quod habeamus canoniza-
tam in patria hanc opinionem, quod filij poſiti in
conditione non cenſeantur vocari, teſtibus Domi-
24 nis ſex huiuſce Rotæ in lib.Mot.67.fol.36.† & in
collateralibus difficilius intrat præſumptio voca-
tionis Gabr.de fideicom.concl.4.num.1. Marzar.
in Epit.fideicom.q.20.Pet.de fideicom.q.9.n.154.
& 171. Mantic.de coniect.&c. lib.11.tit.2. & 3.
Ruſtic.lib.1.c.2.par.1.& par.2.num.80.& cap.3.
num.1.cum ſeqq. Peregr. de fideic. d.art.28.nu.1.
& 5. Craſſ.in §.fideicom.q.13.

Nec aliunde dd. Actores venire poterant, tan-
quam putà ſub nomine filiorum cõprehenſi, quia
ex quo in perſona ipſorummet filiorum diſpoſitio
ſortita fuit effectum, iam cæteri nõ poſſunt admit
25 ti, † & conditio ſi ſine filijs de primis intelligitur
Peregr. de fideic.d.art.28.ſub nu.33. verſ.Verun-
tamen, Dec.conſ.95.ſub n.8. Ond.conſ.55.nu.37.
lib.2. Rol.conſ.43. num.6.vol.4. Gabr.concluſ.1.
num.74.de verb.ſignif. Mant.lib.8.tit.8.nu.6.de
coniectur.vlt.vol. alios congerit Intrigl.de ſubſtit.
Cent.3.quæſt.55.

Et etiam quia notabatur clauſula, *& ſi cum fi-
lijs, & dicti eius filij decederent ſubſtituo, &cæt.*
26 † propter hoc ipſum poſita, vt nihilominus ſubſti
tutio in perſonis ſubſtitutorum omnino conſiſte-
ret, quæ aliàs citra eam per ſolam exiſtẽtiam filio-
rum in conditione primo loco poſitorum, expiraſ-
27 ſet Theſ.96.n.32. Pariſ.conſ.31.nu.14.lib.2.† Et
ſtante d.clauſula, & ſi cum filijs, comprehenditur
alius caſus, quo etiam quod adſint non faciant de-
ficere ſubſtitutionem, nec ſubſtitutio expiret ſaltẽ
poſtquam ipſi defecerint iuxtà diſpoſitionem teſta
toris ad Ruin.conſil.106.ſub num.8. ſub verſ.ſed
quia dictus locus, lib.2. At qui ſi concederemus,
intelligi repetitam dictam conditionem, ſi ſine fi-
lijs contingeret caſus, quo expiraret omnino ſub-
ſtitutio, vnde ſequeretur deſtructio mentis teſtato
ris, ac quod vna, & eadem diſpoſitio eſſet duorum
actuum contrariorum productiua, firmitatis, &
28 infirmitatis, vitæ, & extinctionis, † id quod eſt ab
ſurdum dicere Crau.conſ.985.num.89.

Item, ſequeretur aliud abſurdum, vt quod de ip
ſis filijs magis quidem dilectis in conditione poſi-
tis dici non poſſet, quod excludere poſſent ſubſtitu
tos, id hodierna die diceretur de eorummet filio-
29 rum filijs minus dilectis † contra reg. l.in eo. ff.de
reg.iur. auth. multò magis cum not. C. de ſacroſ.
Eccleſ. & ad Ruin.conſ.105.per tot.lib.2.Ruſt.lib.
4.cap.5.num.5.6.7. Menoch. præſumpt.76. ſub
num.96. verſic.tertia eſt vtilitas, lib.4.

Quibus ex cauſis meritò concludendum videba
tur, nec ſubeſſe fideicõmiſſum, nec hos DD.acto-
res fuiſſe in conditione poſitos, & ita nec vocatos:
Non obſtantibus coniecturis exaduersò coacerua-
tis, vſque ad quadraginta, quandoquidem ad om-
nes vno verbo occurrebat reſponſio, quod ſtante
hoc aſſumpto falſo, quod erat in poſitione filiorum
in conditione, nullum ſupereſſet ſubiectũ, ſeu nul-
la ſubſtantia, cui huiuſcemodi qualitates coniectu-
30 rales applicari, vel inniti poſſent, † neque enim,
vbi deficit ſubſtantia, ibi qualitas vlla, aut acci-
dens dari poteſt, cum hæc ſine ſubſtantia non con-
ſiſtat, neque detur qualitas ſine ſubiecto L.2. ff. de
vſufr. l.eius qui verſ.quas verò, ff. ſi cert.pet. cum
alijs citat. per Crau. conſ.202.nu.24. & ſub n.44.
l.cum principalis cauſa non conſiſtit, ff. de reg.iur.
31 † nec poteſt ibi cognoſci qualitas, vbi non cogno-
ſcitur ſubſtantia in primis cognoſcẽda, Bald. in l.1.
ad med.primę col. C.de bon.poſſeſ.ſec.tab. Rip.in
Rub.de cauſ.poſſeſs.num.25.

Et re vera nobis viſæ ſunt dictæ coniecturæ ad-
inuentæ non ad eliciendam, ſed ad extorquendam
teſtatoris mentem, & ad inſeruiendum non teſta-
toris, ſed propriæ intentioni, cum etiam, data non
conceſſa, prætenſa poſitione in conditione, non ta-
men ſatis conferre, aut vrgere viderentur ad indu-
cendam prætenſam eorum vocationem, poſtea-
quam aliæ nimis remotæ aduertentur, vt 1.2.3.
& 36. vel ad rem non facere, nec aliquid ex neceſſi
tate inferre vt 4.13.19.22.35.38. vel eſſent in caſu
diuerſo vt 13.18.31.37. vel eſſent coniecturæ de
32 coniecturis vt 20.29.38. verſ.tertia eſt † abſurdi-
tas, ſanè non admittenda Ripa in l.hæredes mei,
§.cum ita; num.29. ff.ad Trebell. & ad Surd. con-
ſil.327.num.49. Vel non procederent in iure, vt
33 5.9.10. † quæ non procedunt in tranſuerſalibus,
ſed in deſcendentibus ad Ruſtic.lib.3.c.1.n.2.12.
17.33.

Digitized by Google

27.33.34.& 40. & lib.5.c.7.nu.10.11.13. vel non
eſſent veræ in facto vt 5.6.11.14.20.25.28.29.32.
34 & 39. † profectò fideicommiſſum, vt inducatur
debent concurrere coniecturæ neceſſariæ, vel mul
35 tum probabiles, Surd.conſ.315.nu.55. † & ibi om
nes ſunt defectuoſæ numerus non ſupplet nu.57.
36 † & omnes ſimul repellendæ, ibi & num.58. &
conſ.329.ſub num.24.& ad deciſ.noſtr.Bonon.7.
num.34.35.

At vt hæc generaliter animaduerſa aliquo ex
profeſſò caſu comprobata apparerent, noluimus
hunc laborem ſubterfugere, quin ex tanto conie-
cturarum numero illas quidem ſelegeremus, quæ
magis quodammodo conferre ipſo primo aſpectu
videbantur, & tamen non conferre notatum eſt,
vt hinc,& de alijs, quod iudicium habendum eſſet
omnino inferri poſſet.

Vna ex ijs coniectura erat qua, dicebatur, teſta-
torem habuiſſe rationem maſculinitatis, ſeu agna-
tionis, hoc incipit eſſe falſum in facto, quia in teſta
37 mento de hoc ne minimum quidem verbum, † cũ
tamen expreſſum oportuiſſet de huiuſmodi men-
tionem factam, vel alias prohibitam, fuiſſe aliena-
tionem, aut aliter ita;& tale quid diſpoſitum; Vn-
de dignoſceretur, quod intenderit bona in maſcu-
lis, aut familia conſeruari, ad Ruſtic.lib.3.c.5. per
38 tot. † aut perpetuo fideicommiſſario bona ſubie-
cta voluiſſe ad DD. in l.voluntas, C. de fideicom.
l.re coniuncti, §.Diui de leg.3. Gabr. conſ.1.n.26.
39 lib.4. † Ita enim demum ex coniecturata mente
fideicommiſſum induci debet, ſi ex verbis à teſta-
tore expreſſis eliciatur, vt plenè Ruſt.lib.1.in prio.
& num.10.& cap 2.num.48.& lib.2.c.1.num.17.
40 † id quod præſertim in collateralibus requiritur,
41 vt nu.14.& ſeqq. † & etiam quando agitur de ex-
tendendo diſpoſitionem ad alias perſonas, quę ſpe
cialiter, & diſpoſitiuè expreſſæ nõ ſint, quę hic om
nia intercurrunt ad ibid. Ruſt.num.23.& Hond.
42 conſ.55.num.53.lib.2. † cum ex propria cuiuſque
opinione non ſint coniecturæ confingendæ, Ruſt.
43 d.lib.2.c.1.num.18. † & quod qualitas maſculini-
tatis operetur vocationem, ita demum, ſi ex verbis
teſtatoris colligatur, non ſi per interpretationem,
44 idem Ruſt.d.lib.2,cap.3.num.13. † & quod requi
ratur expreſſa ratio conſeruandæ agnationis, alio-
qui tacitum ex tacito non benè inferri Surd. con-
ſil.329.num.11. & ſeqq. Imò tantum abeſt quod
qualitas maſculinitatis, vel familiæ, nedum ex in-
terpretatione colligi poſſit, vt quinimo totum con
trarium, eo ipſo quod fuit ſubſtitutus primo vnus
45 clericus mox vnus ſpurius, † per quos non dicun-
tur bona in familia poſſe conſeruari, vnde contra-
ria prorſus voluntas elicitur, ad Hond. conſil.56.
num.12.& ſeqq. excell. D.Cabal.conſ.181.n.16.
& quia hi non ſunt tales, qui fęminas virtute ſtatu
46 ti Aretini excludere poſſent, † Vbi autem fęminæ
intrare poſſunt non intrat ratio aliqua maſculini-
tatis; vel familiæ, Hond. in dicto conſil. num.12.
& ſeqq. iunct. Cęphal. conſil.45. ſub numero 9.
Gabriel. conſ.97.num.9. lib.1. Peregr.art.25.nu-
mero 42. de fideicommiſſ. in terminis huiuſmodi
ſtatutorum fęminas excludentium, & Barz. deciſ.
Bon.11.num.7.

Alia coniectura, qua dicebatur, niſi admittere-
mus dd.DD. Actores fuiſſe in conditione poſitos,
& vocatos, ſequi abſurdum, quod Ioannes Cleri-
cus,& Angelus ſpurius ex Liberatore minus dilecti
47 præferentur dictis Actorib. magis dilectis, † quod
eſt inconueniens dicere, Ruſt.lib.5.cap.3.num.3.
Rot.Rom.deciſ.640.num.4.in nouiſſ.par.1: etiam
48 in facto eſt erronea, † cum immo ſaltem quoad di
ctum Ioannem, is magis dilectus cenſeri debeat te
ſtatori, tanquã ei longè magis coniunctus, cũ eſſet
nepos ex fratre, & longè proximior quàm fuiſſet
Liberator ipſe, nedum filij,& nepotes, quales ſunt
dd.DD. Actores, ipſi Liberatori, ad Rot. dicta de-
ciſ 640.num.4.par.1. quæ propterea retorquetur,
49 † & tanquam in teſtamento nominatim etiam in
ſtitutus in dimidia hæreditatis, & ſubſtitutus in to
ta, quatenus Liberator in ſolidum fuiſſet hæres, ad
Alexand. conſ.99. num.8. vol.7. & ad Mantic. de
coniect.&c. lib.7.tit.1. ſub num.39. verſ. item in
50 re legata; † & præterea quis ſit magis dilectus co-
gnoſcitur ex eo, quod ſit honoratus à teſtatore,
Surd.conſ.236.nu.54.& ſeqq. quare redditur fal-
ſum preſuppoſitum, quia ſpurius cum ſit vocatus,
per hoc redditur magis dilectus alijs per prędicta.
51 † Item eſt erronea in iure, quia non procedit in
collateralibus, vt ais Mantic.lib.11.tit.4.nu.13.ad
52 fin. † & quia teſtator poteſt vocare ad libitũ quos
vult, & alios non vocare, etiam ſi alij magis vocari
debuiſſent, Dec.conſ.177.num.4. Socc.conſ.227.
num.7.lib.1.
53 † Alia coniectura, quod teſtator ſi fuiſſet inter-
rogatus veriſimiliter, ita reſpondiſſet, dicebatur
etiam non procedere in facto, vel in iure, ex quo
perſonas, quas voluit nominatim vocauit, & ſu-
mus in ſubſtitutione fideicommiſſaria, & vbi te-
ſtator non diſponit, nec voluntas colligi poteſt ex
diſpoſitis, ceſſat talis coniectura, maximè, vbi po-
tuiſſet, ſi ita voluiſſet etiam in tali caſu prouidere,
quæ omnia hic adſunt, vbi ab enumeratione alia-
rum perſonarum, & ab ipſorummet filiorum no-
minatione ſatis datur intelligi, quod eadem facili-
tate, & hoſce potuiſſet comprehendere, ſi voluiſ-
ſet Ruſt.lib.5. cap.7.num.10.11.&.13. Gabr.con-
ſil.95.num.11.& 15.lib.2. Hond.conſ.55.num.50.
in fin. lib.2.
54 † Alia coniectura, quod teſtator proceſſerit ad
plures gradus ſubſtitutionum eſt pariter erronea,
quatenus non eſt verum, quod proceſſerit ad hos
gradus, ponendo in eis filios Liberatoris, prout de
iure oportebat, Hond.conſ.60.num.83.lib.1. Ga-
briel. Com.concl.de fideicom. concl.4.nu.16. ver-
ſic.2. ſublimita. Theſ.deciſ.96.nu.1. excell.D.Ca-
ball.conſ.105.n.18. Menoch. d.præſ.36.num.52.
Rol.conſ.51 num.10.volum.3. Mantic.tit.3.n.13.
lib.11. Clar.q.79. verſ.quarta in §.teſtamentum.
55 † Item eſt erronea, quia alias perſonas nominatim
comprehẽdit, ad quas reſtricta erat vocatio, Ond.
56 conſ.56. num.52.53.lib.2. † & in claris non eſſe
opus coniecturis, ſed expreſſo eſt ſtandum, Con-
tinuus.

tinuus.

tinuus, §.cum ita de verb.oblig.&.l.ille, aut ille, §.
cum in verbis de leg.3.

47 † Vltra, quod dictam coniecturam procedere in
collateralibus, etiam in iure falſum eſt, Ruſt.lib.3.
c.1. num.12. Mant.lib.11.tit.3.ante num.14. Men.
præſ.76.num.55.56. lib.4.

58 † Denique coniectura poſita in fauore piæ cau-
ſæ, etiam in facto omnino erronea deprehenditur,
ex eo, quia, ſi non demus filiorum prædictorum in
conditione poſitionem, nullo fauore, aut priuilegio
eget pia cauſa ad conſeruandum fideicommiſſum,
cum ſtante tenore teſtamenti omnino ſucceſſura
fuiſſet adueniente caſu defectus omnium ſubſtitu-
torum ſub illis verbis, (*& ipſis omnibus ipſius d.te-
ſtatoris, &c.* vt ſupra ab initio relatum eſt ad Cæ-
phal.conſ.166.num.21. Alb.conſ.51.num.26. Dec.
conſ.63.num.2.conſ.89. num.3.

59 † Et tum demum eget pia cauſa hoc priuilegio,
cum filij poſiti ſunt in conditione, ita quod per eo-
rum exiſtentiam deficeret ſubſtitutio, niſi vocati,
& grauati reſtituere piæ cauſæ præſumerentur, ad
Ruſtic.lib.5.c.6.per tot.preſertim vero in fin, Ergo
retorquendo argumentũ melius eſt, vt fauore eiuſ-
dem piæ cauſæ non intelligamus repetitam condi-
tionem ſi ſine filijs, poſteaquam facilius eadem pia
cauſa fuiſſet obtentura intentum, non ſubintelligẽ
60 do, quam ſubintelligendo d.clauſulam, † & etiam
quia ceſſare habeat remedium extraordinariũ, vbi
adeſt ordinarium l.in cauſæ, ff.de minor. 25.ann.

61 † Vltra, quod multi tenent contrarium, quod fa-
uore piæ cauſæ filij poſiti in conditione non cenſeã-
tur per hoc vocati, vt per Anchar.Iun.famil.quæſt.
lib.3.q.31.num.20.cum ſeqq.Menoch.d præſum-
ptio.76.num.60. & ex alijs relatis per Ruſt. lib.3.
cap.fin.in tract. an fil.poſit. &c.

Sed præter prædictas duas exceptiones aderat,
& tertia contra dd.DD. Actores, in eo conſiſtens,
quod dictus Liberator domum alienauerit, quod
Rochus pater eorum fuerit hæres eiuſdẽ Liberato-
ris, & quod ipſius Rocchi patris, & ſic hæredes, me-
62 † diante patre, Liberatoris alienantis. † vnde non
potuerunt venire contra factum defuncti vulg.l.cũ
à matre, C.de rei vendic.l. vindicantem de euictio.
Surd.in term.fideicommiſſi, conſ.284.n.5.& ſeqq.
63 † id quod etiam in hærede heredis procedit, Ond.
reprobata opinione contraria, conſ.3.nu.54.lib.1.
Menoch.conſ.89.n.126.& ſeqq.lib.1. cũ concord.
64 † Probata autẽ fuit aditio Rochi, cum de aditio-
ne eius filiorum non dubitetur, ex teſtibus numero
nouem, quo depoſuerunt de aditione ipſa, & quod
permanſit, & habitauit domum, quæ erat ipſius Li-
65 beratoris ad Maſcard.de probat.in ver.aditio, † &
ex poſſeſſione domus paternæ, probari aditionem,
eſt gloſ.in l.1.C.ſi min.ab hæred.ſe abſt. Bart.conſ.
231.lib.1.& cõſ.207.eod.in l.in tantum, §.ſi pater ad
Treb.& latẽ in l.gerit, ff.de acq.hered. Dec.cõſ.4.
Non obſtat quod non fuerint interrogati, quia
66 etiã hoc falſum in facto deprehendimus, † & pro-
pterea dicebatur non per hoc fieri quominus pro-
barent Gayl.obſ.95.n.2.lib.1.Gabr.conſ.118.n.69.
& ſeq.lib.2.Ruin.conſ.35.n.4.li.4. Mar.par.6.ar.7.
n.4. Viu.opin.896.ad Veſtr.lib.6.c.2.nu.56. Corn.
67 conſ.55.lib.3. Dec.conſ.27. ad fin. † & probant,
etiam ſi fuiſſet proteſtatum, quatenus nullũ inter-
ueniſſet decretum Iudicis, quod teſtes ſuper inter-
rogatorijs examinarentur, vt hic Virg.Boe.in trac.
de liter.remiſ.c.6.n.21.31. & c.8.n.8 9.Farin.de op
poſ.contr.exam.teſt. q.73.n.6. ſed ceſſat difficultas
hic attento ſuppoſito falſo, & etiã quod interroga-
toriorum num. videbatur effrenatus & captioſus,
68 † vnde meritò potuiſſet ei reſecãdo occurri, Spec.
de teſtibus. §.iam de Interrogatorijs, in fin.col.fin.
Bertach.in verb.teſtes interrogati, num.16.cum il-
la eſſent ad centum vigintiquinque.

Item non obſtat, quod nõ fuerint examinati, etiã
coram Iudice iux.ſtat.Aret.tit.9.lib.2. Primò, quia
69 informati fuimus de ſtylo in contrariũ, † quod po
tuimus etiã extra acta, plures cit.per D. Ant.Sol. ad
nou.cõſt.Sab.tit.de obſer.antiq. & nou.decr.gl.vn.
ſub n.7.deinde etiã quia ex ijs quatuor fuerunt co-
ram D.Iudice examinati, qui per ſe ſoli ſufficerẽt,
70 † quia ſufficit tot ſupereſſe teſtes, qui poſſint proba
re iux.l.vbi numerus, ff.de teſtib.Men.de arbit.Iud.
c.105.n.27.Crau.cõſ.857.n.11.Morot.Reſp.39.n.14

Nos verò eo magis d.aditionem ex dd.teſtium
omniũ ſimul iunctorum depoſitionibus reſultantẽ
veram credidimus, quod oẽs eſſent valdè inter ſeſe
cõcordes, quod veriſimilia depoſuiſſent, quod de-
niq; cum ipſiſmet ſcripturis cõcordarent, dixerũt
enim quod Rochus fuerit hæres d.Liberatoris, in
quo concordant cum lib.decimæ, vbi enunciantur
hæredes Liberatoris, & ibid.Rochus ipſe nomina-
71 tur. † Nã maiorem fidem adbibendã teſtibus con-
cordantibus cum ſcripturis, ſatis conſtat Paris.cõſ.
88.n.20.lib.3.Dec.conſ.448 n.10.& ſeq.Nat.conſ.
283.n.6.Maſc.de prob.concl.1047.n.26. cum etiã
72 num.teſtium conteſtiũ eſſet ſatis eximius, † quo ſo
let defectus aliorum teſtiũ ſuppleri, Nat.conſ.354.
n.6.conſ.362.ſub n.10.gl.in l.3.§.1. verſ.numerus
de teſtib.& ita arbitrati fuimus, † cũ materia teſtiũ
poſita ſit tota in arbitr.Iud.Alb.conſ.99.n.7.& 9.

74 † Addebatur inter hæc, & præſcriptio notabilis
tẽporis eum alienatio fuerit facta de ann.1527. Vn
de vſque ad principiũ huius motæ litis de an.1604
inchoatæ præteriti fuerint anni pluſquã ſeptuagin-
ta, ad Peregr.de fideic.art.41.per tot.& ad ſtat.Are
tinum lib.2.tit.51.de præſcr.vbi omne ius præſcri-
75 bitur annis duodecim. † Itẽ addebatur, quod ex eo
dẽ ipſo inſtrumento alienationis apparebat, quod
alienatio facta fuit in cauſam ſolutionis æris alieni,
ſaltem pro parte ad l. ſi filiusfamilias, §. Diui in 2.
in fin.ff.de leg.1.Nat.conſ.255.n.10.vbi hæres po-
teſt pro ſoluendo ære alieno res fideicõmiſſ. ſuppo
76 ſitas alienare, † & quod etiam in dubio pro reis, &
poſſeſſoribus eſſet iudicandum l.fauorabiliores. ff.
de reg.iur.l.Arrianus, ff.de act. & oblig. l.vlt.C.de
rei vindic.l.ſi o. ff.de acquiren. poſſeſſ.

Ex quibus omnibus ſimul iunctis rem hãc citra
omnem dubitationis aleam poſitam fuiſſe cenſui-
mus, & ideo abſoluendos reos conuentos de Foſ-
ſombrunis iudicauimus.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

D Sequun-

Sequuntur coniecturæ ad verbum, prout in conſilio exhibito:

Et prima eſt Coniectura quæ deſumitur ex eo, quod Teſtator poſuit in conditione hos filios, & Nepotes Liberatoris ſub illa qualitate, & dũmodo eſſent legitimi, & naturales, Achil. Petroch. in conſil. 22. num. 2. verſ. ſecunda eſt coniectura lib. 1.

Secunda concurrit coniectura, quia dicta verba, ſi eſſent legitimi, & naturales, ſecundum communem vſum loquendi non adaptantur ad legitimatos, nam diſtinctè legitimatum dicimus ab ipſo legitimo, & naturali: Hippolyt. Rimin. qui hanc deducit coniecturam in d. conſ. 21. nu. 44. vol. primo affirmans, quod diſtinctè legitimatum dicimus ab ipſo legitimo, & naturali, & hoc de communi vſu loquendi, cum notorium ſit vbique, Adeo, vt ſatis ideo ſit quod allegetur, & non eſt probatio neceſſaria, quia Iudex poteſt ſupplere, vt dicunt Bald. Alexand. Caſtren. Dec. & Rimin. d. num. 44. qui hoc in puncto refert. Idque ſaltem debet dici in caſu noſtro, quia Teſtator in Aretina Ciuitate fuit vir nobilis inſignis, & honeſtæ vitæ, Rimin. vbi ſupra numero 45. Bart. in l. ex facto, 17. §. ſi quis rogatus il primo, ff. ad Trebell. & ibi Alexand. nu. 5. Quo ſtante arguit nominatim Rimin. quòd nedum mentio filiorum legitimorum, & naturalium, ſed filiorum ſimpliciter, non intelligitur de legitimatis, ſed de illis, qui natiuitate ſunt legitimi, & ita de legitimo matrimonio nati; vt per Bart. in d. §. ſi quis rogatus il primo in ciuat. num. 2. & ibi Alex. n. 2. cum ſeqq. Quod eo magis hic procedere exiſtimo, quia Teſtator in defectum legitimorum ſubſtituit naturalem, ſcilicet Angelum filium d. Liberatoris, vt dicam infra in 4. coniectura ex Rot. Roman.

Sed ſic eſt, quod quando filij inſtitutorum poſiti in conditione ſub illa qualitate de legitimo matrimonio, tunc ex eo clarè mens teſtatoris oſtenditur, quòd eos ex teſtamento vocauerit. Ita nominatim deducit hanc coniecturam, & argumentatur Rimi. cui addo allegatam deciſ. 62. Surdi, vbi probatur, quòd Senat. Mantuanus ex eo, quòd filij erant poſiti in conditione, dummodo eſſent nati de legit. matrim. pronunciauit, dictos filios eſſe ex teſtamento vocatos. Igitur ex tali qualitate conſtat, quod legitimè non nati licet legitimentur non admittuntur ad excluſionem ſubſtitutorum, ſed illi tantum, qui de legitimo matrimonio procreati ſunt, vt per Rimin. quod etiam tenet, & probat Paris. in conſ. 12. num. 149. lib. 2. & hæc teſtatoris voluntas omnino obſeruari debet à quocunque Principe legitimentur, quia diſpoſitio teſtamẽtaria rectè facta tolli nõ poteſt, aut reſcindi per reſcriptũ Principis l. ſi teſtamẽtum, C. de teſtam. Si ergo teſtator voluit admitti ſolũ natos de legit. matrimonio, & non legitimatos; ſequitur, quòd eos vocauerit ex teſtamento cũ illud ab inteſtato nõ contigiſſet, quia legitimati vnà cum legitimis ſimul ab inteſt. vocãtur, vt per Rim. d. num. 46. cum ſeq. & dicam ex Rot. in 4. coniect.

Tertia eſt coniectura, quæ deſumitur ab effectu, & dilectione Teſtatoris, quem conſtat prædilexiſſe prolem legitimam, cum naturalem, & ſpuriũ, odibiliter natum, nempè Angelum filium Liberatoris tantum vocet in caſibus, in quibus ipſe Liberator deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, & ſi cum filijs, & deinde filij prædicti decederent, &c. Crauet. in conſ. 186. per totum, & num. præſertim 10. vbi ſic concludit. tradit Ruſtic. incitat. tract. libro 5. fol. 78. cap. 7. num. 8. & in puncto pro vocatione fuit reſolutum in aliarum coniecturarum cõcurſu propter hanc coniecturam per Rot. Roman. in manuſcriptis, coram Reuer. P. Decano poſtea Cardinali Seraphino Lunę 15. Nouemb. anno. io vna Interamnen. fideicommiſſ. cuius deciſionis copia datur cum ſubſcriptione, & ſigillo einſdem Cardinalis.

Quarta eſt coniectura, quæ deſumitur authoritate Rotæ Roman. Quod ſi aliter diceremus, Naturales legitimati Principis reſcripto tam ex teſtamẽto, quam ab inteſtato concurrerent cum legitimis. Ita quidem vt etiam ſi poſt legitimationem naſcantur legitimi, ſit idem; cum per eorum natiuitatem non infringatur legitimatio. Hyppol. Rim. in d. cõſil. 21. no. 47. lib. 1. quòd tamen teſtatorem noluiſſe, apparet ex eo, quod Naturalem tantum vocauit in defectum legitimorum, vt nominatim pro altera coniectura id conſiderat Rot. antedicta in citata deciſ. coram Cardinali Seraphin. verſ. Quarta coniectura. Hæc quarta coniectura diuerſa eſt ab alia poſita ſupra in 2. loco, quia fundatur in ſubſtitutione facta Angelo naturali, & illa in dicta qualitate, ſi filij eſſent legitimi, & naturales.

Quinta eſt coniectura, Etenim quando in aliqua parte teſtamenti feminæ ſunt diſpoſitiuè vocatæ, & filij ſuos poſiti in cõditione ſub qualitate maſculinitatis, tunc omnes magis communiter conueniunt, quod filij maſculi ſint ex teſtamento vocati, prout nouiſſimè reſolutum fuit ab eod. Illuſtriſs. D. meo in d. deciſ. conſ. 105. n. 4. & 8. cum ſeq.

Ita, & in propoſito crediderim ego pari ratione eſſe dicendum, ex quo Teſtator poſuit in conditionẽ filios, & nepotes Liberatoris ſub qualitate, quod eſſent legitimi, & naturales; Et in defectum huiuſmodi Liberatoris deſcendentiæ vocauit Angelum filium naturalem Liberatoris prædicti. Quod ipſi legitimi, & naturales ſint vocati.

Sexta eſt coniectura quæ deſumitur ex eo quòd non eſt veriſimile, quod prudens Teſtator appeteret magis conſeruationem in familia minus dilectorum, nempe dicti Angeli filij naturalis Liberatoris, adeò vt in illius fauorem voluerit ligare Liberatorem, ne poſſet omninò diſponere de bonis ſuæ hereditatis, propter inſtitutionem, & ſubſtitutionem, quam fecit in dicti Angeli fauorem.

In præiudicium; verò legitimorum penitus neglexerit, l. 1. §. largius, ibi honorem ſanguinis, ff. de ſucceſſor. edict. maximè, quia, vt dicam infra in cõiectura octaua dominus Teſtator, antequam diem ſuũ clauderet extremum, oſtendit ſe cupidũ, quod Liberator Vxorem duceret, &cæt. Et quod abeſt à veriſimile nunquam attendi debet l. non eſt veriſimi-

Digitized by Google

ſimile, ff. quod met.cauſ. & præſertim à Illuſtriſs. Dominus meus in deciſion.criminal.caſu 99. num.36. Septima eſt coniectura, quę etiam valde corroborat, & coadiuuat ſupradictam, quod ſi aliter diceremus, plus habere poterat luxuria quã matrimonium, quod non permittitur. Crauet. in dicto conſ. 186. num. 10. cum ſeq.

Nec creditur talem eſſe mẽtem teſtatoris, quod ſcilicet plus haberet luxuria, quam Matrimonium legitimum, quia teſtator prædictus cum inſtitutione, & ſubſtitutione, quam fecit ad fauorẽ dicti Angeli naturalis in defectum legitimæ deſcendentiæ videtur conſideraſſe honorem Domus, atque bonã conſcientiam. Sic Iudicio meo dictat hic voluntas D. Petri de Getis interpretatio, ſecundum quam debemus naturam ſequi, quæ Nos dirigit ad ſenſũ verum Illuſtriſſimus Cardinalis Mantic. in tract. de coniect. lib. 6. tit. 14. nu. 6. Eoque maxime quia omnis coitus vxorio, & matrimoniali excepto de iure canonico, quod in hoc ſemper attendi debet, cum de materia peccati agatur, prohibetur c. nemo ſibi blandiatur 32 q. 4. & filij naturales haberi non poſſunt ſine peccato, vt præter Card. Paleot. in tractatu de Nothis & ſpur. dicit aperte text. in c. meretrices d. 32. q. 4.

Octaua eſt coniectura, quia teſtator obijt in Ciuitate Ferrariæ de anno 1526. & die 15. Decembris, & ſic paulo poſt conditum ibi ab eo teſtamentum, in quo ſicut demonſtrauit maximam dilectionem verſus dictam legitimam Liberatoris deſcendentiam, ita eadem dilectione deſcendentiam prædictam per prius continuè proſequutus fuit; omni enim ſtudio, & diligentia, operam dabat, vt dictus Liberator de Getis eius frater patruelis (cum Reu. D. Ioannes de Getis eius Nepos ex fratre eſſet Clericus) legitimo matrimonio copularetur, vt extat Epiſtola dicti D. Petri ſub datum Romę an. 1524. ſimulq; tranſmiſſa D. Archangelo de Vitalib. eius affini, cuius copia hæc eſt quæ ſequitur in hac tantum parte.

Et più mi doleria ſe Io non confidaſſi in Voi, quale ſpero manderà in eſſecutione le coſe mie: Et la prima è che io vorrei che ſi deſſe moglie à Liberatore, & ſe non ci è meglio ſtrontare la coſa con quella parente di Gualtiero.

Quæ coniectura vrgentiſſima eſt, & licet colligatur præter teſtamentum, admitti tamen omnino debet, vt ex Menoch. ex Ruſtico ex Bar. & ex Alex. probaui ſupra in princ. ſub verſic. Et quod verum eſt etiam ſi coniecturæ aliunde.

Nona eſt coniectura com. recepta, quia in teſtamento, vt conſtat, ibi, *Tunc inſtituit, & ſubſtituit dictam fraternitatem*, eſt datus Hæres vniuerſalis. Petr. de Petra in dicto tract. de fideicom. & in citat. quæſt. 9. num. 226. Verſic. Decimanona eſt coniectura. Ruſtic. in dicto tract. An & quan. fol. 55. lib. 3. cap. fin. num. 1. & in fin. vbi firmat, quod ab hac opin. tanquam communi non eſt recedendum.

Decima eſt coniectura; Quia Teſtator digreſſus eſt ad plures, & vlteriores gradus ſubſtitutionum prouidendo de alijs ſubſtitutis. Theſaur. in d. deciſ. 96. num. 15. cum ſeq. Illuſtriſſimus D. meus in dicto deciſiuo conſ. 105. num. 14. Rota Roman. in ſępe citata deciſ. in manuſcriptis verſ. ſeptima coniectura. Idem Theſaur. in deciſ. 60. per totam, & in ſpecie num. 3. Hyppolit. Rimin. in dicto conſ. 21. num. 41. volum. 1. vbi poſt alios ab eo citatos dicit, per hanc coniecturam filios cenſeri vocatos, & grauatos.

Quæ coniectura, etiam quando non concurreret, prout concurrit cum antecedentibus, & ſequẽtibus, ſed ſola eſſet, propter magnam præſumptionem, quam in ſe continet ex tot ſubſtitutionibus, ſicut concludenter inducit vocationem ſecundum magis communem, & in ſupremis tribunalibus receptam opinionem. Theſ. in dicta deciſ. 95. nu. 17. verſ. Ideo licet. Ita etiam quando fortaſſis ſola per ſe non ſufficeret, ſi concurrit cum altera grauaminis, quæ hic nunc annectitur, res non eſt in controuerſiam deducenda, & filij in cõditione poſiti ſunt ex teſtamento vocati. Theſ. in citata deciſ. 96. numero 19. verſ. Suprascriptæ duæ, vt vnum pro omnibus referam.

Vndecima affertur coniectura; quia prædicti filij non ſolum fuerunt in conditione poſiti, verum etiam grauati Cæphal. omnino videndus conſ. 93. per totum. Theſ. in ſupradicta deciſ. 96. num. 10. cum ſeqq. vbi ponit etiam formulam grauaminis, videlicet ſi Teſtator dicat.

Inſtituo Titium hæredem, & ſi decederet ſine filijs, vel eorum filijs ſine filijs ſubſtituo ſempronium.

Hæc deciſio Senat. Pedemon. nullum habet contradictorem, & nullam difficultatem, & præſertim in caſu noſtro, in quo magis eniza Teſtatoris voluntas demonſtratur, dum ſub hac formula grauauit filios videlicet.

Et ſi dictus Liberator decederet ſine filijs legitimis, & naturalibus, & ſi cum filijs, & dicti eius filij decederent, &c.

Quæ verba, *& ſi cum filijs*, non ſunt in ſupradicta formula grauaminis, quam dicti Senatus canonizant tot celeberrimi Patres; Et impoſſibile eſt, quòd filij Liberatoris poſt mortem patris non poſſint capere hæreditatem ex teſtamento, quam deinde tenentur reddere eorum filijs, ſi extarent tempore mortis, & in eorum defectum ſubſtitutis.

Qua de re non eſt curandũ, quod teſtator, quando fecit in fauorem Reuer. Domini Ioannis ſubſtitutionem mortuis filijs, & nepotibus legitimis, & naturalibus Liberatoris ſine filijs &c. non dixerit illis ſubſtituo, vel illos grauo, vt Clarus quandoque exiſtimauit, tunc filios eſſe onere reſtitutionis grauatos, cum eius authoritas annihiletur, & pœnitus tollatur à Senat. prædicto, cui, vt neminem fugit, omnia Tribunalia Mundi deferunt, &c.

Accedat, quod ſiue tacitum, ſiue expreſſum ſit grauamen, volunt omnes cõmuniter, inductũ eſſe ex grauamine tacito, ſicut, & ex altero expreſſo fideicommiſſum. Craſſ. in tract. de ſucceſs. § fideicommiſſum, q. 9. num. 2. verſ. Et hoc tamen. Theſaur. in d. deciſ. 96. num. 12. Id etiam conſiderauit

pariter in puncto celeberrimus I.C. Gregorius Ricouerus Aretinus in vna Bononien. Nobilium de S.Petro, vt videre eſt in illius Rotæ deciſ. à D.Ricouero compilata fol. 26. & 57. quod ſi aliter diceretur eſſet negare abſolute, etiamq; ſubuertere in totum communem concluſionem, quod ex coniecturata mente inducat fideicommiſſum, Curt.iun. in conſ. 121. num. 10. & 17. Nam vt ponderant Dominus Ricouerus, & Curt. d. num. 17. cui enim dubium ſi Teſtator expreſſiſſet faciēdo expreſſam diſpoſitionem ſuper fideicommiſſo, quod tunc induceretur fideicommiſſum? Quam tamen expreſſe teſtatorem feciſſe non dubito, ex quo dixit. *Et ſi cū filys, & dicti filij viuant, & decedant ſine filys, etc.*

Vnde non bene ſentiunt illi, qui huic coniecturę ſe opponunt dicendo, quod iſtud non eſt grauamē, ſed potius quædam vocationis coniectura deſumpta ex eo, quod inſtitutorum filij ſint poſiti in duplici conditione, quia in contrarium eſt veritas, vt ſupra deductum eſt: Atque ex alio, quia tunc Inſtitutus, dicitur grauatus ſub duplici conditione, ſi teſtator dirigendo verba grauaminis in eius tantum perſonam dixiſſet, vt puta. Et, vel dicto Liberatori ſubſtituit, vt latè per Ruſtic. qui hanc formulam ponit in d. tract. lib. 4. cap. 2. num. 1. fol. 16. Sed in hoc etiam caſu recentioribus placet magis illi cenſeri onus reſtitutionis iniunctum, apud quem bona reperiuntur eo tempore, quo grauamen ſumit effectum, & ſic tunc filij ſint grauati. Et hæc pars eſt verior, in quam proclinior eſt etiam Soc. iun. in l. centurio. num. 307. verſic. Ego.

Duodecima eſt coniectura, quia Liberator de anno 1526. de quo tempore teſtator condidit teſtamentum, erat pauper, nec filios legitimos, & naturales habebat. Quo fit quod teſtator ex tot prouiſionibus habuerit, & ſubſtitutionibus, quas in teſtamento fecit, conſiderationem ad euentum futuri temporis. Peregr. in tract. de fideicommiſſ. art. 21. num. 50. 55. & 57.

Decimatertia eſt coniectura, quia prædicti filii in conditione poſiti prop. exiſtentiam Nepotis teſtatoris, ſcilicet dicti Reuer. D. Ioannis, Liberatore prædefuncto, non poterant ſuccedere ipſi teſtatori ab inteſtato, cum excluderentur à D. Ioanne illis proximiore. Gabriel in concluſ. lib. 4. titul. de fideicommiſſis concluſ. 4. num. 33. verſ. Nono limita. Rnyn. in conſ. 140. num. 12. cum ſeqq. & præſertim num. 14. lib. 2. vbi hanc ponit coniecturam, quam habere locum dicit etiam quando poſiti in conditione eſſent excluſi, ſi non in totum, ſaltem in partem, & denique firmat ex concluſione prædicta declarari notata in d. l. Lucius la 2. ff. de hæredit. inſtituen.

Et cum hac ſola coniectura reſolutum fuit confirmando ſententias præcedentes, filios in conditione poſitos eſſe ex teſtamento vocatos per dictum Illuſtriſſimum Dominum meum, vt videre eſt in alias allegato deciſiuo conſil. 181. num. 33. cum ſeq. ex eo, quod quando teſtator filios poſuit in conditione, ſicuti certum eſt, quod illos voluit præferre ſubſtitutis, quæ prælatio non poteſt habere locum, niſi ex teſtamento ſecundum vnam opinionem (quam ego veriſſimam puto,) vel ab inteſtato ſecundum alteram, Ita etiam, quando filij prædicti non poſſunt ab inteſtatio ſuccedere, tunc intelligi debent prælati eo modo, quo poſſunt, & quod Ideo fatendum eſt, dictos filios in conditione poſitos debere ſuccedere ex teſtamento, ne contingat, quod dicti filij magis dilecti minus ſint honorati.

Decimaquarta eſt coniectura, Quando teſtator habuit conſiderationem Agnationis, & ſic familiæ ſuæ Zanch. in l. Hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebel. par. 7. num. 45. & 51. Gabriel in concluſ. lib. 4. tit. de fideicom. d. concluſ. 4. num. 42. verſ. decimo octauo limita, dicens, gloſ. in d. l. Lucius, non habere locum quando teſtator videretur voluiſſe conſeruare agnationem.

Ruſtic. in dicto tract. lib. 5. cap. 7. fol. 77. num. 1. qui poſt Zaoch. dicit hanc coniecturā, quę fauet Agnationi, non ſolum cæteris potentiorem eſſe, ſed etiā procedere quando tacite colligeretur, teſtatorem rationem prædictam habuiſſe. Idem tenet Riminald. Iun. in dicto conſil. 21. num. 56. & eo magis, quando prædicta ſola ratio poteſt aſſignari ex pluribus coniecturis. quæ conſiderantur in caſu noſtro, in quo hæc coniectura concurrit, Quia teſtator fecit hæredes per fideicōmiſſum Agnatos ſuos, & dum inſtituit, vel ſubſtituit modo Liberatorem, modo Ioannem, non vocauit vnum, aut alterum, vt Nepotem, vel vt fratrem patruelem, vt vocauit Angelum filium naturalem dicti Liberatoris, ſed ſub nomine Agnationis, & familiæ nominando Liberatorem D. Ioannis de Getis, & Ioannem quam Sub iannis etiam de Getis. Ad hoc datur Theſaur. in d. deciſ. 96. num. 17. circa finem.

Vbi Teſtatores vocando fratres, & alios, licet feminas iſtituiſſent, dicuntur habuiſſe conſiderationem ad eorum Agnationem. Et Senat. Pedemontan. de Anno 1590. ex eo quod teſtator illo modo diſpoſuit, & plures deinde fecit ſubſtitutiones ad fauorem eorum, qui erant de familia, iudicauit filios in coodition poſitos eſſe vocatos.

Decimaquinta eſt coniectura, quia pia cauſa fuit ſubſtituta. Petr. de Petr. in d. quæſt. 9. num. 216. verſic. Decimanona eſt coniectura Ancharan Iaſon. Ruyn. Port. Roman. Grat. Decian. Soccin. iun. Cephal. Riminald. Iunio, & Boeri. in locis citatis per Petr. vbi ſupra. Et videatur teſtamentum prope finem.

Decimaſexta eſt coniectura. Quando agitur de fauore piæ cauſæ Pet. de Petr. in dicta quæſt. 9. numero 212. verſic. Decimaquinta eſt coniectura. Tunc enim ex veriſimili mente teſtatoris filij cenſentur diſpoſitiuè vocati, vt volunt Decian. Ruyn. Matth. Gribald. Hypol. Riminal. relati per Petr. loco proximè citato, & per Ruſticum in d. tract. lib. 3. fol. 55. cap. 6. num. 1. Et cum hac opinione pertranſit communis DD. ſcola, vt poſt alios teſtatur nouiſſimè Ruſtic. vbi ſup. num. 5.

De prædicto verò piæ cauſæ fauore hic agitur, quia ſi filij, & filiorum filij legitimi, & naturales

dicti

filij Liberatoris ſunt prælati ex teſtamento, & fraternitas Aretina, eſt per fideicommiſſum vocata, quatenus decedant ſine filijs, poſito, quod decederet ſine dictis filijs, conſiderari poteſt caſus, in quo tunc fraternitas prædicta caperet hæreditatem dicti D. Teſtatoris, quod in eius fauorem nunquam poteſt conſiderari, non conceſſa dicta vocatione ex teſtamento, quā ego nunc defendo, & præſuppono.

Decimaſeptima traditur Coniectura ſecundum communem opinionem DD. ex teſtamento propè finem in illis verbis. *Vrbalio potiori iure, & meliori, quo melius valere potuit, & tenere.* Non diceretur modo Teſtator melius fuiſſe teſtatum ſi naturalis, & ſpurius admitteretur in caſu non exiſtentiæ legitimorum filiorum, & in caſu exiſtentiæ ipſimet legitimi filij excluderentur, Rota Rom. in nouiſs. part. prim. deciſ. 640. num. 7. vbi hanc deducit coniecturam, & in negocio vocationis minus claro, propter illam alijs coniecturis (quæ hic concurrunt) vnitis, dixit filios eſſe vocatos ex teſtamento, &c.

Eandem cōiecturam virtute iſtius clauſulę omni meliori modo, dicendo ipſam eſſe vnam ex illis, quæ vocationem inducunt, amplexi inter cæteros fuerunt dictus Illuſtriſs. Card. Mantic. in d. tract. de coniect. lib. 5. tit. 2 num. 10. verſ. Sed ego conſidero. Peregrin. in tract. de fideicommiſs. art. 28. num. 15. verſ. Quia tamen habent voluntatem Teſtatoris. Ruſtic. in d. tract an quand. lib. 5. c. 6. n. 23. fol. 78. Hond. in alias citato conſ. 61. num. 41. lib. 1. & plenius in ſimiliter ſupra citato conſ. 54 nu. 42. cum ſeqq. lib. 2. vbi ſolidiſſimis fundamentis tollit contraria ab impugnantibus adducta, & cōcludit, quod hæc coniectura eſt recipiēda, quia habet pro ſe communem opinionem, & quia apud Puteum in deciſ. ab eo citata, eam approbat Rot. Rom. quæ opinionem prædictam ſequitur etiā hodie, vt probatur in allegata deciſ. 640. d. num. 7. diuerſ. nouiſſim. par. 1.

Decimaoctaua eſt coniectura, Quæ deſumitur ex clauſula codicillari ſimiliter propè finem d. teſtamenti, vt in puncto extat deciſio Theſ. 60. Vbi ex eo quod Teſtator inſtituit Titium, quo decedente ſine filijs ſubſtituit Caium, & eo ſine alijs, &c. ſubſtituit Sempronium. Atque viuo Teſtatore deceſſit Titius, & poſtea mortuus eſt Teſtator, reſolutū fuit filios Titij primi inſtituti præmortui eſſe ex teſtamento vocatos virtute iſtius clauſulæ codicillaris, per quam cenſentur grauati venientes abinteſtato ad reſtituendum filijs in cōditione poſitis hæreditatem, cum ſi non fuiſſent addita illa verba (*ſine filijs*) certe clara res eſſet, quod tranſiret hæreditas ad ſubſtitutum. Theſaur. in princ. d. deciſ. per l. vnicā, §. pro ſecundo iuncta gloſ. in verb. ſubſtitutus. C. de caduc. tollend. & per reg. l. Quādiu, ff. de acquiren. hæred. Igitur, & idem hic in caſu noſtro dicendum eſt in quo, vt apertè legitur connumerantur cæteræ coniecturæ, de quibus in dicta deciſ. 60. & longe aliæ plures vrgentes, & efficaciores, &c.

Decimanona eſt coniectura. Quando Teſtator conſiderauit ſanguinis deſcenſum Theſ. in dicta deciſ. 60. num. 3. pro vt conſiderauit d. D. Petrus Gerius, dum præpoſuit Nos filios, & Nepotes Liberatoris proprio Nepoti, quia in Liberatore præuidebat d. ſanguinis deſcenſum, & continuationē, quòd non videbat, neque præuidere poterat in dicto D. Ioanne, iam clerico, quem Clericum eſſe debere reputauit, & cui Teſtator renuntiauerat Beneficium cum animarum cura, nempe Prioratum Caſtri Ciuitellæ de Aretio.

Coadiuuatur coniectura hæc ab exiſtētia d. Angeli filij naturalis Liberatoris, adeo vt ipſe Liberator ſpe ſobolis procreandę non carebat, quæ ſpes habenda eſt quoad hanc coniecturam coadiuuādam in conſideratione, vt in ſimili fecit Menoch. in conſil. 418. num. 15. verſ. Nam prædictus vol. 5. vbi dicit, Emptorem rei fideicommiſſo ſubiectæ videntem Venditorem non carere ſpe ſobolis procreandæ, cui res prædicta erat poſtea reſtituenda, non poſſe agere de euictione, quia ſciuiſſe propterea dicitur fideicommiſſi caſum omnino euenturum.

Vigeſima eſt coniectura, quæ hic conſideratur quando filij ſunt poſiti in conditione cum qualitate maſculinatis, vt magis communiter volūt DD. & nuper poſt alios reſolutū fuit per Illuſtriſſimum D. meum in d. deciſiuo conſ. 105. num. 4 & 8. cum ſeq. Conſideratur inquam hæc coniectura in caſu noſtro. Si ponderentur verba Teſtamenti. Ibi, *Nolens inteſtatus decedere ſui ipſius, & ſuorū immemor.* Quæ leguntur in præfatione, ex qua colligitur cauſa finalis diſpoſitionis, & inducitur vocatio filiorū, in conditione poſitorum, vt late deducit, & probat Ruſtic. in d. tract. an, & quan. lib 1. prima par. 2. capit. 1. fol. 16. cum ratio finalis cauſæ ſemper inhæreat legi. & diſpoſitioni, not. in l. cum tale § falſam cauſam legato, ff. de condit. & demonſtrat. tradit Ruſtic. vbi ſupra par. 2. cap. 2. num. 25 fol. 24. Atque verba prædicta coniungantur cum illis poſitis ſub verſic. In omnibus autem, vbi, & ſi *dictus Liberator decederet ſine filijs legitimis, & naturalibus, & ſi cum filys, & dicti filij decederent, &c.* Ponderando dictum pronomen ſuorum, quod ſonat in maſculos, verſus quos eſt directus Teſtatoris ſermo, qui cum ſit prolatus cum dicto pronomine ſuorū eſt in genere maſculino, Tob. Non. in conſ 32. n. 29 Vbi ex eo quod Teſtator poſt certum caſum, voluit quod hæreditas perueniret ad ſuos proximiores, cōcludit fęminas eſſe excluſas, ob dictum pronomen; Quod abſolutè intelligendum eſſe nō ambigitur, in ſpecie noſtra de dictis filijs, & filiorum filijs in conditione poſitis. Pariſ. in conſ. 7. num. 27. & 35. vol. 3. Qui in caſu, in quo Teſtator voluit, quod ſi omnes fratres inſtituti, & Hæredes ſui decederent ſine filijs concludit, quod dictum pronomen, ſui, referendum eſt ad hæredes filiorum in cōditione poſitorum propter dubietatem ſermonis. Cuius quidem D. Petri de Geris ſermo etiam quādo eſſet dubium propter præfationem, & pronomen ſuorum, quia agitur de fideicommiſſo in fauorem maſculorum Agnatorum, pro fideicommiſſo accipi debet, ne opinio, ſiue præſumptio, quam ipſe ha-

ſe habuit conſeruandi per fideicommiſſum bonã, & ſpecioſam Domum, de qua quæſtio. ab eo ſunditus erectam, in Agnatos, & Maſculos prædictos, deludatur, circumueniatur, & demum falſa inueniatur Illuſtriſs. Cardinalis Mant. in d. Tract. de coniect. lib. 11. tit. 2. num. 17.

Et ideo dicere poſſumus, nõ eſſe hic omiſſam dictam qualitatem maſculinitatis. Et dato quod eſſet omiſſa, puto tamen habendum eſſe ante oculos text. illum ſingularem in l. vnum ex familia 69. §. ſi omiſſa, ff. de legat. 2. vbi Paul. I. C. nominatim reſpondit. *Si omnia fideicommiſſi verba ſint; & cætera, quæ leguntur cum his, quæ ſcribi debuere, congruant, rectè datum, & minus ſcriptum intelligitur*, qui text. vt exiſtimat etiã Curt. Iun. in d. conſ. 121. num. 17. confundit opinionem eorum, qui dicunt non ſufficere continuatam mentem Teſtatoris, niſi Teſtator tranſierit in diſpoſitionem: Vbi enim Teſtator aliquid expreſſè diſpoſuiſſet nõ eſt opus coniecturis l. ille, aut ille §. cum in verbis de leg. 3. & tex. præallegatus clarè loquitur, quando verba fideicommiſſi erant omiſſa. Quo circa ponderanda ſunt, vt animaduertit. Curt. Iun. d. num. 17. in fin. illa verba, *quæ ſcribi debuerunt*. Ex quibus infero ego vnà cum Curt. Iun. vbi ſup. non eſſe neceſſe, quod Teſtator clarè diſponat, ſed ſatis eſt, quod ea, quæ leguntur, & per conſequens ſunt expreſſa, congruãnt cum eo, quod eſt omiſſum, prout propriè contingit in propoſito noſtro, declarando verba conditionalia, ibi, *ſine filiis*, cum dicto pronomine ſuorũ. Quod coadiuuant ex his omnibus, quæ ego dixi ſupra in Duodecimaquarta coniectura, & ideo illa omnia hic quæſo placeat iterum conſiderare.

Hæc autem coniectura maſculinitatis corroboratur ex eo, quia, quando eſt ſubſtituta pia cauſa, vt accidit in caſu noſtro, & filij ſunt in conditione poſiti ſine expreſſione qualitatis dictæ maſculinitatis tunc non veniunt filiæ fœminæ, & maſculi ſunt ex teſtamento vocati. Iaſ. in l. ſi quis id quod num. 22. ff. de iuriſd. omn. iudic.

Demum non prætermittitur, quod dicta maſculinitatis coniectura procedit etiam ſi filij ſint poſiti in conditione ſub tacita maſculinitatis qualitate ſecundum magis communem DD. opinionem; de qua nouiſſimè atteſtatur, & plures concordantes allegat Petrus de Petr. in dicta quæſt. 9. num. 176. verſ. Et iſta opinio procedit. Quam opin. vltra ibi citatos ſequitur Ruſtic. in dicto tract. lib. 2. fol. 41. cap. 3. num. 1. & 2. cum ſeq. vbi dicit illam ſibi magis locum vendicare in Agnatis Teſtatoris (in quibus Nos verſamur) propter quos bona conſeruantur in Agnatione, per fœminas verò, vt affirmat Tob. Nonius in d. conſ. 32. num. 16. non conſeruantur. Sed in alienam familiam, & agnationem trãſferuntur, quod vltimum abſonum certè eſt à teſtatoris voluntate, cum qua concurrit ratio publicæ vtilitatis, quæ expoſtulat facultates ſuas ſingulis Agnationibus conſeruari, vt ſalua ſit familiarũ dignitas, & honeſtas, quę abſq; diuitijs conſeruari non poteſt, Soc. iun. in conſ. 90. ſub num. 2. vol. 1.

Vigeſimaprima eſt coniectura. Quia quãdo poteſt apparere, quod inſtituti ſint etiam reciprocè ſubſtituti, filij in conditione poſiti ſunt vocati. Ruſtic. in dicto tract. An, & quand. lib. 5. fol. 72. cap. 1. in princ. Illuſtriſſimus D. meus in dicto deciſ. conſil. 105. num. 18. Quæ coniectura eo magis habet in hoc locum, ſi inde (vt euenit hic) ſequitur conſideratio Agnationis conſeruandæ. Zanch. in d. l. Hæredes mei, §. cum ita par. 7. nu. 70. Ruſtic. vbi ſup.

Et reciproca ſubſtitutio ea dicitur, quando ſubſtitutio eſt facta in tota hæreditate, & vltimo morienti, aut poſt mortem omnium, cum tunc etiam omnes magis com. conueniant, reciprocum fideicommiſſum induci inter inſtitutos.

Hæc autem duo requiſita huiuſmodi negocio inſeruiunt, & primo, quo ad primum ponderanda ſunt verba Teſtamenti in contextu, ibi. *Et omnibus Teſtatoris Hæredibus inſtitutis, et ſubſtitutis decedentibus quandocunque tunc voluit, quod ipſa eius hæreditas perueniat, & peruenire debeat ad Fraternitatem Aretinam, quam ex nunc prout ex tunc hæredem ſuam vniuerſalem inſtituit, & ſubſtituit.*

Quæ verba clarè demonſtrant, & probãt quod teſtator fecit ſubſtitutionem in tota hæreditate. Clariſſimus D. Laderch. in dicto conſ. 49. ſub n. 4. verſ. Quarto adeſt, Deciſ. dicti Illuſtriſſimi Domini mei vbi ſupra ſub num. 36. & 39.

Quod attinet ad alterum: illud probari certum eſt ex prædictis met citatis verbis. & *omnibus inſtitutis, & ſubſtitutis decedentibus quandocunque, &c.* quæ tantum valent, quantum ſi dictum eſſet Inſtitutus nouiſſimus reſtituat, D. Laderch. in dicto conſ. 49. ante num. 2.

Accedat, quod ne hæc poſtrema ſubſtitutio primę diſpoſitioni contraria ſurgat, vt ibi. *Et ſi dictus Liberator decederet ſine filijs, &c.* Ex quo illa erat ſine filijs: Hæc *hæredibus inſtitutis, & ſubſtitutis decedentibus quandocunque*, vt ſit ſenſus intelligitur, ſi ſine filijs vnus, alterum ſubſtituo; Si cum filijs, & deficiant ſine filijs fraternitatẽ, D. Laderch. in dicto conſ. 49. ſub citato num. 2. in fin. verſ. Et ex his tollit.

Præterea conſideranda eſt dicta dictio (tunc) qua vtitur teſtator, quæ cum ſignificet temporis extremitatem, & prohibeat pluralitatem reſolui in ſingularitatem, efficit quod vltimus moriens ſit grauatus, vt per D. Laderch. dicto num. 2.

Pondero etiam quod teſtator poſt dictã dictionem, tunc, ſubdit hæc verba, voluit quòd *eius hæreditas perueniat, & peruenire debeat ad Fraternitatẽ Aretinam, quam ex nunc, pro vt ex tunc hæredem vniuerſalem inſtituit, & ſubſtituit, quæ etiam reciprocum fideicommiſſum inducunt.* vt firmat, & reſoluit idem Illuſtriſs. Dominus meus in dicto deciſ. conſil. 105. num. 35. & in propoſito noſtro propter eorum geminationem, non eſt dubitãdum, quin abſolutè ſint expreſſiua omnimodæ identitatis, & ſubſtantiæ huius reciprocæ ſubſtitutionis, quam Teſtator fecit in tota ſua hæreditate, vltimo tã ex Inſtitutis, & ſubſtitutis, quam ex filijs, & Nepotibus Liberatoris morienti ſine filijs legitimis, & natura-

Digitized by Google

naturalibus, quo fit, Nos minime verſari in caſu, in quo ſubſtitutio fuerit facta poſt mortem plurium, In quo etiam quando eſſemus, ſicut incontrarium eſt veritas, attentis maxime prædictis, ad huc in eam venio ſententiam, quod Teſtator inter ſupradictos induxit reciprocum fidei commiſſum cum idem tunc ſit, ac ſi expreſſe ſuiſſet grauatus vltimo loco moriens, ſecundum magis communem DD. opinionem, & cælebre conſ. Pariſ. 43. num. 24. cum ſeqq. & num. præſertim 26. lib. 2. Clariſſim. Dominus Sfortia Odd. in tract. compend. ſubſtit. vel ſubſtituit p. 5. art. 6. fol. mihi 70. verſ. Primus caſus. Et fol. 76. verſ. contrariam, igitur ſententiam, vbi de magis communi opinione atteſtatur dicens, diſtinctionem, quam aliqui faciunt in caſu, in quo dictum ſit vltimo morienti, vel poſt mortem plurium, ſuperſtitioſam eſſe. Et certe Teſtatores ſubſtitutionem poſt mortem plurium alia ratione non faciunt, niſi ob reciprocam ſubſtitutionem inter eos inducendam, vt magis com. DD. volunt.

Quod multo magis procedere arbitror abſque difficultate hac in ſpecie noſtra, in qua Teſtator grauit filios in conditione poſitos, ut deduxi ſupra in undecima. coniect. ergo etiam debet iudicari reciproca hæc altera ſubſtitutio inter Libertatorem eiuſque ſubſtitutos ex una, & D. Ioannem ex altera, vt æqualis fiat determinatio, iuxta communem DD. opinionem, Atque ex alio, quia præſumêdum eſt Teſtatorem voluiſſe, quod eius patrimonium re manere debeat magis vnitum, quam fieri poſſit. Burſat. cum allegatis per eum in conſ. 70. num. 58. lib. 2.

Pręterea videatur. Pariſ. in conſ. 7. num. 38. vol. 3. vbi loquitur de Teſtatore, qui deficientibus Hęredibus voluit eius proximiores de linea, & parentela ſuccedere, & determinat Pariſ. inter eos cenſeri iniunctum reciprocum fideicommiſſum, tamquā proximiores fuerint vocati ab vltimo moriente. Plurimum facit argumentum, quo poſt alios ab eo citatos vtitur in puncto Riminal. Iunio. in dicto conſ. 21. num. 34. in teſtamentis enim, qui vult cōſequens, vult etiam eius neceſſarium antecedens. Sed D. Petrus Gerius Senior in hoc ſuo teſtamento, voluit, quod tota eius Hæreditas perueniat, & perueniré debeat ad Fraternitatem Aretinam, tūc, & quando morrui fint omnes inſtituti, & ſubſtituti. Quod eſſe non poteſt, niſi inter eos præcedat reciprocum fideicommiſſum, quo vocentur, ergo D. Petrus id neceſſario voluit. ita concludit Rimin. iun. vbi ſupra poſt Marza. quem ipſe refert, & ſequitur.

Comprobantur prædicta ex eodem met Rimin. iun. in citato conſ. 21. nu. 59. Vbi ex ſubſtitutione facta de Monaſterio fratrum S. Dominici in defectum lineæ omnium de Seſſis, firmat quod teſtator vigore dictæ ſubſtitutionis, cēſetur feciſſe duos gradus ſubſtitutionis; Vnum tacitè, quod omnes prædicti de Seſſis dicantur inuicem ſubſtituti ſub illa conditione (ſi quis eorum deceſſerit ſine filijs) alterum verò expreſſe poſt omnium deſcendentiū mortem de familia, vocetur Monaſteriū, vt in ſimili eſt text. in d. l. Titia Seio. §. Seia. ff. de leg. 2. allegatus à Riminal. qui ad corroborationem dicit non eſſe dubium, quod Teſtator ille pi ędilexit omnes dictos Deſcendentes de Seſſis d. Monaſterio, cum illud poſt omnium defectum vocauerit, & ſic voluerit illos potius habere, quam dictū Monaſterium. Vnde concludit Riminald. quod ſi teſtator mandauit omnibus de Seſſis deficientibus Monaſterium admitti (prout Teſtator hic noſter mortuis quandocunque ſine filijs legitimis, & naturalibus omnibus inſtitutis, & ſubſtitutis, &c. voluit tunc demum Fraternitatem Aretinam debere cōſequi, & capere totam, & integram ſuam hæreditatem) multo magis voluit, quod interim hæreditas remaneat penes extantes, cum id fieri non poſſit, niſi præſupponamus, quod ſint inuicem ſubſtituti; Igitur ſequitur, quod dictus D. Petrus Gerius voluerit illos vocare, vt per Riminald. vbi ſupra num. 51.

Demum additur, nō eſſe nouum in Iure, quod, & ſi in ſubſtitutione non eſt expreſſum, quod ſiat vltimo morienti, & in tota hæreditate, tamen reciproca inter omnes inducatur, pro vt nouiſſime reſolutum fuit per Illuſtriſs. Dominum meum in dicto conſ. 105. num. 37. concurrentibus tamen aliquibus coniecturis, quæ apertiſſimè concurrunt in hac eadem ſpecie noſtra pro qua ad propoſitum dantur etiam ex abundanti Ror. Bononien. apud Barz. deciſ.

Vigeſimaſecunda eſt coniectura. Quia teſtator in dicto ſuo teſtamento vtitur verb. Quandocunque, quod compendioſam continet ſubſtitutionē, quæ cum vulgarem contineat, cōtinet etiam fideicommiſſariam ſecundum communem. Alexand. Treniacinq. in tract. ſubſtit. par. 4. cap. 5. in princ. Illuſtriſs. Cardin. Mant. in d. tract. de coniect. lib. 7. tit. 3. num. 15. vbi de communi.

Sed quemadmodū reſpectu vulgaris filij in conditione poſiti eſſent vocati. Ita etiam dicendū eſt, quod ſint vocati reſpectu fideicommiſſariæ ob dictam compendioſam, quæ eodē modo operari debet reſpectu fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, vt pariformis ſit determinatio. Ita concludit Ruſtic. qui hanc ponit coniecturam propter dictum verbum quandocunque in dicto ſuo tract. lib. 5. f. l. 77. c. 6. num. 5. verſ. Vigeſimaſeptima cōniectura.

Vigeſimatertia eſt coniectura, quæ hic conſideratur, & paſſim afferri ſolet ab Interpretibus noſtris, Quando filij ſunt poſiti in cōditione per ablatiuos abſolutos, vt ſi teſtator dicat. *Et meis hæredibus decedentibus ſine filijs, Sempronium.* Acchil. Petroch. in dicto conſ. 22. num. 10. verſ. Quarta eſt coniectura, dicens tunc filios habere coniecturam vocationis ex fideicommiſſo. Et non mirum, quia ablatiui inducunt diſpoſitionem, quando proferuntur ab eo, qui poteſt diſponere circa illud iuxta doctrinam Bart. com. receptam in l. 2. §. videndum, num. 2. in princ. ff. ad Senat. Conſul. Tertull.

Hæc inquam coniectura, hic concurrit, vt probat Teſtamentum in illis verbis. *Et omnibus Teſtatoris Hæredibus inſtitutis, & ſubſtitutis decedētibus*

quando-

quandocunque, &c. Cum dicta verba intelligi omnino debeant eum illa qualitate ſine filijs, vt probaui ſupra in coniectura Vigeſimaprima per totam, & præſertim in verſic.ſic. Accedat quod ne hæc, ex Clariſſimo D. Laderch. in d.conſ.49. loco ibi citato, Cunque etiam eademmet verba (*omnibus Inſtitutis, & ſubſtitutis decedentibus quandocunque*) habeant non ſolum in caſu exiſtentiæ filiorum, & Nepotum Liberatoris virtutem excluſiuam Piæ cauſæ, ſed etiam in caſu non exiſtentiæ prædictæ habeant virtutem incluſiuam, vt per Bart. in d.§. videndum num.1. in fin.

Vigeſimaquarta eſt coniectura, Quando teſtator in fine omnium ſubſtitutionum vſus eſt verbis geminatis, vt puta volo, ſtatuo, Petr. de Petr. in d.quæſt.9.num.146. quod verbum, volo, importat fideicommiſſum, vt firmat inter alios Pariſ. in conſ.55. num.1.vol.2.

Quæ coniectura caſui noſtro bene adaptatur, quia teſtator nō ſolum poſt omnes ſubſtitutiones dixit (*Tunc voluit quod ipſa eius hæreditas perueniat*) quod certè ſufficiebat pro vocatione fraternitatis, ſed ad vocandum Nos filios, & Nepotes per fideicommiſſum, vlterius proſequutus eſt addendo.

Et peruenire debeat ad fraternitatem Aretinam, quā ex nunc, pro vt ex tunc hæredem ſuam vniuerſalem inſtituit, & ſubſtituit.

Et licet huic coniecturæ aliqui contradicant, vt per Petr. de Petr. d.nu.246. verſ. Sed contra hanc coniecturam. aduertendum eſt, quod illi ſe fundāt quando teſtator ſolummodo vtitur prædicto verbo (*volo*) quod nolit fideicommiſſum importare, contra iura tamen expreſſa, quæ diſponunt clare, & apertè, quod per dictum verbum (*volo*) fideicommiſſum inducitur, vt in l.2. C. commun. de legat. & in §. fin. inſtitut. de ſingul. rebus per fideicom. relict. Vbi Imper. nominatim dicit.

Verba autem fideicommiſſorum hæc maximè in vſu habentur, peto, rogo, volo, mando, fidei tuæ cōmitto.

Sed ego vltra prædicta, ſcilicet verbum (*volo, & perueniat*) pondero non minus geminationem illam peruenire cum verbo debeat, quod neceſſitatem importat l.3. & ibi ſcriben. in verb. debeat, C. de Sacroſ. Eccleſ. quam cætera, quæ inde ſequuntur, ſcilicet. *Quam hæredem ſuam ex nunc, prout, ex tunc inſtituit, & ſubſtituit.* ex quibus eo magis enixa voluntas Teſtatoris demonſtratur inducendi fideicommiſſum.

Vigeſimaquinta eſt coniectura, Quia teſtator illis in caſibus, in quibus Liberator decedat ſine filijs legitimis. & naturalibus, vel ſi cum filijs, & dicti filij pariter ſine ſimilibus filijs decedant ſubſtituit dictum D. Ioannem de Geris, ergo videtur veriſimiliter vocare voluiſſe pariter Nos deſcendentes Liberatoris, quem prius vocauerat, & magis dilexerat, vt nuper fuit reſolutum in puncto per dictum Illuſtriſ. Dominum meum in d.deciſ. conſil. 105, num. 20.

Vigeſimaſexta eſt coniectura, quia teſtator in perſonam etiam dicti Domini Ioannis conſiderauit carentiam filiorum, Nam quatenus illum excluſit à dimidia ſuæ hæreditatis parte, ſi obtinebit dictum Prioratum Ciuitellæ, dum poſtea cum hoc præſuppoſito quod Prioratum conſequi deberet, dixit. *Et eo Ioanne decedente inſtituit, & ſubſtituit hæredem ſuum vniuerſalem Angelum filium naturalem d. Liberatoris*, idem eſt, ac ſi dixiſſet, & ſi dictus Ioannes deceſſerit ſine filijs cum dicta verba, Et ſi Prioratum, ſiue beneficium eccleſiaſticū obtinebit, intelligantur, ob paritatem rationis, ſi filios non habuerit. Curt. iun. in d.conſ.83.num.6. Dominus Laderch. in conſ.31.num.5. vol.4. in princ. Alexand. in dicto conſ.100.num.6. cum ſeqq. lib.4. concludens, quòd hæc, vel ſimilis conditio, vt puta (*Si Titius erit clericus*) non eſt appoſita propter ſe, ſed contemplatione dictæ filiorum carentiæ.

Vigeſimaſeptima eſt coniectura, Quia teſtator d. Domino Ioanne decedēte, inſtituit, & ſubſtituit (vt in præcedenti coniectura dixi) dictum Angelum, quo caſu ſuccedit doctrina Bart. com. recepta in l. recuſare, §. filius, ff. ad Trebell. quem ſequitur Curt. iun. in dicto conſ.83.num.2. vbi de communi. Quod quando teſtator ſubſtituendo vtitur dictis verbis inſtituit, & ſubſtituit, ex verbo inſtituit reſultat directa, & ex verbo ſubſtituit reſultat fideicommiſſaria. Sed dicta ſubſtitutio reſpectu vulgaris operatur filios Ioannis, ſi & quatenus non eſſet clericus, eſſe in dicto caſu vocatos, ergo, & idē dicendum eſt reſpectu fideicōmiſſariæ, vt per Riminald. Iunio. in d.conſ.21.num.48. vbi hanc conſiderando coniecturam, aſſumptum probat hoc pacto.

Quia niſi filij dicerentur vocati, facilè ſequi poſſet, quod non admitterentur, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato, quod eſſet contra mentem Teſtatoris, & conſequenter contra text. in d.l. Lucius la 2. ff. de hered. inſtituen. cum quo hodie DD. magis communiter pertranſeunt in hac ſpecie noſtra, vt probaui ſupra in princ. nec non eſſet ſecundum alteram opinionem contra gloſ. d.l. Lucius, & alios, qui gloſ. illam ſequuntur, intelligendo tex. præ dict. quòd Teſtator prætulit etiam filios inſtitutū non ſimpliciter, ſed ab inteſtato. Neceſſe eſt enim fateri, quòd dicti filij prælati ſint, vel ex teſtamento, uel ab inteſtato, vt per Riminald. iun. vbi ſupra, & Illuſtriſſimum Dominum meum in locis ſupra citatis ſub coniectuea XIII.

Modo ponamus dictum Dominum Ioannem non fuiſſe conſequutum dictum Prioratum, ſed Vxorem legitimam duxiſſe, & poſtea cum filijs obijſſe mortuis longè antea Liberatorem filijs, atque filiorum filijs, ſine filijs legitimis, & naturalibus, Si filij Domini Ioannis non dicerentur vocati ex teſtamento, nec etiam venire poſſent ab inteſtato, quoniam cauſa inteſtati ceſſat, quando cauſa teſtati poteſt habere locum, iux. vulg. reg. l. quam diu, ff. de acquir. hæred. Et ideo propter exiſtentiā dicti Angeli non poſſet habere locum cauſa inteſtati. Ne igitur ſequatur, quòd d. Angelus excludat Natos ex Nepote Teſtatoris, filios inquam d. D. Ioannis, dici debet, ipſos met filios Ioannis fuiſſe voca-

tos

ros in vulgari, ergo, & idem dici deber in fideicommiſſaria, vt æqualis fiat determinatio, ita concludit Riminald. iun. d. num. 48. in fin. citans. Soc. iun. dicentem, hanc coniecturam eſſe porentiſſimam, & vrgentem.

Quæ quidem coniectura inducit Nos ad præſumendum teſtatorem induxiſſe eo magis fideicommiſſum in fauorem filiorum, & Neporum Liberatoris, quos plurimum dilexiſſe certum eſt, vt probat teſtamentum, necommitto quod pro illis etiã hæc eademmer coniectura conſideratur, eum teſtator dixerit.

Et ipſis omnibus Inſtitutis, & ſubſtitutis decedentibus quandocunque, tunc voluit, quod ipſa eius hæreditas perueniat, & peruenire debeat ad fraternitatem Aretinam, quam ex nunc, prout ex tunc hæredem ſuã. vniuerſalem inſtituit, & ſubſtituit, ſub quo compendio comprehenduntur etiam dicti filij, & filiorum filij Liberatoris, quibus cum, & ipſi ſunt inſtitutis vt huc vſque probaui, & clara ſunt alia præcedentia verba ibi, *Et ſi cum filijs, & dicti filij decederent, &c.* Teſtator æque, & pariter inſtituit, ſubſtituit. Ergo, & ipſi etiã ſunt ex hoc eo magis vocati.

Vigeſimaoctaua eſt coniectura, quãdo filij ſunt bis in conditione poſiti. Zanch. in d. l. Heredes mei §. cum ita par. 7. num. 74. verſ. Nona coniectura eſt Ruſtic. in d. tract. An & quan. lib. 5. cap. 7. in prine. fol. 73. Petrus de Petr. in dicta quæſt. 9. num. 217. verſ. Vigeſima coniectura dictus Illuſtr. D. meus Petrus Caballus in d. deciſ. conſ. 105. num. 16.

In caſu autem noſtro teſtator poſuit in conditione Nos filios, & Nepotes Liberatoris dum dixit.
Et ſi dictus Liberator decederet ſine filijs legitimis, & naturalibus, vel ſi cum filijs, & dicti filij decedentes, &c.

Item, & iterum poſuit illos in conditione dum dixit in fideicommiſſi textu,
Et omnibus hæredibus inſtitutis, & ſubſtitutis decedentibus quandocunque, &c.

Quæ verba ſunt intelligenda vt ſupra teſtator expreſſit, ſcilicet ſine filijs legitimis, & naturalibus vel ſi cum filijs, & dicti filij decederent ſine filijs, quod patet ad ſenſum cum ſimplici lectura teſtamenti: & probant apertè ea omnia, quæ ſupra dixi in XXI. & in alia inde ſeq. coniectura. Et re vera, ne hæc poſtrema ſubſtitutio primæ diſpoſitioni cõtraria ſurgat cum illa ſit ſine filijs, & hæc hæredibus inſtitutis, & ſubſtitutis decedentibus quandocũque, vt ſit ſenſus intelligi debet ſi ſine filijs vnus alterum ſubſtituo iuxta ordinem teſtamenti, & ſi cum filijs, & deficiant pariter ſine filijs, Fraternitatem, vt per D. Laderch. in d. conſ. 49. ſub citato num. 2. in fin. verſ. Et ex his tollitur. Et licet id non ſit expreſsè ſcriptum in teſtamento, ſatis tamen expreſſum, & ſcriptum dicitur quando tacitum, vt hic, venit in conſequentiam ſcripti, vel ſub generalitate verborum comprehenditur. Menoch. in tract. de adipiſcend. remed. 4. num. 228 & nu. 231. dictus Illuſtriſſimus Dominus meus Petrus Caballus in deciſ. Crimin. cent. 1. caſu 52. num. 24. Quod pulchre in fideicommiſſo poſt Cephal. ab eo allegatum tradit Riminal. iun. in dicto conſ. 21. num. 68. dicens, quod in fideicommiſſis expreſſum dicitur quod ex vi verborum deſumitur.

Hæc autem interpretatio ſi aliquando ſibi vendicare poteſt locum in teſtamentis, certè illum habet in hoc noſtro, pro quo in huiuſmodi etiam propoſito puto etiam eſſe habendum ante oculos tex. illum ſingularem ſupra allegatum in d. l. vnum ex familia 68. §. ſi ommiſſa, ff. de legat. 2. Vbi I. C. dicit, *quod ſi omiſſa fideicommiſſi verba ſint, & cætera, quæ leguntur, cum his, quæ ſcribi debuere congruant, recte datum, & minus ſcriptum intelligitur.*

Igitur attento teſtamenti contextu, in quo ſcribi debebat qualitas ſine filijs, teſtator poſuit ibi in cõditione, dictos alios, & Nepotes Liberatoris, conſidero etiam quod inter omnes inſtitutos, & Subſtitutos propter ſermonis continuationem, & coniunctionem cenſetur repetita dicta qualitas ſine filijs primæ ſubſtitutioni adiecta, Atque ex alio quia quando plura in eadem oratione diſponuntur, ita quòd omnia reguntur ab eodem verbo, vt regũtur hic, ibi (perueniat) tunc, quod fuit dictum in vno caſu, cenſetur repetitum in altero. Honded. in conſil. 91. num. 55. lib. 1. Bart. Cephal. Dec. Paris. & Bero. ibi citati.

Facit etiam quod præcedentia influunt in ſequẽtia, & è contra, vt omnes com. volunt, & in puncto tradit Riminald. iun. in conſ. 20. num. 20. & 21. libro 1.

Præterea ſciendum eſt, quod diſpoſitio teſtatoris in vno caſu facta, habet locum in alio, in quo teſtator idem veriſimiliter diſpoſuiſſet, ſi fuiſſet interrogatus. Riminald. iun. in d. conſil. 21. num. 29. vol. 1. cum allegatis per eum pro corroboratione huius opinionis. quæ ſine difficultate, & de plano procedit, ſi caſus non eſt omnino omiſſus, ſed ſequitur ex eo, quod eſt in teſtamento expreſſum. Bald. Soc. Dec. quos citat, & ſequitur Rim. vbi ſup.

Vnde licet in dictis verbis. *Et omnibus inſtitutis, & ſubſtitutis decedentibus quandocunque*, &c. non fuerit ſcripta dicta qualitas, *ſine filijs legitimis, & naturalibus, vel ſi cum filijs, & dicti filij decederẽt ſine filijs.*, Quia tamen in alijs antecedentibus verbis, fuit totaliter extenſa, & in ſcriptis redacta. Vt ibi, *Et ſi dictus Liberator decederet, &c.* clare colligitur, Quod ſi teſtator fuiſſet tunc Interrogatus, idẽ fuiſſet diſpoſiturus, vt in puncto tradit Riminald. iun. vbi ſupra num. 59. & 72. vbi ex eo quia plurimi non deſunt qui contrarium tenent, reſpondet & concludit cum cæteris, (quorum maior eſt numerus & authoritas.) Quod ex identitate rationis, vel expreſſa, vel à iure ſubintellecta qualis, eſt agnationis conſeruandæ (pro vt hic accidit) fieri debet extenſio de perſona ad perſonã, Atque deinde numero 69. cum ſeqq. plures affert limitationes quas bene probat ad dicta pro contraria parte, quæ meo iudicio penitus tolluntur præcipuè per illam, quam Rimin. ponit. in eodem conſ. 21. num. 61. dicens, quod quando perſona, ad quam fit extenſio cõprehendi poſſet aliquo modo ſub verbis, & mente diſponentis propter vnam qualitatem ſibi inhærentem,

tem, licet de illa non fuerit cogitatum in indiuiduo contrariam ſententiam non procedere, cum tunc abſoluto fiat extenſio prædicta.

Additur, quod prouiſio Teſtatoris in vno caſu, locum babet in alio ſimili: Bart. Salyc. Alex. Felin. Quos in puncto refert, & ſequitur Rim. iun. in citato conſ. 21. num. 50. Sed caſus deficientiæ legitimæ ſobolis Libeeatoris in hoc fideicommiſſi contextu habet eandem rationem, & effectum ad vocandum Agnatos, ſicuti primus caſus, in quo d. Dominus Ioannes, eſt ſubſtitutus: ibi, *Et eo Ioanne decedente.* Quia vtroque caſu militas eadem ratio, & idem effectus Agnationis conſeruandæ, ſicque dici tur omnino ſimilis. Ergo prouiſio teſtatoris cum dicta qualitate ſine filijs, debet habere l. cum ſicut expreſsè habuiſſet, ſi contingiſſet. Et ita ſubſtitutionem prædictam nominatim extendit Rimin. poſt dict. num 30. vbi citat Cephal. id approbantem.

Rurſus dico, quod prædicta verba. *Et omnibus inſtitutis, & ſubſtitutis decedentibus quandocunque tunc voluit, quod ipſa eius hæreditas perueniat, & peruenire debeat ad Fraternitatem Aretinam, quam ex nunc pro vt ex tunc inſtituit, & ſubſtituit.*

Intelligenda ſunt cum dicta qualitate ſine filijs, ne ſequatur ſuperfluitas dictorum verborum, cum ſine illis, poſt inſtitutionem, & ſubſtitutionem Angeli, poterat Teſtatoe dicere.

Et dicto Angelo ſubſtituit fraternitatem Aretinam,

Et quando aliàs verba diſpoſitionis eſſent ſuperflua, & eluſoria rodderentur, tunc pro fideicōmiſſo facienda eſt interpretatio citra omnem dubitationem, vt poſt Alciat. ab eo allegatum ſignanter dicit Petr. de Petr. in d. quæſt. 9. num. 36.

Demum animaduerto, quod ſi diceremus verba prædicta non eſſe intelligenda cum dicta qualitate ſine filijs, &c. ſequeretur mutatio, ſeu correctio incontinenti voluntatis Teſtatoris, cum ſupra dixerit, *Et ſi dictus Liberator decederet ſine filijs legitimis, & naturalibus, vel ſi cum filijs, & dicti filij decederent, &c.* In contextu verò fideicommiſſ. loquutus fuerit hoc pacto: *Et inſtitutis, & ſubſtitutis omnibus decedentibus quandocunque, &c.* abſque tamen expoſitione dictæ qualitatis ſine filijs. Quæ correctio, ſeu mutatio uoluntatis teſtatoris ſic eodem inſtanti non præſumitur Oſaſc. in deciſ. 50. num. 13.

Nec prætermitto communem illam DD. ſententiam, quæ hanc probat ſubintelligentiam, & repetitionem dictæ qualitatis iniūctæ Liberatoei, & eius filijs. Quod etiam ſi fideicommittentis voluntas ex verbis expreſſis colligi non poſſit, dummodo ex coniecturis deprehendatur, etiam contra vim, & proprietatem verbōrum expreſſorum, ſufficit. vt ex d. l. Hæredes mei in § cum ita, ff. ad trebell. atque ex Soccin. iun. & Clar. ab eo relatis, tenet, & probat Petr. de Petr. in d. quæſt. 9. nu. 21. verſ. Quia etiam vbi teſtatue de dicta communi ſententia. Quę multo magis probat prædictam cōiecturam in caſu noſtro, in quo colliguntur, & conſiderantur ſupradictæ coniecturæ, & comprobationes: Nec agitur de impropriando verba expreſſa teſtamenti in d. contextu fideicommiſſi ibi. Et omnibus Hæredibus inſtitutis, & ſubſtitutis decedentibus quandocunque, &c.

Vigeſimanona eſt coniectura, quia Teſtator poſuit bis in conditione filios D. Ioannis ſubſtituti in defectum, in quem Liberator decederet ſine filijs legitimis, & naturalibus, & dicti filij pariter ſine his ſimilibus filijs decederent, ergo exiſtimandum eſt Nos filios, & Nepotes Liberatoris eſſe ex teſtamento vocatos.

Aſſumptum probo. Nam Teſtator poſuit filios Ioannis in conditione, tunc, & quando ipſe non eſſet clericus, cum conditione, ſi Beneficiū, ſiue Prioratum Eccleſiaſticum obtinebit, intelligatur ſi decederet ſine filijs, ex quo eſt appoſita non propter ſe, ſed reſpectu carentiæ filiorum, vt per Alex in d. cōſil. 100. num. 6. cum ſeqq. lib. 4. & alios, quos citaui ſupra in coniectura Vigeſimaſexta. Poſuit, & deinde in conditionē illos, atque filiorum filios, & ſic Nepotes D. Ioannis ad excludendum naturalem. Quod probo ſic. Nam Teſtator, (cuius mens attendi, & expectari debet, quia in teſtamentis ſemper dominatur, totum facit, & omnia regit Illuſtr. Dominus meus Petrus Caball in deciſ. conſ. 37. n. 14. & in deciſ. conſil. 79. num. 79. cum in illis ſit radix verborum, & ſubſtantia prima. Bald. in cap. mandatum. de reſcript. ſequitur Riminald. in d. conſil. 21. num. 24. cum ſeq. Curt. iun. in d. conſ. 83. num. 3.) conſiderans caſum in quam D. Ioannes Clericali militiæ non ſe adſcriberet, vel quia nollet, vel quia à Summo Pontifice non poſſet obtinere dictum Prioratum dicendo.

Et omnibus inſtitutis, & ſubſtitutis decedentib. quandocunque, tunc voluit quod ipſa eius hæreditas, perueniat, & peruenire debeat ad fraternitatem Aretinam, quam ex nunc, pro vt ex tunc hæredem ſuam vniuerſalem inſtituit, & ſubſtituit.

Non ſolum reciprocum fideicommiſſum tunc induxit, vt demonſtraui ſupra in coniectura 21. & apertiſſimè probāt dicta duo verba, *Hæredem vniuerſalem*, ex quo in ſubſtitutione Ioannis illum non fecit hæredem cum dictis verbis, *Hæredem vniuerſalem*. Sed tam Ioannem, quam Liberatorem in vnum corpus, & in vnam qualitatem reduxit, & ideo quod fuit dictum Liberatori, eiuſq; filijs, & Nepotibus, in alijs, & ſic in D. Ioanne, eiuſq; filijs & Nepotibus cenſetur repetitum. Alexan. Trentacinq. in d. tract. de ſubſtit. par. 1. cap. 11. nu. 4. verſ. ic. verum huic rationi.

Quod comprobatur ex eo etiam, quia prædicta verba, *Et omnibus inſtitutis, &c.* æqualiter reſpiciunt tam dictum Liberatorem, quam Ioannē ergo æqualiter debent circa omnes determinare. vulgat. l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. vt concludunt comm. DD. in omni negocio, in quo talis cadit reſpectus, Igitur multo magis dicendum eſt, Nos filios, & Nepotes Libeeatoris eſſe ex teſtamento vocatos.

Altera, & trigeſima eſt coniectura, quam ego probo cum proxima præcedenti. Nam d. Angelus naturalis, & ſpurius, cum fuerit Inſtitutus, & ſub-

ſtitutus

Digitized by Google

ſtitutus vt in teſtamento ibi. *Et eo Joanne decedente instituit, & ſubſtituit Angelum filium naturalem dicti Liberatoris.* Dum poſtea Teſtator dicit. *Et omnibus inſtitutis, & ſubſtitutis decedentibus quandocunque, &c.* Eſt, & ipſe pariter vna cum Patre, & D. Ioanne in vnum inter corpus, & in vnam inter qualitatem redactus, per verba prædicta, quæ pariter, & ipſum æqualiter reſpiciunt. Vnde Teſtator poſuit in conditione filios, & nepotes dicti Angeli, & ſic voluit quod Liberator, & Ioannes non poſſent per conſequens alienare bona ſuæ hæreditatis in præiudicium dictorum filiorum, & nepotum eiuſdem Angeli potentiſſima reſultat coniectura, quod prædicti filij, & nepotes Liberatoris, ſint ex teſtamento vocati.

Trigeſima prima eſt coniectura, quam ego deduco ſecundum Rot. Rom. ex dicto contextu fideicommiſſi in ea parte, in qua teſtator dicit.

Et omnibus inſtitutis, & ſubſtitutis decedentibus quandocunque.

ponderando, quod ſub vno, & eodem contextu poſuit in conditione, tam legitimos filios, & nepotes Liberatoris, quam dictum Angelum, modo ſicut certum eſt, naturalem fuiſſe vocatum tanquam inſtitutum, & ſubſtitutum; ita etiam ſatis apparet fuiſſe pariter vocatos dictos legitimos filios, & nepotes Liberatoris, vt eadem determinatio fiat in vtriſque, & ne vna, eademque res diverſo iure cenſeatur, vt tradit Ruſtic. in dict. tract. lib. 3. cap. 4. nu. 4. fol. 5 a. vbi ad hoc plures affert rationes, & auctoritates. Et ita in puncto reſolutum fuit per Rot. Roman. quæ hanc nominatim conſiderat coniecturā, & ſatis vrgentem vocat coram dicto Cardinali Seraphin. in ſæpe citata deciſ. in manu ſcriptis verſic. Quinta coniectura ſatis vrgens.

Trigeſima ſecūda eſt coniectura vocationis quādo verba teſtamenti ſuperfluerent, & otioſa redderentur. Petr. de Petr. in d. q. 9. nu. 248. verſ. Vigeſima ſexta eſt coniectura.

Quod hic contingit, quia verba affectionis, & dilectionis ibi. Et omnibus inſtitutis, & ſubſtitutis, &c. quibus vſus fuit Teſtator in dicto fideicommiſſi contextu ad fauorem omnium de familia de Genis, & præſertim veræ, & legitimæ deſcendentiæ Liberatoris ſuperfluerent, & otioſa redderentur, niſi dicamus nos filios, & nepotes Liberatoris eſſe, ex teſtamento vocatos, cum ſine illis Teſtator potuiſſet ſubſtituere ſimpliciter piam cauſam, vt dixi ſupra in coniectura 27. vbi ex Alciat. & Petr. de Petr. in d. q. 9. nu. 63. deduxi eſſe in hoc caſu faciēdam pœnitus, & omnino pro fideicommiſſo interpretationem igitur &c.

Trigeſima tertia eſt coniectura, quæ deducitur ex teſtamento in proemio, ex quo cauſa finalis colligitur, dum teſtator, inquit, *tota mente, toto ingenio, totiſque viribus, ac ſtudio eſſe elaborandum omni tempore, & maximè quo quis graui afficitur infirmitate, vt conſulatur animæ imprimis, & poſtremo diſtributioni rerum, & bonorum temporalium.*

Ex quibus conſequenter Teſtator inquit, velle diſponere de eius ſubſtantia, & bonis, vt Prudentem decet: At prudenter non feciſſet, ſi Angelum naturalem, & ſpurium prætuliſſet legitimis, & veris filijs. Cum hac coniectura pertranſit Rot. Roman. diuerſ. in nouiſſ. in dicta deciſio. 640. num. 4. par. prima.

Trigeſima quarta eſt coniectura, quę pariter deſumitur auctoritate Rotæ Romanæ, in cit. deciſio. 640. num. 5. dum Teſtator, inquit, quod *non vult inteſtatus decedere ſui ipſius, & ſuorum immemor intendens conſulere principaliter animæ ſaluti.* Sed dictæ Animæ ſaluti certe non conſuluiſſet, ſi ab Hæreditate excluderentur nati ex vera, & legitima ſobole, expreſsè tamen per directam, & fideicommiſſariam ſubſtitutionem vocatis naturalibus, qui abſque peccato concipi nequeunt.

Vt autem verificetur cauſa, ob quam fuit factum teſtamentum neceſſe eſt fateri, quod vera, & efficax fuerit diſpoſitio in fauorem dictorum filiorū, & nepotum Liberatoris in conditione poſitorum, qui nati ſunt, ex vero, & legitimo matrimonio, quos Teſtator habuit ſemper ante oculos, atque ſemper plurimum dilexit, vt patet ex ſimplici teſtamenti lectura, & ex epiſtola ſcripta ante teſtamentum D. Arcangelo de Vitalibus, de qua latius verba feci ſupra in octaua coniectura.

Trigeſima quinta eſt coniectura, quia dum teſtator intendit conſulere deinde rerum, & bonorum temporalium diſtributioni, datur intelligi, quod id facit, ne poſt eius mortem aliquod ſcandalum, vel aliqua diſcordia oriatur ſuper dictis eius rebus, & bonis. Quæ ratio non haberet locum, niſi dicamus dictos legitimos, & veros filios, & nepotes Liberatoris eſſe diſpoſitiuè vocatos, cum naturales filij legitimati Principis reſcripto potuiſſent prætēdere, ſe velle concurrere cum dictis legitimis, & veris filijs, & tūc ortæ fuiſſent diſcordiæ, & lites. videatur Rot. Rom. quæ hanc ponderat coniecturam in d. deciſ. 640. nu. 6.

Trigeſima ſexta eſt coniectura, quando inter filios conſideratur inæqualitas, nam tunc opin. gloſ. in d. l. Lucius, la ſeconda, ff. de hære. inſtituen. Quæ pro non vocatione reſponſum dedit non procedit ratione huiuſmodi inæqualitatis ſeruandæ. Ruſtic. in d. tract. lib. 5. cap. 9. num. 6. fol. 60. Quæ quidem inæqualitas adeſſet quando filij legitimi, & naturales non eſſent ex fideicommiſſo vocati, cum ex illo in eorum, ſimulque ſuorum filiorum pariter ex legitimo matrimonio ſuſceptorum defectum, ſit vocatus eorum frater, ſcilicet Angelus filius naturalis dicti Liberatoris. Ad cuius quidem æqualitatis ſeruandæ effectum, fieri ſolet quælibet interpretatio Burſat. io conſ. 170. nu. 10. vol. 2.

Trigeſima ſeptima coniectura, quæ hic habet locum, eſt quando idem teſtator iuſſit, quod deficientibus eius hæredibus ſine filijs, hæreditas diſtribuatur in vſus pios, nam tunc etiam inter omnes hæredes inductū dicitur reciprocum fideicommiſſum, vt in ſimili tradit Petr. de Petr. in d. q. 9. num. 252. verſ. Trigeſima eſt.

Sed idem iuſſit dictus Dominus Petrus de Genis ſenior, dum dixit: *Et omnibus inſtitutis, & ſubſti-*

tutis

etis decedentibus quandocunque, vt probaui ſupra in coniectura 21.& in alijs ſeqq. ſubdendo deinde, *Tunc voluit quod ipſa eius hæreditas perueniat, & peruenire debeat ad fraternitatem Aretinam, quam ex nunc, prout ex tunc hæredem ſuam vniuerſalem inſtituit, & ſubſtituit*. Quia Illuſtris Magiſtratus dictæ fraternitatis, quam propterea toto orbe venerandam eſſe dicunt Ciuitatis ſtatuta, habet in mandatis per eademmet ſtatuta, vt in lib. 1. tit. 29. fol. 45. & fol. ſeq. in prin. verſ. Quoniam ſtatutum præcipit, quorum ignorantiam iura ciuibus non admittunt, quod omnia, & quæcunque bona ſibi relicta diſtribuantur in prędictos pios vſus, quod quotidie fit, & obſeruatur, vt omnes ſciunt.

Et licet à teſtatore non fuerit id expreſsè diſpoſitum, tamen pro diſpoſito habetur, cum veniat in conſequentiam diſpoſiti, & comprehendatur ſaltem ſub generalitate verborum dicti fideicommiſſi contextus, quod ſufficit, vt volunt DD. ſupra citati in coniectura 28. verſ. Et licet id. Quibus additur Pariſ. in conſ. 97. num. 106. & ſeq. vol. 1. pariter firmans, illud etiam expreſſum dici, quod infertur, & colligitur ex verbis generalibus, atque ſufficere tacite propter virtutem aliorum verborum expreſſorum poſſe colligi illud, quod exprimi debebat facit Bald. in l. ad probationem, la prima, num. 2. verſicu. ſed contrarium, C. de proba. dicens. Quod præſumptio ſumpta ex inſtrumento reputatur eius tenor.

Trigeſima octaua eſt coniectura, quæ a DD. afferri ſolet, quando reſultaret abſurditas aliqua, tūc enim magis com. volunt omnes, quod filij poſiti in conditione ſint vocati mediante hac coniectura, quam poſt alios ponunt Petr. de Petr. in d. q. 9. nu. 309. verſ. Decima tertia eſt coniectura. Ruſtic. in d. tract. lib. 5. cap. 17. num. 4. fol. 78. Illuſtriſſ. Cardin. Mantic. in d. tract. de coniectur. lib. 11. tit. 3. nu. 15. Hic verò plures ſuccedunt abſurditates, & vltra alias, quas Perilluſtres, & Excellentiſſimi Domini mei Rotæ Florētinæ Auditores, & in cauſa Iudices delegati poterunt ex ſe ipſis conſiderare, concurrunt infraſcriptæ.

Prima eſt abſurditas, quod cum ſtante inſtitutione, & ſubſtitutione Angeli filij naturalis Liberatoris, ſi ipſemet Liberator, atque eius filij, & nepotes ſcirent quoſcunque filios illis naſcituros ſecūdum naturam ſimpliciter, admittendos eſſe ad ſucceſſionem, de qua agitur ex teſtamento d. Domini Petri de Geris ſenioris, & abſque eo, quod nec Liberator, vel ipſi ſubirent onera matrimonij, inuitarentur quodammodo ad peccandum, cum prædicti naturales non poſſit haberi abſque peccato d. c. Meretrices, 32. q. 4. & omnis coitus iure vxorio, & matrimoniali excepto prohibitum fit d. c. nemo ſibi blandiatur ead. 32. q. 4.

Secunda eſt abſurditas, quod per dictam inſtitutionem, & ſubſtitutionem Angeli plus haberet loxuria, quam matrimonium iuxta præcep. a ſanctæ Matris Eccleſiæ celebratum, ſi ex fideicommiſſo non dicerentur vocati filij legitimi, & naturales Liberatoris, & filiorum filij. Quod non eſt dicendum Crauet. in citato conſil. 186. d. num. 10.

Tertia eſt abſurditas, quia opinio, ſiue præſumptio, quam teſtator habuit conſeruandi bona in agnatis ſuis, & principaliter in maſculis filijs, & nepotibus Liberatoris natis, ex legitimo matrimonio falſa inueniretur, & tamen conſtat Prolem legitimam multum prædilexiſſe, vt ſupra probatum eſt per teſtamentum, & per dictam epiſtolam D. Arcangelo de Vitalibus à teſtatore ſcriptam, quam, & hic quæſo animaduertere placeat, cum attentari fórſan poſſit, quod eandem habeat etiam vim, quæ oritur ex atteſtatione duorum teſtium, qui dicant teſtatorem ita voluiſſe, & intentionem ſuam declaraſſe apud eos vocandi dictos agnatos, & conſequenter filios de legitimo matrimonio natos, prout tunc, quod coniecturata mens diſponentis elici debeat non dubitatur, vt poſt Bal. & Guliel. de Benedict. firmat Petr. de Petr. in d. q. 9. nu. 253. verſic. poſtremo.

Quarta eſt quod Liberator, & eius filij poſſent alienare, & dilapidare omnia bona hæreditatis in præiudicium eius legitimorum, & naturalium filiorum, & nepotum, in præiudicium verò Angeli naturalis filij non poſſent.

Quinta eſt quod dictus naturalis, & ſpurius filius inquam Liberatoris, poſſet in caſu deficientiæ legitimæ ſobolis reuocare alienata per Liberatorem, legitimi autem, & veri filij, de quorum nunc præiuditio agitur, minime hanc haberent facultatem.

Sexta eſt. Quod ſi bona dicti Domini Petri de Geris ſenioris non eſſent fideicommiſſo vinculata, nunquam pia cauſa admitteretur, & conſequenter bona prædicta nunquam poſſent diſtribui in vſus pios.

Septima eſt abſurditas. Quod non ſeruatur inter Liberatoris legitimos filios ex vna, & dictū Angelum naturalem, & ſpurium illa æqualitas, quam teſtator conſiderauit inter dictum Liberatorem, & dictum D. Ioannem, dum illos æqualiter, & portionibus æquis eo in caſu, in quo D. Ioannes non obtineret dictum Prioratum ſibi ab eo renunciatū, hæredes vniuerſales inſtituit, & eſſe voluit, ſicut in altero caſu, in quo dictum Prioratum obtineret ſolū, & vnicum hæredem fecit dictum Liberatorem. Igitur, & idem credendum eſt, teſtatorem ſeruare voluiſſe inter legitimos, & veros filios ex vna, atq; naturales autem ex altera, vt æqualis ſaltem fiat determinatio, & quia æqualitatis ſeruandę cauſa, fieri ſolet, vt dixi quęlibet interpretatio, Burſat. in d. conſil. 170. d. nu. 10. vol. 2.

Trigeſima nona eſt coniectura, quæ reſultat ex qualitate rei, de qua agitur, & ſic ſpecioſæ, & magnæ domus, quæ viſitur in Hiſtorijs, atque (ut deponunt aliqui Teſtes pro Dominis de. Foſſambronibus ex aduerſo examinati) demonſtrat nobilitatem principaliter dicti Domini Petri de Geris ſenioris, qui illam funditus erexit non ſine magnis ſumptibus, atque Familiæ de Geris propter famam, quæ ob id apud omnes Aretinæ Ciuitatis conſeruatur, cum memoria, & inſcriptione præſertim illa

quæ

quæ legitur ſupra dictæ Domus principalem portam, ſcilicet.

A L T A . P E T O.

Quæ Domus qualitas inducit fideicommiſſum. Illuſtriſs. Card. Mantic. in dicto tract. de coniecturis lib. 6. tit. 15. num. fin.

Quadrageſima eſt coniectura, quæ hic bene cõuenit, quod in cuiuslibet voluntate, & maximè Teſtatoris interpretanda plurimum attenditur veriſimilitudo, & quod veriſimiliter voluerit Teſtator, & illud veriſimile habetur pro diſpoſito. Crauet. in dicto conſ. 186. nu. 10. Itaque ſi Teſtator fuiſſet interrogatus an velit prædictos naturales, & legitimos filios, & Nepotes Liberatoris eſſe vocatos ex fideicommiſſo in caſu eorum exiſtentiæ, veriſimiliter reſpondiſſet, quod ſic. diſponendo in illorũ fauorem efficacius, plenius, & omni quo poſſet clariori, & pleniori modo, quam in fauorem d. Dnmini Ioannis, atque aliorum ſubſtitutorũ, vt per Ruſtic. qui in dicto Tract. lib. 5. cap. 7. num. 9. fol. 78. hanc ponderat coniecturam, & ita quilibet medio cri ingenij vir cum ſimplici Teſtamenti lectura, ne dicam cum tot cõiecturis, id pro cõperto haberet.

Quæ quidem coniectura comprobatur ex eo, quia ex prædictis legitimis, & naturalibus filijs, & Nepotibus Liberatoris in conditione poſitis, fuerunt, & modo ſunt aliqui eiuſdem nominis Teſtatoris, videlicet D. Petrus de Geris Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor vous ex prædictis filijs Liberatoris, & egomet Petrus de Geris infraſcriptus filius D. Rocchi. Nominis enim ſimilitudo gignit quandam mutuam affectionem, l. cum filius 78. §. pater ibi. *Sempronio Nepoti meo plus tribuas in honorem mei nominis.* ff. de legat. 2. vt videatur Teſtator nominis ſui perpetuitati, & memoriæ prouidiſſe, dicendum multo magis eſt, quod Teſtator, vt ſupra reſpondiſſet.

Hæc ſunt, quæ vocationem dictorum filiorum, & Nepotum Liberatoris ex legitimo matrimonio ſuſceptorum patefaciunt ex fideicommiſſo dicti R. D. Petri de Geris Senioris.

Et licet coniecturæ fortè ſingulæ per ſe non ſufficerent, illud tamen expeditum eſt, vt quoties ſimul plures coniecturæ concurrunt, & vna ab altera fouetur, poſitos in conditione abſque difficultate, cenſeri vocatos ex teſtamento, iuxta vulgatam regulam, quæ in hac materia ab omnibus com. allegari ſolet, vt ſingula, quæ non proſunt ſimul vnita iuuent.

Quæ reg. ſiue coniectura in eod. propoſito vtuntur poſt alios Rot. Rom. in ſæpe cita. deciſ. coram Card. Seraphin. in manuſcriptis, verſ. nona etiam in fin. Ruſtic. in d. tract. An & quan. lib. 5. cap. 8. in princ. num. 2. fol. 78. Gabriel, in concluſ. tit. de fideicommiſſ. d. concluſ. 4. num. 49. Rimin. iun. in d. conſ. 11. nu. 52. lib. 1. & nouiſſimè Illuſtriſs. Dominus meus Petrus Caballus in dicto deciſ. conſil. 105. num. 25.

Hæque inquam Coniecturæ animũ Dominorum meorum Iudicum ad credendum hanc fuiſſe d. D. Petri de Geris voluntatem inducere debent, eoque maximè, quia quales eſſe debeant coniecturæ voluntatis Teſtatoris circumſpectioni optimi Iudicis relinquatur. Curt. iun. in conſ. 43. num. 7. lib. 1. Theſaur. in d. deciſ. 96. nu. 9. Vbi ait ſibi ſemper placuiſſe, quod huiuſmodi diſcuſſio Iudicis arbitrio relinquatur, Quod etiam voluit Zanch. in d. l. Hæredes mei, §. cum ita part. 7. num. 12. cum ſeqq. Et ſequitur Senatus Mant. apud Surd. in dicta deciſ. 62. num. fin. verſ. Sed quid.

Vnde concludẽdum dico, fideicõmiſſum iniunctum cenſeri, ne dum filijs legitimis, & naturalib. Liberatoris, Sed etiam filiorum filijs natis ex legitimo matrimonio, per ſupradictas coniecturas.

Quas eſſe non efficaces, ſed æquiuocas, vt aliàs Domini exaduerſo informantes, corã Excell. Domino Franciſco Incontrio, tunc Iudice meritiſſimo Ciuitatis Aretij aſſerere ſolebant, nos minime turbat, quia dd. cõiecturæ ſunt potẽtiſſimę, & maximè quædã ex his, quas non proſequor vlterius, cũ res coram prudentiſſimis, & grauiſſimis Iudicibus agatur; & D D. à dd. Dominis exaduerſo informantibus citati quos ego tunc vidi, loquũtur extra terminos filiorũ poſitorum in cõditione, vel in caſu diuerſo ab hoc noſtro, in quo recẽtiores magis com. conueniunt, quòd ex quibuſcumque coniecturis ſemper recedatur ab opinione gloſ. in dicta l. Lucius la 2. ff. de hæredibus inſtituen. etiam ſi ſint leues, vel vnica tantum, vt dixi ſupra in principio ſecundi fundamenti.

Accedat, quòd quando agitur cũ coniecturis de defendenda voluntate Teſtatoris in opinionũ conflictu eam ſequimur in dubio ſemper, quę Teſtatoris mentẽ tuetur, vt tradunt omnes cõiter. Et ſanè negari nõ poteſt, quin Teſtator, qui voluit naturalẽ filium Liberatoris, nempè Angelum ſic ſubſtitutũ excludi in primis propter eiuſd. Liberatoris legit. filios, atq; deinde propter filiorũ filios pariter natos de legit. matrimonio, vt ſup. in conditione poſitos eos certo modo nõ prædilexerit d. naturali, eiq; nõ ꝓtulerit, & voluerit magis dd. filios liberatoris, at que deinde cæteros filiorũ filios de d. legit. matrimonio natos, quã ipſum naturalem iñ eorum defectum ſubſtitutum admitti, vt per Surd. omnino vidẽdũ in d. dec. 62. d. n. 11. vbi etiam ſubdit, quòd hęc tacita voluntas, quamuis ſolũmodo concepta, & non emiſſa non tranſeat in diſpoſitionẽ, tamen, ſi minimũ quid addatur, per ꝙ conſtare poſſit non eſſe nudam, & in pura mente retentã, id ſufficit, vt pro diſpoſitione habeatur, præcipuè cum ſola voluntas in teſtamentis ſufficiat, ſi ſit certa, quamuis diſpoſitio aliter non ſit facta. Et ita Saluo, &c.

Petrus de Geris Aduocatus olim in Piſano Gymnaſio Iuriſciu. interpres, & Rot. Peruſina Prætor.

S V M M A R I A.

Priuilegij Pontificij verba excludentia præſcriptionem rerum minus legitimè alienatarum, Sacræ Religioni Hieroſolimitanæ conceſſum referuntur, num. 1.

De caſu in terminis legis, ſtatuti, vel priuilegij non eſt dubitandum, num. 2.

E *Lega-*

Legatus de latere non poteſt dare licentiam alienandi bona Religionis Hieroſolimitanæ, num.3.

Confirmatio contra conſtitutionem, cui derogari non poteſt, niſi ſpecifica mentio fiat de verbo ad verbum, nihil operatur, num.4.

In vim licentiæ Legati de latere, ſi conceſſio facta non ſit, multò minus eadem valida erit, num.5.

Si proceſſus per Commiſſarios deputatos circa alienationem rerum eccleſiæ fuit in continenti finitus, eſt ſuſpectus, num.6.

Antequam bona eccleſiaſtica alienentur debent præcedere tractatus, num.7.

Si cauſæ cognitio legitima intereſſe non potuit non valent acta, num.8.

Decretum præcipitanter interpoſitum eſt nullum, numero 9.

Commiſſarij, ſi excedunt reſcriptum commiſſionale nulliter procedunt, & ſine iuriſdictione, num.10.11.

Commiſſarij non poſſunt formam eis præſcriptam mutare, num.12.

Ob pacta non ſeruata emphyteota priuatur, num.13.

Pactis tendentibus ad cauſam finalem non ſeruatis, licet à contractu recedere, num.14.

Pacta tendentia ad corroborandam euidentiam vtilitatis alienationis, dicuntur cauſam finalem continere, num.15.

Obſeruancia pactorum ex longo tempore non præſumitur, num.16.

Pacta ſunt pars contractus ſub eod.

Obſeruantia ſubſtantialium non præſumitur, ſed eſt probanda, num.17.

Melioramenta facta de lapidibus calce, & alijs exhauſtis ex loco ipſo non præſumuntur de pecunia facientis facta, num.18.

Materia probationum tota eſt in arbitrio Iudicis poſita, num.19.

Teſtes in vno Iudicio inter alios fidem non faciunt, n.20

Confeſſio Prælati ſpontanea non nocet, num.21.

Maximè, quando conſtat de contrario, num.22.

Solemnitas ex curſu temporis non præſumitur, nec conſenſus ſuperioris, quando in actu nulla facta fuit mentio, num.23.

Alienatio facta conſanguineo non caret ſuſpicione fraudis, num.24.

In dubio contractus alienationis rei eccleſiaſticæ, aut religionis alicuius præſumitur inualidus, num.25.

Aut contra eum reſtitutio in integrum competit, n.26.

Iunctus veniunt in Iudicio nullitatis, aut recurſus, aut reſtitutionis in integrum, num.27.

Quando non conſtat de origine acquiſitionis omnia præſumuntur ſolemniter acta, & poſſeſſorem legitimè poſſidere, num.28.

DECISIO XXI.

NOn potuimus non declarare conceſſionem in emphyteuſim factã de an.1522. 16. Auguſti, nullam, & inualidam ſtantibus ſtatutis Sacræ Religionis S. Ioannis Hieroſolimitani præſertim 12. tit. 16. & ſtat. 7. tit. 17. quibus in ſpecie oẽs affictus quorumcunq; bonorum omnium, vel partis, & omnes alienationes, & conceſſiones in affictum ad longum tempus, aut in perpetuum prohibẽtur, & nullius valoris, vanæ, & caſſæ, & non habere firmitatem, declarantur, quatenus ſint factæ abſque licentia Magni Magiſtri, & contra formam ſtatutorum; cum de hac licentia non conſtiterit.

1 † Nec obſtare dicebatur præſcriptio longiſſimi
temporis, quia allegationi talis præſcriptionis fuit
via præcluſa ſpeciali priuilegio dd. ſtatutorum põ-
tificio Pij iv. ſub ann. 1560. Calen. Iunij, per quod
reuocantur quæcunq; donationes, conceſſiones, lo
cationes, inueſtituræ, & aliæ alienationes omnium
reddituũ, iurium, iuriſdictionum, & bonorũ quo-
rumcunq; ad Prioratus, & reliqua dictæ ſacræ Re-
ligionis pertinentium, etiã ſi factæ ſint cum renun
ciationibus, pactis, iuramentis, ac etiam de licentia
Sedis Apoſtolicæ, abſque tamen interuentu, atque
expreſſa licentia Magiſtri, & conuentus, quacunq;
præſcriptione, ſeu longiſſima, pacifica poſſeſſione,
& detentione non obſtante, &c. & prout vberius,
tam in dd. ſtatutis quàm in d. priuilegio cõtinetur.

2 † Vnde, cum eſſet caſus in terminis, nõ eſſet du-
bitandum, non ſolum, quod pertineret ad d. præ-
ſcriptionẽ non attẽdendam, ſed etiã, quod pertine
ret ad d. conceſſionẽ, vti nullã, & nullius valoris ha
bendã, atq; declarandã ad vulg. l. ancillę, & ibi Bal.
C. de fur. & ad cug. in punct. conſ. 43. n. 81. lib. 1.

Hoc potiſſimum nos mouebat fundamentum,
tametſi vlterius opponeretur, quod de licentia vlla
Sedis Apoſtolicæ non conſtaret, ſed tantum de li-
centia quadam Illuſtriſſimi Legati à latere, qui ha
bebat tantum facultatem alienandi bona eccleſia-
3 ſtica, vel aliorum piorum locorum, † vnde non po
tuerit ad bona Sacræ Religionis præfatę manum
apponere, poſtea quam non fuerat ei conceſſa ſpe-
cialis, & expreſſa poteſtas circa hæc bona, prout
oportebat ex priuilegio Innocen. viij. ad Federic.
4 de Sen. in tract. permut. benef. ſub num. 58. † ma-
ximè cum in confirmatione contineatur, quod il-
lis derogari non poſſit, niſi eorum ſpecifica men-
tio fiat de verbo ad verbum, ad Felyn. in cap. non-
nulli, num. 2. & 10. verſ. not. 4. de reſcript. Gozzad.
conſ. 9. num. 26. Rom. conſ. 436. num. 21.

5 † Et addebatur, quod ne quidẽ in vim huiuſce
talisqualis licentiæ, fuerit deuentum per cõmiſſa-
rios ad approbationem dictæ conceſſionis, quan-
doquidẽ Data actus approbationis commiſſario-
rum præcederet Datam dictæ licentiæ.

Quę omnia, vt nullitatis primum fundamẽtum
non parum corroborant, ita alijs infraſcriptis ad-
iunctis, quam male oleret huiuſmodi contractus
ſatis euidenter apparebat.

6 † Vno, & eodem die per dictos commiſſarios
inchoatus, proſequutus, & perfectus fuit pro-
ceſſus, formandus pro exacta, ac plenaria cau-
ſæ cognitione in ſimilibus adhibenda; cum ta-
men bona eſſent, & in notabili quantitate, & in
longinquo poſita, vndè ſic de facili non potuiſ-
ſent commiſſarij inſtrui, & informari, an conceſ-
7 ſio cedere poſſet in euidentem vtilitatem Eccle-
ſiæ, † adeo, quæ in materia tradũt Doctores de-
ſiderari, ſcilicet, tractatus antequã ad huiuſmodi
aliena-

alienationes, aut alienationum approbationes do-
u niatur, cap. cum Apoſtolica, cap. tuam de his quę
fiun. à præl. &c. Alex. conſ. 17. n. 5. lib. 4. Surd. de-
8 ciſ. 231. ſub num. 21. † Vbi quando cauſæ cogni-
9 tio interfuiſſe non potuit, † & per ea, quæ etiã de
decreto præcipitãter interpoſito ſcribuntur, vt apud
Farren. caut. vltima, num. 8. & ſeqq. Crauet. con-
ſil. 153. Vbi eſſe nullum, & deciſ. noſtra Luc. 46.
per tot.
10 † Item, commiſſarij reſcriptum commiſſiona-
le exceſſerunt, nam in eo continetur, quod cõceſ-
ſio fiat cum clauſula pro ſe maſculis, & deſcenden-
tibus legitimis, & naturalibus, ipſi verò dixerunt
pro ſe maſculis, & deſcendentibus, in perpetuũ;
item ſecundum reſcriptum pro intratura fieri de-
bebat depoſitio duc. 300. in æde Sacra, aut apud ali
quam perſonam idoneam, & fidedignam, vt con-
uerterentur quantò citius in emptionem aliorum
bonorum immobilium, & cæt. vt in reſcripto; Ipſi
Commiſſarij nihil horum exequuti ſunt, ſed per-
miſerunt, eoſdem duc. 300. remanere penes ipſum
Dominum emphyteotam cũ ſolutione intereſ-
11 ſe ad rationem decẽ pro ſingulo cẽtenario, † qua-
re cum non fuerit ſeruata forma mandati, ſeu re-
ſcripti omnia ſunt nulla, & vitioſa, & ipſi ſine iu-
riſdictione proceſſerunt c. Venerabili, de offic. de-
legat. cap. Piſanis, & ibi Ant. de Butr. in 7. not. de
reſtit. ſpoliat. Dec. conſ. 603. n. 10. Natt. conſ. 430.
12 num. 18. † nec potuerunt dictam formam muta-
re, cum eſſent nudi miniſtri limitatam habentes
iuriſdictionem, Rot. diuerſ. deciſ. 644. numero 2.
part. 3. & cum adiectio verbi in perpetuum fieri
non potuiſſet ſtante prohibitione, vt in dictis
ſtatutis.

Vlterius animaduertebatur, quod ad demon-
ſtrandum coram DD. Cõmiſſarijs, quod hęc con-
ceſſio tendebat in euidẽtem vtilitatem Prioratus,
& Sacræ Religionis fuerunt multa capitulata, in-
ter cætera, quod dando pro intratura dd. duc. 300.
id erat in euidentem vtilitatem ceſſurum, & idem
ſi finita fuiſſet lis cum communitate Chianni, quę
proprijs expenſis finienda proponebatur; & pro-
mittebatur, & idem quatenus, ſi fiebat dicta con-
ceſſio, quod tempore deuolutionis, ſeu reuerſio-
nis bonorum ad Prioratum bona erunt valde me-
liorata cum redditu ſingulis annis ducatorum 200
vbi nunc reddunt tantum ſexaginta, vel ſeptua-
ginta.

Horum autem nullum obſeruatum dicebatur,
nam dicti ducat. 300. non fuerunt depoſiti, vt di-
ctum eſt; lis cum dicta communitate non fuit pro
ſequuta, & etiam admittebant partes; ex viſita-
tione, & oculati inſpectione dictorum bonorum
non ſatis apparebat, quod hodie tanti redditus eſ-
13 ſent, prout fuit capitulatum, † vnde intraret pri-
uatio ipſius emphytheoſis, ob pacta non ſeruata,
Corbul. de iur. emphyt. tit. de emphyt. priuat. ob
inobſ. pact. Redoan. de rebus eccleſiæ non alienan.
tit. eodem num. 11. 12. Alexand. dicto conſil. 17.
ſub numero 10. lib. 4. vbi ait, locationem in totum
vitiari, quia poteſt Eccleſia dicere, quod conceſſiſ-
ſet, neque locaſſet dicta bona, niſi cum illis pactis,
14 † & eſt generale in omnibus, vt quando pacta
tendunt ad cauſam finalem contractus, liceat à
contractu recedere, ad not. in l. cum te. C. de pact.
inter empt. & c. Crau. conſ. 192. num. 22. conſ. 246.
num. 2. & conſil. 299. num. 1. Becc. conſil. 45. nu. 1.
29. & ſeqq.
15 † Qualia ſunt iſta tendentia ad corroborandam
euidentiam vtilitatis, ſine qua alioqui non fuiſ-
ſet ad contractum procedẽdum, Didac. variarum
reſol. lib. 2. cap. 17. num. 2. 3. Rebuff. in compend.
rer. eccleſ. num. 97. in fin. Rot. diuer. par. 2. deciſ.
65. num. 17.

Obſeruantiæ autem pactorum, pręſumptio ex
16 curſu longi temporis non intrabat, † quia pacta
ſunt pars contractus ſubſtantialis, Alexan. d. con-
17 ſil. 17. ſub num. 10. lib. 4. † non poteſt autem præ-
ſumi obſeruantia ſubſtantialium, ſed eſt probanda
Surd. deciſ. 231. num. 8. Gram. deciſ. 79. num. 14.
Natt. conſ. 162. ſub num. 24. Oſaſc. deciſ. 173. nu-
mero 3. 4. Vltra quod dictum tempus non apparet
continuatum, imo verò, & per dictam litem anni
1549. & per modernam multis hinc annis inchoa
tam, (ſcilicet vſque de anno 1592.) apparet fuiſſe
ſæpius interruptum.

Teſtes autẽ aliàs examinati ſub 28. Martij 1549.
nihil de dicta lite cum dicta communitate Chian-
ni depoſuerunt, nec quod tunc redditus fuiſſet re-
dactus ad dd. duc. 200. & licet de alijs quibuſdam
18 concernentibus melioramenta depoſuerint, † ta-
men depoſuerunt quoque, quod in dictis meliora-
mentis faciendis vtebantur lapidibus ſtipitibus li-
gnaminibus, calce, & fornacibus, & alijs id genus,
quæ in ipſomet loco fiebant, & de viſceribus ip-
ſius loci exhauriebantur, vnde non videbatur ſuf-
ficienter probatum, quod talia melioramenta fa-
cta fuerint de precio, ſeu pecunia capitulata, &
promiſſa ad l. neque natales. Cod. de probat. præ-
19 ſertim, † cum materia probationum ſit tota ſup-
poſita Iudicis arbitrio, Menoch. præſ. 132. nu-
mero 60. lib. 3. Maſcar. de probat. concl. 1316. nu-
mero 47. Surd. deciſ. 231. in fin. nec potuerimus
nos in tali incertitudine in hanc partem tuto in-
clinare.
20 † Vltrà quod opponebatur, dictas atteſtationes
non fuiſſe in forma probanti, quod non appareret
de publicatione, nec de matrice, nec de ſolutione
taxæ ordinariæ, ad Pariſ. conſil. 87. num. 46. & 47.
libro 3. & quod in alio iudicio, & inter alias per-
ſonas in iſto fidem non facerent, Felyn. poſt Bal-
dus, & alios in capit. cauſam quæ numero 2. de
teſtibus.

Ad aſſertionem verò D. d. Prioris, & Tornabo-
ni factam in inſtrumento anni 1563. die 17. Maij,
quod re vera fuerint adimpleta prædicta pacta,
21 † reſpondebatur, confeſſionem Prælati ſpontaneã
non nocere, Verall. deciſ. 185. par. 1. Redoan. de
rebus eccleſ. non alien. Rub. 19. num. 69. & ſeq. &
Rub. 22. num. 39.
22 † Maximè, quia de contrario conſtabat ex depo
ſito non facto, & de lite cum Communitate non

proſequutæ, vt ſupra dictum eſt, ad Iaſ. poſt alios in l.error,num.23.& ſeqq. C.de iur.& fact.ignor. Bapt.Ferr.conſ.101.num.20.Rot.deciſ.83.in fin. par.1.in nouiſs.

Non intrabat autē præſumptio conſenſus Magni Magiſtri, quia de ea nulla vnquam fuit facta mentio, imò præſuppoſita continuè fuit licentia Apoſtolica tantum, vt patet ex ſerie, & inſtrumen
23 torum, & actorum, † quo caſu, cum non fuerit expreſſim enunciata in actu nunquam præſumitur ſolemnitas ex curſu temporis interfuiſſe, Ruin. conſ.154.num.12.in fin.lib.5. Ferret. conſil.248. num.21.Menoch.pręſ.132.numero 95.lib.3.Rot. diuer. deciſ.84. in fin. par.1. Surd. deciſ.231.numero 21. cum concordan. & conſ.28. num.113. Hond.conſ.82.num.27.28.lib.1.

24 † Et hiſce omnibus accedebat, quod cum alienatio iſta fuerit facta fratri germano ipſius Prioris alienantis, non careret fraudis ſuſpicione, & potius in vtilitatem conſanguineorum, quam Sacræ Religionis facta præſumeretur, ex quo iunctis pręmiſſis appareret de damno, tantum abeſt, vt de
25 vtilitate dictæ Sacræ Religionis, † & tamen quando etiam aliquid dubitationis ſupereſſet, in dubio contractus non valeret, vt iſta in puncto decidit
26 Rot.diuerſ. deciſ.65.num.18.& 19.par.2. † aut ſanè reſtitutio in integrum intraret, ad Alexand. conſ.17.num.17.lib.4. & inf.deciſ.Bonon.nu.11. quæ fuit petita, & ex ipſomet reſcripto Papali etiam inſufflata.

27 † Quæ cauſæ ſiuè nullitatis, ſiue receſſus, ſiue reſtitutionis in integrum abundè magis, quam ex neceſſitate cumulatæ, etiam fructus ſecum trahebant, ad quorum propterea reſtitutionem, ſeu eorum valorem meritò partem ſuccumbentem condemnauimus, ad Rolan. conſ.57.nu.16. volum.3. Oſaſc.deciſ.160. num.12.cum ſeq. Didac.var.reſol. lib.1.cap.3. in princ. Theſ.deciſ.19.num.4.

Abſoluimus autem D. Tornaboni à petitione terræ in l.d. al Vergaiolo, quia non conſtaret nobis
28 de origine acquiſitionis, ſeu conceſſionis, † vnde præſumuntur omnia ſolemniter acta, Sol. in antiq. Sab.decr.tit.de iure emphyt. decreto Rempub. par.2.gloſ.7. ſub num.13. Surd.deciſ.231.nu.29. per tot. & ſic eam legitimè ab ipſo poſſideri.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Hypotheca competit pro legatis, num.1.
Pro legatis bona Teſtatoris ſunt obligata, num.2.
Hypotheca pro legato dotis eſt pinguior, num.3.
Legatum dotis relatum ad tempus matrimonij continet hypothecam, & præfertur in concurſu, num.4.
Et ſuſtinetur vti legatum dotis, num.5.
Ante matrimonium non competit pro legato dotis actio ad fructus, num.6.
Iudex non condemnat ad fructus non petitos, nec venientes ex iure actionis, num.7.
Fructus iure actionis venire, vel non quando dicantur, num. 8. 9.
Stante ſtatuto obligante ad dotandum mulier habet bona defuncti obligata à die mortis, reiecta opinione Afflict. & Gram. num.10.27.
Creditor poteſt vtiliter agere contra debitorem debitoris ſui ſub eod.
Debitoris iura vtiliter competunt creditori, num.11.
Natura ſubrogationis eſt, vt idem ius ſit in ſubrogato, num.12.
Qui in perſonali eſt anterior ſine hypotheca, non præfertur poſteriori habenti hypothecam, num.13.
Congruitas dotis inſpicitur habita ratione temporis dotationis, num.14.
Aromatarius præfertur cæteris creditoribus etiam anterioribus defuncti, num.15.
Vbi bona ſufficiunt pro omnibus, parum refert, an quis ſit anterior, vel poſterior, num.16.
De fideicommiſſis poſſunt detrahi dotes, num.17.
Creditor anterior præfertur, num.18.
Fructus veniunt in hypothecaria, tanquam acceſſoria, num. 19.
Hypotheca ratione temporis retrotrahitur, num.20.
Fructus ad rationem quinque pro centenario ſolent taxari, num.21.
Pro dote vſuræ ſunt debitæ, num.22.
Qui non ſoluit infra tempus conuentum tenetur, etiam pro tempore dato ad ſoluendum, num.23.
Dies certa interpellat pro homine, num.24.
Tempus appoſitum in contractu efficacius conſtituit in mora, quam interpellatio, num.25.
Anterior habens ſcripturam priuatam non trino teſte notatam non præfertur alijs habentibus hypothecam ex inſtrumento, num.26.
Vox, de bonis, an importet hypothecam, n.28. per tot.

D E C I S I O XXII.

IN hac cauſa concurſus creditorum collocata fuit in primo loco D. Virginia actrix pro legato ſcut.mille, quia de eo conſtabat per teſtamentum aututum ſub 1580. 1. Decēbris, quo nullum eſt an-
1 terius, † cōpetere autem hypothecam pro legatis
2 eſt in l.1.C.com.de legat. † omniaq; bona teſtatoris eſſe obligata tradunt ibi oēs Doct. Surd. conſil.
3 191.n.1.& 2. † Imo pinguior eſt hęc hypotheca hic, vbi agitur de legato dotis, nam cōplectitur hypothecā ordinariam, & etiam hypothecam pro legatis ſpecialiter cōpetentem, idem Surd. conſil.209. n.10.l.vnic.§.& vt plenius, C.de rei vxor.act. cum
4 concord.vt per eū. † Tametſi legatum cōtineret tacitā conditionem ob relationem ad tempus matrimonij, nā nihilominus competere hypothecam, & præferendū legatarium in concurſu, ait Caſtr.cōſ.
5 110.ſub n.1.& conſ.322.ſub n.3.ad fin.lib.1. † & ſuſtineri, vti legatū dotis ad Surd.in fortioribus con-
6 ſil.459.n.13.14. † de fructibus autē nullam rationē habuit, quia ante matrim. non cōpetebat actio perſonalis, & conſequenter, nec hypothecaria pro fructib. & per alia iura de quibus apud Surd.dec.274. n.4.& ſeqq.& per tot.& de fructibus poſt matrim.
7 nō fuit quicquam à parte petitū, † Iudex autē non imperitur officium ſuum non petentis, nec poteſt

condem-

condemnare ad fructus non petitos, præſertim
quando non veniunt ex natura actionis intentatæ
l.partium, ff. de vſur.l.item ſciendum. de edilit.edi
ctio.Innoc.in cap.grauis in princ. de reſtit.ſpoliat.
& num.a.& ad Surd.conſ.293.num.2. & ſeqq. &
num.15. & 17. Hic iure actionis non ſpectant,
quia in teſtamento nihil actum eſt de fructuum re
8 ſtitutione à tempore legati non ſoluti, † quo verè
caſu dicerentur fructus iure actionis competere,
9 ad Surd.deciſ.240. ſub num.15. † nec aliàs ſumus
in rei vendicatione, aut alia ſimili, vbi ex natura
actionis fructus continentur, iuxta not. ab eodem
Surd.ibid.num.18. & ſeqq. l.& ex diuerſò, §.1. &
ibi Bart. ff. de rei vindic. d.cap.grauis, & ibi Abb.
de reſtit.ſpol.

Item, collocata fuit in primo loco eadem D.Vir
ginia pro dote florenorum mille, vt in ſententia,
non quod re vera, & effectu eſſet anterior, quam
D.Eliſabeth, de qua mox dicemus, ſed quia ipſa
D.Virginia habuit hypothecā ſtatim ſequuta mor
te D.Virginię auiæ matris in bonis, ſeu dotibus,
aut iuribus dotalibus eiuſdem ſibi obligatis, iam
tum pro hoc onere dotationis ſtante ſtatuto Flo-
rentino, obligante ſucceſſorem maſculum ad eas
10 dotandas, lib 2. Rub.130. † vt quicquid dixerit
Afflict.deciſ.162. Gramar.deciſ.90. ita pluries fuit
reſolutum apud nos, in terminis huius ſtatuti, &
fuerunt exhibita plura motiua, quorum vnum ad
calcem huius deciſ.ſubijcere viſum fuit, quare nō
dubium, quin in iuribus maternis ipſa habeat po-
tiora iura ob aliam rationem, nempè cum fuerit
creditrix, iam tum, & quidem cum hypotheca prę
fata Franciſci fratris ſui ſucceſſoris d.dotis, quia
potuit vtiliter agere aduerſus debitorem eiuſdem
11 creditoris, † debitoris enim iura vtiliter compe-
tunt creditori l.nomen, C. quę res pign. obl.poſſ.
vbi Bart. & alij Soccin.Iun. conſil.158. num.30.
lib.2. Caſtr.conſ.198.num.2.lib.1. Alexand.con-
ſil.47.num.9.lib.3. Neguſ.in 3.mem.2.par. de pi-
gnor.num.24.Surd.conſ.4.num.22.23. Franc.de-
ciſ.75.num.8. quare dum inuenit D.Virginia hoc
creditum ſui fratris in hæreditate, & bonis horum
de Viualdis conſequens eſt, vt quemadmodum ip-
ſemet Franciſcus frater potior eſſet in eo exigen-
do, quia dotes iſtæ alia credita antecedunt, ita &
eodem iure cenſeri debeat dicta Domina Virgi-
12 nia creditrix eiuſdem per ſupradicta, † & ex na-
tura ſubrogationis ad l.ſoler, ff. de iuriſdict.omn.
Iudic.Natt.conſil.464.num.2.Surd.deciſ.346.nu-
mero 27.28. item, quia nullis alijs hypothecaria
13 competit in hoc credito iuris, † vnde quicquid
quiſquam reperiretur anterior in perſonali hoc nō
ſufficit, vbi non habet hypothecam, Surd.deciſ.
56.num.6. deciſ.310.num.5.

Taxata fuit dos ad ſcut. mille, quia conſidera-
tum fuit in dote materna eſſe ſcutus 2000. & ſat
eſſe ſi congrua dos aſſignaretur, etiam legitimam
ipſam excedendo, habita ratione temporis dota-
tionis ex arbitrio in ſimilibus Iudici dato, Menoc.
de arbitr.caſ.149.numero 34.& ſeqq. Theſſaur.
deciſione 192. numero 3. Barz. deciſ. Bononien.
127. & ſequent. Burſatt. conſ.132. numero 3.

Non etiam, vt tota dos abſorberetur ad præiu-
dicium ipſius fratris ſucceſſoris, cui abſorbendo
totam dotem nil remanſiſſet, ſeu etiam ad præ-
iudicium aliorum creditorum concurrentium,
14 vt infra patebit, † congruitatem enim dotis in-
ſpici habita ratione temporis dotationis, dicit Pe-
regrin. de fideicommiſſ. artic.41. num.40. Surd.
conſ.148. num.5. quo tempore bona non adſunt
ſaltem libera, & disbrigata; Item habita fuit ra-
tio legati ſupraſcripti quoad dotem faciendam,
adiuncto quòd erunt nihilominus 2000. in dote,
& ad hæc eum demum reſtringerentur prætenſio
nes Domine Virginiæ, ideo de alijs nihil determi-
nauimus.

15 Poſitus fuit in ſecundo loco † Aromatarius,
quia is præfertur omnibus creditoribus anterio-
ribus, etiam habentibus expreſſam hypothecam,
vt latè per Surd. deciſ.112. numero 3. & per tot.
deciſ.255. etiam per tot. nec dicatur, quod per
16 hoc debebat præferri etiam dictæ doti, † nam
primo conſideratum fuit, parum referre, An hoc,
vel illud præferretur, cum dos, ſuper qua vtrun-
que capiendum eſt, ſufficit latè pro ambobus, ad
l.1. §. item ſciendum ibi, ſi cum eſſent bona ido-
nea hæredis, & tot. tit. de ſeparat. deinde etiam
fuit conſideratum, bona ab initio fuiſſe in duplici
differentia, quorundam, quæ iure ſucceſſionis ſpe-
ctant ad fratrem, & aliorum quæ ad conſtituen-
dam dotem neceſſaria fuiſſent, hæc ſalua mulieri
tanquam nulli alij, quam ipſi obligata ex ſtatuto
ſemper manſerunt, & nullum ius in huiuſmodi
habent creditores eiuſdem fratris, in reliquis ha-
bent, quia, vt ipſe fecit debita ita, & eius bona ſup-
poſita ſunt hypothecæ, non alia non ſua, inter hos
creditores autem fratris in bonis eiuſdem præferē
dus primo ſe obtulit Aromatarius per prædicta.

Sequitur D.eques Ventura, nam licet is eſſet an
terior tempore, tamen funeraria ex priuilegio prę
ceſſit, Cęterum vtraq; & funeris, & huius crediti
cauſa cęteris ſequentib. prælata fuit eo fundamen
to, quod iſti eſſent creditores ipſius Franciſci, in
cuius bonis, & hæreditate adeſſet creditum dotis,
cuius ratione eſſent cæteris præferendi, non quaſi
anteriores in iure, vel hypotheca, ſed quaſi haben-
tes facultatem vtiliter agendi aduerſus debitorem
debitoris, vti ſupra dicebamus ſub nu.10.11. quo
iure carent infraſcripti creditores, cum nō ſint cre
ditores Franciſci, maximè cum repudiauerit hære
ditatem patris, quare licet iura dotalia ſint pro om
nibus ſuffectura, tamen quando etiam non ſuffice
rent, ipſe maneret poſterior ſaltem poſt D.Eliſa-
beth, vt mox patebit, & ideo declarationem ſubie-
cimus, vt in ſententia, quod pro ea parte intelligi-
tur poſt D.Eliſabeth.

Quoad D. Eliſabeth non eſt dubium quin ipſa
eſſet anterior tam in dote, quā in funere, & credi-
to ſupradictis, tamen præfatos prætulimus quare-
nus ferre poterunt iura dotalia D.Virginiæ iunio-
ris, circa quæ nullū habet ius D.Eliſabeth, cū non
ſit creditrix q.Franciſci, vt alij ſupradicti, manet

tamen anterior omnibus ſupradictis creditis, le-
gat › excepto, quatenus erit in bonis, ſeu aui, ſeu fi-
liorum eiuſdem, ſeu ea ſint libera, ſeu ſint fideicõ-
miſſo ſubiecta, nam, & ſi demus eſſe ſubiecta fidei-
17 commiſſo, † clarum eſt, quod de eis poſſunt detra-
hi dotes, iuxta auth, res, quæ. C. commun. de legat.
18 ita ex duplici capite venit præferenda, † & quia re
vera anterior alijs, cap. qui prior, de reg. iur. in 6. &
quia pro ſuis dotibus habuit hypothecam ab ini-
tio, quando ſibi fuerunt conſtitutæ in ipſis bonis fi-
deicommiſſarijs, quæ habere non poterant alij cre-
ditores cum eis obligare non potuiſſent, & cum do
19 te etiam in fructibus, quia fuit petitum, † & quia
hi veniunt tanquam acceſſoria Surd. deciſ. 240. nu-
20 me. 16. † Vbi quod hypotheca etiam ratione tem-
poris retrotrahatur, & dec. 341. nu. 16. & quidem
21 ad rationē quinq; pro quolibet centenario, † quia
ita ſolitum eſt iudicari in hac Rota, vt aliàs in cau-
ſa Pecholini, & del Nero ſub 19. Martij 1610. in
alia Florent. noſt. 39. num. 3. ex Borgn. deciſ. contr.
35. num. 24. 28. dec, 28. in add. num. 9. Surd. con-
22 ſil. 151. num. 6. Afflict. deciſ. 284. in fin. † & pro do
te eſſe debitas vſuras, Surd. conſ. 459. nu. 4. & ſeqq.
23 & adde, num. 12. † vbi qui non ſoluit ad tempus
conuentum, tenetur etiam pro eo tempore dato ad
ſoluendum.

Dixi à die quo ſolutio erat facienda, quia conuē-
tum quidem apparet in ſcripta, quod ſolutio partis
precij fieri deberet poſt ſex menſes à die, quo erit
conſumatum matrimonium, quando autem fuerit
conſumatum matrimonium non conſtabat, dies ta
men ad ſoluendum erat certa, quia poſt ſex mēſes,
& fideiuſſor promiſit ſoluere non factis ſolutioni-
bus temporibus præfinitis, quare liquidatio erit cir
ca diem matrimonij conſumati, non circa diem ſo
lutioni deſtinatum, qui certus eſt in ſe, & ideo ab
eo die cęperunt currere vſuræ abſque alia interpel-
24 latione, & ab eo die erit facienda liquidatio, † quia
dies certa interpellat pro homine l. magnam, C. de
contrah. & comm. ſtipul. vbi DD. Cagnol. in l. in,
omnibus obligationibus, num. 8. ff. de reg. iur. Rot.
Ianuen. deciſ. 139. num. 1. deciſ. 144. num. 2. & in
25 term. Surd. d. conſ. 459. ſub num. 7. & nu. 12. † vbi,
etiam tempus appoſitum in contractu eſſe effica-
cius ad conſtituendum in mora, quam ſit expreſſa
interpellatio hominis, hic vlterius aderat conuētio
de ponendo pecuniam in Monte ad intereſſe, qua-
re non videbatur poſſe dubitari, quin omnino debi
tum foret poſt ſextum menſem à conſumato Ma-
trimonio.

Cæterorum creditorum iura iuſtificat ipſamet
ſententia, quandoquidem tempus ſingulorū, quot
fuere, in ea conſcripſi; ſola difficultas remanſiſſe vi-
detur quoad vltimo loco poſitum, qui tamen appa
ret tempore aliquibus alijs prior, ſed non fuit facta
fides de credito, niſi per ſcripturam priuatam non teſ
26 no teſte notatam, † quare minimè licuit in præiu-
dicium aliorum huiuſce anterioritatis rationē ha-
bere, ad l. ſcripturas, C. qui pot. in pignor. hab. vt in
term. etiam creditorum locis ſuis collocandorum,
Surd. conſ. 547. num. 7. & ſeqq. & alias tenuerunt
DD. tres me referente in vna Marrucci cōtra Ma-
lauolti ſub 14. Auguſti 1612. in concurſu credito-
rum, & in motiuo alia neceſſaria citantur, cum de
alijs creditoribus Iudicatum non fuerit, quia acta
non attulerunt, & ex his. Laus Deo.

*Sequitur autem Motiuum citatum ſup. ſub num. 10.
ex lib. Mot. 45. car. 514.*

Die 21. Decembris 1577.

27 † Diximus pro prædictis bona eſſe hypotheca-
ta, quia quãuis Afflict. in deciſ. 162. Pater reliquit,
quem ſequitur Grama. in deciſ. 90. dicat conſiliū
Neapolit. tenuiſſe, quod pro huiuſmodi dotatione
facienda non cenſeantur bona patris hypothecata,
& contra tertium poſſeſſorem eos agere non poſ-
28 ſe, volentes illa † verba, de bonis, non inducere
onus rebus ipſis, ſed importare demonſtrationem,
vnde debet ſolui l. quidam teſtam. ff. de leg. 1. l. Lu-
cius, ff. de alim. Bal. not. in Rub. C. de vſufr. num. 3.
Attamen in Rota Florentina aliter fuit ſæpius iudi
catum, quod importent hypothecam, vt patet in
Mot. anni 1573. die 12. Maij, & in alijs, & quidē
rationabilius, iuſtius, atque tutius, quoniam alio-
qui eſſet aperta via hæredibus patris deludendi fi-
lias alienando, & diſſipando bona paterna, ante-
quam eſſent nubiles, quod non ferendum eſt iux-
ta vulg.

Nec obſtat text. in d. l. quidam, & in d. l. Lucius
& ſimilia, quia illa dictio, de, quamuis aliquando
ſtet demonſtratiuè loci, vnde quid eſſet præſtandū
ſecundum prædicta, vt cum ſe obligat ad ſoluen-
dum vinum, oleum, ſeu triticum de certo loco, in
quo caſu non poteſt conſiderari, niſi demonſtratio
nis gratia ſtare illam dictionem, de, & ideo actio
perſonalis pro præſtandis rebus loci demonſtrati,
& nō vlla actio realis, ſeu hypotheca ſolum datur
attamen dicta dictio, de, importa etiam hypothe-
cam, & inducit onus ſuper ipſis bonis l. 2. vbi Bart.
not. & in l. Lucius, not. gloſ & Bar. ff. de alim. legat.
& in l. cum hi, §. ſi vni in fin. ff. de tranſact. vbi Iaſ.
dicit, omnes ſic tenere Bald. in d. l. fin. num. 17. C.
dot. prom. Specul. in tit. de locat. §, nunc aliqua, nu-
mero 102. qui debuit allegari in verſ. 86. num. 109.
gloſ. & tex. in c. niſi eſſent extra de præb. prout alle
gantur in dd. Motiuis.

S V M M A R I A.

Pacta ſunt ſeruanda, num. 1.
Nec licet pœnitere, num. 2.
*In contractibus non tractatus, ſed quod demum concludi-
tur, attendendum eſt, num. 3.*
*Qualitas ſuppoſita præſupponit rei præexiſtentiam, nu-
mero 4.*
*Obſeruantia ſubſequuta confirmat fidem inſtrumenti,
ſub eod.*
*Inſtrumenta per ſententiam, & obſeruantiam tranſeunt
in perpetuam fidem, num. 5.*
*Scriptura priuata venit etiam appellatione inſtrumen-
ti, num. 6.*

Tacitur-

Digitized by Google

Taciturnitas, & acquieſcentia in Iudicio operatur, quod dari poſſit fides inſtrumento falſi procuratoris, numero 7.
Et quod ſtetur ſcripturis priuatis, teſtibus, proteſtationibus, num. 8.
Teſtis contra inducentem plenam fidem facit, num. 9.
Defectus conditionis nihil operatur, quando fuit appoſita pena, aut conuentum de ſoluendo, quid ſi conditio non impleatur, num. 10.
Non adimplens poteſt cogi ad implendum, num. 11.
Nec poteſt non adimpleus contractus nullitatem allegare ex defectu implementi, ſub eod.
Qui infra tempus debet conſentire, & non conſentit, non poteſt ex defectu conſenſus nullitatem contractus allegare, num. 12.
Dilatio ad ſoluendum eſt fauore debitoris, num. 13.
Creditor tamen poteſt ea elapſa agere ad ſolutionem, numero 14.
Verba generalia omnia complectuntur, num. 15.
In claris non eſt opus coniecturis, num. 16.
Nec friuolæ interpretationes reddunt rem dubiam, numero 17.
Standum eſt expreſſis, num. 18.
Etiam in odioſis, num. 19.
Multo magis in vallatis iuramento ſub eod. & numero 20.
Non eſt veriſimile, quod contrahentes voluerint contractum ex arbitrio vnius eorum pendere, num. 20.
Et reijcitur diſpoſitio per quam contractus claudicaret, num. 21.
Dictio, Pur che, *latinè, dum tamen, importat conditionem, num. 22.*
Verba, & non altrimenti, nè in altro modo, *conditionem inducunt, num. 23.*
Gabella non ſoluitur pro contractu cuius ſubſiſtentia, aut non ſubſiſtentia pendet ex caſu, & de voce, in caſu, num. 24.
Aut ex euentu, num. 26.
De futuris contingentibus non eſt determinata veritas, num. 25.
Ceſſante ratione legis ceſſat ipſius diſpoſitio, num. 27.
Non intrat exceptio rei iudicatæ, quando principaliter non fuit de aliquo articulo cognitum, num. 28.
Non obſtat exceptio rei Iudicatæ inter duos, qui obtinue runt contra tertium, num. 29.
Iudex, nec Princeps poteſt tollere conuentiones, numero 30.
Verba ſententiæ ſunt impropriunda, ne iniuſtitia commiſſa per eam dicatur, num. 31.
Omnis interpretatio facienda eſt, per quam ſententia ſuſtineatur, num. 32.
Verborum, di niſſun valore, *interpretatio multiplex affertur, num. 33. & ſeqq.*
Inualiditas vna eſt intrinſeca, quãdo in ſui origine actus eſt nullus eod.
Vel quia reſoluatur ex defectu conditionis, num. 34.
Vel ſi ex alia cauſa reſcindatur, rumpatur vè, num. 35.
Voces, però, & in conſequenza, *ſtant cauſaliter, vel il latinè, num. 36.*
Ita quod conſequentia ex antecedenti demonſtretur, numero 37.
Qui abſoluit indicat, num. 38.
Meus legis offendi non debet, verba, ſalua mente, licet offendere, num. 39.
Iuſta cauſa litigandi non excuſat à damnis, & expenſis conuentis, num. 40.

DECISIO XXIII.

Poterat D. Ludouicus agere ad quarumdam terrarum caducitatem aduerſus Hieronymũ Raddam ob non factas ſuis temporibus ſolutiones, nolebat tamen agere, niſi alio prius, quia ad offictum caperet, comperto: Fit conuentio inter ipſum, D. Ludouicum delle Colombe, & D. Curſũ delle Colombe fratrem, in qua facta prius mentione de dicta occaſione caducitatis, ipſe D. Ludouicus vendidit dictas terras d. D. Curſo fratri ſub variis conditionibus, vt in ſcripta priuata ab ipſis, & teſtibus ſubſcripta, & iuramento corroborata ſub 30. Octobris 1610. Inter quas cõditiones vna erat infraſcripta, quod D. Curſus debeat intra menſem ſolidare compura cum dicto D. Ludouico, aliàs ſol uere florenos quinquaginta, & ſubſcribere inuentarium quoddam, nec aliter, nec alio modo, addũt, & verba ſequentia. *Et nel caſo della vendita ſi faccia vn lodo fra di loro per fuggir le gabelle, & caſo bi ſognaſſi ricorrere in giudicio, & produrre la præſente ſcritta, precedente prima vn proteſto di otto giorni, chi maucherà da loro ſia tenuto à tutte le gabelle, & pene ſpeſe, & condemuationi, che per tal conto ſeguiſſero, con poter eſſer sforzato à mantener le dette conditioni, & alla pena del danno, & coſi conuengono inuiolabilmente, e ſenza eccettione alcuna.*

Sic D. Ludouicus egit ad caducitatem contra D. Raddam, & obtinuit ſententiam declaratoriam caducitatis incurſæ ſub 4. Decembris 1610. & ſub 9. eiuſdem proteſtatus fuit d. D. Curſo, qui proteſtationi reſpondit, ſe non teneri ad obſeruantiam dictæ conuentionis ex defectu implementi conditionum in ea ſcripta contentarum; Vnde D. Ludouicus ſub 4. Ianuarij ſequentis præſentauit dictam ſcriptam in gabella, & eam ſoluit præſente D. Curſo, & opponente, quod dicta ſcripta non fuiſſet gabellata intra menſem à die, quo fuit facta, ideo eſſe nullius valoris, & ipſum non teneri ad eius obſeruantiam.

Ad hæc replicante D. Ludouico, ſcriptam fuiſſe conditionatam, & non perfectam ab initio, quia erat expectanda ſententia declaratoria caducitatis, & ea ſequuta erat deueniendum ad actum venditionis per laudum, & quod conſignatio facta fuit intra menſem à die latæ ſententiæ caducitatis ſub 4. Decembris ad 4. Ianuarij ſequentis, quo fuit conſignata in gabella, vt mox dictum eſt excellentiſſimus D. Fiſcalis Caballus retulit ſub 31. Ianuarij 1610. in hæc verba.

La ſcritta appariſce conditionata in quelle parole, & tutte queſte conditioni, che in termine d'vn meſe dal dì della preſente ſcritta, &c. Et coſì conuengono, e non in altro modo, nè altrimenti, laqual conditione non è ſtata purificata, come ſi vede dall'effetto, ſendo ſtata celebrata à 30. d'Ottobre 1610. nè eſſendoſi fin, à qui fatta alcuna coſa di quelle, che ſi doueuano fare

ſecondo

*ſecondo la ſcritta, laquale però reſta di neſſuno valo-
re, & in conſequenza non è douuta gabella alcuna, e
coſì è il mio parere*, quæ quidem relatio fuit à mul-
tum Mag. Magiſtratu approbata, & confirmata.
Vnde d. D. Ludouicus habito recurſu ad Clariſ-
ſimum Magiſtratum inſtetit contra D. Curſum
pro obſeruantia dictæ ſcriptæ. Excepit D. Curſus
multipliciter. Primo, quod tempore ſcriptæ pre-
cium remanſerat in albo, Secundò, quod ſcripta
fuit ſub conditionibus, quibus non adimpletis eua-
nuit effectus eius; Tertiò, obſtare quod non fuerit
regiſtrata in gabella, & quartò de re iudicata ex
ſententia prædicta gabellę. Et ſecundum hęc in-
ſtructa cauſa fuit remiſſa nobis ad referendum Cla-
riſſimo Magiſtratui.
Viſum eſt referre, benè actum fuiſſe per D. Lu-
1 douicum, ad dictam obſeruantiam, † quia pacta
ſunt ſeruanda l. iurisgentium, §. prætor ait, ff. de
pact. l. 1. §. ſi conuenerit, ff. depoſ. l. in commodato,
2 §. ſicut, ff. commod. † nec eſt licita pęnitentia l. ſi-
cut, C. de act. & obligat. ad Surd. plenè conſil. 38.
num. 6. & ſeqq. porrò, cum hæc ſint clara, ſola diſ-
ficultas remanebat in reſpondendo exceptionibus
D. Curſi, & quidem dicebatur, non obſtare preciũ
fuiſſe in albo, tam quia diſtincta eſt copia ſcriptæ
primò factæ, à ſcripta ipſa, prout deducta fuit in
conuentionem, & in qua tandem inter partes fuit
concordatum de precio declarato per D. Lælium
Strozzium inter dictos fratres mediatorem, & cõ-
3 munem amicum, † nam in contractibus id atten-
ditur, quod demum perficitur non tractatus, l. ſi
voluntate, C. de reſcind. vendit. Bald. in l. multum,
C. ſi quis alteri, vel ſibi, cum alijs citat. per Natt.
conſ. 31. num. 12. quam quia fuit quoad fidem ad-
hibendam ſcriptæ, ſemel ipſa ſcripta approbata ab
ipſamet parte in Iudicio gabellæ, dũ inſtetit, quod
declararetur inualida, ex eo quod non fuit poſita in
gabella intra menſem, & dum demum fuit ſenten-
tiatum, quod ob conditiones nõ impletas eſſet nul-
4 lius valoris, † quæ omnia præſupponunt ſubſtan-
tiam ſeu præexiſtentiam, & fidem, & obſeruantia
ſubſequuta multum confirmat fidem inſtrumenti
ſententiæ, vel ſcripturæ priuatæ, Crau. conſ. 266.
5 ſub num. 9. & conſ. 158. ſub nu. 1. † Vbi quod in-
ſtrumenta per ſententiam, & obſeruantiam tran-
6 ſeunt in perpetuam fidem, † & ſcripta priuata ve-
nit etiam appellatione Inſtrumenti, Afflict. decif.
272. num. 2. Magon. decif. 40. num. 17. 18. & 19.
7 Ruginel. pract. quęſt. cap. 7. per tot. † & ſufficit pro
obſeruantia taciturnitas, ſeu aquieſcentia in Iudi-
cio, in tantum, quod non opponens contra inſtru-
mentum falſum procuratoris, ſed tacens cenſeatur
illud approbare, vt habetur in l. licet, C. de procur.
8 Crau. conſ. 1. ſub num. fin. † & alia plura in termi-
nis tacentis in Iudicio, nec opponentis ſcripturis te-
ſtibus, protoſtationibus, & ſimilibus, quod habea-
tur pro conſentiente, Schrad. in tract. de feud. p. 2.
par. prin. 9. ſect. 13. ſub num. 102. Surd. decif. 199.
num 9. Vbi in term. ſcripturæ priuatæ, & ad inſ.
decif. 60. num. 24. & concurrebat teſtis ipſiuſmet
D. Curſi deponentis, quod ipſe volebat obſeruare,
9 quod fecerat D. Lęlius Strozzius, † qui facit ple-
nam fidem contra producentem, Rom. conſ. 104.
in fin. Soce. conſ. 69. num. 17. lib. 1. Paris. conſ. 50.
num. 60. lib. 1. Rot. Iannen. decif. 13. nu. 15. D. Mo-
rot. Reſp. 16. num. 4. 5.
Ad ſecundam exceptionem, qua dicebatur re-
ſolutam fuiſſe conuentionem ob conditiones non
adimpletas; reſponſum fuit primo loco, primę cõ-
ditionis defectum non annullaſſe conuentionem,
ex quo partes conuenerunt expreſsè, quod non fa-
cta ſolidatione infra menſem ſoluerentur floreni
10 quinquaginta D. Luduuico, † quare defectus ni-
hil operatur, quia loco eius obligatio remanſit in
quinquaginta, ad §. planè inſtit. de inutil. ſtipulat.
Neque defectum ſecundæ conditionis, quia ſi di-
ctus Curſus voluit ſubſcribere inuentarium ad ſe
tranſmiſſum, id eſt, de quo diſputatur, eum ſcilicet
teneri ad ſubſcribendum iuxta conuentionem, cõ-
11 cernit enim fauorem ipſius D. Ludouici, † quare
D. Curſus nõ adimplens poteſt cogi ad adimplen-
dum, ex Doctr. Anchar. conſ. 141. num. 2. & 3. vbi
ſtante concordia inter debitores, & creditores cũ
quibuſdam pactis, quibus non ſeruatis conuentum
erat expreſsè, quod talis concordia eſſet nulla, con-
ſuluit Anchar. quod debitor cuius partes erant ea
pacta adimplere, non poterit contractus nullitatẽ
allegare, quia non ſeruauerit pacta, ſed ſolos credi-
tores poſſe hoc facere, & ad idem Dec. conſ. 232.
ad fin. verſ. non obſtante, & Ioan. de Anan. cõſ. 32.
12 num. 7. & ſeqq. & nu. 70. verſ. circa ſextum, † vbi
quod ſi in contractu conuentum eſt, quod quis in-
fra certum tempus conſentiat aliàs contractus ſit
nullus, is qui non conſentit, & conſentire debebat
non poteſt allegare nullitatem, quia nullitas eſt ad
fauorem, & volente alio, qui ex parte ſua impleuit,
& non ad fauorem deficientis, ex quibus deſtrui-
tur reſponſio partis, quod dicta conditio eſſet ad fa-
13 uorem D. Curſi poſita, † quia licet dilatio data de-
bitori ad ſoluendum ſit ad fauorem debitoris, l. cũ
tempus, ff. de reg. iur. ipſum tamen creditorem re-
14 ſpicit, † qui propterea elapſa demũ dilatione age-
re poteſt l. cedere diem, ff. de verb. ſignif. & dec. no-
ſtra Luc. 55. num. 20.
Sed ponere videbatur omnino falcem ad radicẽ
huius difficultatis conuentio clara, & aperta ad fi-
nem omnium contentorum in dicta ſcripta in ver-
bis poſitis ab initio in ſerie facti, & præſertim in
clauſula, *con potere eſſer sforzato à mantenere le det-
te conditioni, & alla pena del danno, che così conuen-
gono inuiolabilmente, & ſenza eccettione alcuna, &*
ponderando verba, chi mancherà di loro ſia tenuto à
15 *tutte le gabelle*. † De quorum verborum genera-
lium virtute eſt omnes conditiones, & omnia an-
tedicta ſinu ſuo complecti, ad l. 1. ff. de leg. 1. Crau.
conſ. 998. ſub num. 2. ſub verſ. Secundò ad teſti-
monia.
16 † Et cum ſimus in claris non eſt opus coniectu-
ſis, vel ire per ambages l. ille aut ille, §. cum in ver-
bis, de leg. 3. l. continuus, §. cum ita de verb. oblig.
17 Natt. conſ. 404. num. 10. † Vbi nec friuolas inter-
18 pretationes reddere rem dubiam, † & ſtandũ eſt
expreſ-

Digitized by Google

expreſſis Bellam.conſ.10.col.10.in princ. Caputaq.
19 deciſ.28.n.3.par.1. † etiam in odioſis Natt.conſil.
20 257.n.5.6.& præſertim iuramento vallatis, † cum
non ſit veriſimile, quod D. Ludouicus voluerit con
ſultius ſibi cautum fuiſſe cum tot cautelis iuramen
to, & verbis adeo efficacibus, & tamen reliquiſſe,
viam apertam D. Curſo recedendi à conuentione,
ita quod in poteſtate ipſius libera, & in abſoluto e-
iùs arbitrio remanſiſſet vniuerſus contractus, ob-
ſeruantia, & inobſeruantia, vita, & interitus, gene-
ratio, & deſtructio, ad Bald.conſ.18.ſub n.2. Anan.
conſ.43.in prin. Menoch.conſ.98.num.41.lib.1. &
quod idem D. Ludouicus laborauerit contra pro-
pria commoda, cum declaraſſet nolle agere ad ca-
ducitatem, niſi prius inuento aliquo, cui ſtatim re-
mitteret eadem bona ad affictum, vt hoc modo ha-
beret, vnde viuere poſſet nulla arte lucri ſuffultus
humanioribus literis, vt notum eſt, incumbens, re
nuitati redditus dictorum bonorum confiſus ad ele
21 ganter trad. per Crau.conſ.239.ſub n.6. † Vbi reij-
ci diſpoſitionem, vnde omnino nulla vtilitas reſul-
taret, contractus claudicaret, inæqualitas emerge-
ret, & vbi aliàs, quis non fuiſſet contracturus, quæ
huc concurrunt, vltra oblationes pecuniarum fac-
tas per D. Curſum poſt dictam ſcriptam, & confeſ-
ſiones, quod volebat ſeruare conuentionem, inte-
rim tamen bona omnia prædicta retinendo.

Tertia erat exceptio, quod dicta conuentio eſſet
nulla, quia non eſſet regiſtrata in gabella infra men
ſem ſecundum ſtatuta ipſius gabellæ.

Reſponſum fuit, dictam ſcriptam non fuiſſe pu-
ram, ſed conditionalem in illis verbis. *E tutte que-
ſte conditioni, & patti s'intendino promeſſi da ambe le
parti irreuocabilmente, pur che ſenza lite, &c.* Dictio
enim, *purche*, latinè, dumtamen, conditionem im-
portat. Gemin.conſ.96.n.4. verſ. quoad ſecundum;
iunctis alijs verbis, in fin. *Et coſì conuengono, & non*
21 *in altra modo, nè altrimenti.* † Quæ pariter condi-
tionem inducunt Bal. in auth. ingreſſi, n.23. verſ.2.
quæro. C. de Sacroſ. Eccleſ. Felin. in c. quæ in Eccle-
ſiarum, ſub n.85. verſ. ſoluatur tamen. de conſtitut.
Ruin.conſ.181.n.2.lib.1. Bero.conſ.31.ſub nu.6.lib.
3. Oſaſc.deciſ.164.n.13.

Addebatur, quod perfectio conuentionis pende
bat à ſententia caducitatis adhuc proferenda, quæ
poterat, & pro, & contra proferri, ſi enim contra
prolata fuiſſet procul dubio euaneſcebat ſuo marte
24 in neceſſariam conſequentiam conuentio, † quare
minus conuenienter cadere potuit obligatio ad ſo-
lutionem gabellæ, per ea quæ tradunt in terminis
huius vocis, in caſu. Bal.conſ.241.lib.1. Oſaſc.conſ.
71.n.11.12.conſ.44.n.26.& ſub n.47. & in termi-
nis venditionis Theſ.deciſ.235.ſub n.4. verſ. ad 2.
ibi. ſecus verò, quando trahitur ad actum futurum,
25 † de futuris enim contingentibus non eſt determi-
nata veritas. l. ventre. 83. ff. de acq. hæred. & ſtatuta
ipſa ſolum obligant ad gabellam contractuum, ex
quibus transfertur dominium, vt patet ex eorum
26 lectura, † ex alijs autem pendentibus à futuro euē-
tu, putà ex conditione maximè, vt in caſu præſenti
incerta, nec omnino exitura, non ſolui gabellam,

dicit Bar. in l. cum Titio. ad fin. n.4. ff. ad l. Falcid. Ce
phal.conſ.462.nu.26.lib.4. Rimin.iun.conſil.508.
nu.6.lib.5. quos, & alios citat Surd.deciſio.305.nu.
16. & ſeqq.

Nec obſtare videbatur, quod ſaltem debuiſſet
conſignari intra menſem, quia ſtatuta loquuntur
de conuentionibus puris, & non de conditionali-
bus, (præſertim quādo ceſſat ratio fraudis gabellæ,
vt in caſu iſto propter euentum prædictum incer-
tum.) & de ſcriptis gabellabilibus tantum, & non
de alijs, vt patet ex proemio, & verbis diſpoſitiuis
ipſorum ſtatutorum, ſeu legis de materia diſponen
27 tis, † & ceſſante ratione legis ceſſat ipſius diſpoſi-
tio, prout in propoſito dicit Caſtr.conſil.317. ſub
nu.2. verſ. tertia cauſa lib.1. Natt.conſ.338.nu.4.&
ſeqq. & n.8. Crauet.conſ.231.n.8. & ſententia ga-
bellæ tollit omnem difficultatem, per quam decla-
rata eſt dicta ſcripta non gabellabilis.

Ac, vt contraria iuxta ſe poſita magis eluceſcāt,
ita prædicta facilius intelligi poterunt ex caſu poſi-
to ab ipſis fratribus, in quo voluerunt dictam ſcri-
ptam eſſe gabellabilem, nempe quatenus altero re-
nitente obſeruare, alter cogeretur eam in iudicio
producere, ibi, *E caſo biſognaſſe ricorrere in giudicio,
& produrre la preſente ſcritta precedēte prima vn pro
teſto d'otta giorni, chi mancherà di loro ſia tenuto à
tutte le gabelle.*

Et multò magis dato alio caſu ab eiſdem proui-
ſo, vt conuenientibus omnibus ad obſeruantiam,
laudum fieret, per quod, iure etiam ſtatutario per-
mittente, gabella excluſa remaneret, hæc enim vbi
ſcripta eſſe deberet gabellabilis, vel non ſatis lucu-
lenter oſtēdunt, ex quibus dicta tertia exceptio om
nino corruere videretur.

Supereſt quarta, & vltima exceptio ex re iudica-
ta, quia ad hanc (in qua poſitum erat potiſſimum
partis fundamentum) reſponſum fuit, non intrare
ſtatutum allegatum, quia illud vanis intelligēdum
in terminis, in quibus loquitur, nempe, vt res iudi-
cata communis præiudicet etiam alijs, quoad ga-
bellam, de qua in præſentiarum non agitur, ſed agi-
tur de obſeruantia dictæ ſcriptæ, de qua in iudicio
28 Gabellæ actum non erat, † quapropter, non intrat
exceptio rei iudicatæ ad Surd.conſil.189.ſub n.41.
& ſeqq. vbi quod, vt ſententia pariat exceptionem
rei iudicatæ in aliquo articulo neceſſe eſt, quod de
eo fuerit principaliter tractatum, & exactè diſcuſ-
29 ſum; † Item quia dicta ſententia inter ipſos duos
fratres contra officium gabellæ non parit exceptio-
nem rei iudicatæ inter eoſdem met, Bald.conſ.309.
n.23.lib.1. Alb.conſ.38.n.16.lib.1. Menoch.conſil.
252.nu.18.lib.3.conſ.476.nu.9. Burſat.conſil.176
num.5.

Nec obſtat, quod per ſententiam gabellæ dicta
ſcripta fuerit inualida declarata, quia non loquitur
ſimpliciter, ſed addit ob non adimpletas conditio-
nes hactenus, quo caſu non tollitur à radice validi-
tas, quia dictæ conditiones non ſunt reſolutiuę, ſed
ſuſpenſiuæ tantum, quare bene dixit ſententia ha-
ctenus, ideſt ab eo tempore, quo lata fuit eſſe inua-
lidam ob conditiones hactenus non adimpletas;

Cæterum

Cæterum non negat, quin in poſterum poſſit agi ad obſeruantiam, ſeu implementum dictarũ conditionum, vt ſeruſus ſit, de dicta ſcriptanon eſſe ſoluendam gabellam, quia nondum complemẽtum ſuum habuerit, quo caſu interim ſcripta non eſt gabellabilis, verum ſi, vel ex vigore eiuſdem ſcripturæ alter ex fratribus agat ad obſeruantiam, hic caſus non fuit in dicta ſententia comprehenſus, quia nec dum eo tempore aduenerat; cum nullus ex fratribus tunc temporis ad obſeruantiam agere cœpiſſet, cœptum eſt poſtea agi per D. Ludouicum, profectò hic caſus eſt alius ab illo in ſententia comprehenſo, & eſt caſus ſpecificatus in dicta ſcriptura in verbis ab initio ſupra relatis; quare non obſtat dicta ſententia, quia in alijs terminis loquitur, aliàs
30 contineret iniquitatem, † dũ ſcilicet tolleret vim dictæ conuentionis, quæ conſiſtit in eo, vt altero reluctante alter agere poſſit ad illius obſeruantiam, quod non poteſt facere Iudex, ac ne Princeps qui-
31 dem, ad Surd. deciſ. 274. num. 6. & 7. † Quinimò etiam verba ſententiæ impropriãda ſunt ne iniuſtitia dicatur commiſſa, Natta conſ. 112. n. 5. & 6. Menoch. conſ. 110. num. 31. & ſeq. lib. 2. hic verò verba ne quidem impropriantur, ſi fiat vis in illis verbis ſententiæ, ſin qui, vt mox oſtenſum eſt.
32 † Et omnis interpretatio facienda ſit, per quam ſententia ſuſtineatur, vt ait Crauett. in conſil. 522. num. 3. vbi exornat exemplis, eam ſaluando in terminis præciſè in quibus loquitur ad eundem Crauet. in conſ. 186. ſub num. 5. & conſ. 188. ſub numero 2.

Accedat, poſſe defendi, nos non eſſe in caſu legis ſub 18. Septembris 1582. ex qua rei iudicatæ exceptio deducitur; huiuſmodi enim lex declarat, quod ſententia in officio gabellæ lata, etiam inter partes obſeruetur, ibi, *liquali, ſe per quattro faue nere diſciorre anno l'inſtrumento, ò atto nullo, non ſi debba in tal caſo pagar gabella, è pagata ſi debba rendere; e la ſentenza che per detti quattro ſi darà s'oſſerui etiam tra le parti*, qui non eſt caſus noſter, nam in ſententia prædicta legitur, *laqual però reſta di neſſun valo-*
33 *re*, † & verba *di neſſun valore*, multipliciter intelligi poſſunt, vel ex capite inualiditatis intrinſecę ab initio ad l. quod initio, l. quæ ab initio, ff. de reg. iur.
34 cap. vnic. ſub prin. de prohib. feud. alien. per Feder.
34 † vel ex defectu conditionis ad Crau. conſil. 170. num. 8. lib. 1. Rol. conſ. 58. num. 15. lib. 3. Tiraq. ad l. ſi vnquam, verſ. reuertatur, num. 277. C. de reuo-
35 can. donat. † vel ex alia cauſa, ex qua rumpatur, ſeu reſcindatur actus ad titulum de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſt. l. 2. & tot. tit. C. de reſcind. vend. quibus in caſibus reſoluitur actus omninò; in noſtro caſu inualiditas non eſt talis, ſed eſt fundata in capite conditionum nondum impletarum, vt infertur ex vo-
36 ce, † però, & voce, *in conſequenza*, quæ ſtant cauſaliter, & illatiuè, l. & ideo, ff. de leg. præſt. Bart. in l. demonſtratio, §. quod autem, num. 9. ff. de condit. & demonſtr. tit. hic finitur lex, §. his conſequenter,
37 ſeu demonſtratiuè, † ita quod conſequentia ex antecedenti demonſtretur l. 2. in fin. ff. pro donat. l. his conſequenter, ff. famil. hercisc. Balzar. in d. §. his conſequenter. iux. princ. hic finitur lex; cõditiones autem tunc non impletæ effecerunt, quod ſcripta cenſeretur inualida, vt tunc non tamen omnimodo, quia poteſt cogi ad implementum ad ſupra ſub num. 29. lex autem, vt patet ex dictis verbis, afficit, ſeu comprehendit actus omnino nullos, & inualidos, quare verba, vbi non conueniunt, nec diſpoſitio l. 4. §. toties de damn. infect.

Et ita re benè maturata deuentum fuit ad vota pro D. Ludouico, verum ab vno ex Dominis petita dilatione ad mane cantata fuit Palinodia, metu legis 1566. imponentis pœnam ſcutorum decẽ iudicantibus ante factam regiſtrationem ſcripturæ in gabella, quod tamen non obſtabat, quia in præſen-
38 ti caſu erat facta, vt ſupra dictum eſt, † immo ego dictam legem retorquebã in Dominos meos, quia ex eorum abſolutione iudicandi actum non euitarent ad l. nemo, qui condemnare, de reg. iur. & vlterius, quia damnum gabellæ inferrent ex ea abſolutione per quam præcludebatur via omnis aliquid vlterius ex ea conuentione nomine gabellæ conſequendi, quod tamen ius ex mea condẽnatione non expirabat, ſic ipſos (inferebam) verba legis & mẽtem offendere, me verò verba ſalua mente; illud
39 non licebat, † hoc autem licebat ad l. ſcire leges, ff. de legib. & ad Surd. dec. 139. in fin. & dec. 43. numero 8. & 9. vbi quod tametſi verbis vis fiat, nihilominus mentem eſſe ſeruandam, quę eſt procul dubio, ne gabella dãnum indebitè patiatur, quamquam re vera, nec verba, nec mens offenderẽ, quia ſumus extra caſum gabellabilem, in quo loquitur dicta lex, & prætorea ſteterũt in re iudicata ſupradicta, quam tamen non intrare iam erat reſolutum quare ſine cauſa minimè viſum fuit recedere à reſolutis; adiecta condemnatione eiuſdem D. Curſi ad ſolutionem gabellę damnorum, & expenſarum,
40 quia ita conuentum eſt. † Vnde nec iuſta quidem cauſa litigandi excuſare poſſet ab eis gloſ. magna in §. oportet in verb. ſolum, in fin. de Iudic. Surd. deciſ. 142. num. 2. & ſeqq. & dicta deciſ. 274. numero 6. & 7.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

Confeſſio facta in iudicio magis probat, quia ſcriptura ſemper loquitur, & præſumitur magis deliberatè facta, num. 1.

Inducitque ſtipulationem calore Iudicij, num. 2.

Verba in iudicio importent ſtipulationem, quæ extra pactum nudum ſolum operarentur, num. 3.

Et idem de pollicitatione facta in Iudicio, num. 4.

Etiam parte abſente, quia Iudex intelligitur pro ea acceptaſſe, num. 5.

Multò magis parte præſente acceptante, & vtente, numero 6.

Lite pendente ſuperueniens implementum prodeſt, numero 7.

Oblatio lite pendente prodeſt, num. 8. 9.

Vbi ſtatutum loquitur indeterminatè reſpectu temporis, poteſt quandocunque impleri, &c. num. 10.

Vel

vel vſque ad tempus præfixum, num. 14.
Dominus rei ſubiectæ iuri congrui pluribus circumuicinis poteſt, cui vult gratificari, ſeu cedere, nu. 11.12.
Nec tenetur vendere, aut cedere pro parte, ſub eodem numero 12.
Ius reuendendi eſt ius indiuiduum, nu. 13.
Quod non mutatur, cur ſtare prohibetur, nu 15.
In his, quæ non ſunt de genere prohibitorum, quicquid in ſpecie non inuenitur prohibitum, cenſetur permiſſum, num. 16.
Qui dicit exceptionem adeſſe debet probare, nu. 17.
Et quidem in ſpecie, nu. 18.
Alias non eſt à regula recedendum, num. 19.
Qui lite pendente reuendit alicui ex vicinis, quibus tenetur non contrahit vitium litigioſi, nu. 20.
Commendatur qui ſcit ſe teneri, nec expectata ſententia cedit liti, num. 21.
Supplere poteſt lite pendente, quando quis vtitur iure ſuo num. 22.
Cauſa rei ſuperueniens redundans in beneficium actoris, eſt idonea ad eum abſoluendum à moleſtia, num. 23.
Alienatio neceſſaria reſpiciens cauſam, de præterito fieri poteſt lite pendente, nu. 24.
Quod fit ex neceſſitate, non dicitur fieri in fraudem, numero 25.
Acquiſitio rei litigioſæ in vnum ex litigantibus non eſt prohibita, nu. 26.
Lite pendente inter duos, tertius interim nulli offerre, aut ſoluere tenetur, num. 27.
Vtraque parte aequè benè probante poteſt Iudex, cui vult gratificari, nu. 28.
Aſſignatio ei fieri debet, qui habet plurimum iuris, numero 29.
De minimis non eſt curandum, nu. 30.
Præferendus eſt in iure congrui, qui plura habet confinia, num. 31.
Iudex poteſt ex cauſa rem vni totam adiudicare, numero 32.
Ad tollendas occaſiones ſcandalorum, & diſcordiarum Iudex poteſt recedere à regulis iuris, nu. 33.
Diuiſiones ſunt comparatæ pro euitandis diſcordijs, ſcandalis, & periculis, num. 34.
Laudabilius eſt intactam cauſam ſeruare, quam poſt vulnus illarum remedium quærere, nu. 35.
Vbi nullum adhuc ius competit obijci non poteſt, turpius eijcitur, &c. nu. 36.
De his quæ foris ſunt nihil ad nos, nu. 37.
Ex diuerſis non fit illatio, nu. 38.
Iudex diuiſionis non poteſt manus apponere extra res diuidendas, num. 39.
Statutum de iure congrui eſt inductum, vt faueat conſortibus, non vt noceat, nu. 40.
Inducta in fauorem non debent operari diminutionem, num. 41.
Impedimenta, vbi plura obſtant vno ſublato, alterum manet, & diſpoſitio ſuſtinetur, num. 42.
Proteſtatio non ſufficit, vt alter ex confinantibus præferendus ſit, nu. 43.
Sed litis conteſtatio, in qua ſi ambo ſimul concurrunt, neuter obtinet, ſub eo.
Proteſtatio non ſeruata forma ſtatuti de iure congrui eſt nulla, nec releuat, nu. 44.
Notificatio non inducit litis pendentiam, nu. 45.
Iudex diuiſionis non attendit commodum, vel incommodum ſingulorum, vt ſingulorum, ſed quod omnibus vtiliſſimum eſt, num. 46.
Iudex non poteſt præiudicium inferre iuribus partium, num. 47.

DECISIO XXIIII.

Vendita domo non ſeruata forma ſtatuti ſub Rubr. 109. lib. 2. D. Franciſcus de Buonfantibus, & D. Egidius Rillius de loco Puprj ambo conſortes dicti domui concurrerunt ad petendum retrouenditionem virtute eiuſdem ſtatuti, ſimulque litem conteſtati ſunt.

Dicebat D. Egidius, ſe eſſe præferendum, quia pars ſua longè magis confinatet, è conuerſo dicebat D. Franciſcus propriam partem eſſe valde anguſtam, & maximum commodum ſibi futurum, ſi domus ei adiudicetur, & hæc vltra adiacentiam propriam.

Emptor ipſe obligatus ad retrocedendum vltra alias exceptiones oppoſuit, & confeſſus eſt, ſe retro ceſſiſſe D. Egidio, & quod ei ſe obligauit facere con tractum, nec velle vlterius ſtare in litigio.

D. Iudex à quo cenſuit emptorem teneri retrocedere partem inferiorem cum hoſtio principali, & Scala D. Franciſco, & ſuperiorem D. Egidio, vltra alia contenta in ſententia, quæ fuit reuocata, & tota, & in ſolidum domus d. Egidio adiudicata.

Moti primo loco ex retroceſſione, quã emptor
1 dixit ſe feciſſe D. Egidio, † nam cum ſit facta in iudicio, & in ſcriptura magis probat, quia ſcriptura ſemper loquitur, & confeſſio in ea præſumitur magis deliberatè facta, vt exornat pluribus Surd. con-
2 ſil. 60. nu. 21. 22. & nu. 6. ante, † in omnem caſum huiuſmodi confeſſio operatur, vt nuoc, quia non ſolum probat, ſed etiam induceitur ex ea ſtipulatio calore iudicij. l. cum oſtendimus. §. fideiuſſores. ff. de fidu. tut. Iaſ. in l. ſciendum. nu. 29. verſ. quid tenendum. de verb. obligat. in l. lecta num. 5. limit. 6. ff. de rebus cred. Menoch. de præſ. lib. 3. præſum. 41. nu. 9
3 Vbi calore iudicij verba ea importate, quæ alioquin pactum nudum tantum importarent, idem Menoch. conſ. 92. nu. 19. lib. 1. Afflict. deciſ. 30. num. 3. & 4. &
4 ad Surd. conſ. 371. nu. 40. 41. † Vbi idem in pollici-
5 tatione, & obligatione notificata, † quæ procedunt etiam abſente parte, quia Iudex intelligitur pro ea acceptaſſe, Barbat. conſ 40. nu. 10. lib. 2. ſed hic ſumus extra hanc difficultatem, cum D. Egidius ipſe hac exceptione retrouenditionis ſibi factæ vſus ſit.
6 † Vnde intrat Doctr. Caſtr. in d. l. ſciendum verſic. ratio diuerſitatis. de verb. oblig. vbi, ſi adeſt ſcriptura priuata, & tu ſcripſiſti, & ego vtor, cenſetur facta ſtipulatio.

Nec obſtat, quod facta fuerit lite pendente, quia cum emptor prælatus teneretur ad obſeruantiam ſtatuti, licuit ſibi quandocunque vſque ad ſententiam excluſiuè adimplere, † & ſuperueniens imple-
7 mentum validat, & prodeſt actori, Lanc. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 2. nu. 38. & plenius limit. 11. per tot.

8 tot.& limit.20.per tot.præſertim ſub nu.11. † Vbi
oblationem fieri poſſe lite pendente, & Alex.conſ.
9 78.in fin. lib.1. † Vbi ait cautum tamen erit, quod
adhuc pendente iudicio offerat ſe paratum retrouē
dere ſecundum formam dictæ promiſſionis, & hu-
iuſmodi oblatio producatur.
Nec obſtat, quod hæc iura non videantur loqui
in concurſu duorum ad eandem rem tendentium,
quia hic caſus nullibi apparat exceptus, immo regu
la eſt in contrarium, vt liceat adimplere ante ſen-
10 tentiam, vt dictum eſt, † Item eſt, & alia adhuc in
contrarium regula, quod vbi ſtatutum reſpectu tē-
poris loquitur generaliter, & indeterminatè ſuffi-
cit, quandocunque quid fieri vſque ad ſententiam,
Bart.in conſ.69. Calcan.conſ.103. Crau.conſ.201.
11 ſub nu.27.verſ.fortius voluit Bart. † Hic ſumus in
caſu, quia poteſt emptor alteri retrocedere etiam
minimam partem habenti, & valet retroceſſio in
præiudicium alterius, Bald.in term.ſtatuti Florent.
in l.1.C.de ſer.com.manu.Ruin.conſ.27.ſub nu.17.
lib.4.Tiraq.in 1.retr.§.11.gloſ.6.ſub nu.11.Bened.
12 in trac.de iur.prothom.§.in primis.nu.36.† & po-
teſt cui vult gratificari, vt ait Tiraqu.in eod.§.gloſ.
10. ſub nu.2. & de iur.primogen.q.17.opin.2.ſub
13 nu.20.Nec tenetur reuendere pro parte,† quia ius
reuendendi eſt ius indiuiduum, quia continet rem
tradi Caſtr.conſ.221.in hoc paſſu nom.2.lib.1. Be-
ned.in Rub.nu.55.& in §.pen.ſub nu 7. in d.tract.
14 de iur.prothom. † & ſufficit quod fiat infra trien-
15 nium ex eodem ſtatuto. † Ergo quod non prohi-
betur, ſtare permittitur. l.neenon. §.quod eis. ex
16 quib.cauſ.maior. Oſatc.deciſ.31.nu.4. † & in his,
quę ſunt de genere permiſſorum, quicquid non in-
uenitur in ſpecie prohibitum, cenſetur permiſſum
17 Crau.conſ.174.nu.5.conſ.203.nu.23.& ſeqq.† &
qui vult eſſe exceptionem ad regulam illud debet
probare liquidiſſima, ac expreſſa probatione D.
18 Morot. Reſp.1. nu.23.24.† & debet apparere de
19 exceptione in ſpecie, Rom.conſ.123.nu.4. † Alias
non eſt à regula recedendum Bald.in l.1.col.3. verſ.
quid de deportato.C.de Sacroſ.Eccleſ.qui loquitur
in hæc verba. Breuiter ego non recedo à regula,
quando non inuenio expreſſum contrarium ſpecia
liter, & alia, vt per Morot. ibi, fecit autem emptor
actum permiſſum non ſolum ob regulas iuris ante-
dictas, & quatenus retroceſſit partem longe maio-
rem habenti: per quod hæc retroceſſio magis, ac
magis iuſtificatur, ſed etiam, quia id fecit, vt à lite
20 recederet, vt eſt in dicta ipſius ſcriptura, † in quo
paritet ceſſat vitium litigioſi. Crau.conſ.279.nu.1.
21 & ad Rom.conſ.329.ſub num.6.& 8. † Vbi com-
mendat eum, qui ſcit ſe obligatum remittere, nec
expectata ſententia remittit, bonamque fidem a-
gnoſcit magis, quam vt iniuſtam, & ſuperuacaneā
22 litem proſequatur, Lancel.par.2.c.4.lim 20. † Vbi,
non prohiberi quem ſupplere etiam quod tenderet
in præiudicium litis, quādo quis vteretur iure ſuo,
23 † & poteſt dici cauſa ſuperueniens in perſona rei,
vt abſoluatur à moleſtia, quæ redundat in commo-
dum actoris, etiam ſi fuerit iudicium inchoatum ad
24 Gabr.de iudic.d.concl.3.nu.8.† maximè quia con-
tinetur hic alienatio neceſſaria reſpiciens cauſam
de præterito, quam lite pendente fieri poſſe citra vi
tium litigioſi ſcribit in terminis retractus Lanc. de
attentatis d.par.2.c.4.limit.8.n.5.quia, cum ex ne-
ceſſitate quadā, ne vlterius lite vexetur, fecerit em-
ptor retroceſſionem, non dicitur committere do-
25 lum, aut fraudem, † quia quod fit ex neceſſitate
non dicitur fieri in fraudem, cum vitium litigioſi
non committatur ſine fraude, vt ait ibid. Lanc.ſub
nu.10.11.& tanto magis, quia hæc non tam eſt alie
natio, quam acquiſitio, licet enim alienatio rei liti-
29 gioſæ ſit prohibita, † tamen acquiſitio ipſius rei li-
tigioſæ in perſonam alterius litigantium nō eſt pro
hibita, Egid. Bellam.concl.748.nu.3.
27 † Non obſtat, quod ait Cabal.millel.648.par.2.
& ad Surd.deciſ.6.per tot. pendente lite inter duos
de hæreditate debitorem in iudicio debere offerre,
conſignare, & ſoluere, velle ei, qui hæres apparebit,
exemplo coloni, qui non tenetur dare fructus duo-
bus litigantibus, ſed expectare litis euentum, & va
ſalli, qui nō tenetur iurare fidelitatem alteri ex Do-
minis collitigantibus protestando, quod per eum
non ſtat, quia iſta ſunt extra terminos noſtros, vt
patet ex prædictis. Et ſumus in caſu permiſſo alte-
ri gratificari, vel adhærere, vt probatum eſt; quare
dictum hoc generale non intrat, vbi ſpecialis reſo-
lutio adeſt.
Mouebamur ſecundo loco, quod etiam in termi
nis meti arbitrij omnia magis in partem D.Egidij
animum inclinare videbantur.
28 † In primis quod dicunt Doctor.ſi vtraque pars
æquè ſuam intentionem fundauerit, poſſe iudicem
ex diſcreto animi ſui motu, ſolo Deo inſpecto gra-
tificari, ſecundum, quem iudicet, & per Tiraqu.de
iur.primog.q.17.opin.2.nu.5. & in term.iuris con-
grui ibid.ſub n.9.id autem fortius intrabat hic, vbi
adiacentia D.Egidij vltra tres partes excedit, quod
ita oſtenditur, nam præſuppoſito, quod ambo con-
currentes poſſideant vnam, & eandem domum cō
finautem cum domo controuerſa, ſed pro diuiſo;
D. Egidius poſſidat à primo ſolario ſurſum, vſque
ad tectum, & pro hac parte etiam ſolus, & in ſoli-
dum confinat cum domo controuerſa, & eſt longe
maior; D.Bonfantes poſſidet à prædicto primo ſo-
lario deorſum, & ſic Apothacam cum alijs ſtantijs
ad idemmet planum, quæ pars eſt longe minor; &
vlterius aduertendum, quod ab Apotheca ad do-
mum controuerſam eſt anditus communis inter
ipſos concurrentes, vnde pro hac parte non confi-
nat liberè, & ſolus, ſed cum D. Egidio: Item aduer-
tendum, quod adhuc D.Egidius habet vnam ſtan-
tiam ſubterraneam, pro qua pariter ipſe confinat
cum domo prædicta, ea autem pars D.Buonfantis,
quæ confinat liberè eſt perexigua, quatenus capit
paries duarum ſententiarum paruarum, & neſcio
quid amplius ab ea parte, quæ eſt a ſcala, quæ eſt ſu
pra anditum, vſque ad dictum primum ſolarium,
quod eſt ſatis exiguum, ita quod hoſtium ibi fieri
non poſſet ordinarium, ita in perpauco conſiſtit e-
ius confinitas libera, & plena, eaque non cōtinua-
ta, ſed interrupta, & non æqualiter ſeſe habens,
vbi

Digitized by Google

vbi in omnibus longè lateq; excedunt iura dicti
Aegidij, meritò ex infraſcriptis moueri potuimus,
29 † primo ex eo, quod aſſignatio fieri ei debet, qui
habet plurimum iuris in re, Burr. in l.ergo, ff. de
acquir. rer. domin. Secundò, quia vbi conſors ha-
beret adeo quid modicum, vt non videretur con-
ſiderabile præ quantitate alterius conſortis confu
30 giendum eſſe ad regulas iuris communis, † quo
diſponitur de minimis non eſſe curandum, idem
Burr. ait ex l.ſcio de reſtitut. in integr. & in term.
31 Bened. de iur. proh. § in primis, num. 36. † Ter-
tiò, quia in term. eſt Doctr. D. Caball. in conſ. ci-
uil. 127. nu. 2. & 3. lib. 1. Vbi quod præfertur, qui
plura, & complura habet confinia.

Adhæc accedebat difficultas eundi, & redeun-
di per vnum, & idem oſtium per vnam, & ean-
dem ſcalam, vnde pariter primæ ſtantiæ remane-
rent inutiles propter dictum tranſitum, maximè
cum eadem domus non patiatur commoditatem
conficiendi alias ſcalas, aut aliud oſtium alibi, his
32 † enim caſibus poteſt Iudex, & debet vni rem to-
tam adiudicare l.non amplius, §.fin. in princ. de
leg. 1. l. 3. C. com. diuid. §. penul. Inſtit. de offic. Iu-
dic. Bologn. in l. 4. §. Cato. numero 27. & 295. de
verborum obligatione, in propoſito Bened. dicto
§. penult. ſub numero 5. & ad principium conſtit.
ſub num. 55. & in puncto Ruin. conſ. 149. ſub nu-
mero 3. & 10. lib. 4.

Accedebant pericula, & ſcandala, quæ colligeba-
mus ex quærelis, quas nobis, dum locum viſitare-
mus, faciebat D. Bonfantes, in ipſo loco loci, quod
à parte ſuperiori, vbi inhabitat D. Aegidius fie-
bant ſtrepitus, & aquarum etiam putridarum in-
ſtillationes, & ſimilia, vnde boni Iudicis non fuiſ-
ſet dare hiſce maiorem occaſionem, adiudicando
aliam domum controuerſam pro parte inferiori
vni, & pro alia alteri, quia ijdem exurgerent ſem-
per mali effectus, & eſſet ſugere occaſiones inter
33 ipſos, & rixarum cauſas, † quod ne fiat recedi ſo-
let à regulis iuris, Alexand. conſ. 7. num. 11. lib. 5.
Ruin. conſ. 28. num. 18. lib. 5. Curt. ſen. conſil. 68.
num. 14. verſic. vltimo confirmatur, Crau. conſil.
34 264. ſub num 7. & num. 1. † Vbi quod diuiſiones
ſunt inuentę pro euitandis huiuſmodi inuidiarũ,
& diſcordiarum occaſionibus, & periculis, & ſi
communiones ob id diuiduntur, immo ſi in diui-
ſionibus id, quod vnius eſt, ipſi auferetur quantò
magis id exequendum, vbi nondum adeſt com-
35 munio aliqua, † laudibilius quippè eſt intactam
cauſam ſeruare, quam poſt vulnus illatum reme-
dium quærere l. fin. C. in quibus cauſ. in integr. re-
ſtit. non eſt neceſſ. l. vnic. quand. lic. vnic. ſin. Iudic.
ſe vind. Crau. conſ. 268. ſub num. 2. verſic. tertiò
36 dico, † & vbi nullum ius adhuc competit, nec
obijci poteſt dictum illud, turpius eijcitur, quam
non admittitur hoſpes, de quo in propoſito Mar-
tian. conſ. 50. num. 17. lib. 1.

Nec obſtaret, quod d. Aegidius poſſet facere
oſtium à ſua parte, quia ius totum dimetiendum
37 eſt ab ipſa re, de qua cõtenditur, † nam de ijs, quæ
foris ſunt nihil ad nos, c. gaudemus, de diuort. cap.
38 multi, 2. q. 1. c. quo ſincerè, 16. diſt. † & ex diuerſis
39 non ſit illatio, l. interpoſitas, C. de tranſact. † nec
Iudex diuiſionis poteſt apponere manũ ad aliam
rem non cõmunem, ſed tantum circa rem verſa-
tur eius arbitriũ, de qua contenditur, Ruin. d. con
40 ſil. 149. nu. 12. lib. 4. † Item ſtatutum inductũ eſt,
vt faueat conſortibus, non vt noceat in aliquo de
proprijs eorum iuribus, aut quod ex eo ſumatur
occaſio diminuendi, alterandiuè, quid, de viribus
41 conſortis, † nam inducta in fauorem augmentũ,
& commodum non debent interpretari, vt ope-
rentur diminutionẽ l. quod fauore, C. de legib. l. le
gata inutiliter, de adim. legat. l. nulla interpret. vb
Ang. & alij, ff. de leg. Surd. deciſ. 80. in fin. Itẽ non
per hoc ceſſarent alia iura antedicta, & præſertim
42 timoris ſcãdalorum. † Vbi verò plura obſtant im
pedimenta vno ſublato alterum remanet, & diſpo
ſitio ſubſtinetur ex vno, l. ſi quando, C. de in offic.
teſt. Surd. deciſ. 38. nu. 25. deciſ. 77. num. fin. con-
ſil. 50. num. 27. conſ. 137. num. 12. 13.
43 † Non obſtat, quod D. Bonfantes præuenerit in
proteſtando, quia non proteſtatio, ſed litis conte-
ſtatio attenditur, in conteſtanda autem lite omnes
ſunt pares, cum ſimul fuerint eam cõteſtati Alex.
44 conſ. 27. n. 9. lib. 6. Tiraq. in d. gl. 10. ſub n. 2. † &
præterea proteſtatio non apparet facta ſeruata for
ma ſtatuti, quapropter eſt nulla, Bened. in d. §. in
45 primis, n. 40. 41. 42. † Item notificatio non indu-
cit litis pẽdentiam, nec actorum pars eſt, Magon.
deciſ. Flor. 90. num. 6.

Non obſtat indigentia ipſius d. Bonfantis ob an
46 guſtiã propriȩ domus, † quia non attenditur pro
prium commodum, vel incommodum vnius tan-
tum, ſed quod omnibus vtiliſſimum eſt, l. iudicẽ,
ff. com. diuid. l. actione, §. labeo, ff. pro ſocio, hiſce m
per enim non, quod priuatim intereſt vnius ex ſo-
cijs ſeruari ſolet, ſed quod ſocietati expedit: per
quæ iura ita conſuluit Ruin. d. conſ. 149. ſub n. 10.
verſ. præterea iura, lib. 4 & etiam num. 8. ante, &
47 præterea iura ſtant pro Rillis, † quibus præiudi-
cium Iudex inferre non poteſt, l. ſi is contra. in fin.
C. de ædific. priu. Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Inſtrumentum dicitur probatio probata, num. 1.
Dicitur caſus legis habens vim definitionis cauſæ, n. 2.
Diuiſiones non ſunt iterum faciendæ, num. 3.
Remoto antecedente omne conſequens remouetur, nu. 4.
Si ceſſum ſit ius redimendi, ceſſionarius debet primo quæ rere, an ſibi competat tale ius, num. 5.
Et precium offerre, num. 6.
Actor debet primo implere ex parte ſui, num. 7.
Etiam ſi non fuiſſet petitum, num. 8.
Iudex non petenti officium ſuum non impertitur, numero 9.
Clauſulæ ſalutares non proſunt, quoad non colligibilia ex ſerie libelli, vel quoad incompatibilia, aut vbi non daretur cumulatio, num. 10.

DECISIO XXV.

DOnatus, Iulius, & Ioannes Baptiſta fratres, tam proprio eorum nomine, quam Lucę alterius fratris minoris ætate, dederunt Catarinæ ſorori dotem in bonis ad calcem libelli deſcriptis pro lib 400. & cum tempore redimendi intra decennium anno 1577. 15. Septembris.

Sub 4. Februarij 1581. Iulius, & Donatus aſſignauerunt omnia eorum bona Ioanni Baptiſtę, & ipſe ſumit onus nuptui collocandi Lucretiam communem ſororem, affirmantes, ſe diuiſos. & quemlibet ſatisfactum de propria portione in bonis paternis.

Sub 1587. 4. Iunij Donatus conſentiente, & cedente Ioanne Baptiſta ſupradicto redemit dicta bona de pecunia propriæ vxoris, quæ quidem bona poſtea vendita fuere Goro Ioannis, & Marco Laurentij.

Sub 1606. 1. Iulij Lucas præfatus, tam nomine proprio, quam vt ceſſionarius, vt aſſeritur in Inſtrumento nulla tamen apparente in actis ceſſione, ceſſit præfato Iulio ſuo fratri iura, quæ habet pro redimendo bona prædicta.

Qui Iulius hac ceſſione munitus intentauit iudicium petitionis hæreditatis contra dictum Donatum pro tribus quartis, & etiam contra dictos Gorum, & Marcum poſſeſſores dictorum bonorum petendo relaxari cum fructibus: D. Iudex à quo condemnauit, Nos reuocauimus.

Primò quidem, quia quod pertinet ad aliàs perſonas excepto Luca conſtat, quod ſemel initę ſunt diuiſiones rerum hæreditariarum, & quod ſinguli ſuas portiones habuerunt, vt continetur Inſtru-
1 mento ſub dicta die 4. Februarij 1581. † quod dicitur probatio probata, & veritas apparēs Oſaſc,
2 deciſ. 117, numero 1, † & dicitur caſus legis habens vim definitionis cauſæ, Crau. conſ. 317, nu. 1,
3 † Nec diuiſiones ſunt iterum faciendæ Crau. conſil. 318 num. 1. Natt. conſ. 77. num. 12.

Quod verò pertinet ad Lucam petitio hæreditatis ex perſona ipſius non fuit viſa intrare, quia in ceſſione præfata non continetur portio hæreditaria, ſed tantum fuit ceſſum ius redimendi dicta bona, tanquam hæreditaria, vnde non poteſt iri contra tertios, niſi prius acto contra Donatum ex iure redimendi ſibi ceſſo, & præuia oblatione precij ad redimendum pro ſua parte neceſſarij, quia hoc eſt neceſſarium antecedens antequam
4 poſſit ad conſequens deueniri; † remoto autem antecedenti omne eius conſequens remouetur l.
5 veteris, ff. de itiner. actuque priu. † prius enim deducendum eſt, an competat ius redimendi, licet ipſemet Lucas intra tempora non redemerit, cum tamen redemerint fratres ad Tiraquel. in tra
6 ctat. retract. §. 26. gloſſ. 1. numero 33. † Et offerendum eſt precium ad leg. Iulianus, §. offerri, de
7 action. empt. † Et ab agente debet incipere im-
8 plementum Surd. deciſ. 200. ſub num. 3. † etiam ſi non fuiſſet petitum, Surd. deciſ. 57. numero 12, addit. ad Matan. par. 6. memb. 9. numero 5. folio 318. Bart. in l. ſi ſeruus Communis Meuij, §. fin. ff. de ſtipul. ſeruorum.

9 † Hęc autem cū deficiant ſequitur, quod Iudex non petenti officium ſuum non impertitur, leg. 3. §. Hoc autem Iudicium, & ibi Bart. ff. de damno infect. pract. Papien. in lib. action. real. verſic. qua-
10 tenus ex officio veſtro, numero 6. in fin. † Nec ex clauſulis generalibus libelli deducen. &cæt. ſaluo, &cæt. iure, &cæt. omni meliori modo, &cęt. potuit pronunciari ſuper iure, quod ex ſerie libelli non colligatur, aut ſuper alio incompatibili cum actione intentata; Vnde ſicut impediretur cumulatio expreſsè, ita, & pariter tacitè pract. Papien. in form. libel. act. real. verſic. deducendo num. 7. & ad alia in deciſ. Luc. 25. num. 54.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

Fiſcus tanquam hæres fideiuſſoris non poteſt conueniri non facta prius excuſſione cum principali, num. 1.

Etiam ſi in ſolidum fideiuſſor ſe obligaſſet, & caſum proprium feciſſet, quod tamen eſt controuerſum, ſub eodem.

Excuſſio minus legitimè facta non attendenda, quia paria ſunt non facere, vel minus legitimè facere, numero 2.

Doctor. diſputant articulum, an excuſſio ſit facta legitimè, vel non, num. 3.

Pro penſione competunt perſonalis, & hypothecaria, num. 4.

Onus penſionis cenſetur iniunctum fructibus, ſeu redditibus beneficij, num. 5.

Non probatur aliquem bona non habuiſſe, ex eo quia eius hæreditas fuerit repudiata ſub eod.

Quia poteſt repudiari hæreditas eius, qui bona habeat, ex eo tamen, quia ſint debita, ideo repudietur, non autem ideo ſimpliciter, quod bona non exiſtant, num. 6.

DECISIO XXVI.

ABſoluendum cenſuimus D. Procuratorem Fiſcalem, ſeu D. Locumtenentem à petita excorporatione bonorum Fini Bannitı cum confiſcatione bonorum, quia cum ipſe Fini intrauerit
1 fideiuſſor, † nō poterat fiſcus eius ſucceſſor antea conueniri, quā fuiſſet facta excuſſio in bonis principalis debitoris, per ea quæ latè tradit Theſ. deciſ. 166. per tot. Vbi non ceſſare beneficium excuſſionis, tenet etiā ſi fideiuſſor in ſolidum ſe obligaſſet, & caſum proprium feciſſet, & tametſi nō exigua de hoc ſit inter DD. controuerſia, vt ex eod. Theſ. apparet, ſed tamen nullam patitur apud nos difficultatem, attentis ſtatutis particularibus præciſè diſponentibus, quod in huiuſmodi cauſis cum fiſco præcedere omnino debeat excuſſio, vnde primo loco rectè fuit pronunciatum, quia ea facta non apparebat.

Et nos ſequuti fuimus eādem ſententiam, quia tametſi appareat de quadam excuſſione in hac vl-

uma

ſima inſtantia, eam tamen non vidimus legitimè
2 factam, † paria enim ſunt non facere, vel minus
legitimè facere l.quoties, ff. qui ſatiſdat. cog. l.ſi
3 aut nullum, C.de legit.hæred. † ſupponunt in pro-
poſito Doctores, dum diſputant, an ſuper eo fe-
renda ſit ſententia, ſi ne legitimè facta, vel non
legitimè excuſſio, vt apud Papienſ. in forma libel.
Reſp. in hypoth. verſic.exceptionem excuſſionis,
num. 19.

Namque nulla fuit facta excuſſio in fructibus
beneficij Reuer. principalis debitoris, de quibus
potuiſſet ſatisfieri DD. creditoribus, non ſolum
per viam perſonalis, ſed etiam per viam hypothe-
4 cariæ. † Cum vtræque iſtæ actiones competant
pro penſione, vt eſt apud Gigan. plenè in tract. de
penſ. quæſtie.51. per tot. refert, & ſequitur Ca-
5 putaquen.deciſ.302.num.5. par.2. † & onus pen-
ſionis cenſeatur iniunctum fructibus, ſeu reddi-
tibus beneficij, Dec. conſ.156. num.3. & ſub nu-
mero 4.

Accedebat, quod non fuit legitimè probatum,
quod Finus non haberet bona extra Territorium
S. Altitudinis, cum duo teſtes inducti tantum dice-
rent ſe neſcire, an haberet bona, quod non conclu-
dit l.neque natales, C.de probat.

Sic quoad Fioraiam rectè non procedit excuſ-
ſio, quatenus relatum fuit, quod ipſius hæreditas
fuiſt repudiata: per hoc enim non reſultat ergo,
6 quod in eius hereditate bona non ſint; † Ideo nan-
que poteſt alicuius hæreditas repudiari, vel quod
nulla ſint omnino in ea bona; vel etiam quod ad-
ſint quidem, ſed tamen pro omnibus creditoribus
fortè non ſufficientia, ad l.ſcimus, per tot. & in §.&
ſi præfatam, C. de iur.delib. Vel quod nolit nego-
tijs ſe hæreditarijs implicari l.filio pater.99.de leg.
1. l.nam nec.91. & l.ſeq.ff.eod.tit. Aut alia qualibet
ex cauſa iuſta, §.1. ibi qualibet ex cauſa, &c. Ioſt.
qui & ex quib.cau. man.non poſſ.

Quare, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Sententia ſine citatione partis eſt nulla, num.1.

Conſuetudo, quæ eſt abuſus, ſeu corruptela, non eſt ſequenda, num.2.

Citatio continet defenſionem, & de iure diuino, & naturali, num.3.

Conſuetudo contra ius naturale, vel diuinum non præiudicat, num.4.

Nec ſtatutum, aut Princeps ipſe poſſunt defectum citationis ſupplere, num.5.

Maximè vbi res agitur non minima, num.6.

Non valet argumentum, quod etiam citatus non potuiſſet ſe defendere, quia poteſt eſſe quod poſſet, numero 7.

DECISIO XXVII.

Setta, & Roccbus fuerunt per Vicarium Calamacchiæ accuſati, & nulla præuia citatione condemnati per homines d. Communis, ſ. Setta in lib.48. & Rocchus in decem, quod intuliſſent damnum cum beſtijs in d.Communi.

Vigore cuius condemnationis fuit factum con-
tra eos grauamentum; & id ipſum confirmatum
per Capitaneum; mox tamen reuocatum per Iudi
cem appellationis, & quidem vt nos cenſuimus, re-
1 ctè, † quia ſententia ſine citatione partis eſt ipſo iu
re nulla, plures cit. per Vant. de nullit.ex defect.cit.
num.10. & in puncto aliàs fuit per Dominos Tres
tentum, & extat motiuum ampliſſimum ſub duo-
decima Decembris 1603. ad quod haberi poteſt
relatio.

Et cum in præſentiarum allegaretur conſuetu-
do, quædam dicti communis, ita iudicandi, tamẽ,
2 nec fuit probata, † nec ſi probata, eam attendiſſent
Domini, non conſuetudinem, ſed abuſum, & cor-
ruptelam indicantes, quæ non eſſet attendenda,
ſed abſoluenda, §. 1. auth. vt null. Iudic. & cæt.
D.Tho. in 1.2a. quæſt.40. articul.1. in fin. & per
3 totam quæſtionem, † maximè, quia citatio con-
tinet defenſionem, quæ eſt de iure diuino, & na-
turali, vt oſtendit plenè Vant. in dicto titul. à nu-
4 mero 1. vſque ad numerum decimum, † cui pro-
pterea conſuetudo non præiudicat, Panor. in c.fi-
nal.num.2.& 3.de conſuet. Gayl.obſer.31.nu.14.
5 lib.2. † nec ſtatutum, aut Princeps ipſe, in tantũ
quod non poſſint huiuſmodi defectum citationis
6 ſupplere, Vant. dicto tit.numero 9. † & quia ſu-
mus in egregijs ſummis non modicis ad Natt.con-
ſil. 182.

7 † Nec eſt verum quin potuiſſent dicti Rei ſe de-
fendere, quia contrarium probando eius, quod in-
ratum fuerat potuiſſent Rom. & Alex. in l.qui bo-
na, §.qui damn.ff.de dam.infect. Iaſ.in l.3.§.iurati,
num.6.ff.de iure iur. Oſaſc.deciſ.61.num.8.& ſup.
in deciſ. Luc.2. num.33.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Omnis diſpoſitio recipit interpretationem de habilitate, num. 1.

Infans non poteſt contradicere, quia non habet velle, aut nolle, num.2.

Pater eſt legitimus adminiſtrator filij, num.3.

Actio, & paſſio non poſſunt in eodem ſubiecto ſimul concurrere, num.4.

Duo actus contrarij vitæ, & interitus non poſſunt ſimul dari, num.5.

Correctio in continenti dicitur inconueniens, numero 6.

Mater tutrix circa tutelaria non conſideratur vti mulier, quia tutela eſt virile officium, numero ſeptimo, & 8.

Digitized by Google

Refert, an quis iure proprio acquirat, an hæreditario, numero 9.

An iure proprio, vel hæreditario quid fiat, num. 10.

An obligatione propria, vel hæreditaria, quis teneatur, num. 11.

Vna, & eadem res diuerſo iure cenſeri poteſt reſpectu diuerſorum, num. 12.

Notificationem fieri in caſu poſſibili ſufficit, vt alienatio teneat ex ſtatuto, num. 13.

Notificationem non factam fuiße in caſu impoſſibili non nocet, num. 14.

Infanti non habenti tutorem denunciatio fieri non poteſt, num. 15.

Caſus omiſſus à ſtatuto manet in diſpoſitione iuris communis, num. 16.

Subrogatus ſapit naturam eius, cuius in locum ſubrogatur, num. 17.

Dubia ſtatutorum ex obſeruantia ſubſequuta declarantur, num. 18.

Obſeruantia valde deſeruit ad interpretationem legis, ſiue hominis, num. 19.

Etiam ſi eſſet contra verum intellectum ipſiuſmet diſpoſitionis, num. 20.

Non requiritur, quod obſeruantia fuerit præſcripta, numero 21.

Sed ſufficit aliquando, vel ſemel fuiſſe obſeruatum, numero 22.

Iudex in iudicando non debet ab obſeruantia recedere, etiamſi non fuerit in contradictorio, num. 23.

Tanto magis, vbi fuit in contradictorio, num. 24.

DECISIO XXVIII.

IN hac cauſa retractus nunquam dubitaui, quin
filius hodie maior ætate, & tempore alienatio-
nis infans poſſet admitti ad retractum bonorum
alienatorum per patrem, Nam quicquid contra
ſenſerint nonnulli, communis opinio, ita ſe habet
teſte Tiraquell. & alijs de quibus latè in Motiuo
D. Iudicis, à quo iunctis Motiuis nonnullis Rotæ
Florentinæ productis, ad quæ, &c.

Mihi in præſenti ſpecie aliquam difficultatem
ingerebat, quod ſtatutum Piſtorienſe admittens
ad retractum ſub Rub. 31. lib. 2. inter cætera requi
rat, fieri notificationem, & licet in infante, ſeu mi-
nore mandet in ſpecie notificationem fieri ad do-
mum propriæ habitationis: Tamen hoc videbatur
intelligendum de alio infanti, quam filio ipſiuſmet
patris alienantis, quia pro alio infanti poſſet cõpa-
rere, vel opponere, vel tutor, vel quilibet alius, ſeu
1 proximior, ſeu adminiſtrator legitimus, † om-
nis enim diſpoſitio recipit interpretationem de ha
bilitate, Iaſon. plura cumulans in l. fideiuſſor, §. Præ
tor ait. ff. qui ſatisdat. cog. Id quod non videbatur
2 poſſe verificari in infante patris alienantis, † ne-
que enim, vt infans potuiſſet opponere, quia In-
fans non habet velle, aut nolle Surd. plenè conſ. 9.
numero 22. & ſeqq. & ſub num. 37. 45. & ſeqq.
3 † Non miniſterio alieno, quia ſolus pater eſt ip-
ſius legitimus adminiſtrator per tradita in leg. 1.
vbi Atius Pinell. & alij, C. de bonis matern. Gayl.
libro 7. obſeruan. 72. ſub numero 14. Peregrin.
de fideicommiſſ. artic. 40. numero 24. & ſolus poſ-
ſet contradicere, Verùm impoſſibile eſt, ob repu-
gnantiam dari caſum huiuſmodi contradictionis,
4 quia actio, & paſſio non poſſunt in vno, & eodem
ſubiecto ſimul concurrere l. Vranius, in princ. l.
frater à fratre, in princ. Cod. de condict. indeb.
Surdus deciſ. 109. numero 5. Non obſtante eo,
quod pater poſſit conſiderari tanquam pater, &
tanquam adminiſtrator, quia non procedit con-
ſideratio circa vnam, & eandem rem, in qua vi-
get incompatibilitas quædam, ita quod ſi tãquam
pater alienaret, & tanquam adminiſtrator con-
tradiceret, eſſet vnius, & eiuſdem actus ſimul, &
eodem tempore conſtructio, & deſtructio, vita,
5 & interitus, † quod eſt inconueniens, & impoſ-
6 ſibile Crauet. conſil. 985. numero 89. † Vel eſſet
correctio in continenti, res pariter abſurda, l. non
ad ea 89. ff. de condict. & demonſtrat. Oſaſc. de-
ciſ. 23. numero 40. deciſ. 164. numero 5. Sed pro-
cedit circa diuerſa.

7 † Vt de matre dicimus, quæ eſt tutrix, quia in
rebus pertinentibus ad filios non conſideratur, vt
8 mulier † cum tutela ſit officium virile l. tutela l. fę
9 minæ de tutel. ſed conſideratur, vt mater, † Sic
dicimus referre, an iure quis proprio acquirat, an
verò hęreditario l. magis puto, §. idemque, ff. de
10 rebus eorum, & cæt. † An iure proprio, vel hæ-
11 reditario quid fiat l. ſeia 73. ff. de euiction. † an
obligatione propria, vel hæreditaria quis tenea-
tur l. non eſt nouum, 10. in princ. de action. em-
12 pti. cum ſimil. † quia regula eſt generalis, quod
vna, & eadem res diuerſo iure cenſeri poteſt re-
ſpectu diuerſorum, non reſpectu vnius, & eiuſdẽ
rei l. eum qui ædes, ff. de vſucap. l. ergo, 30. §. 1. ff.
de acquiren. rerum Domin. l. cum filio famil. 11.
de leg. 1. Iaſon. ad l. iam hoc iure, numero 10. ff. de
vulg. & pupill. Theſ. deciſ. 163. ſub num. fin. Surd.
deciſ. 266. num. 8. conſ. 127. num. 69.

13 † Ex his videtur, quod ſuffecerit, notificationẽ
fuiſſe factam in caſu poſſibili, ad hoc vt alienatio
teneat in perpetuum, & irreuocabiliter, iuxta ter-
minos ſtatuti Felyn. in cap. nonnulli ſub num. 34.
verſic. vbi verba, de reſcript. vbi plura Marſil. ſin-
14 gul. 339. † & factam non fuiſſe in caſu impoſſibi-
li hoc non nocere in propoſito, eſt Doctr. Decian.
conſil. 11. num. 59. 60. 61. lib. 4. Cuius dicta viden
tur fortius vrgere in caſu noſtro data impoſſibili-
tate, de qua ſupra, videtur etiam conferre, quod
ait Alexan. in l. ſi ex legati, numero 6. de verborum
15 obligat. Vbi infanti non habenti tutorem denun-
ciatio fieri non poteſt, & excuſatur is, qui tenetur
ei denunciare, ſi non denunciet, cuius Doctrina vi-
detur huc fortius intrare, quia infans, nec habet tu
torem, nec habere poteſt, quia pater adeſt, cui con-
tradicendi munus incumberet, quatenus de ſuo
proprio facto non ageretur ſecundum prædicta,
16 † & eſſet caſus omiſſus à ſtatuto, vnde remaneret
deciſ. in term. iuris communis ad l. cõmodiſſimè,
de lib. & poſth. quo iure non competeret retractus.

Nec obſtaret defectus regiſtrationis poſtea ſubſe-
quutus,

quutus, quia is videtur in locum defectus notifica-
tionis ſubrogatus, vt patet ex tenore ſtatuti man-
dantis, vt quatenus notificatio non fuiſſet facta,
ſaltem fuiſſet regiſtratio intra triennium, quare eo-
dem iure cenſeri debet, ac notificatio, vt quemad-
modum defectus notificationis non nocuit, ſic nec
17 defectus regiſtrationis, † quia ſubrogatus ſapit na-
turam eius, in cuius locum ſubrogatur, l. ſi enm.
10. §. ſi iniuriarum, & ibi Iaſon. & cæteri, ff. ſi quis
caut. l. 1. § hæc actio. & ibi Bart. ff. ſi quis teſtam.
lib. eſſe Ius. & c. l. ſolet. ff. de iuriſdict. om. Iud.

Verum his omnibus circumſcriptis contrarium
fuit Iudicatum, quia oſtenſi fuerunt caſus, & vnus
inter cæteros in terminis infantis in cõtradictorio,
per trinas ſententias conformes obtentus, ad fauo-
18 rem eius, † nam dubia ſtatutorum ex obſeruan-
tia ſubſequuta declarantur, l. ſi de interpretatione,
ff. de legib. Morot. Reſp. 14. nu. 8. & ſeqq. Ioſeph.
Ludou. concl. 38. per tot. Suid. deciſ. 134. nu. 9. 10.
19 † Valde deſeruiens ad omnem interpretationem,
ſiue legis, ſiue hominis Hond. conſ. 4. num. 81. vo-
20 lum. 2. † Etiam ſi eſſet contra verum intellectum
ipſiuſmet diſpoſitionis, idem Hond. conſ. 35. n. 45.
eod. lib. 2. & conſ. 92. num. 30. lib. 1. & ad Crau. la-
21 tè conſ. 987. num. 46. & ſeqq. † nec requiritur præ-
22 ſcriptio, vt ait Onded. in locis præcit. † Sed ſufficit
aliquando, ita fuiſſe obſeruatum, Crau. conſil. 18.
ſub num. 2. conſ. 294. ſub num. 8. ſub verſ. vigeſi-
mo primo ad fin. vbi ſufficere aliquo, vel breui tẽ-
pore, fuiſſe ita obſeruatum, vel ſemel tantum De-
23 cian. conſ. 124. num. 8. lib. 3. & num. 7. † Vbi in Iu-
dicando non debere Iudicem ab hac obſeruantia
recedere, etiam extra contradictorium, vt per Bal.
conſ. 210. num. 1. par. 1. pulchrè Decian. conſil. 44.
24 ſub num. 15. lib. 2. † & tanto magis vbi fuit in con-
tradictorio obtentum ad Decian. d. conſ. 124. nu-
mero 25. lib. 3. Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Fideicõmiſſum conditionale tranſmittitur fauorem agnationis concernens, num. 1.

Prohibitio eſt realis facta cum clauſula, quia voluit dicta bona conſeruari in eius agnatione, & cum voce hæredis, num. 2.

Ex neceſſitate deſcendentes vnius cenſentur vocati, quando de alijs intelligi non poteſt fideicommiſſum, n. 3.

Caducitas fit, ſi non ſit locus inſtitutioni, ſubſtitutioni, vel iuri accreſcendi, num. 4.

Non eſt locus tranſmiſſioni, niſi conſtet teſtatorem voluiſſe etiam ijs, ad quos intendimus legatum conditionale tranſmitti, prouidere, num. 5.

Agnationis nomine intelligitur teſtator voluiſſe agnatis prouidere ſub eod.

Agnationis nomen eſt collectiuum, omnes deſcendentes grauati complectens, num. 6. 7.

Sufficit, agnatos fuiſſe conſideratos aliquo modo à teſtatore, vt ſit locus tranſmiſſioni, num. 8.

Non eſt locus tranſmiſſioni, vbi proprio nomine quis fuit vocatus ad ſucceſſionem, num. 9.

Fall. niſi fuit agnatio conſiderata, num. 12.

Tranſmiſſio intrat ſi alias ſequeretur abſurdum, quod fœminæ excluſæ maſculis præferuntur, num. 11.

Mens teſtatoris non eſt per indirectum fraudanda, num. 12.

Caducitati eſt occurrendum tanquam odioſa, vbi alia cauſa inueſtigari poteſt, num. 13.

Non eſt locus cauſæ inteſtati, quando extat teſtamentum num. 14.

Conceſſo antecedenti, conceditur, & conſequens, n. 15.

Remoto antecedenti omne eius conſequens remouetur, num. 16.

Tranſmiſſio tacitè ſubinfertur quatenus veniat in conſequentiam expreſſorum, num. 17.

Aut ex diſpoſitis ex teſtamento, num. 18.

Etiam in collateralibus, num. 19.

Qua ratione mortuo patre eius filij vocati ſunt, eadem ratione alias alterius vocaſſet, ſicut illum vocauit, ſi is tunc temporis præmortuus fuiſſet, num. 20.

Plus, & minus non faciunt differre ſpecie, num. 21.

Teſtator ita præſumitur diligere hæredem Inſtituti, ac ipſum inſtitutum, num. 22.

Contra, num. 23.

Declara, num. 24.

Tranſmiſſioni eſt locus ex coniectura, ſi teſtator fuiſſet interrogatus, ita reſpondiſſet, num. 25.

Et vbi eſt æquitas, num. 26.

Aequitas ex omnibus, quæ circa negocium contingunt impletur, num. 27.

Dura eſt inæqualitas, quod filij ex vno fratre totum habeant, & alij ex alio nihil, num. 28.

Ius tranſmiſſionis eſt fauorabile, num. 29.

Arbitrium Iudicis valdè poteſt in materia tranſmiſſionis, num. 30.

Caducitas in iure tranſmiſſo ceſſat, num. 31.

De iure conditionali tranſmiſſo idem ius habetur, ac de iure quæſito, num. 32.

Legatum conditionale pendente conditione manet penes hæredem cum onere reſtituendi ea adueniente, numero 33.

Vbi deficiunt trad. Doct. in l. re coniuncti, ibi nulla ſubeſt coniunctio, num. 34.

Coniunctio verbalis ex quibus fiat, num. 35.

Vbi adſunt diuerſæ clauſulæ non eſt vnitas ſermonis, ſed diuerſitas, num. 36.

Si clauſula ſecunda aliquid mutuet à prima, vna tantum oratio habetur, num. 37.

Et quando oratio etiam ſeparata regitur ab eodem verbo num. 38.

Vnitas, vel diuerſitas in materia coniunctionis intelligitur ex vnitate, vel diuerſitate actus legandi, vel inſtituendi, num. 39.

Ex verbo lego bis repetito inducitur diuerſitas actus legandi, num. 40.

Principales cauſæ non acceſſoriæ attendendæ, num. 41.

Verba, deuenire voluit, ad modum applicata conſiderantur, num. 42. 49.

Vox, ita, modum ſignificat, num. 43. 44.

Inſtitutio eſt modus acquirendi, num. 45.

Oratio, ſeu dictio prima limitatur à ſubſequenti, numero 46.

A vi rationis naturalis nemo ſe ſubducere debet, numero 47.

Ratio naturalis ſufficit ad dubia explicanda, numero 48.

Si verbum inſtituo repetatur diuerſitas orationis ineſt, & disiunctio, num. 49. 50.

Inter hæredes etiam disiunctos eſt locus iuri accreſcendi ſub eod.

Transmiſſio facit euaneſcere ius accreſcendi, & eſt eo iure potentior, num. 51.

Nemo cogitur ſtare in communione, num. 52.

Iudex poteſt pronunciare quoad ea, quæ ſunt iuxta petita, num. 53.

Impoſſibile eſt intelligere accidentia extra ſubiectum, num. 54.

Dum eſt lis ſuper principali ſuſpenditur etiam acceſſorium, num. 55.

DECISIO XXIX.

DOminus Federicus I. V. D. de Guadagnis ſuo vltimo teſtamento hæredes inſtituerat Magdalenam, & Catherinã filias, donec, & quouſque nuberent, aut moniales fierent, quibus reſpectiuè caſibus aduenientibus præſcripſit eiſdẽ certas pecuniarum ſummas pro dote, ſeu elemoſyna reſpectiuè, adiecta prohibitione, ne in reliquis bonorum ius habeant aliquod in poſterum, & quod dicta quantitate aſſignata debeant ſtare tacitæ, & contentæ.

Quæ bona (hæc ſunt formalia verba teſtatoris) *Tunc deuenire voluit ad filios maſculos legitimos, & naturales Magnifici & excellentis D. I. V. D. Emilij ſui fratris pro duabus tertijs partibus, & ita eos in dictis duabus partibus hæredes inſtituit, et pro alia tertia parte ad Petrum q. Chriſtophori de Guadagnis eius fratrem Germanum, quem ſimiliter in dicta tertia parte hæredem inſtituit.*

Deceſſit poſtea teſtator mox etiam D. Petrus frater, antequam d. filiæ nuberent, quę poſtea nupſerunt, vnde orta quæſtio de dicta parte tertia Petro relicta ad quẽ ſpectare deberet, an ad dd. filias quaſi caduca, an ad dictos filios Aemilij ex iure accreſcendi, an verò ad filios eiuſdemmet Petri ex iure tranſmiſſionis. Nos verò referendum putauimus Clariſſimo Magiſtratui, locum fuiſſe tranſmiſſioni ad fauorem dictorum filiorum Petri.

Moti ex coniecturis ſequentibus, & in primis
1 quidem, † quia certum eſt fideicommiſſum conditionale tranſmitti, quando agnationi prouiſum apparet Gabr. de hæred. inſtit. concluſ. 2. num. 23. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 1. num. 23. cum concord. vt apud eos, de qua prouiſione ſatis conſtabat ex lectura teſtamenti.

Opponebatur, prohibitionem fuiſſe perſonalem, ſed reſponſum fuit eſſe realem, & ſic extendi
2 etiam ad hæredes, † & quia facta eſt cum clauſula, quia voluit dicta bona conſeruari in eius agnatione, & quia cum voce, hæredibus, Craſſ. in §. fideicommiſſum, q. 5. num. 11. per tot. num.

Item opponebatur, non releuare coniecturam, ex quo adſunt filij dicti Aemilij, per quos æquè cõſeruari poterunt in agnatione; ſed reſponſum fuit, in eis non poſſe verificari intentionem defuncti, cum non poſſint ſuccedere ad dicta bona vigore dicti teſtamenti, non quidem per viam ſubſtitutionis, quia non aderat ſubſtitutio in hoc caſu, cũ non fuerint ſubſtituti ipſi Petro, nec ipſi adſit aliquis ſubſtitutus, non per viam iuris accreſcendi, quia
3 non intrabat, vt mox demonſtrabimus, † ex quibus ſequeretur, quod ex neceſſitate intelligi oporteret de agnatis deſcendentibus ex ipſomet Petro ad Ruin. à contrario ſenſu intellectum, conſ. 381. num. 8. verſ. non obſtabat lib. 2. Mantic. d. lib. 11.
4 tit. 20. num. 24. Menoch. conſ. 200. n. 114. † nam excluſo iure accreſcendi, aut ſubſtitutionis bona cecidiſſent in cauſam caduci, & remanſiſſent penes dictas filias hæredes grauatas, l. ſi ab eo. ff. de vſufruct. legat. l. vnic. §. pro Secundo. C. de caduc. tollen. Peregr. de fideicom. art. 31. num. 6. ſub numero 19. ad fin. num. 22. & ſub 25. & ita ad eas, quę agnationem, & familiam conſeruare nõ poſſent, quare intrant Doct. mox. citat. qui in his terminis loquuntur.

5 Et per hæc ceſſabat etiam illa obiectio, quod nõ ſit locus iuri tranſmiſſionis, niſi poſſemus coniecturare, teſtatorẽ voluiſſe prouidere illis, ad quos intendimus, relictum conditionale debere trãſmitti, vt ait Rot. Rom. in nouiſſ. par. 1. deciſ. 782. n. 9. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 20. num. 2. quia eo nomine agnationis ſatis datur intelligi etiam filijs ipſiusmet Petri fuiſſe prouiſum, tam per ſupradicta,
6 quàm, † quia hoc nomẽ eſt collectiuũ omnes deſcendentes grauati complectens, gradatim ſucceſſiuos Tiraquell. in 1. retract. §. 1. Gloſ. 9. num. 11. & ſeqq. & num. 203. Didac. pract. quæſt. cap. 38. Molin. de Hiſpan. Primogen. lib. 1. cap. 5. num. 23.
7 & ſeqq. † ſtante diſpoſitione conſeruationis bonorum in familia, Theſ. deciſ. 248. num. 4. & 14.

Nec obſtat, quod agnati fuerunt vocati in caſum contrauentionis tantum, & non etiam in ca-
8 ſum mortis, † quia ſufficit oſtendere, quod fuerunt aliquo modo conſiderati à teſtatore ad Mant. de coniect. &c. lib. 11. tit. 20. num. 15. per tot.

9 † Rurſum, quod opponebatur tranſmiſſioni locum non eſſe quatenus Petrus fuit proprio nomine vocatus ex ead. deciſ. Rot. Rom. 782. num. 11. & 12 & authoritate D. Cabal. in conſil. ciuil. 136.
10 n. 13. eadem ſolutione tollebatur, † ſi quidem talis coniectura agnationis conſideratæ ſuffecerat ad includendam tranſmiſſionem, tam ex proprietate vocabuli, quam ex coniectur ata mente teſtatoris, ad Menoch. conſ. 209. num. 28. & ſeqq. & tot. hoc conſ. videndum ad hunc caſum, vbi eleganter, hoc adminiculo carebat caſus Deciſ. Rot. Roman. nec in his terminis loquutus reperitur D. Caballus in conſ. præcit.

Secunda, itaque coniectura huc intrabat, quod teſtator non contentus diſponere ad fauorẽ agnationis, & cum prohibitione alienationis, vlterius etiam progreſſus eſt priuando filias omnibus alijs ſuis bonis, factis detractionibus quantitatum ſibi relictarum, iubendo, eas tacitas, & contentas eſſe: Namque niſi fideicommiſſum transferatur ad fi-

lios

Digitized by Google

lios Petri ſequeretur abſurdum euidens, quod ta-
les fœminæ, ita excluſæ maſculis præferentur, eiſq;
11 eſſent potiores? † quod ne ſequatur intrat trans-
miſſio Iaſ. cõſ. 31. verſ. ex cõiectuta. in fin. lib. 2.
Craſſ. receptarum ſentent. lib. 2. §. Tranſmiſſio.
q. 28. & apparet enixa voluntas teſtatoris filias ex-
cludentis, ad quos enim redirent bona? ad filias?
12 † atqui per indirectum, quodam modo fraudare-
tur teſtator contra cap. cum quid de reg. iur. in 6.
13 † & caducitati eſt occurrendum, tanquam odio-
ſæ, vbi alia cauſa poteſt inueſtigari tot. tit. C. de ca-
duc. tollen. & ibi ad Bald. in princ. num. 10. Ad fi-
14 lios Aemilij? atqui ab inteſtato, non, † quia non
eſt ab inteſtato locus, quatenus extat teſtamentum
l. quamdiu, ff. de acquir. vel omitt. hæred. ex teſta-
mento? minus, quia non ſunt coniuncti, vel ſubſti-
tuti dicto Petro, ergo intrare viſum fuit, quod in
quandam conſequentiam ſaltem ad voluntatem
teſtatoris valde affinem, & conformem, debeant
15 ſuccedere filij Petri per viam tranſmiſſionis, † per
regul. quod conceſſo antecedenti conceditur, &
16 conſequens, l. 2. ff. de iuriſd. omn. Iud. † & quod
remoto antecedenti omne eius conſequens remo-
17 uetur, l. veteris, ff. de itiner. actuque priuat. † & in
materia tranſmiſſionis eum tacitè ſub inferri, qua-
tenus veniat in conſequentiam expreſſorum patet
ex Natt. conſ. 551. num. 30. Cæphal. conſ. 114. nu-
mero 8. 9. Bald. in l. ſi pater. in 4. quæſt. C. de inſtit.
& ſubſtit. ſub condit. fac. in l. vnic. colum. fin. C. de
18 his qui ant. apert. tab. † aut ex diſpoſitis ex teſta-
19 mento, D. Caball. conſ. 136. num. 7. † etiam in col
lateralibus, vt ait Pariſ. conſil. 25. num. 7. 8. lib. 2.
Curt. iun. conſ. 16. colum. 5. verſ. Sed quod fortius
Rim. iun. conſ. 18. num. 6. lib. 2. Bero. conſil. 104.
num. 16. lib. 2. Ludouic. Deciſ. Peruſ. (vbi copioſè)
102. par. 2. Ond. conſ. 70. num. 32. lib. 1. Rot. Rom.
d. deciſ. 782. num. 3. & 5. par. 1.

Sed, & tertia accedebat coniectura, quatenus
rationem, ſeu mentionem filiorum Aemilij habuit
teſtator, eo quod tunc temporis Aemilius in huma
20 nis non degeret, † qua enim ratione vocauit filios
præmortui patris, veriſimile eſt, quod aliàs, & Pe-
tri filios fuiſſet vocaturus, ſi Petrus eorum Pater
non extitiſſet, vt ponderant hanc coniecturã Do-
ctor. Ruin. conſ. 145. col. penult. volum. 2. Zanch.
in repet. l. hæredes mei, §. cum ita par. 4. num. 377.
Menoch. d. conſ. 209. num. 22. & ſeqq. & Peregr.
art. 21. num. 26.

Nec tollit hanc coniecturam inæqualitas portio
21 num, † quia plus, & minus non faciunt differẽte
ſpecie l. fin. ff. de fund. inſtruct. Prob. ad Io. Monac.
in c. 2. num. 6. de hæret. in 6. Menoch. de præſ. q. 5.
num. 14. cũ non tollat inæqualitas huiuſmodi fun-
ditus, & omnino mentem teſtatoris, ſed hæc ma-
neat adhuc viua in parte illa, quæ relinquitur, vnde
nec ceſſet coniectura teſtatoris æque veriſimiliter
prædiligentis filios fratris in tali portione patri reli
cta, ac alios filios in alijs portionibus ſecundum
Ruin. & Zanch. & alios mox citat.

Cui conſiderationi valde affinis eſt, quod dicũt
22 Doctor. † teſtatorem ita præſumi diligere hære-
dem inſtituti, ac ipſummet inſtitutum Soccin. in l.
Gallus, §. etiam, ſub num. 8. ff. de lib. & poſthum.
Soccin. iun. conſ. 158. nu. 14. lib. 2. prout in propoſi
to argumentatur Ruin. conſ. 178. num. 8. conſ. 188.
num. 4. lib. 2. Natt. conſ. vlt. ſub nu. 9. & in noſtris
ferè term. † Menoch. d. conſ. 209. ſub num. 18. &
23 19. † quæ ſententia licet non ſit communiter rece
pta teſte Peregrin. de fideicommiſſ. art. 11. num. 8.
24 in fin. † idem tamen Peregr. ait tollerabilem eam
videri in portione ipſiusmet parentis, vt hæc ſal-
tem ad proprios filios tranſmittatur eod. artic. 31.
ſub nu. 25. ad fin. in verſ. præterea conſiderandum,
& quicquid ſit ſufficiant hæc ad remotionem ob-
ſtaculi præfati.

Demum ex his omnibus ſaltem ſimul iunctis
nobis videbatur, non incongruè eam intrare poſſe
25 coniecturam, † quod teſtator ſi fuiſſet interrogã-
tus ita fuiſſet reſponſurus, quam in his præciſè ter-
minis conſiderant Doctor. vt patet ex Gabr. de hę
red. inſtit. concl. 2. num. 40. Menoch. d. conſil. 209.
26 num. 20. 21. lib. 3. † iuncto, quod in hoc videbatur
latere ſumma æquitas, vt conſiderat ibidem Men.
27 d. num. 21. † quæ ex omnibus, quæ circa negociũ
contingunt impletur vt ait l. bona fides, 31. verſ. Si
totus, ff. depoſ. & in materia tranſmiſſionis conſi-
28 derat Fulgoſ. conſ. 15. in fin. † duram autẽ inęqua
litatẽ hinc reſurgere, non bene audiebamus, quod
alij filij ex fratre prædefuncto omnia haberent; alij
verò ex alio nihil prorſus, grauiſſimos authores ſe-
quuti, qui in hiſce term. ſic conſulendo reſponde-
runt, Ruin. conſ. 145. n. 6. in 2. Curt. iun. conſ. 295.
num. 16. cum alijs quos refert, & ſequi videtur Pe-
regr. art. 31. ſub num. 9. ad fin. præſertim cum arbi
trium ad fauorem tranſmiſſionis bene intrare pu-
taremus, tam ſtantibus prædictis vrgentibus conſi
29 derationibus, & coniecturis, † quam etiam, quia
ius tranſmiſſionis eſt fauorabile, vt ait D. Caball.
30 conſ. 136. nu. 8. cum concord. † ex arbitrio noſtro
adiudicandum, quod valde poſſet in tranſmiſſio-
ne Soccin. iun. conſ. 141. num. 23. vol. 2. Mantic. de
coniect. vlt. vol. d. lib. 11. tit. 20. nu. 10. in fin. Zanch.
in §. cum ita, par. 4. num. 22. 23. l. hæredes mei, ff.
ad Trebell.

Quare, quod pertinet ad filias ex hoc iure tranſ-
31 miſſionis remanere excluſas conſtabat, † cum ceſ-
ſet cauſa caducitatis in iure tranſmiſſo, eo ipſo
quod ſit ius ab initio actu exiſtens, licet eius condi-
32 tio à futuro euentu adhuc pendeat, † vnde de tali
iure idem iudiciũ habetur, quod de iure ipſo quæ-
ſito haberetur excell. D. Morot. Reſp. 3. nu. 17. 18.
caducitas verò, vbi eſt ius quæſitum, ceſſat, ergo
ceſſabit in caſu prędicto æquiparato.

Difficultas verſabatur maior, quoad filios Aemi
lij prætendentes ex iure accreſcendi debuiſſe om-
nibus anteferri ob coniunctionem verbalem, quã
aſſerebant contineri in illis verbis teſtatoris ab iota
33 tio de induſtria, ne repetantur, relatis, † eo quia le
gatum conditionale, licet interim remaneat pęnes
hæredem, manet tamen cum onere reſtituendi
ſubſtitutis, ſeu cõiunctis adueniente cõditione, l. 1.
§. pro ſecundo, C. de cad. toll. D. Morot. reſp. 2 u. 4.

Atqui

34 † Atqui re vera nullam ſubeſſe coniunctionem
talem viſum fuit, cum deficerent trad. Doct. in l. re
coniuncti, ff. de leg. 3. l. triplici, ff. de verb. ſignif. §. ſi
eadem res, in ſtit. de legat.
Neque verò obſtare videbantur verba *deuenire*
voluit, & filios Aemilij, & Petrum æqualiter de-
35 terminantia; † namque reſpondebatur, nō ex vni
tate verbi, ſed ex vnitate ſermonis ad rem vnam
in commune ambobus fieri cōiunctionem verba-
lem, Donel. in opuſc. in epiſt. ad Alber. Gentil. co-
lum. 3. pag. 117. citat. ab eruditiſs. I. C. d. Pandul-
pho Spanocchio, Bart. in l. re. coniuncti. num. 12.
ad fin. ibi ſi ergo vis dignoſcere coniunctos verbis,
ſemper inſpicies vnitatem Sermonis de leg. 3. &
ibid. Iaſ. num. 74. 83. & 86. Rip. num. 44. & ſeqq.
Craſ. in §. ius accreſcendi, q. 4. ſub num. 2. ibi, *ſub-*
ſtantia enim coniunctionis verbalis conſiſtit in iden-
titate orationis coniungentis; & diſtinguit hos ter-
minos coniunctionem verborum, & ſermonis in
materia Bald. conſ. 362. quæritur à me par. 1. Hic
autem diuerſitas ſermonis, ſeu orationis conuince
36 batur, † quia vbi adſunt diuerſæ clauſulæ non eſt
vnitas, ſed diuerſitas, vt colligitur clarè ex Mising.
in d. §. ſi eadem res, nu. 3. Inſtit. de legat. ſunt enim
hic duæ illæ clauſulæ, *& ita, &c.* quę *ſimiliter, etc.*
ſingulæ poſitæ in fine ſingularum particularum
orationis ſingulas perſonas vocantium.
37 † Neque mouebat, quod clauſula ſecunda, in
qua inſtituitur Petrus mutuet aliquid à prima; in-
telligendo ibidem ea verba, deuenire voluit, quo
caſu non diuerſa, ſed vna tantum oratio habetur,
38 iuxta Neuiz. conſ. 72. ſub num. 14. & 15. † & quan
do oratio etiam ſeparata regitur ab eodem verbo;
tunc eam non dici diuerſam, ſed eandē tradit Bart.
in l. in repetendis, colum. 2. verſ. quandoq; eſt iden
titas, de leg. 2. refert, & ſequitur D. Morot. reſp. 2.
num. 19 & in puncto videtur eſſe Doctr. Bald. in
d. conſ. 362. ad fin. par. 1.
39 † Quia reſpondebatur vnitatem, vel diuerſita-
tem in hac materia intelligi ex vnitate, vel diuerſi-
tate actus legandi, vel inſtituendi, quæ quidem di-
uerſitas hic erat clara in repetitione dictarum clau
ſularum iux. Doctr. Bart. in l. re coniuncti, ſub dicto
num. 12. ad fin. iunct. num. 2. 3. ante, Iaſ. & Rip. in
40 pręcit. loc. Bald. in d. conſ. 362. in fin. par. 1. † ponit
exemplum propriè in verbo, lego, bis repetito, qui
propterea retorquetur, adde Surd. in propoſito con
ſil. 31. ſub num. 38. & 39.
41 † Nec reſiſtebat, dum replicabatur, quod verba
deuenire voluit, eſſent tanquam principalia atten-
denda, non illæ clauſulæ, tanquam acceſſoriæ, quæ
non poſſunt alterare principalem diſpoſitionē ad
l. cum principalis. vbi Dec. & Cagnol. ff. de regul.
iur. Surd. conſ. 365. num. 4. & 8. lib. 3. Bart. in l. ſi
quis ſeruum, §. fin. de leg. 2. Curt. iun. conſil. 259.
ſub num. 4. à contrario ſenſu. lib. 3.
Quia reſpōdebatur, quod cum ex vnitate actus
legandi pendeat, & vnitas orationis, vt ſupra oſtē-
ſum eſt, propterea non cōcedi poſſe, quod dd. clau
42 ſulæ ſint acceſſoriæ, ſed principales, † ad quod cla
rius demonſtrandum oſtēdebatur, dicta verba de-
uenire voluit reſtringi ad modum, iuxta quem de-
43 uenire voluerit, ex verbo, † ita, quo ſignificatur
modus l. 2. C. de donat. quæ ſub mod. l. cum mora.
l. vt reſponſum, l. ſi ex falſis, C. de tranſact. l. quibus
diebus, §. Termilius, vbi Bart. de condit. & demon
44 ſtrat. & ex dictionibus ſimul iunctis, † & ita, ex
quorum ſono ſatis datur intelligi, huc teſtatorem
finalem animi ſui intentionem contuliſſe ad not.
45 Oſaſc. conſ. 8. num. 80. † & ex verbo inſtituit, qui
modus eſt acquirendi ad tit. de hæred. inſtit.
Et demum hoc conuincebatur in puncto ex Do
ctr. Caſtr. in l. Lucius, §. quæ habebat, ff. ad Trebel.
& ex l. planè. 34. §. fin. vbi idem quoque Caſtr. ff. de
46 leg. 1. † quibus locis dictio, ſeu oratio prima limi-
tatur, & reſtringitur à ſubſequenti.
47 Et cōcurrebat vis ipſa rationis naturalis, † à qua
nemo ſe ſubducere poteſt, nec eſt, vbi ea adeſt, ne-
ceſſe, quod quid aliunde probetur, iuxta Ang. con-
ſil. 275. col. fin. Iaſ. in l. illam, num. 10. C. de collat.
48 Oſaſc. conſ. 18. num. 47. 48. † & quæ ſufficit ad du
bia explicanda, Crauet. conſ. 992. ſub num. 19. &
49 conſ. 31. nu. 5. conſiderando, † quod ex verbis de-
uenire voluit ſola mens teſtatoris infertur volētis,
quod bona ſua deueniant ad vocatos, Theſ. deciſ.
233. num. 7. Non autem modus, quo vellet ea in
eoſdem hæredes deuenire, quem cum illis clauſu-
lis mox interpoſitis explicauerit teſtator, intrat re-
ctè quod ad ſtabiliendum, an ſit coniunctio, necne
ipſæmet clauſulæ ſint omnino attendendæ, cum
hę ſolæ concernant modum, & actum inſtituendi,
ex quo ſolet huiuſmodi materia definiri vt dictum
50 eſt, † in tantum quod data repetitione verbi inſti-
tuit, & diuerſitas orationis intercedat, & diſiun-
ctio, iuxta Bart. in d. l. re coniuncti, num. 3. 11. 12.
de leg. 3. quem communiter omnes ſequuntur, te-
ſte Craſſ. in §. ius accreſcendi, quæſt. 4. num. 2. Ca-
ſtr. in d. l. Lucius, §. quæ habebat. ad Trebell. Curt.
iun. conſ. 259. num. 4. Bald. conſ. 362. par. 1.
Verùm hæc non mouebant dominos, quia non
ſumus in legatarijs, ſed in hæredibus inter quos
etiam diſiunctos datur ius accreſcendi, §. His ita,
C. de cad. tollen. Bart. in l. re coniuncti. 1. 87. n. 25.
52 de leg. 3. † Sed tranſmiſſio, quatenus hæc vincit
ius accreſcendi, præpollet, & eſt eo. potentior, vt
tradunt Bald. & Caſtr. in l. vnic. C. quando non. pe-
tent. par. &c. cum alijs citat. per Menoc. conſ. 209.
num. fin.
Diximus dictam tertiam partem fore diuiden-
52 dam, † quia nemo cogitur ſtare in communione,
l. fin. C. com. diuid. Theſ. deciſ. 142. in princ. maxi-
mè, quia licet non appareat in ſpecie perita non ſit
tamen extra, ſed iuxta petita in conſequentiam pe
53 titorum † quo caſu quil bet Iudex potuiſſet ſuper
ea pronunciare ad Natt. conſil. 617. num. 5. in fin.
multò magis Clariſs. Magiſtratus ad Crau. in con-
ſil. 210. in fin. & conſ. 248. ad fin. Oſaſc. deciſ. 1. nu-
mero 20. 21. Immo facies ipſiuſmet ſententiæ de
more exhibitæ hoc ipſum continebat, quam po-
tuimus ſequi referendo Clariſs. Magiſtratui, nec
conſtabat, quod cum ipſiſmet filijs Petri vlla vn-
quam diuiſio facta eſſet, nec conſtare poterat ſtan-
te li-

Digitized by Google

te litis pendentia an dicta portio ad eos pertineret,
34 † impoſſibile eſt enim intelligere accidentia extra
ſubiectum D.Caball.conſ.ciuil. 81.num.6. & con-
ſil.24.num.8.par.1. & ad Surd. deciſ.6.num.4. &
35 ſeqq. † Vbi dum eſt lis, quæ ſuſpendit principale,
ſuſpendit etiam acceſſorium, vt ibid.ſub nu.7. &
per tot. & ſecundum hanc relationem fuit iudica-
tum per Clariſs. Magiſt. prædic.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Forum mercatorum eſt in competens, quando agitur de recognitione ſcripturæ per comparationem literarum, & ibi de materia remiſſiuè, num.1.

D E C I S I O XXX.

1 VBi agitur de recognoſcenda ſcriptura mor-
tui dictum fuit forum Mercatorum eſſe in-
competens, quia in comparatione literarum ver-
ſantur plures iuris articuli, an comparatio literarũ
plenam, aut ſemiplenam fidem faciat, & an ſit ad-
mittenda in ſubſidium dumtaxat, quando alia nõ
habetur probatio, cum alijs, de quibus in l.compa
rationes, & ibi Doctor. & C. de fid. Inſtrum. latè
Maſcard. de probat. concluſ.330.ad prin. Viu. in
commun.opin.concl.113.in ver.comparatio. Me-
noch.de arbitr.caſu 114.lib.2. Afflict.deciſ.181.Lu
dou.deciſ.Peruſ.7. Theſ. quæſt. Forenſ.24.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Data iuriſdictione cum clauſula irritanti, intelligitur pri natiuè quoad alios, num.1.

Statutum Ciuitatis dominantis, quando ſit attendendum num.2. & ſeqq.

Eſt attendendum, quando Ciuitati dominanti non eſt no cibile, num.3.

Exemplum Principis ſequendum eſt, num.4.

D E C I S I O XXXI.

IN caſu declinatoriæ fori curiæ mercantiæ di-
ctum fuit, non obſtare declinatoriam non ob-
ſtante ſtatuto Burgi Sancti Sepulchri, vbi omnes
cauſæ primæ, & ſecundæ inſtantiæ ſunt ibid. ter-
minandæ adiecta pœna, & cauſa irritante, &cęt.
1 † per quã cenſetur data Iuriſdictio priuatiuè quo-
ad alios, ad Menoch.lib.2.præſumpt.18.num.11.
Nec etiam obſtante ſtatuto Florentino incip. Vr-
bem noſtram in Rub.1. de legibus, lib.5. vbi exci-
piuntur loci, qui proprias habent leges authoritate
Florentina confectas, aut confirmatas.

Quia aderat aliud ſtatutum eiuſdem Ciuitatis dominantis lib.4.cap.34.pleniſſimum, quod ſtatu tum fuit à Sereniſs D. Cõfirmatum occaſione in-competentiæ mutæ à Thadæo de Petra Sancta, vbi in eiſdem terminis mandauit, ſeruari ſtatutum Florentinum.

Non obſtat dictum ſtatutum Burgi, quia irri-
tatur à dicto ſtatuto Florentino, & quia confirma
tio ſtatutorum Burgi fuit limitata ad caſus tantũ,
vbi ſtatuta eſſent contraria ſtatutis Florentinis, &
nos aduertebamus in ſpecie, quod in hoc caſu age
retur etiam de præiudicio Ciuitatis Dominantis
2 circa Iuriſdictionem, † quare hoc maximè in ca-
ſu cenſuimus, eſſe attendendum ſtatutum Floren
3 tinum contrarium, † quicquid aliter dicendũ fo-
ret, vbi eſſet contrarietas, ſed talis, quæ Ciuitati
dominanti non eſſet nocibilis, ad Rom. conſ.218.
Dec.conſ.17.lib.1.conſ.538.lib.2. Surd.conſ.321.
ſub num.50. & ad alia per me de interpret.inueſti-
4 tur.cap.2.grad.2.poſ.4.nu.28. † Vbi probo, quod
ſtatuta ita contraria, vt præiudicent ciuitati domi-
nanti quoad iura, Dominium, & honorem, non
valeant, & alia in materia locorum acceſſoriè, vel
principaliter additorum Ciuitati principaliter ple-
niſſimè dixi.

Vltrà quod ſtatutum Rub.34.li.4. ob claram de-
rogatoriam in materia Iuriſdictionis præferendũ
5 eſſet ſtatuto Vrbem noſtram, † & exemplum ip-
ſiuſmet Principis eſſet nobis omnino ſequendum
ad l.minimè, ff.de legib. & ad Menoch.conſ.486.
ſub num.25. verſ quartò ad rem, & num.28. li.5.
Vbi exemplo pręſertim maiorum, qui nobis præ-
ſunt eſt iudicandum, & §. Sed & quod Principi
Inſtit.de iure nat.gent.&c.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Actor ſequitur forum rei, num.1.

Locus eſt attendendus, vbi facta eſt ſubſcriptio, numero 2.

D E C I S I O XXXII.

DIctum fuit, ciuem Florentinum nõ potuiſ-
ſe Piſis coram conſulibus maris conueniri
1 per regulam, † Primò quod actor ſequitur forum
rei, l.fin. C. vbi in rem actio. Nec obſtare ſtatutũ
Conſulum, quod forenſes ibi poſſint conueniri in
cauſis mercantiæ, quia, vt correctorium iuris cõ-
munis reſtringitur ad negocia ibid geſta. Nec fuiſ-
ſe probatum ſcripturam, de qua agebatur fuiſſe
ſcriptam Piſis immo apparebat Florentiæ ab vno
2 ex ſubſcribentibus ſubſcripta, † vnde multo ma-
gis hic locus eſſet attendendus, vbi facta ſubſcri-
ptio, Bald.in l.multum intereſt, num.28. C.ſi quis
alteri, vel ſibi l.fin. ff.com.præd. gloſ.in l.obligari,
§.1. ff.de author.tutor. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Hæredes pro hæreditarijs tãtum portionibus onera agnoſcunt, num.1.

Non in ſolidum, ſi non agatur contra eos, etiam tanquam contra poſſeſſores, num.2.

Creditor cenſus agit contra poſſeſſorem rei obligatæ pro rata, num.3.

Clerici

Digitized by Google

Clerici etiam pro cenſu debito, ſiuè in perſonali, ſiuè in reali coram Iudice eccleſiaſtico ſunt conueniendi, reiecta contraria opinione, num. 4.

DECISIO XXXIII.

FActum fuit grauamentum ſuper bonis Communibus, & indiuiſis inter Reuer. D. Octonem de Terzonibus patruum, & Reuer. D. Nicolaum, & alios duos fratres ſæculares d. Octoni nepotes ex Octone eiuſdem fratre, ſcilicet contra dictum Reu. D. Octonem nomine proprio, & cõtra præfatos ſuos nepotes, tanquam Hæredes d. Horatij Patris, quia vnà cum dicto Reuer. D. Octone interceſſerant fideiuſſores in ſolidum, & principaliter obligati pro ſolutione cuiuſdam annui cẽſus, & agitata cauſa fuit dictum grauamentum in prima, & ſecunda ſententia confirmatum pro tertia parte tantum, & in reliquis infirmatum, & in ſecunda ſententia in totum confirmatum.

Nos verò confirmandum putauimus pro rata
duorum fratrum ſecularium cum duos eſſe fratres
1 ſeculares conſtaret; † ſiquidem pro hæreditarijs
tantum partibus, ſeu portionibus hæredes onera
hæreditaria agnoſcere, ait text. in l. pro hæreditarijs, C. de hæreditar. act. maximè, quia non agitur
contra eos, tanquam contra poſſeſſores cenſus, ſed
2 tantum tanquam fideiuſſores, & obligatos, † vnde non intrant, quæ aiunt Doctor. de poſſeſſore,
vel hærede in ſolidum conueniendo, iuxta Didac.
3 Couarr. Var. reſol. lib. 3. cap. 3. num. 7. † Confert,
quod in term. fortioribus aiunt, ſi nulla pars fundi
obligati adſit, vel remanſit penes cenſuarium, vel
hæredem, creditorem debere agere contra quemlibet poſſeſſorem ad ratam, tenet Ioan. Bapt. Mad.
in tractat. de cenſibus reg. 12. ſub princ. & numero 3. & 4.

Infirmauimus autem grauamentum pro rata
perſonarum eccleſiaſticarum, quia ſiue perſonali,
ſiue reali actione agatur in foro eccleſiaſtico eſſe
4 conueniendos certum eſt, † quicquid in term. cenſus aliter cenſuerit, & dixerit Gul. de Cun. in l. de
his, C. de Epiſcop. & Cler. quem ſimpliciter referẽdo ſequi videtur Bon. Corten. in tract. de cenſ. artic. 59. ad fin. Nam hæc opinio expreſſim reprobata eſt per Bald. in d. l. de his, & Abb. in cap. qualiter
ſub num. 8. 9. de Iudic. vbi latè, quod, ne quidem
pro reali poſſit Clericus in foro Seculari conueniri; quos alij communiter ſequuntur, vt patet ex
add. ad Bald.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

Per liberationem à carceribus debitoris non fuit renunciatum fideiuſſori, num. 1.

Maximè, ſi fuit reſeruatum ius quoad eum, numero 2.

Liberatio à carceribus non inducit liberationem à debito, num. 3.

Ob ſecundum fideiuſſorem non intrat nouatio, num. 4.

Quando ſecunda obligatio non fuit facta animo nouandi, vel tollendi primam, num. 5.

Si prima obligatio ſit de ſoluendo ad tempus, & ſecunda ad beneplacitum nouatio, an ſit inducta, num. 6.

Aliud eſt prorogare ſolutionem aliud obligationem primo caſu non liberatur fideiuſſor, ſecundo liberatur, numero 7.

Fideiuſſores obligati principaliter cenſentur reſpectu creditoris tot rei debendi, num. 8.

Et ideo geſta cum vno alijs non proſunt, num. 9.

DECISIO XXXIV.

INtrauit quidam fideiuſſor ad tempus, & poſt tempus alius; Inde fuit incarceratus principalis, & liberatus de voluntate creditoris; mox creditor ceſſit tertio debitum cum verbis, *quanto alla perſona di N.* (comprehenſo, ſcilicet primo fideiuſſore ſupradicto) *lo conſegnò tale, e quale non volendo eſſer obligato à coſa alcuna, come ſe non fuſſe mai ſtato obligato.*

Tactus autem fuit hic primus fideiuſſor, qui tactus fuit confirmatus per primum Iudicem à quo,
1 cuius pronunciam, & nos confirmauimus, † quia
non cenſuimus per liberationem à carceribus fuiſſe renunciatum fideiuſſori, non obſtante Soccino
conſ. 173. ſub num. 6. lib. 2. quia in caſu Soccin. ita
conuentum fuit, vt non antea ageret contra fide-
2 iuſſorem, † Immo in liberatione facta à carceribus creditor reſeruauit ſibi iura in reſiduo, l. at ſi
3 quis, §. plerique de religioſ. & ſumpt. funer. † ita
quod liberatio à carceribus non inducat liberationem à debito, Bart. in l. non ſolum, §. morte numero 17. ff. de oper. nou. nunc.
4 † Nec intrabat nouatio ob ſecundum fideiuſſorem, de qua per Bart. in l. Valerianus, ſub num. 5.
5 ff. de prætor. ſtipul. † quia ſecunda obligatio non
interuenit animo nouandi, aut tollendi primam,
ad Menoch. lib. 3. præſumpt. 134. num. 12. Afflict.
ſuper conſtit. tit. qui fideiuſſ. dar. poſſ.
6 † Non obſtat, quod in ſecunda obligatione dictum ſit de ſoluendo ad omne beneplacitum, cum
prima eſſet de ſoluendo poſt tempus, ad Bart. in
d. l. Valerianus, num. 3. quia iam erat tranſactum
tempus præfinitum, vnde etiam primus fideiuſſor
tenebatur ad omne beneplacitum, quare nihil noui fuit expreſſum cum ſecundo fideiuſſore.

Nec prorogatio temporis dati à creditore à carcere dimiſſo ad ſoluendum, inducebat nouationẽ,
7 † quia aliud eſt prorogare ſolutionẽ, & aliud obligationem, primo caſu non liberatur fideiuſſor, ſed
ſecundo tantum, vt Bart. in d. l. Valerianus, ad fin.
Bertrand conſil. 188. num. 2. lib. 1. par. 2. Theſ. de-
8 ciſ. 125. † & fuit etiam dictum, quod fideiuſſores
erant obligati principaliter, & in ſolidum, vnde eſſent tot rei debendi reſpectu creditoris. l. reos, §.
cum in tabulis. de duobus reis, & ibi Doct. Surd.
9 deciſ. 308. num. 5. & 11. † & ideo, quod geſta cum
vno ex iis, alij prodeſſe non poſſent l. ab omnib. &
ibi gl. & Bart. de leg. 1. Rot. dec. 112. n. 5. p. 1. Cou.
pract. quæſt. c. 24. num. 4. Laus Deo.

SVM-

SVMMARIA.

Res iudicata pro veritate accipitur, num. 1. 24. 25.

Ceſſante ſuſpicione antidatæ ceſſat diſpoſitio, l. ſcripturas, C. qui potior. num. 2. 26. 27.

Ita quod ſcriptura priuata anterior ſit præferenda inſtrumenta publico in hypotheca, num. 3.

Ex pronuncia recognitionis ſcripturæ non trino teſte notatæ quoad merum factum, ſcriptura huiuſmodi non eſt inſtrumento publico præferenda, num. 4.

Ratio, quia pronuncia quoad merum factum continet factum ſolum, vt verba eius ſonant, non ius anterioritatis quoad tertium, num. 5. 8. 9. 10. & ſeqq. 19.

Anterioritas eſt probanda ſpecificè, num. 6.

Propter timorem antidatæ, vel colluſionis, num. 7.

Pronuncia recognitionis quoad merum factum non præiudicat tertijs, num. 9.

Quæſtio facti in recognitione, & quæſtio iuris diſtinguntur, num. 10.

Pronuncia circa factum nil determinat circa ius, numero 11.

Sententia eſt ſtricti iuris, & in ea nil aliud continetur, quam quod expreſſim dictum eſt, num. 12.

Aut quam quod verba ſonant, num. 13.

Pronuncia recognitionis quoad merum factum veritatem facti, & rei geſtæ non benè, & ſufficienter fundat, num. 14.

Quando de veritate plenè alio modo conſtat, tunc ſcriptura priuata non trino teſte notata præfertur publico inſtrumento, & ceſſat l. ſcripturas, num. 15. 16.

Reijciuntur motiua præferentia ſcripturam priuatam non trino teſte notatam, recognitam quoad merum factum Inſtrumento publico, tanquam non benè in iure fundata, num. 17.

In probanda anterioritate non debet oſcitanter procedi, ſed multa cum cautela, num. 18.

Subſcribens ſcripturæ, in qua res ſua obligatur conſenſit obligationi, & bona ſua remanent obligata, numero 20.

In generali obligatione bonorum veniunt præſentia, & futura, etiam quod non id exprimatur, num. 21.

Ex l. ſcripturas, ſcriptura priuata non trino teſte notata, licet anterior non præfertur Inſtrumento publico poſteriori, num. 22.

Quæ l. ſcripturas habet locum non ſolum, quando contenditur inter duos creditores, ſed etiam inter vnum creditorem, fundantem ſe in ſcriptura tali, & emptorẽ, vel donatarium rei hypothecatæ, fundantem ſe in inſtrumento publica, num. 23.

DECISIO XXXV.

IN concurſu plurium creditorum fuit dubitatum, an ſcriptura priuata non trino teſte notata eſſet potior ratione hypothecæ inſtrumento publico; fecit dubitationem, quia ex pronuncia D.D. ſex fuit approbata tanquam ſcripta de manu debitoris ſub die, & loco, de quibus in ipſa, & ideo dari poſſe, & debere fidẽ, & hæc quoad merum factum ſolum, quę pronuncia tranſiuit in Iudicatũ,

1 † quod pro veritate habetur, & accipitur l. res Iu-
dicata, de regul. iur. cap. cum inter eod. tit. & infra
2 num. 24. 25. † & ceſſante ſuſpicione antidatæ de-
bet etiam ceſſare diſpoſitio l. ſcripturas, C. qui po-
3 tior, &c. & infra, num. 26. 27. † ita quod ſcriptu-
ra priuata anterior ſit potior inſtrumento publi-
co, in hypotheca, latè, & eleganter D. Caball. in
conſ. ciuil. 121. lib. 1. & in termin. ita fuit pluries
aliàs iudicatum, vt conſtat ex motiuis, ad calcem
huius deſcribendis.
4 † Nobis viſum eſt longè aliter, ſcilicet, quod
ſcripta priuata non trino teſte notata ex ſimplici
illa pronuncia quoad merum factum, non ſit præ-
ferenda inſtrumento publico, tametſi poſteriori,
iuxta diſpoſitionem d. l. ſcripturas, & ibi Doctor.
5 C. qui potior. † ex ratione euidenti, quam ipſamet
pronuncia in ventre gerit, ſcilicet, quod ſit danda
fides quoad merum factum inter ipſos nempè de-
bitorem, & creditorem, non autem quoad ius ali-
quod anterioritatis dandæ in præiudicium tertij,
quia vis non conſiſtit in negatione facti contenti
in ſcriptura, ſed in negatione anterioris confectio
6 nis, † quæ anterioritas eſt probanda ſpecificè, &
in indiuiduo, vt punctualiter dicit Sfort. Odd. in
conſ. 100. num. 67. verſ. & quod temporis huius
expreſſio, & num. 94. & 95. verſ. neque mouet, &
infra: Sequitur D. Caball. d. conſ. ciuil. 121. ſub nu
7 mero 6. propter timorem antidatæ, & ſuſpicionẽ
alicuius colluſionis, in quibus ſtat ratio d. l. ſcriptu
ras, C. qui pot. &c. qui timor, & ſuſpicio ea pronũ-
8 cia non tolluntur, † quæ in effectu nil amplius cõ-
tinet, quam recognitionem quandam ſcripturæ,
ſcilicet eam fuiſſe ſcriptam, & ſubſcriptam à tali-
bus, & tali tempore, & cætera, prout in ea contine
9 tur, † quæ alteri non nocet, ex cauſis prædictis,
Caſtr. conſ. 134. num. 1. & 2. conſ. 110. nu. 6. & 7.
verſ. an vero confeſſio lib. 1. cum alijs cumulatis
per D. Caball. in d. conſ. 121. num. 5. Bald. cõſ. 198.
num. 4. & 5. lib. 1. repetito in conſ. 466. numero 4.
lib. 5.
10 † Denique quærere, an talis ſcriptura ſit ſcripta
à tali, facti eſt quæſtio, an autem præiudicet, vel
ſcribentibus, vel alijs, quæſtio eſt iuris, quæ ſunt
diuerſa, vt patet ex l. mora in prin. ff. de vſur. l. qua
tenus cuiuſque, ff. de reg. iur. l. diuus, ff. de off. præſ.
Crauet. in conſ. 253. ſub num. 1. alia exempla plu-
ra Men. conſ. 191. nu. 33. & ſeqq. lib. 2. conſ. 366.
11 num. 38. lib. 4. † Quare dicta pronuncia ſe reſtrin
gens ad declarationem facti nihil determinat cir-
12 ca quæſtionem iuris, † quia ſententia eſt ſtricti iu
ris, & in ea nil aliud intelligitur, quam expreſſim
dictum, & non vltra, l. 1. C. ſi plur. vn. Sent. l. apud
Celſum, §. item quæritur, de except. dol. Bart. in l.
13 ſi expreſſim in 2. quæſt. de appellat. † quam quod
verba ſonent, Peregr. conſ. 94. nu. 15. lib. 2. conſ. 71.
nu. 20. lib. 4. D. Caball. conſ. Ciuil. 30. per tot. lib. 1.
& eſt in term. Motiuum lib. 77. car. 335. ſub die
2. Decembris 1595. & hoc eſt, quod dicta pro-
nuncia ſe ipſam explicat in verb. quoad merum
factum.

Quæ quidem tanto magis habere locum, cen-

ſuimus

Digitized by Google

fuimus in hac facti ſpecie, & ſimilibus, quia DD.
Sex Mercantiæ ſolent tales recognitiones facere
valdè ſimpliciter, & abſque aliquo apparatu exte-
riori, aut alia diligentia, vnde poſſit veritas ſcripto-
14 rum bene firmiterque fundari, † nam non dicitur
de veritate deponi ex tali recognitione, vt per Ga-
br. de proba. concl. 10. nu. 13.
15 Non obſtat D. Caball. in d. conſ. 121. † quia lo-
quitur quando de veritate diei, & temporis ſcriptu-
ræ ſufficienter apparet, quo caſu dicitur remoueri
omnis ſuſpicio antidatæ, & ideo præfertur ſcriptu-
16 ra priuata, † per reg. quod ceſſante cauſa ceſſat ef-
fectus, vt ibi per eum ſub nu. 1. & dicit communi-
ter eſſe receptum, & ad Gabr. d. conclu. 10. nu. 9. &
ſeqq. Vinc. de Franc. deciſ. 95. nu. 6. & 7. Anchar. in
[illegible] q. 10 per tot. lib. 1. Maſcar. de prob. concl. 109.
num. fin. & in hac ſpecie eſt Motiuum ex aduerſò
productum ſub 15. Ianuarij 1602. lib. 85. fol. 324.
17 vbi alia referuntur motiua ad idem, † vnde alia mo-
tiua in contrarium non erant attendenda, tãquam
in bono iure minimè fundata ad Menoc. conſ. 344.
nu. fin. lib. 4. conſ. 486. ſub nu. 25. verſ. 4. ad item, &
nu. 28. lib. 5. & contra quæ eſt dictum aliud moti-
uum ſub 2. Septembris 1595. quod ſubijcitur, ex
quibus, &c. Laus Deo &c.

Quod priuata ſcriptura verificetur, & ſit illis
diebus, & temporibus ſcripta, prout in illa contine-
tur habet maximè conſequentiam iuris effectum
propter anterioritatem, & prioritatem illi tributã,
18 per l. ſcripturas. C. qui potiu. in pign. hab. † & prop-
terea in illa comprobanda non debet oſcitanter pro-
cedi, ſed multa cum cautela, vt tradunt ibi Scrib. &
latè Gouar. pract. quæſt. cap. 22. Hæc in Curia Mer-
cantiæ, vbi proceditur de æquitate non ſcripta ad
vnguem non ſeruantur, ideo in cauſa mota in dicta
Curia per filios Domini Bartholomei de Gatte-
ſchis petentes, verificari ſcripturam quandam ſo-
cialem artis lanæ cum Ioanne Franciſco Baldeſio
hodie defuncto, ad quam verificationem citabatur
tur eius filij, pro quibus comparens D. Marcus Pal
merius eorum auus maternus allegauit declinato-
riam, dubitans, ne ita fieret præiudicium eius hypo
thecis fortaſſe poſterioribus, Nos annuentes vtri-
que parti diximus dictam Curiam competentem
quoad declarandum merum factum in dicta reco-
gnitione, ſed incompetentes in reliquis, & ſaluo iu-
19 re potioritatis comparentium in iſta cauſa † inten-
dentes quod huiuſmodi recognitio non tribuat ius
potioritatis, niſi quatenus facta probaretur legiti-
mè, ſecundum tradita ad d. l. ſcripturas, & quia om-
nes litigantes ad votum obtinuerunt abſoluimus
ambas partes ab expenſis.

Sequitur aliud Motiuum.

Vertebatur controuerſia inter Moniales ſanctæ
Mariæ de Burgo Buggiani, & quandam D. Ioan-
nam de dicto loco ratione Iudicij hypothecarij mo-
ti per dictas Moniales contra bona Laurentij An-
tonij Riſtorij, qui in quadam ſcriptura priuata eſt
obligatione bonorum ſuorum interceſſerat pro Ni
colao, & Philippo de dicto loco promittentibus pro
D. Laudomia eorũ ſorore, quæ ingrediebatur Mo-
naſterium dictarum Monialium florenos 50. & alia
bona, quæ ſcriptura manu aliena ſcripta, fuit ſub-
ſcripta ab omnibus prædictis, & poſtea, citata dicta
Domina Ioanna fuit approbata in Curia Mercan-
tiæ, quoad eius tenorem, & tempus in ea appoſitũ.
Contradixit D. Ioanna opponendo de quadam do-
natione ſibi facta per dictum Laurentium eius vi-
rum, licet tempore poſteriori, ſed de qua conſtabat
per publicum inſtrumentum, contendens præferri
debere, cum ſcriptura prædicta non eſſet trino teſte
notata, in dicta cauſa fuit per primos Iudices diuer
ſimodè iudicatum reſpectu bonorum donatorum
dictæ Dominæ Ioannæ. Re ad nos deuoluta iudica-
uimus etiam reſpectu dictorum bonorum ad fauo
rem monialium, confirmando in effectu ſentẽtiam
latam in prima inſtantia.

Moti, quia per ſcripturam priuatam in actis pro-
ductam apparebat de obligatione dicti Laurentij,
& bonorum ſuorum, licet ſcriptam manu alterius,
20 ſed ſubſcriptam manu ſua. † Nam vbi quis ſub-
ſcribit ſcripturam, in qua res ſua obligatur conſen-
tit obligationi, & bona ſua remanent obligata. l. fi-
deiuſſor. §. 1. & ibi not. glo. & Bart. ff. de pignor. Se-
quitur Ant. de Fan. in tract. de pignor. in 1. memb. 3.
partis princip. num. 15. Vnde vigore dictæ Apochæ
potuerunt Moniales pro contentis in ea agere hy-
pothecaria contra bona d. Laurentij, etiam quod
21 fuiſſent poſtea acquiſita, † quia in generali obliga-
tione bonorum veniunt præſentia, & futura, etiam
quod id non exprimatur. l. fin. C. quæ res pigno. o-
blig. poſſ. l. 1. vbi not. Bar. ff. de pign.

Nec viſum fuit obſtare inſtrumentum donatio-
nis productum pro parte d. D. Ioannæ, quia ſcrip-
tura priuata, de qua ſupra erat tempore anterior.
22 † Et licet non eſſet trino teſte notata, & ſic non po
tuiſſet videri præferenda etiam poſteriori hypothe
cæ inſtrumentariç. iuxta tex. l. ſcripturas. C. qui pot.
23 in pign. hab. † qui vendicat ſibi locum, necdũ, quan
do contenditur inter duos creditores, ſed etiam
quando inter vnum creditorem, fundantem ſe in
ſcriptura priuata non ſolemnizata, iuxta eius diſpo
ſitionem, & emptorem, vel donatarium rei hypo-
thecatæ fundantem ſe in inſtrumento publico, vt
not. Paul de Caſt. in conſ. 134. lib. 1. & conſil. 327.
lib. 2. Corn. in conſ. 138. col. 1. lib. 1. Socin. conſ. [illegible]
col. fin. lib. 4. Rip. in l. priuilegia, nu. 24. ff. de priuil.
credit. & Negul. in d. trac. de pign. in 2. memb. 5. p.
prin. nu. 79.
24 Attamen, cum talis ſcriptura fuiſſet approbata
per ſententiam latam in Curia Mercantiæ reſpectu
etiam diei, & temporis in ea appoſiti, ipſa Domina
Ioanna citata, perinde erat, ac ſi fuiſſet conſtitutum
de veritate. l. res iudicata. ff. de reg. iur. c. cum inter.
25 de re iudicat. † Immò ſi ſcriptura prædicta fuiſſet
ſimpliciter approbata per ſententiam adhuc fortaſ-
ſe diei potuiſſet etiam cenſeri approbata, quoad
tempus, & diem in ea appoſitum, vt videtur vo-
luiſſe Socin. in conſil 240. col. quarta, lib. ſecundo.
Sed hoc non fuit neceſſarium diſcutere in caſu, de
quo

quo ſupra, quia expreſsè fuerat etiam quoad tempus approbata.

Accedebat quod diſpoſitio d.l.ſcripturas fundata eſt ſuper ſuſpicione, ne fraudetur publicum inſtrumentum per appoſitionem diei, & temporis anterioris in ſcriptura priuata, vt ibid.not.Scrib.
26 † quæ quidem ſuſpicio ceſſare videtur ex verificatione dictæ ſcriptæ priuatę, per d.ſententiam Mercantiæ cuius reſpectu moti fuimus ad iudicādum pro monaſterio modo quo fecimus.

Sequitur aliud Motiuum.

Dominicus de Bartolena agens, vigore ſcripturæ priuata non trino teſte notatæ ad Tribunal magnificorum DD.ſex Curiæ Mercantiæ confugiendum duxit, vbi tandem obtinuit declarari dictam apocam fuiſſe ſcriptam, & ſubſcriptam per partes ſub præciſis die, & tempore in ea deſcriptis, illiq; in iudicio, & extra fidem adhiberi poſſe, & debere.

Conſtito ergo de veritate ſcripturæ, ſublataque ſuſpicione antidatę fuit reſolutum per D.primum Iudicem bene iudicatum, &c.

Sequitur aliud Motiuum.

27 † Idem fuit reſolutum ceſſante ſuſpicione antidatæ ceſſare etiam diſpoſitionem l.ſcripturas, per conſ.Bal.198.n.5.lib.1.& conſ.466.n.4.lib.5. Tiraq.de retract.conuent. gloſſ.7.nu.55.§.1.Burſat. conſ.103.n.3.Maſcar.de prob.concl.u. 109.nu. 1 [illegible].

Et ſecundum hanc ſententiam fuit reſolutum in hoc foro ſub die 3.Auguſti 1588.

Ceterum die 9.Iunij 1597. lib.Mot.80.a.211. in Rot.Senen.inter DD.Piccolomineos, & de Arughettis 7.Maij 1594.& in Rota Roman.coram Illuſtriſſ. D. Blanchetto 1.Iulij 1587. & iterum 3. Decembris 1593.

S V M M A R I A.

Declaratio caducitatis poteſt quandocunque fieri, n.1.
Procliuiores eſſe debemus ad abſoluendum, quam ad condemnandum, num.2.
Maxime a caducitate, à qua omnis cauſa etiam beſtialis excuſat, nu.3.17.
Declara, vt nu.18.& ſeqq.
Religioſi non debent eſſe proni ad caducitates incurſas petendas, num.4.
Magiſtratus habentes poteſtatem iudicandi ex æquitate, ſolent diſpenſare contra caducitatis incurſas, n.5.
Conſtitutiones occurrentes caducitatibus ſunt prouidæ, num.6.
Conſtitutio Pedemontana ponens formam reſtrictiuam caducitatum refertur, ſub eod.
Ex communi obſeruantia, ſi ante litem conteſtatam mora purgatur res in cõmiſſum non incidit, ſub eod. n.6.
Legibus iudicandum eſt, nu.7.
Ad emphiteotam pertinet docere de ſolutionibus, n.8.12
Pactum conuentum de caducitate incurrenda fortius aperatur, num.9.11.
Et diſpoſitio dicitur fauorabilior, num.10.
Emphiteota tenetur ad onera realia, nu.13.
Etiamſi emphiteoſis eſſet grauata magna pēſione, n.14.
Penſio magna non ſubuertit naturam emphiteoſis, n.15.
Quod conſuetum eſt attenditur, nu.16.
Credulitas non ſufficit ad euitandam caducitatem, ſed opus eſt veritate crediti compenſandi, nu.18.
Qualibet cauſa excuſat a dolo, quando probatur ſe motum ex ea cauſa, nu.19.
De ſpecie ad quantitatem, & econtra non admittitur compenſatio, nu.20.
Ei qui bene eſt informatus imputandum eſt, nu.21.
Melioramēta non reſtituuntur, ſi ita conuentū eſt, n.22.
Et etiam citra conuentionem, ſi cadatur ex culpa, nu.23.
Reſtitutionem rei emphiteoticæ ſequitur reſtitutio fructuum, nu.24.
A die reſoluta emphiteoſis, num.25.
Maximè, ſi ſit clauſula, quod ipſo iure, & facto incurſa intelligatur caducitas, nu. 26.
Sequuntur etiam damna, ſi ita fuit conuentum, iuxta liquidationem fiendam, nu.27.
Non veniunt autem in reſtitutionē penſiones, quia ſufficis fructus venire, quorū locum referunt pēſiones, n.28.

DECISIO XXXVI.

DOm. Bartolomeus Lapi del Touaglia 25. Ianuarij 1569. in emphiteuſim conceſſit Ioanni Iuliani de Bonſtallis quoddam molendinū cum iuribus, & pertinētijs pro annuo Canone florenorū ſexdecim, & duorum par caponū, & quatuor librarū piſcium pro quolibet anno, & ſub tēporibus, vt in inſtrumento, & cum pacto, quod in defectum ſolutionis per biennium continuum bona reuertantur, & reuerſa intelligātur in d.D. Bartolomeum, & ſucceſſores ipſo iure, & facto cū omnibus melioramentis, & cum pacto apprehendendi poſſeſſionem ſine licentia, & vberius, prout in dicto inſtrumento continetur.

Ceſſatum fuit biēnio, & vltra integro a ſolutio-
1 ne, ſequuta fuit declaratio, † (quæ poteſt fieri quādocūq; iuxta Surd.deci.29.) ab hæredib. d. D. Bartholomei ſuper caducitate incurſa, & deinde lis p eoſdem mota, in qua rei conuenti exceperunt non cecidiſſe ab emphiteoſi, quia ſoluerunt à pluribus annis citra taxam quandam, pro qua ſoluenda, dicebant fuiſſe obligatum d. D.Bartolomeū, vel hæredes Dominos directos, vel in totum, vel pro rata compenſandam, cum canone non ſoluto. Ad quod fuit replicatum. Primo dictā taxam eſſe onus merè reale pertinens ad emphiteotam. Secūdo in omnem caſum non conſtare de illis ſolutionibus idoneis pro cōpēſatione canonis vnius biennij. Tertio quod apparet de ſolidatione inter Lapum hæredē dicti D.Bartholomæi, & dictum Ioannem ſub anno 1592. die 7.Ianuarij, in qua omnia inter eos ſolidantur, nouæ promiſſiones, & iuratę fiunt dē ſoluendo Canonem prēfatum, datis etiam fideiuſſoribus, & tamen de dicta taxa nihil fuit dictum, tametſi per multos annos antea fuiſſet ſoluta per dictum Ioannem, & poſtea continuata ſolutio per plures annos, & ſemper ab eiſdem etiam d. Ioan-

nis Molendinarij hæredibus, qui hodie opponunt
compenſationem, de qua ſupra.

Super his cauſa inſtructa, viſum fuit, caducitati
locum fuiſſe condemnatis conuentis ad reſtitutio-
2 nem fructuũ. † Tametſi enim procliuiores eſſe de-
beamus ad abſoluendũ, magis quam ad condem-
3 nandum, iuxt. l. Arrianus, ff. de act. obligat. † &
præſertim in ſimili caducitaria materia, quæ dici-
tur pęna, à qua omnis cauſa etiã temeraria, vel be-
ſtialis excuſat, Ant. Sol. in antiq. Sab. decret. tit. de
iur. emphyt. decret. licet iure, par. 3. gl. 1. ſub n. 24.
col. 2. verſ. ad caducitatẽ in medio, col. fol. 39. Cor-
4 bul. de cauſ. priu. ob non ſol. can. limit. 17. n. 2. † vn-
de monentur clerici, & religioſi, quod nõ debeant
eſſe proni ad caducitates, vel pęnas cõuentionales
5 petendas, Socc. iun. conſ. 145. n. 29. vol. 1. † & Se-
natus, qui poſſunt iudicare ſecundum æquitatem
valde ſolent diſpenſare in caſibus contingentibus,
eo quod caducitates ſint introductæ à mero rigo-
re iuris, vt de Senatu Mediolanenſi teſtatur Clar.
in §. emphyteoſis. q. 8. verſ. & hoc quidem in fin.
6 † & prouidæ ſolent eſſe conſtitutiones, quibus hu-
iuſmodi caducitatibus retia tenduntur, vt in pa-
tria Pedemontana, vbi fuit conſtitutum, ne ex ceſ-
ſatione canonis, quis in commiſſum cadere poſſit,
niſi præcedentibus monitionibus, & interpellatio-
nibus, vt in dicto decret. licet iuct. gl. vn. primę, &
ſecundæ part. & in Ciuitate Taurini patriæ meæ,
vbi ex priuilegio Pij II. Pontificis ſub anno 1460.
4. Cal. Auguſt. Senis Conceſſo, domus nõ poſſunt
cadere in commiſſum, niſi per lapſum quinquen-
nij, & niſi tribus præuijs interpellationibus, & ex
communi obſeruantia ſi ante litem conteſtatã mo-
ra purgetur res in commiſſum non incidit, adeo
caducitati occurritur Burſat. conſ. 26. in fin. lib. 1.
7 † Tamen, quia legibus eſt iudicandum l. nemo,
C. de ſentent. & interloc. om. Iud. viſa eſt nimis in-
excuſabilis iſta caducitas.

In primis non conſtitit, quid & quantũ fuiſſet
ſolutũ de Canone præterito, vnde non intraret al-
8 legata compenſatio. † Certum enim eſt, quod ad
emphyteotã pertinet docere de ſolutionibus, alio-
quin ſuccũbere neceſſe eſt Iaſ. in l. 2. n. 13 2. 13 3. C.
de iur. emphyt. Clar. in §. emphyteuſis, q. 10. in fin.
Corbul. de cauſ. priuil. ob non ſol. Can. q. 4. per tot.
9 † Deinde fuerat expreſſim conuentũ de caducita-
te incurrenda, per biennium integrum non ſoluto
Canone, quo caſu cũ prouiſione legis, concurrens
& hominis prouiſio fortior dicitur, ad Doct. in l. 1.
ff. ſol. matr. Men. de recuper. remed. 5. n. 18. Corb.
de cauſ. priu. ob nõ ſolut. Can. ampliat. 15. ad fin.
10 verſ. nec etiam obtineret locum, † & fauorabilior
dicitur diſpoſitio, Surd. in term. deciſ. 29. ſub n. 10.
11 † & magis operatur, quam natura contractus,
idem Surd. in term. emphytheoſis, deciſ. 180. n. 12.
12 † Nec intrabat excuſatio ex capite cõpenſatio-
nis ob ſolutã taxam prædictam, primo quia etiam
ea admiſſa nõ conſtabat, quod Canon integri bien-
nij fuiſſet ſolutus, de quo tamen conſtare oporte-
bat tam ex conuentione ipſa, quam ex ſupra citat.
iuribus in verſ. in primis, num. 8.

13 † Secũdò dicebatur, quod dictæ taxa eſſet onus
reale ipſi, ſ. Molendino impoſita, ad quam propre-
rea teneretur emphytheota, non Dominus dire-
ctus, vt latè Valaſchan tract. de iure emphyt. q. 17.
in prin. & per tot. D. Sol. in d. decret. licet iure p. 3.
14 gloſ. vlt. n. 26. fol. 44. col. 4 † etiam ſi emphytheo-
ſis eſſet grauata magna penſione, Natt. conſ. 31 2.
vbi non eſſe attendendam æquitatem, quæ facere
videatur pro emphytheota, & conſil. 1 54. per tot.
15 † quia penſio magna non ſubuertit naturam em-
phytheoſis, Surd. conſ. 198 ſub n. 20. & in meo tra-
ctat. de interpr. Inueſt. c. 3. par. 1. Obſer. 3. ſub n. 23
& tollit difficultatem omnem, quia ex notula per
conuentos producta conſtat, eos ſoluere ſolitos;
16 † quod conſuetum eſt attendendum, Valaſc. d. q.
17. ſub num. 9.
17 † Vnum quid videbatur inijcere ſcrupulũ, nem-
pè eſto enim, quod iſti conuenti nõ ſint verè credi-
tores dictæ taxæ, iuxta prædicta, ſat tamen eſſe vi-
debatur, quod ſe tales fuiſſe crederent, ſaltẽ ad eui-
tandam pęnam, iuxta id quod iam ſupra dictũ eſt,
quamlibet cauſam etiam iniuſtam temerariam,
aut beſtialem ſufficere, num. 3.
18 † Verum fuit reſponſum, vt poſſit compẽſatio
intrare ad euitandum pęnã, credulitatem non ſuf-
ficere, ſed opus eſſe veritate crediti compenſandi,
l. ſi conſtat, C. de compenſ. Bart. in l. amplius non
peti, ff. rem rat. hab. & in term. Panor. in c. bona fi-
des. extr. depoſ. Corbul. de cauſ. priua. ob non ſol.
Can. limit. 5. per tot. Surd. deciſ. 191. num. 3.
19 † Item reſponſum fuit, cauſam quãlibet excu-
ſare à dolo, & caducitate, quando illã allegans pro-
bat per probabiles, & vehementes coniecturas, ſe
ex ea cauſa motũ fuiſſe, alias pręſumeretur potius
dolus, ita poſt Bart. Tiraq. & alios, ait Surd. in ſpe-
cie in dec. 221. n. 23. quod nõ fuit factũ in caſu iſto;
Item reſpondebatur, quod hic non ſolũ pecuniæ
erant ſoluendæ, ſed capones, & piſces, de quorũ ſo-
lutione non conſtabat, nec horum ratione poterat
intrare cõpenſatio, etiã data veritate crediti, quan-
20 do † quidẽ de ſpecie ad quantitatem, & è contra
non admittitur compenſatio ad excluſionẽ caduci-
tatis, Corb. d. limit. 5. n. 2. & 3. Deniq; ſoldatio cõ-
putorum pręfata ſatis demonſtrat magis diffugio-
ſam, quam realem fuiſſe exceptionem prædictam,
21 † cum adeſſet repetita noua, & iterata obligatio
de ſoluendo, & præterea eſſent informati plenè de
conſuetudine ſoluẽdi per ipſoſmet conuentos Ca-
nonem, ad l. nec ſupina, ff. de iur. & fact. ignorat.
l. Baliſta, cum ibi not. ad Trebellian. & ad Clarum
in term. emphytheoſis q. 8. verſ. & hoc quidem.
22 † Melioramenta verò ſi qua eſsẽt non venient in
reſtitutionẽ, quia ita pacto conuenſum fuit, ne ve-
nirent, quo caſu nõ reſtituuntur, Iaſ. in l. 2. n. 28. C.
de iur. emphyt. Bart. in l. iubemus, §. ſanè. C. de ſa-
23 croſ. eccl. Peregr. de fideic. 6. ar. 50. n. 41. in fin. † Vl-
tra quod etiã ipſo iure ineſt priuatio melioramen-
torũ. vbi quis cadit ab emph. ex culpa propria Do-
ctor. in §. vaſſallus hic finit. lex, cũ pluribus alij aci-
tat. à Peregr. d. art. 50 n. 40. Surd. deciſ. 317. n. 16.
[illegible] † Et in fructibus perceptis cõdemnamus iuxta
in term.

in term. Surd.cum cit. deciſ.25. nu.27. per Spec. infr.cit. & Rip.in l.ſi vnquam,num.100. C.de re-
25 uoc.donat.Iaſ.in l.2.n.17. C.de iur.emphyt. † qui hoc intelligunt à die, quo per lapſum temporis re-ſoluta fuit emphyt. Caball.conſ.ciuil.106.num.fin.
26 † & multò magis ſtante clauſula inſtrumenti, ipſo iure, & facto, quæ facit, vt fructus ſint debiti à die caducitatis incurſæ, vel criminis, Pract. Pap. in for.lib.in cauſ.ſpol.poſſ. verſ.ipſo facto,in fin. ſpecul.de emphyt.alias ſolet citari de locat.verſ.nunc aliqua,num.19.cum alijs cit.per Surd.d.num.27.
27 † Et in damnis, &c. ſi qua error, quia ita fuit pariter conuentum in d. Inſtrumento, ad deciſ. Flor. noſt.25. n.40. omnibus liquidandis in executione ad Natt.conſ.510.535.536. Paul.de Caſtr. in conſ. 18. in fin.lib. 1.Pap.in lib.act.real.in verſ.too,& tātos fructus in verſ. & in florenis, & in verſ.ſimul,
28 † & nihil de penſionibus, quia ſoluuntur contemplatione fructuum ad Surd.in term.deciſ.317.ſub num.19. ſufficit itaque in ipſis fructibus condemnatio: Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Quod ita legitur, vt facilè perſpiciatur, nec intellectus laboret in intelligendo, non dicitur excedere capacitatem Dominorum Curiæ, num.1.
Data claritate verborum nulla intrat dubitatio, n.2.
Literæ dicuntur vox ſcribentis, & confeſſio, num.3.
Non licet ſcribenti repugnare propriæ confeſſioni, n.4.
Semper ex facto ius oritur, num.5.
In caſu dubitabili poſita eſt lex, num.6.
Dubium intelligitur iuris verè dubij non clari, num.7.
Improbabilis inficiatio non facit rem dubiam, n.8.
Eò redacta res eſt, vt de omni dubitetur, ſed non propterea verum dubium reputandum eſt, num.9.
Omnis diſputatio dicitur calumnioſa, quando ſumus in claris, ideo non attendenda, num.10.
Contumax nolens comparere ad defendendum tenetur fortius, quam alius ad damna, & expenſas, nu.11.
Lex non debet eſſe in ludibrio poſita, num.12.

DECISIO XXXVII.

Quatuor petebantur per Saluſtium de Luperellis contra Petrum de Vecchijs.

Primùm declarari, & ſententiari, quod ſupellectilia, de quibus in actis non fuerunt penes dictū Saluſtium, ſed domi condemnatorum remanſiſſe, & penes eundem Vecchium habitatorē d.domus.

Secundum eundem Vecchium promiſiſſe cōſignare d.ſupellectilia ad libitum Saluſtij.

Tertium d.Vecchium promiſiſſe releuare indēnem præfatum Saluſtium ab omnibus expenſis.

Quartum, & vltimum condemnari Vecchium ad ſoluendum d.Saluſtio floren. 40. pro qua ſumma, & pro parte dd.ſupellectilium, ipſe Saluſtius paſſus eſt grauamentum, vt Florentiæ aiunt, ſeu executionem.

Cenſuimus autem Curiam fuiſſe competētem ratione omnium; nam quoad primum, quod contineat merum factum ſatis de per ſe patet, ſecundum verò, & tertium iuſtificabatur ex literis manu d. Vecchij ſcriptis, in quibus legitur clarè, & ad oculum, quod ipſe promiſit releuare indemnē ab omnibus expenſis ex cauſa tactus, vel executionis
1 per eum patiendis. † Neque enim, quod ita legitur, vt oculis ipſis proſpiciatur, dicitur excedere capacitatem Dominorum Curiæ, cum intellectus nihil laboret in intelligendo, ad tex.in l.1. ſub princ. ibi, *Legi autem ſic accipiendum eſt non intelligi, ſed oculis perſpici, quæ ſcripta ſunt*, ff.de ijs, quæ in teſt. del. Bal.in auth. hoc inter liberos, in princ. C.de te-
2 ſtam.Soc.iun.cōſ.122.n.23.vol.1.† Nec vlla intrat dubitatio, data claritate verborum. Ang. conſ.161. ad fin. Anchar.conſ.201.n.4.conſ.204.n.2. & cōſ.
3 282.n.3. † & tales literæ dicuntur vox ſcribentis, & ſemper loquuntur, & cenſentur, veluti cōfeſſio facta patri preſenti, quoties peruenerūt ad manus eius, cui directæ ſunt, quiq; eis vtitur ad l.publia. ff.depoſ.l.ſi procuratorem, ff.de procur.bene Maſcard.de prob.concl.183. in verſ.beneficium, n. 26.
4 27.& nu.28. † Vbi non licere ſcribenti repugnare ſuæ confeſſioni ſcriptæ dilucidè ſignificāti, & probanti ipſius conſenſum, & voluntatem ex l.genera
5 liter, C.de non num.pec. † nam ſemper ex facto ius oritur l.ſi ex plagis, §.in Cliuo.ff.ad l.Aquil.nō tamen dubium, aut ambiguum ſemper, quia ius
6 poteſt eſſe, & de dubitabili, vel non, † & in caſu dubitabili poſita eſt lex, l. Domitius labeo, ff.de ſupel-
7 lect.leg. † & dubium intelligitur iuris verè dubij, non iuris clari, ad Boſſ.de princip.num.333. Me-
8 noch.conſ.168.n.1.& ſeqq. lib.6. † nec improbabilis inficiatio facit rem dubiam Natt. conſ.112. n.8.& 9.cum alijs fusè in materia in meo tract. de interpr. Inueſtit.c.2.grad.vlt.obſer.vlt.num.30.&
9 ſeqq. † & eò redacta res eſt, vt iā nihil ſit, de quo non dubitetur, ſed non per hoc verum, dubiū eſt
10 ſemper, vt per me in d.tract. num.30. † & eſt omnis diſputatio calumnioſa, quādo ſumus in claris, ideo non attendenda, Curt.ſen.conſ.29.n.6. & 7. Crauett.conſ.294.num.6.verſic.tertio principaliter, & eò clarius eluceſcit ius contra hunc Vecchium, quia fuit citatus ad defendendum dictum
11 Saluſtium, & tamen contumax fuit, † quo caſu certius eſt, intrare expenſas, & damna l.ſancimus, 15. C.de Iudic. Alex ad l.vnicam, §.fin.num.5.ff.ſi quis iuſdicen.non obtemper.
12 † Alioquin nunquam DD. Curiæ poſſent iudicare, quia ex omni facto ius oritur (vt dictum eſt) & lex eſſet poſita in ludibrio contra l. meminerint. C.vnde vi.Crauet. conſil.1000. pro genero ſub num.438. & ſub num.61.77.l.fin. § fin. C.de bon. quæ liber.. Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

In materia Cābij curia mercatorum eſt incōpetens, n.1.
Quia intrant difficultates, vt ſub eod.
Atteſtationes, quod obſeruantia ſit contra opinionem Bart. non fuerunt attentæ, propter difficultatem probationis obſeruantiæ, & rectæ applicationis, num.2.

Item, quia atteſtationes ſunt dubiæ redditæ ex alijs atteſtationibus DD. aſſerentiũ opin. Bart. obſeruari, n. 3.
Mora intrat in eo, qui pecunias in tempore non exegit ab eo, qui literas acceperat, num. 4.
De literis cambiorũ, & alijs varij generis remiſſiuè, n. 5.
Et de cambijs remiſſiuè, num. 6.

DECISIO XXXVIII.

1 IN Materia cambij diximus Curiam etiam incompetentem ea ratione, quia veniebant examinanda tradita per Bald. conſ. 348. lib. 1. quæ quã difficilia ſint ex eius dd. colligi poteſt, & ex latè cõgeſtis per Sim. de Pret. cõſ. 151. lib. 1. cadebat in propoſito quæſt. Bart. in l. ſingularia, n. 17. ff. ſi certum pet. ad Iaſ. Soc. & alios ibidem, & in l. qui vſumfructum, 58. ff. de verb. oblig. Dec. conſ. 107. lib. 1. addit. ad Marant. par. 6. art. 5. num. 50. Afflict. & Vrſill. deciſ. 353. Rot. Gen. deciſ. 2. & 4. Gabr. tit. de nouat. concl. 1. Put. deciſ. 126. lib. 3.

2 † Non obſtat, quod per ſcripturam priuatam mercatores teſtarentur de obſeruantia cõtra Bart. opinionem. Reſpondetur difficilè eſſe iudicare, an obſeruantia eſſet probata, & an poſſet applicari ad caſum, de quo agitur, ad l. de quibus, ff. de legib. ad hi. & tot. tit. C. quæ ſit long. conſuet. Rol. conſ. 13.
3 & 48. lib. 4. † Item, quod d. atteſtatio redderetur dubia ex teſtimonio dd. DD. aſſerentiũ opin. Bar. obſeruari in ſpecie in Ciuit. Florẽtię, & Ang. Caſt. & Cum. in d. l. qui vſumfructum. Afflict. vbi ſupra Gabr. d. concl. 1. nu. 46. Rot. Gen. d. deciſ. 4. num. 9.
4 † Et cauſa prædicta difficilior reddebatur, quia ille, qui pecunias exigere debebat ab eo, qui literas acceperat, & ſoluere promiſerat, de mora redarguebatur, cum non procuraſſet ſtatim debito tempore habere pecunias, prout procurare tenebatur, ne moroſus diceretur, Rot. Gen. dec. 68. & ita fuit pronunciatũ, curiam in hac cauſa eſſe incõpeten-
5 tem: † de literis autem cambiorum, & aliarũ varij generis videatur Strac. in tract. de aſſecurat. gl. 11. per tot. & per Paſſer. in tract. de ſcriptur. priu.
6 lib. 3. Surd. conſ. 145. n. 10. & ſub n. 18. † & de cãbijs D. Lupus in c. nauiganti, de vſur. vbi plenè, & valde, vti ſolet, luculenter, & nouiſſimè etiam per Reuer. Romuald. de Corſena Ord. Prædicat. in tractat. de Cambi. Laus Deo.

SVMMARIA.

Creditor ſuccedens debitori conſequitur fructus alio titulo quam hæreditario, & poteſt eos detrahere in reſtitutione fideicommiſſi, num. 1.
Si grauatus reſtituere fideicommiſſum, idemque creditor dotium maternarum eas petierit, ſibi ſoluiſſe præſumitur, nec fructus detrahere poteſt in reſtitutione fideicommiſſi, num. 2.
Fructus poteſt iudex taxare ad rationem quinque pro centenario, num. 3.
Hæres idemque creditor defuncti præſumitur ſibi ſoluiſſe de mobilibus, num. 4.
Declara ſi allegata fuerit præſumptio in actis, num. 5. & 6. & ſeqq.
Factum ipſum eſt deducendum in actis, vt præſumptio ex eo reſultans non allegata, ſuffragari poſſit, n. 7.
Vt poſſit reus opponere, num. 14.
Sola productio eſt probatio, non petitio, & vbi nihil petitur, nihil conſequitur, num. 8.
Ceſſat officium Iudicis, vbi partes ſunt concordes, n. 9.
Clauſulæ ſalutares quando operentur, & quando non, num. 10. & ſeqq.
Si ſit certa cauſa deducta, non poteſt ea excedi virtute dictarum clauſularum, num. 11. 12.
Nec ad remedia contraria earũ virtus, extẽdi poteſt, n. 13.
Probatio per loci viſitationem alias antecellit, n. 15.
Mobilia fuiſſe antiquitate conſũpta, allegari poteſt, n. 16.
Allegatio præſumptionis omiſſa, de voluntate omiſſa cenſetur, num. 17.
Præſumptio concernens factum proprium, ſi non allegetur non eſt conſiderabilis, num. 18.

DECISIO XXXIX.

IN Quæſtione, an hæres, idemq; dotium maternarum creditor, lucretur fructus dotiũ huiuſmodi, ita quod in reſtitutione fideicõmiſſi, nulla ſit eorum in calculis ratio habenda, Reſponſum fuit per Rotam, lucrari, nec rationẽ eorum habendam eſſe in calculis ex dictis per excell. D. Relatorem in ſuo motiuo, cui ex propria, & excell. Collegarum ſententia addo in propoſito deciſ. Paul. de
1 Caſtr. in l. peculiũ. l. a 2. ff. de pecul. † Vbi, quod creditor, qui ſucceſſit ſuo debitori videtur fructus pro rata ſui crediti habere alio titulo, quam hæreditario, & ideo, ſi fuit grauatus reſtituere, detrahet illos ante omnia, ſequutus eſt ſępiſſimè Sen. Mant. Vt teſtatus Surd. dec. 170. in princ. & corroborant congeſta ab eod. Surd. in conſ. 7. à nu. 1 9. vſque ad n. 30. & in term. terminant. in deciſ. 224. per tot. vt propterea tritiſſimũ viſum ſit hoc fundamentum, tot iudicatis talibus deciſionibus, & iuribus in eis
2 adductis munitum, † eſt verũ, quod ſi fuiſſet petita reſtitutio dotis hoc ſignũ eſſet, quod ſibi excluderet prætextũ præſumptæ ſolutionis, de qua Surdus in d. dec. 224. n. 8. 9. & ſub n. 19. verſ. quartum quoque, vnde non fuiſſet lucratus fructus, aut intereſſe lucri ceſſantis, Surd. conſ. 390. ſub num. 33. poſt med. & ante fin. Sed hoc ſuppoſitum non fuit in caſu preſenti per excell. D. Relatorẽ prędictum,
3 † fructus autẽ ad rationem quinque pro centenario ex officio potuimus taxare, vt clarè per Borgn. in dec. cõtr. 35. n. 24. 25. & dec. 28. in add. n. 9. Surdo. conſ. 151. n. 6. Afflic. dec. 284. in fin. & fuit alias in hac Rota deciſũ, vt cõſtat ex Motiuis DD. triũ in cauſa Pecholini, C. del Nero ſub 19. Martij, 1610. & ſupra deciſ. Flor. noſt. 22. num. 21.
4 † Nec mouebat aſſertio Domini Relatoris, quod ex calculis exhibitis conſtaret extare mobilia, de quibus hæres, idemque creditor præſumeretur ſibi ſoluiſſe, vnde non eſſet locus lucro fructuum, ex Peregrin. art. 35. ſub num. 22. in tract. de fideicom. & ex Surd. in d. deciſ. 170. nu. 2. & ſeqq. iuncta reg. l. bona fides, ff. de reg. iur. † quia [illegible]
5
[illegible] cant

cebant alij Domini, & ego eum eis huiuſmodi aſ-
ſertionis rationem habendam, ex quo ſuper ea nō
fuerat informatum, ac ne in allegationibus quidē
quicquam factum, ad Menoch. de præſ. quæſt. 8.
6 nu. 36. & ad quæſt. 48. ſub num. 29. † Vbi etiam
ſi exactis, vel ex ipſa iuris diſpoſitione colligi poſ-
ſet præſumptio, tamen neceſſe non habet Iudex
in ea fundamentum conſtituere, niſi à parte ipſa
allegetur, quia ſemper dicere poſſet, ex quo præ-
ſumptionem hanc allegare neglexiſti exiſtimaui,
te vti nolle.

7 † Item, in omnem caſum oportebat deducere
factum ipſum, & quidem in termino opportuno,
vt præſumptio ex facto reſultans (etiam vbi non
allegata prodeſt, prodeſſe poſſet, ita Bald. in l. vlt.
in fin. ff quod met. cauſ. Menoch. d. quæſt. 48. ſub
num. 30 & ſub 33. non autem ſufficit, quod produ
ctum fuiſſet tale quid, vnde de iure non conſtaret,
8 † ſola enim productio eſt probatio, nō petitio, hęc
autem fieri debet in principio, probatio verò eſt
de medijs cauſæ, & vbi nihil petitur, nihil conſe-
quitur, Oſaſc. deciſ. 1. num. 23.

Sed in caſu præſenti mittebat falcem ad radicē,
quod partes ſemel concordauerant in calculis, in
quibus mobilia ſimpliciter non animo cōpenſan-
9 di poſita cernuntur, † quare ceſſat officium Iudi-
cis, vbi partes ſunt concordes, Surd. conſ. 187. nu-
mero 14. 15. maximè, quia, in quibus fuerūt diſcor
des expreſſum eſt, vnde nec etiam ſtante clauſula
10 ius & iuſtitiam, &c. potuiſſemus ſupplere, † quia
dicta clauſula operatur quidem, quando petitio eſt
generalis, & non reſtricta ad certam cauſam, nec
11 continet certum remedium, † at ſi contineat cer-
tam cauſam ad eam reſtringitur, & ad alia nō po-
teſt fieri extenſio, Natt. conſ. 188. num. 5. & con-
ſil. 120. ſub num. 17. Oſaſc. deciſ. 1. ſub num. 39.
12 Vbi non poſſe Iudicem excedere, quod fuit in Iu-
dicium deductum, Surd. conſ. 114. num. 15. alia in
conſ. 273. num. 22. & ſeqq. Vbi etiam ſtante clau
ſula ſola facti veritate inſpecta. & ius. & Iuſtitiam
omni meliori modo, &c. & Surd. conſ. 24. nu. 18.
13 & 19. lib. 1. † Vbi quod ea clauſula non operatur vt
obtineri poſſit ex remedio contrario ei, quod fuit
expreſſum, ſeu quatenus varietur res petita, vt hic
ſi mobilia ipſa in præſumptam ſolutionem tranſ-
formarentur, contingeret.

14 † Et profectò, vt ratio aliqua mobilium haberi
potuiſſet in hunc ſenſum præſumendæ ſolutionis,
debuiſſet id deduci, & dare anſam, & campū parti
excipiendi de iure ſuo, ad Oſa'. in deciſ. 1. ſub n. 42
verſ. hoc tamen, eum forte ſe defendiſſet, vel pro-
bando mobilia adhuc extare, prout ad locum diffe
rentiæ oſtendebantur plura mobilia, quæ ab ipſiſ-
met partibus fatebantur eſſe de mobilibus fideicō
15 miſſi, † quæ probatio excludit præſumptionem.
& primas obtinet partes, vt ait Men. de pręſ. lib. 1.
16 in præfat. num. 4. † vel fuiſſe antiquitate conſum-
pta, aut aliter; vt reſultare poteſt ex not. per Pereg.
de fideicom. art. 35. ſub n. 22. 23. & ſub num. 28.

17 † Nunquam fuit tale quid allegatum; infertur
ergo quod ſi animus litigantis, pro quo præſumi-
tur is eſſet, quem ipſa lex coniecturatur, non eſſet
à litigante allegatio hæc omiſſa, vt notauit elegan-
ter in hac materia Didac. in c Raynutius. §. 11. n. 2.
de teſtam. Quare nulla debet, aut poteſt eius ra-
tio haberi, ſeu quia beneficium non confertur in
inuitum, vulg. l. beneficium, ff. de reg. iur. ſeu quia
ius verè parti non aſſiſtat, vnde factum, quod ead.
18 pars in medium nō protulerit, nec deduxerit, † &
quando præſumptio concernit factum proprium
non eſt in conſideratione, ſi non allegetur Corn.
conſ. 8. ſub num. 3. par. 1. Laus Deo.

S V M M A R I A.

In reciproca ſubſtitutione prohibitio alienationis dicitur per ſe valida, num. 1.

Clauſula, quia voluit, vbi præcedit prohibitio per ſe valida, inducit abſolutum fideicommiſſum, num. 2.

Quia alias talis clauſula eſſet ocioſa, num. 3.

In fideicommiſſo fit extenſio de perſona ad perſonā, n. 4.

Appellatione deſcendentium omnes in infinitum deſcendentes continentur, num. 5.

Et cenſetur inductum fideicommiſſum abſolutum, nu. 6.

Generalis ratio facit prohibitionem aliàs perſonalem, eſſe realem, num 7.

Nec ideo dicitur teſtator, ſe corrigere, ſed ampliare ſubſtitutionem, num. 8.

Aduerbium in infinitum corroborat ad inducendum abſolutum fideicommiſſum, num. 9.

Declaratur, num. 35.

Et vox vniuerſalis quorumcunque, quæ nullam recipit reſtrictionem, num. 10.

Declara, vt num. 36.

Hæredem inſtituere eſt alienare, num. 11.

Alienationis appellatione venit etiam, quæ fit in vltima voluntate, num. 12.

Etiam ſi verbo, alienandi, adiectum ſit verbum, vendendi, num. 13. Contra, num. 25.

Vbi fideicommiſſum eſt abſolutum omnes ſucceſſiuè admittendi ſunt, qui ſunt de vocatis, num. 14.

Exceptio de te ſubſtitutio non loquitur, num. 15.

Prohibitio vni facta ad alios non pertinet, quibus non eſt facta, num. 16. 17. 18.

Quod ratio adiecta ampliet prohibitionem, aliàs perſonalem, patitur limitationes, num. 19.

Prima limitatio quando cauſa adiecta fuit ſterilibus verbis concepta ſub eod.

Prohibitio realis non ſe extendit, vltra quam ſonet, numero 20. 21.

Quando prohibitio alienandi eſt facta in certo caſu ratio generalis non extendit, aut inducit fideicommiſſum abſolutum, num. 22.

Limitata cauſa limitatum producit effectum, num. 23.

Alienationis verbum etiam hæredis inſtitutionem continet, num. 24.

Fallit, quando alienationis verbo fuit adiectum verbum, venditionis, num. 25.

Reiecta opin. Peregr. num. 27.

Contra quam ſtans Iudicata, num. 28.

Maximè, vbi ſunt vocati alias ab inteſtato ſucceſſuri, num. 29.

Et in materia odioſa, & reſtringibili, num. 30.

Et quando verbum, alienandi, præpoſitum eſt verbo, vendendi, num. 31.

Inconueniens eſt dicere, quod una determinatio reſpiciens plura determinabilia æqualiter non determinet, numero 32.

Ratio generalis adiecta non operatur fideicommiſſum abſolutum, quando correctio ſequeretur, aut offenderetur diſpoſitio præcedens, num. 33.

Declara, ut non procedat, ſi ampliatio ſequeretur citra correctionem, num. 34.

Vox uniuerſalis ad ſubiectam materiam reſtringitur, num. 37.

Vtrum verba vno, vel alio loco apponantur multum refert, num. 39.

Dato fideicommiſſum eſſe ſimplex, non per hoc ſtatim ſequitur, eſſe dandam reciprocam inter collaterales, num. 41.

Plura ſpecialia non ſunt cumulanda ad fideicommiſſum abſolutum, & reciprocum inducendum, numero 42. 43. 44.

Reciproca fideicommiſſaria non inducitur, niſi vis verborum, aut aliqua coniectura vrgeat, num. 45.

Coniecturæ ad inducendum fideicommiſſum reciprocum tres intercurrere debent, num. 46. 47 48.

Reiecta contraria opinione, quod tres ſimul copulatiuè non requirantur, num. 49.

Teſtatores non ſunt tam faciles ad faciendum reciprocam inter remotiores, prout inter proximiores, & magis dilectos, num. 50.

In reciproca agitur de fauore, & de grauamine, numero 51.

Non valet argumentum, teſtator grauauit proximiores, ergo, & remotiores, num. 52.

Valet argumentum negatiuè, non admittitur proximior ergo multò minus remotior, num. 53.

Non affirmatiuè, grauauit proximiores, ergo, & remotiores, ſub eod.

Si argumentum affirmatiuè procederet omnes ſubſtitutiones abirent in infinitum, num. 54.

Teſtator, ſicut ſciuit ponere reciprocam inter filios, ita inter alios ſciuiſſet ponere, num. 55.

Reciproca facta inſtitutis, non protenditur ad alios deſcendentes, num. 56.

DECISIO XL.

QVondam D. Auerardus de Zatis ſic diſpoſuit; *In omnibus autem, &c. ſuos hæredes vniuerſales inſtituit Thadæum, & Bartholomæum eiuſdem filios legitimos, & naturales, & quemlibet eorum pro dimidia, & eos ad inuicem ſubſtituit vulgariter, & per fideicommiſſum, & dictis ſuis filiis, & hæredibus prohibuit alienationem, venditionem, & ad longum tempus locationem, bonorum quorumcunque immobilium ipſius teſtatoris: quia voluit dicta bona permanere in dictos ſuos hæredes, videlicet dictos filios hæredes, & eorum deſcendentes in infinitum.*

D. Flaminius de Zatis filius d. Bartholomæi petijt Illuſtrem D. Geneuram Medici hæredem teſtamentariam Auerardi Iunioris ex præmortuo dicto D. Thadæo eius, dum viueret, marito, condēnari ad dimittendum portionem bonorum fideicommiſſariorum d. Auerardi Iunioris, tanquam ſine deſcendentibus defuncti, ſtante dicta ſubſtitutione reciproca inter filios prædictos, & deſcendētes, inter quos D. Flaminium agentem annumerari, vti filium d. Bartholomæi non dubitabatur, quæſitum fuit, an rectè egerit.

1 † Dicebatur per informantes, quod ſic, † quia
ſumus in reciproca ſubſtitutione, in qua prohibi-
tio alienationis de ſe valida eſt, Anguiſ. lib. 6. con-
ſil. 9. num. 9. Petr. de fideicommiſſ. proh. quæſt. 1.
n. 52. & ſumus in ratione adiecta, quia voluit, &c.
2 † per quam, ſtante validitate prohibitionis ex ſe,
inducitur magis fideicommiſſum ſimplex, & abſo
lutum in famil. ad Peregr. de fideicommiſſ. art. 14.
ſub num. 15. Petr. quæſt. 5. num. 42. & ſeqq. excel-
lentiſs. D. meus Ladereb. conſ. 5. num. 3. conſ. 92.
num. 2. cum pluribus ab eis citat. Surd. conſil. 67.
num. 38. Mant. latiſſimè de coniectur. vlt. volunt.
lib. 6. tit. 14. ſub num. 24. Doct. in l. filiusfamilias,
§. diui. de leg. 1. quos communiter ita tenere dicit
Surd. conſ. 315. num. 31. & 36. Rot. deciſ. 568. ſub
num. 2. & 3. par. 1. in nouis. & eſt opinio canoni-
zata Florentiæ, vt exhibebantur plura motiua, &
3 partes acquieſcebant, & ratio conuincit, † quia vbi
prohibitio eſt de ſe valida, ſi clauſula, quia voluit
non induceret fideicommiſſum ſimplex ſtaret hu-
iuſmodi clauſulaocioſa, vbi verò prohibitio de ſe
valida non foret, non ſtaret ocioſa, quia operaretur
4 validitatem eiuſdem, vt patet ex præcit. † & fit ex-
tenſio de perſona ad perſonam, etiam in fideicom
miſſo latè Surd. conſil. 96. num. 37. & ſeqq. Petr.
de fideicommiſs. quæſt. 5. nu. 66. & ſeqq. & nu. 82.
& ſeqq. & num. 92. & 93. & ſeqq.
Item dicebatur, D Flaminium eſſe de deſcen-
5 dentibus iuxta dictam diſpoſitionē, † etenim de-
ſcendentium nomine omnes in infinitum cōpre-
henduntur, & vocati cenſentur l. vnic. C. de legit.
hæredibus l. liberorum, ff. de verborum ſignifica-
6 tione, † & inductum cenſeri fideicommiſſum ſim
plex, & abſolutum, eſt Communis opinio, de qua
teſtatur Surd. latè, conſ. 67. & 96. & deciſ. 84. n. 1.
7 † quia ex ratione illa generali prohibitio, quæ erat
perſonalis tantum, quoad filios, fuit facta realis, &
intelligitur facta etiam alijs deſcendentibus voca-
tis, vt ait ad literam Petr. de probibit. fideicōmiſs.
q. 2. num. 18. & q. 5. num. 79. & ſeqq. præſertim,
num. 82. 84. 86. Peregr. de fideicom. art. 13. nu. 81.
8 Becc. conſ. 24. num. 24. † & non dicitur teſtator,
ſe corrigere in continenti, ſed ampliare ſubſtitu-
tionem, quod eſt permiſſum Rot. d. deciſ. 568. n. 6.
par. 1. in nouiſs.
9 † Et accedebat aduerbium, in infinitum, quia
aliter dicendo non eſſet verum, quod omnes in in-
finitum ſuccederent, Rol. conſ. 23. n. 38. 39. lib. 4.
Decian. Reſp. 50. num. 19. lib. 1. Dec. conſ. 23. n. 1.
4. Curt. iun. conſ. 22. num. 23.
10 † Et vox vniuerſalis quorumcunque, qua om-
nia cenſentur nulla parte detracta alienari prohi-
bita

bita, quia verba vniuerſalia nullam recipiũt reſtri-
ctionem l. Iulianus, de leg. 1. Bart. in l. generali, §.
vxori, ff. de vſufr. legat. Olaſc. deciſ. 94 n. 10. Surd.
11 conſ. 73. num. 62. 63. † Alienatio autem ex inſtitu
tione teſtamentariæ facta per D. Auerardũ Junio-
rem reſultabat, quia hæredem inſtituere eſt aliena
re, & in ea non veniunt fideicommiſſo ſubiecta l.
12 peto. §. fratre, de leg. 2. † & alienationis appellatio
ne venit etiá, quæ fit in vltima voluntate, l. ſi quis
prioris, §. certum. C. de ſecund. nupt. cum alijs cit.
latè per Petr. de fideicom. probib. quæſt. 8. nu. 265.
& per Peregr. de fideicom. artic. 40. num. 57. & in
13 terminis in art. 14. num. 4. † Vbi idem dicit etiam
ſi verbo alienandi adiectum ſit verbum venditio-
nis, aut aliud ſpeciale, quod caſum noſtrum verè
attingit.
14 † Vnde ſequeretur, quod ipſe D. Flaminius eſ-
ſet ordine ſucceſſiuo admittẽdus ad d. bona, cum
nullum habeat ante ſe proximiorem in gradu ſuc-
cedendi l. cum ita, §. in fideicommiſſo, l. peto, §. fra
tre, de leg. 2. & in propoſito Pancirol. conſil. 150.
ſub num. 9. verſ. his tamen, & num. 10. lib. 1.

Quibus tamen non obſtantibus fuit D. Geneura
abſoluta, quia D. actor nullo modo poſſet dici com
prehenſus in præfato fideicommiſſo,

nec
In vocatione,
nec
In prohibitione alienationis,
nec
In ratione adiecta.

15 † Non fuit comprehenſus in Vocatione, quia
in ea Thadæus, & Bartholomæus filij teſtatoris tã
tum continentur, Vnde obſtat parti exceptio, de
te non loquitur ſubſtitutio, Mantic de coniect. vl-
tima. volunt. lib. 8. tit. 1. num. 24. & in term. reci-
procæ Crauett. conſ. 161. num. 16.
16 † Non in prohibitione alienationis, quia illa ap-
paret dictis ſuis filijs, & hæredibus tantum facta
17 ad Menoch. conſ. 900. num. 18. lib. 9. † quare non
poteſt ad alios extendi, Surd deciſ. 238. ſub n. 12.
& 16. & conſ. 329. num. 22. & 23. Rot. d. dec. 568.
18 ſub num. 4. par. 1. † quia prohibitio dicitur perſo-
nalis, quæ non egreditur perſonam prohibiti alie-
nare, l. cum pater. §. quindecim, ff. de leg. 3. & Petr.
de fideicom. q. 2. num. 36. & ſeqq.

Nec demum in ratione, quia vtcunque cõceſſe
rimus, quod ratio adiecta amplier prohibitionem,
aliàs perſonalem, etiam ad alias perſonas excitat.
19 ſupra verſ. Item dicebatur, num. 7. † Tamen hoc
patitur aliquas limitationes, inter cæteras illa enu-
meratur à Petr. in d. q. 5. num. 100. Vt non habeat
locum, quando cauſa adiecta prohibitioni de non
alienãdo ſimpliciter fuit adiecta, paucis ſterilibuſ-
que verbis aſſociata, ſiuè concepta, quod ſanè quã
verificetur in caſu noſtro ad oculum patet, Item
Reſpondetur, quod etiam ſi admittamus, omnes
deſcendentes in dicta ratione comprehenſos, am-
pliando præcedentem prohibitionem, eſſe etiam
prohibitos alienare ex Doctr. Petræ in d. quæſt. 5.
num. 82. erunt ne ab omni alienatione prohibiti?
non, ſed tantum ab eis alienationibus, de quibus
20 diſpoſuit teſtator, † quia licet prohibitio realis fa
cta ſit, non tamen extendit diſpoſitionem vltra
quam ſonet, vt reſpondit Ruin. conſ. 127. num. 9.
verſ. præterea eſt aduertendum, & nu. 12. in fin.
21 vol. 2. † Vbi concludit, quod licet propter cauſam
adiectam prohibitio potius dicatur realis, quam
perſonalis, & ſic faciat, quod non tantum nomi-
nati, ſed etiam alij, quorum fauore prohibitio fa-
cta fuit, dicantur prohibiti alienare, non tamen di
citur inductum fideicommiſſum abſolutum, ſed
tantum in caſum alienationis refert, & ſequitur
22 Petr. de fideicom. q. 2. num. 26. & 27. † & quando
prohibitio de non alienando eſt facta in certo ca-
ſu, ratio generalis adiecta non operatur, vt dicatur
23 inductum fideicommiſſum abſolutum, † quia li-
mitata cauſa limitatum producit effectum, vt in
term. Berett. conſ. 55. nu. 3. & Petr. cum citat. per
eum in d. q. 5. num. 50. 51. & hic eſt caſus noſter,
quia teſtatur prohibuit tantum alienationem in-
24 ter viuos, † quia licet alienationis verbum, etiam
hæredis inſtitutionem contineat, iuxta citat. à Pe-
regr. & Petr. relatos ſupra ſub verſ. Et vox vniuer
25 ſalis num. 11. 12. &c. † Tamen quando voci aliena-
tionis eſt adiectum aliquod verbum ſpeciale, pu-
tà venditionis, locationis, &c. (prout in noſtro ca-
ſu) tunc illud verbum generale reſtringitur ad ca
ſus ſimiles expreſſo, & ſic ad alienationes inter vi-
uos, & titulo particulari Bart. in l. ſed & ſi quis, §.
quæſitum, num. 3. in fin. ff. ſi quis caution. Iaſ. in l.
ſi conuenerit, num. 46. & 47. ff. de iuriſdic. omn.
Iud. Rom. conſ. 271. num. 2. Omod. conſ. 176. nu-
mero 12. Cæphal. conſ. 487. num. 52. & conſ. 549.
26 num. 113. lib. 4. † Vbi num. 114. teſtatur, idem eſſe,
ſi dictum fuerit alio quocunque titulo, Fulgoſ. con
ſil. 15. & 215. num. 2. Socc. conſil. 13. num. 8. lib. 3.
Corn. conſ. 96. lib. 1. Ruin. conſ. 7. num. 10. lib. 2.
Balb. deciſ. 347. per tot. cent. 4. Socc. conſ. 112. nu-
27 mero 14. 15. lib. 1. † Ex quibus fallitur Peregrin. in
d. art. 14. num. 4. quia magis communis opinio eſt
contra eum, vt patet ex prædictis, vt Communẽ
dicit Burſat, conſ. 157. nu. 32. Rolan. à Vall. con-
ſil. 80. nu. 36. volum. 3. quos ſequitur Rimin iun.
conſil. 528. num. 28. lib. 5. & etiam de communi
28 Balb. d. deciſ. 347. † & etiam iudicata ſtãt pro hac
opinione, vt patet ex Surd. in dec. 124. in fin. iũct.
notat. num. 9. in ſub 20. 21. 23. & 24. & conſil. 77.
29 num. 24. † maximè autem (vt in caſu noſtro) vbi
eſt inſtituta hæres aliquin ab inteſtato ſucceſſu-
ra, referendo quamplurimos, & ita etiam fuiſſe iu
dicatum idem tenet Odd. conſ 46. ſub num. 30.
30 † & multò magis, quia ſumus in materia reſtrin-
gibili, & odioſa, ad Socc. conſ. 43. nu 1. lib. 3. con-
ſil. 62. num. 4. eod. vol. Alexand. conſ. 28. num. 12.
31 lib. 1. † & quod in hac ſpecie verbum, alienandi,
præpoſitum eſt verbo, vendendi, vt ponderat Ri-
min. iun. in d. conſ. 528. num. 30. & ad Magon. de-
ciſ. Luc. 7. num. 33.

Et his quidem ſuppoſitis, ſi diceremus, fideicó-
miſſum

Digitized by Google

miſſum abſolutum fuiſſe inductū, duo inconuenië
32 tia ſequerentur, † Primum inconueniens, quod,
vna determinatio reſpiciens plura determinabilia
vniformiter non determinaret, contra l. iam hoc
iure, ff. de vulg. & pupill. aliter enim filij, aliter de-
ſcendentes cenſerentur, cum tamen in dicta ratio
ne vniformiter fuerint copulati. Secundum in-
conueniens, quod ſequeretur correctio anteceden-
tium, ſi in antecedentibus prohibitio alienationis
ſit tantum inter viuos, & quoad deſcendentes, ve-
33 limus eſſe etiam in caſum mortis, † quando autē
ſequeretur correctio, aut offenderetur diſpoſitio
præcedens, ratio generalis adiecta non operatur fi-
deicommiſſum reale, vt ait Petr. dicta quæſt. 5. nu-
34 mero 18. † licet ſecus eſſet ſi ſequeretur amplia-
tio citra correctionem vt in caſu Rot. d. dec. 568.
num. 6. par. 1. in nouiſſ.

Ex quibus maneret firma concluſio, quod do-
mina Geneura poſſidēt bona ex inſtitutione de ſe
facta per filium, eſſet abſoluenda omnino. Non
obſtantibus exaduerſò deductis, quia ex prædictis
35 ſatis, ſuperque reſoluta manent, † & Aduerbium
in infinitum, de per ſe non eſt ſufficiens ad fideicō
miſſum inducendum, immo verò ex ſubiecta ma-
teria reſtringitur, vt de his, & alijs verbis in perpe
tuum, & ſimilibus ad Odd. d. conſ. 68. nu. 9. in fin.
& num. 10. & 11. d. conſ. 66. num. 46. vſque ad 53.
conſ. 65. ſub num. 57. verſ. ad ſecundum, & verſ.
ſeq. d. Laderch. conſ. 5. per tot. & conſ. 92 ferè per
tot. Oſaſc. deciſ. 50. ſub num. 12. Peregr. d. art. 14.
ſub num. 15. in fin. Surd. conſ. 448. n. 26. conſ. 336.
36 ſub num. 16. † & idem de dicta voce quorumcū-
que, quia qualificat vocem bonorum, cui ſtatim
adijcitur, l. ſed, & ſi adijciatur, 13. ff. pro Soc. ad
37 Alex. conſ. 20. ſub nu. 7. lib. 2. † & vox vniuerſalis
ad ſubiectam materiam reſtringitur, & ad ſuā cau
ſam Crauet. conſ. 196. ſub num. 3. verſ. & facit ra-
38 tio, † & ſupponit fideicommiſſum antecedens,
adeo quod, ſuppoſito non verificato, generalitas
nihil operetur Surd. deciſ. 122. ſub nu. 18. & fin.
39 † & verba vtrum vno, vel alio loco apponantur
multum refert, vt oſtendo in tract. meo de inter-
pret. inueſtit. cap. 3. ſign. 3. ſub num. 32. vbi ſi ver-
ba ſint poſita ſolutioni, vel obligationi, diſpoſitio-
ni, val executioni, acquiſitioni, vel retentioni, & ſi-
milia: hic autem vox illa quorumcunque appoſita
fuit voci bonorum, vt ea omnia comprehenſa cen-
ſerentur, non autem fuerunt adiecta diſpoſitioni
tali per cuius adiectionem cenſeri deberet fideicō-
miſſum dilatatum, vel inductum vltra expreſſa.

40 † Addebatur pro vltimo fundamento, etiā dato
fideicommiſſo ſimplici, non per hoc eſſe dandam
reciprocam inter deſcendentes diuerſarum linea-
41 rum, † tum quia ſufficit, (ne dicta clauſula ma-
neat ſuperflua, ad Peregr. in d. art. 14. ſub num. 15.
ad fin.) vt operetur fideicommiſſum inter deſcen
dentes eiuſdem lineæ, non etiam, vt operetur reci-
procam in diuerſis lineis; tum etiam, quia inducere
fideicommiſſum ſimplex, & inducere recipro-
cum inter omnes collaterales, eſſet cumulare plu-
ra ſpecialia, primo intelligere reciprocam, quæ nō
legitur in ea clauſula, alterum extendere recipro-
cam, vt includat fideicommiſſum quoad omnes,
42 † cōtra l. primam cum ibi not. C. de dot. promiſſ.
l. cum poſt. §. gener. ff. de iur. dot. vt in ſpecie di-
43 cit Surd. conſ. 554. ſub nu. 24. † & in fortioribus,
vbi inter ſubſtitutionem erat clauſula, & per fi-
44 deicommiſſum, quæ hic non adeſt, † & adhuc in
fortioribus terminis, non cenſeri inductum fidei-
commiſſum reciprocum inter collaterales, Odd.
conſ. 65. num. 46. & ſeqq. 56. & ſeqq. conſ. 68. nu-
mero 3. 7. & 14. verſ. poſtremo, & num. 15. ex plu
ribus ibidem citat. quibus addo Menoc. conſ. 327.
num. 33. 34. conſ. 376. nu. 29. & ſeqq. lib. 4. Pariſ.
conſ. 18. num. 61. conſ. 31, nu. 31. lib. 2. Berett. con-
ſil. 18. nu. 22. 23. cum alijs, vt per Peregr. de fidei-
com. art. 13., num. 72. 73. Vbi ponit rationes quic-
quid alij quidam contra ſenſerint, iuxta eundem
ſub eod. num. 73. ſub verſ. contra verò: ipſe enim
priorem ſequitur, niſi in contrarium aliquæ conie
cturæ, vel aliquæ facti circunſtantiæ aliud ſuadeāt,
vt ibid. & num. 74. quorum nullum verificatur in
caſu noſtro, & ad Surd. conſ. 336. ſub num. 17. ver
ſic. & quod teſtator; per rationem, de qua ibid. Pe-
regr. dicto num. 73. & per Surd. conſ 329. num. 1.
45 & ſeqq. † Vbi quod reciproca fideicommiſſaria
non inducitur, niſi vis verborum, aut aliqua neceſ-
46 ſaria coniectura vrgeat, † prout tres afferuntur,
quod omnes ſint honorati à teſtatore, quod vlti-
mo decedenti, & quod in omnibus bonis, ſeu hæ-
reditate inſtitutum ſit fideicommiſſum, ad Me-
noch. conſ. 34. nu. 57. 58. volum. 4. conſ. 636. lib. 7.
Mantic. de coniect. vltim. vol. lib. 7. tit. 5. num. 15.
Surd. conſ. 315. ſub num. 41. 42. conſ. 336. ſub nu-
mero 11. ad fin. & num. ſeqq. conſ. 370. nu. 7. quæ
47 non apparent in caſu noſtro, † & ex quarum de-
fectu non intrare reciprocam, arguit Surd. conſil.
48 329. num. 6 & 7. † Vbi tria hæc copulatimè requi-
49 ri, dicit, & num. 16. & ſeqq. † Et licet aliqui dixe-
rint, tria copulatiuè non requiri, vbi eſt prohibitio
alienationis, tamen verius eſſe contrarium, defen-
dit Odd. d. conſ. 65. num. 50. & ſeqq. quem retulit
ſequendo Surd. d. conſ. 329. ſub num. penult. Me-
noch. conſ. 376. num. 49. 50. & ſub num. 51. Odd.
conſ. 66. num. 42. & ſeqq. conſ. 68. num. 8. & 9.
50 † nec teſtatores ſunt tam faciles ad faciendam re-
ciprocam inter remotiores, prout inter ſuos proxi-
miores, & magis dilectos, vt ait Crauet. conſ. 306.
ſub num. 5. verſ. ſecundo Reſpondeo, quem retu-
lit, & ſequutus eſt Menoch. præſ. 65. ſub num. 39.
lib. 4. in conſ. 636. num. 19. 20. vbi nu. 12. Reſpon-
det expreſſim ad Crauet. ſibi contrarium in conſ.
130. & idem Menoch. conſ 376. ſub num. 41. iun
cto, & num. 59. & hanc probat ex pluribus Zanch.
in §. cum ita in 6. par. ſub num. 108. verſ. ad ſecun
dam rationem Alb. conſil. 29. num. 12. conſ. 329.
51 num. 10. 11. conſ. 511. num. 20. † Vbi additio red-
dit rationem, quia in reciproca, non ſolum agitur
de fauore, & ideo prævalere grauamen, Surd. quo-
que conſ. 350. ſub num. 3. 18. verſ. nec refert, & nu
52 mero 21. 22. † Nec enim valere argumentum, te-
ſtator grauauit proximiores, ergo, & remotiores,
dicit

dicit Surd.conſ.315.n.54. ſequendo Crau.in d.cō-
ſil.306. Menoc.conſ.85.n.120. & ſeqq.conſ.111.
ſub n.62. verſ.non obſtat quartum.conſ.152. ſub
53 num.57.& 58.conſ.376.num.62.lib.4.† Vbi va-
lere argumentum negatiuè tantū, ſcilicet non ad-
mittitur proximior, ergo remotior multò minus;
non affirmatiuè grauauit proximiores, ergo, & re-
54 motiores. † alioquin ſi argumentum procederet
affirmatiuè omnes ſubſtitutiones abirent in infini
tum, vt ait Surd.conſ.554.ſub num.21.verſ.quod
etſi, & apparet ſatis clara, & euidens in hanc rem
teſtatoris voluntas ex eo, quod inter filios ipſos ſci
uit ponere reciprocam, vbi ita volebat, quod non
55 fecit inter deſcendentes. † ex quo datur intelligi
eam noluiſſe inter iſtos, vt ita argumentatur in ter
min. Surd.in d.conſ.554.ſub num.24.& Menoch.
in d.conſ.636. ſub num.11. verſic.tertio accedit.
Crauett.d.conſ.161.nu.8.& 14. Odd. d.conſ.46.
56 num.56. † & etiam quia reciproca facta inſtitu-
tis, non protenditur ad alios deſcendentes, vt ple-
niſſimè per Socc.iun.conſ.69.li.3. Odd.d.conſ.46.
num.23.conſ.65.num.51.55.56.& 57.

Ita quod ex prædictis in tuto ſatis videretur col
locata cauſa D. Gineuræ, & ſententia noſtra iuſti-
ficata. Quare, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

*Frater fratri non præiudicat in alienatione rei commu-
nis, & valet alienatio pro rata alienantis, num.1.*
*Alienatio rei modicæ eccleſiaſticæ ſine debitis ſolemni-
tatibus non reuocatur, num.2.*
*Tempus venditionis eſt attendendum circa rei verum
valorem, num.3.*
*Prohibita alienatione non cenſetur prohibita alienatio
rei inutilis, num.4.*
*Ex cohabitatione longa, & curſu temporis inducitur
ſcientia, & ratificatio, num.5.*
Ex vnico teſte ſcientia probatur, num.6.
*Mandati præſumptio facilius intrat, vbi agitur de mo
dico præiudicio, num.7.*
*Iudex debet eligere partem magis omnibus proficuam,
& ad euitandas vlteriores lites, num.8.*
Ceſſio ſine cauſa reprobatur, num.9.
*Non licet ad lucrum proprium inhiare, cum alterius ia-
ctura, num.10.*
Maleficijs eſt occurrendum, num.11.

DECISIO XLI.

EX ſeptem fratribus Petrus q. Matthæi de Ma
grinis natu maior, tam ſuo, quā fratrum no-
mine vendiderat, vnam petiā terræ boſcatæ quar-
teriorum ſexdecim Thomæ de Magrinis pro pre-
cio ſcutorum triginta ſoluendorum intra duos an
nos, & interim lib.15. pro fructibus ſingulorum
annorum, cum promiſſione euictionis in ampliſſi
ma forma.

Et probatum eſt, quod dictus venditor erat na-
tu maior, quod ſimul fratres cohabitabant, omnia
in communi habebant, quod omnia ipſe gerebat,
& quod ipſe faciebat cæteri approbabant, & pro
benè facto, tenebant, quod bona vendita tempore
venditionis parum, aut nihil reddebant, quod pro
derelictis habebantur, quod fuit eius vtilitas illa ven
dere, quod poſtea emptor fecit multa melioramē-
ta plantando vineam, oliuas, caſtaneas, adeo quod
impendit in dicta melioramenta ſcut. 25. & hæc
in ſecunda inſtantia.

Vnde cum in prima inſtantia nihil horum pro-
batum extitiſſet, exijt quidem ſententia ad fauorē
actoris, ſed in ſecunda attentis dictis nouis dedu-
ctionibus, & probationibus, fuit reuocata, & hanc
reuocationem nos approbauimus.

1 † Licet enim regulariter frater fratri non præ-
iudicet, dum rem cōmunem alienat, ita quod alie-
natio tantum pro rata alienantis ſubſiſtat, & reli-
quæ portiones poſſint à cæteris fratribus vindica-
ri, Bald. in Rub. C. de contrah. empt. num.21. ver-
ſic. vigeſimo quæro. in l. ſi fratres, C. com. vtriuſq;
Iud. in l.2. C. com. diuid. Caball. conſ. deciſ. 70. n.1.
& 159. num.1. Cum tamen ageretur de re modi-
ca, & derelicta ab ipſis, cēſuimus, non fuiſſe huiuſ-
2 modi venditionem in aliquo lædendam † per ea,
quæ etiam circa bona eccleſiæ minus ſolemniter
alienata aiunt Doctor. non eſſe eas alienationes re
uocandas, quæ conſiſtunt in modico ad. cap. terru
las. 12. q.2. Redoan. de reb. eccl. non alien. Rubr. de
caſibus in quibus fit alien. Borgn. deciſ. 45. num.4.
par.1. prout modica petia terræ controuerſæ erat
3 tempore venditionis, † quod eſt attendendum cir
ca ipſius rei verum valorem, ſeu æſtimationem,
Crauet. conſ. 950. num.36. Natt. conſ. 17. & 353.
& ad deciſ. noſt. Bonon. 1. num.13. & 14. lib.3.

4 † Et etiā quia generaliter, vbi prohibita eſt alie
natio, hæc permittitur, ſi res eſt inutilis, nam hoc
caſu alienatio quodammodo neceſſaria iudicatur
Hond. cum citat. in conſ. 58. num.32. lib.1.

Concurrebat temporis decem, vel vndecim an
norum interuallum à die venditionis, vſque in diē
5 motæ huiuſce litis, † ex quo iuncta præfata coha-
bitatione longa inducebatur ſcientia, & hinc etiā
ratificatio, gloſ. in l. cum proprias. 16. C. de pact. &
ibi Doctor. & præſertim Bald. ibi ſi res tradita ſit.
Crau. conſ. 159. ſub num.5. ad fin. Iuncto in horum
adminiculum, teſte vltimo, qui depoſuit, quod ip-
ſemet actor interfuit receptioni ſtipulationis conuentā
factæ per emptorem venditori de quatuor ſcutis;
6 Ex quo teſte ſcientiam probari, tametſi vnico, cō-
7 ſtat ex Surd. deciſ. 221. num.11. † et mandati præ-
ſumptionem facilius intrare, vbi agitur de modico
præiudicio, ſeu damno, dicit Menoch. præſ. 33. nu-
mero 8. lib.2. tam ratione rei, quàm partium, cū
ne quidem omnium partiū eſſet factus Dominus
d. Ioannes, ſed tantum quatuor cum duo fratres
non ceſſerint, & pro parte alienantis excluditur
indubitanter.

Nec parum etiam mouebat, quod inſtrumento
diuiſionis initæ inter fratres, & filium pupillum di
cti vēditoris, fuit pacto expreſſim conuentū, quod
ſinguli pro rata tenerentur releuare dictum pupil-
lum hæredem patris venditoris, quatenus eidem
inferre-

Digitized by Google

inferretur moleſtia à dicto Ioanne, vnde cauſa euitandi circuitus, & vlteriores lites inter eos, † hanc
7 partem elegimus, vti magis proficuam partibus omnibus ad l. Dominus teſtamenti, ff. de condit. indeb & l. properandum, C. de Iudic.

9 † Ac etiam, vt malitijs occurreremus, quarum odor nobis ſeſe offerebat, tam ex ceſſione ſiue cauſa, cum licet facta appareret ceſſio in inſtrumento diuiſionis, non appareret tamen, quod ex cauſa diuiſionis, aut quod in aliquam correſpectiuam cauſam facta eſſet ad not. in l. ab Anaſtaſio, & in l. per diuerſas, C. mandat. Rot. diuerſ. deciſ. 219. num. 1. par. 1. quàm ex eo, quod cum viderent hodierna die dicta bona valdè meliorata, nimis auidè ad lucrū proprium inhiare cum iactura alterius viderentur,
10 † contra regulam naturalem l. nam hoc natura, ff.
11 de condit. indeb. † Malitijs autem eſt obuiandum l. in fundo alieno. §. penult. ff. de rei vend. Marſil. ſing. 177. Oſaſc. deciſ. 88. num. 34.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

An liceat in ſuo facere, quodlibet etiam animo nocendi, num. 1. 2.

Fornacem non licet ita propè prædium vicini facere, vt noceat vicino, cum poſſit in alia parte fieri, numero 3.

Fauore vicinorum, ne fructibus noceatur, ſeruitus ipſo iure impoſita cenſetur, num. 3.

DECISIO XLII.

1 Diximus fornacem factam propè prædium vicinum eſſe deſtruendam, † nam etſi in ſuo cuilibet facere liceat, quodlibet, etiam ædificando animo nocendi, dum modo ſibi proſit Bald. in l. quominus, de flumin. Surd. conſ. 300. num. 22. ta-
2 men † hæc non admiſimus, cum poſſet ædificari in alia parte eiuſdem loci, abſque damno tertij, & cum eadem vtilitate ipſi Domino, vt ita declarat Rip. in d. l. quominus, num. 29. in fin. vltra quod non poterat ædificare ad libitum ſuæ voluntatis
3 nocendo fructibus vicini, † quorum fauore intelligitur ſeruitus ipſo iure impoſita, l. fin. §. fin. C. de ſeruit. Hond. conſ. 81. num. 21. lib. 1.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

A compromiſſo dependet omnis authoritas arbitrorum, num. 1.

Authoritas arbitri non præſumitur ex curſu temporis longiſſimi, num. 2.

Nullitas laudi ex defectu poteſtatis obijci poteſt, non obſtante ſtatuto prohibente dici de nullitate, num. 3.

Minori contra compromiſſum competit reſtitutio in integrum, num. 4.

DECISIO XLIII.

In cauſa cuiuſdam minoris, & ſub tutela conſtituti, apparuit, prolatum quoddam laudum, nec conſtabat de compromiſſo vllo antecedente, ſed tantum fuit probatum, quod Arbiter eſt vir integer, & bonæ famæ: D. Iudex à quo pronunciauit Laudum eſſe ſeruandum, fuit dictum malè Iudicatum, quià non conſtat de poteſtate proferē-
1 tis ipſum Laudum, & ſic de compromiſſo, † à quo authoritas omnis, & poteſtas arbitrorum depen-
2 det, l. non diſtinguemus, ff. de recept. arbitr. † nec ea ex curſu longi temporis, etiam mille annorum, præſumitur Bald. & Salic. in l. 1. C. de reb. alien. nō alien. & in l. 2. C. ſi ex falſ. Inſtrum. cum alijs citat. per Oſaſc. deciſ. 39. num. 5. & nullum eſt tale Laudum quaſi ex defectu iuriſdictionis, ſeu poteſta-
3 tis, † quæ nullitas obijci poſſet etiam ſtante ſtatuto prohibente opponi nullitates, Marant. de ord. Iud. par. 6. act. 2. num. fin. ex Ang. & Alexan. vt ibi
4 per eum, † præſertim in re minoris, cui etiam contra compromiſſum iam factum competeret reſtitutio in integrum, Crauet. conſ. 192. ſub num. 4. l. ſi minor 34. §. 1. ff. de minor.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Mater, & aſcendentes præferuntur in ſucceſſione collateralibus, exceptis fratribus, vel ſororibus defuncti, cum quibus concurrunt, num. 1.

Vbi iam ſucceſſum eſt alicui hæreditas perdit nomen, num. 2.

DECISIO XLIV.

Flora reliquerat Angelicam matrem, Iacobū fratrem, & Cōſtantiam amitam, ſuperſtites: Præmortua Angelica, Conſtantia vti proximior, qualem ſe aſſerebat, petebat à Iacobo fratre dictę Angelicæ bona per eum poſſeſſa dictæ filiæ Floræ
1 prædefunctæ. Abſoluimus dictum fratrem, † quia eſſemus in claris, quod mater, & aſcendentes pręferuntur collateralibus exceptis fratribus, vel ſororibus defuncti, qui concurrunt cum patre, vel matre ex nouo iure auth. de hæred. ab inteſt. ven. §. ſi
2 igitur defunctus, † quare cum prius hæreditas Floræ fuiſſet delata, & acquiſita dictæ Angelicæ matri, pro dimidia, & eidem ſucceſſiſſet, d. Iacobus filius, iam hæreditas Floræ nō erat, ſed matris, quę ei iam ſucceſſerat Surd. deciſ. 15. num. 28. dec. 310. nu. 11. Meritò ſucceſſit frater, & venit excludenda actrix præfata.

Hæc tanto magis, quia obtulit parti conſignare bona petita, dum modo ſoluerentur ſibi debita, de quibus in actis pro quibus erāt dicta bona obligata, nec pars ſe hueuſque voluit reſoluere, & ſignificabat id eam ob cauſam, quod creditum excederet valorem bonorum; Vnde, vel iure hæreditario, vel nomine proprio pro credito ſuo poſſet re-

tinere

tinere ad ſupra deciſ.noſt.28.num.9. & ſeqq. Vbi differunt ſi quid iure hæreditario, vel ſi iore proprio quid competat, iuxta deciſ. Luc.noſt.31.n.8. Vbi quod reos poteſt pluribus exceptionibus vti, & ſupra dec.noſt.18. nu.26. vbi reo ſufficere ſi ex vno obtineat.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

Pater filio ſuo emancipato rectè ſtipulatur, num.1.
Vox, Robe, *omnia, etiam pecuniam, continet, num.2.*
Et omnem ſpeciem, num.3.
Conuentio ſeruanda eſt, num.4.
Renunciatio non trahitur ad ignorata, num.5.8 9.
Eſt locus repetitioni, ſi ſolutum fuit ex conuentione nulla, num.6.
Etiam ſi iuramento ſit vallata, num.7.
Ignorantia conuentionis in facto alieno præſumitur, numero 10.
Qui dicit, aliquem ſciuiſſe, probare debet, num.11.

DECISIO XLV.

PAter conuenit cum tertio, ne filio ſuo emancipato aliquid daret in poſterum, aut crederet, *Robe,* (vt dir conuentió) & tamen hic tertius dedit, & conuenit de dando, & in conuentione filius renunciauit omni legum auxilio; Quæſitum fuit, an valida eſſet conuentio iſta cum filio, & an exacta à filio eſſent reſtituenda, & fuit reſolutum pro inualiditate conuentionis, & tertius condem-
1 natus ad reſtitutionem pecuniæ exactæ, † quia pater filio ſuo emancipato rectè ſtipulatur, Alexand. conſ.135.num.3.lib.5. cum alijs citatis per Gabr. de verb.oblig.concl.1.num.28. Communem dicit Iaſ. in l.quodcunque. §.ſicut de verb.obligat. ſub num.2. quicquid contrarium poſſet defendi per l.
2 ſi genero. C.de iur.dot. vt ibi per eum, † eo verò voce, *Robe,* omnia contineri etiam pecuniam certum eſt, l.fin.in fin.ff.ſi cert.pet.l.2.C.de conſtitut.
3 pecun. l.rei appellatio, ff.de verb.ſignif. † & omnē ſpeciem, Bart.in tract.de excuſſ.pignor.ſub princ.
4 verſ. appellatio; † debebat ergo ſeruari conuentio, l.1.§ ſi conuenerit, ff.depoſ.

Non obſtat quod filius in ſua, cum dicto tertio, conuentione renunciauerit omni auxilio, &cæt.
5 † quia eum non fuiſſet certioratus de dicta conuentione cum patre ſuo inita, renunciatio non trahitur ad ignorata l.mater decedens, ff.de inoffic.
6 teſt. † & eſt locus repetitioni l.cuius per errorem,
7 ff.de regul.iur. Bert.conſ.111.num.10. † etiam ſi iuramentum adſit. Bec.conſil.90.num.17. Surd.
8 conſ.150.num.42. cum ſeqq. † maximè quia dicta renunciatio dolo fuit extorta ab eo, qui cum ſci-
9 ret illam conuentionem reticuit tamē, † ad caſum verò ignoratum ex culpa, aut dolo aduerſarij non extenditur renunciatio, Surd. d.conſ.150. nu.48.
10 & ſeqq. † & ignorantia dictæ conuentionis cum ſit facti alieni præſumenda eſt ad fauorē filij, l. verius, de probationibus l.plurimum, 3.ff.de iur. & fact.ignor. Cap. præſumitur, de regul.iur. in 6.
11 † & qui dicit aliquem ſciuiſſe probare debet Soc. conſ.82.num.22.lib.1. Surd.d.conſ.150.num.41.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

Copula, & inducit repetitionem earundem qualitatum, num. 1.
Fallit, quando ſtat ineptiuè, num.2.
Quando verò ſtet repetitiuè, ſub eod. & num.3.
Copula, & habet vim implicandi caſum magis dubitabilem, num.4.
Verbum, ſimiliter, quid importet, num.5.6.24.
Orationi perfectæ, ſi adijciatur imperfecta, ratione verbi inducitur repetitio earundem qualitatum, numero 7.
Imperfecta ſcriptura declaratur à præcedenti perfecta, num. 8.
Oratio vna, & eadem dicitur quando adeſt vnum, & idem verbum, & quando in eodem tractatu plures particulæ interſeruntur, num.9.10.
Maſculi vterini fœminas non excludunt, num.11.
Statuentes aliquando dicunt, quod alias eſt de iure ipſo ad tollendam anxiam dubitationem, num.12.
Statuta debent eſſe clara, vt etiam rudes ea intelligant, & ne ex obſcuritate aliqui illaqueentur, numero 13.18.
Speciali nota dignum exprimi debet, vt magis aduertatur, num.14.
In matre non militat ratio conſeruandæ agnationis, numero 15.
Sufficit quod aliquid ſit de dubitabili, ne lex, vel ſtatutum ſuperfluum videatur, num.16.
Aliquando lex poteſt fieri etiam de non dubitabili, & propter rudes, num.17.
Talis eſt mens ſtatuentium qualem verba ſtatuti demonſtrant, num.19.
Similitudo quid ſit, num.20.
Parium idem eſt iudicium, num. 21.
Poſterius caput ſtatuti intelligitur ſecundum primum, cui fuit aſſimilatum, ideſt dato concurſu ſucceſſionis maſculi cum fœmina, num.22.
Fœminæ non excluduntur, niſi à paribus in gradu, numero 23.
Non eſt idem modus ſuccedendi, vbi ex vna parte ſtatuti maſculi excludunt fœminas, quibus cum aliàs de iure concurrerent ad ſucceſſionem, ſi in alia maſculi non fœminis de iure non concurrentes fœminas excluderent, num.25.
Quilibet minimus defectus ſufficit, ne ſtatutum locum habeat, num.26.
In Obolo, vel Iota, num.27.
Statutum ad eum non pertinet, de quo non loquitur, numero 28.
Imperator non poteſt facere, quod ſtatutum illud dicat, de quo non loquitur, num.29.
Caſus, quando fœmina remanſit ſola abſque maſculo concurrente, eſt omiſſus à dicto ſtatuto, & ideo manet ſub diſpoſitione iuris Communis, num.30.
Caſus omiſſus, quod manoat ſub diſpoſitione iuris Commu-

Communis procedit in omnibus, vt hic numero 31.

Certum illud dicitur, quod per relationem ad aliud poteſt certificari num. 32.

Et expreſſum, num. 34.

Natura relationis dicitur natura veritatis patentis ex coniunctione ſcripturarum, num. 33.

Referens ſe ad aliud, ad illud ſe reſtringere videtur, numero 35.

Qui habet ſimilitudinem, habet præſumptionem pro ſe, num. 36.

Obſeruantia interpretatur ſtatuta, num. 37.

Vbi eſt obſeruantia non eſt amplius dubitandum, & eſt, ac ſi ſtatuti verba eſſent clara, num. 38.

Obſeruantia probatur per teſtes, num. 39.

Teſtibus ſtatur contra inducentem, num. 40.

Teſtibus de facto proprio deponentibus magis creditur, num. 41.

Differentia eſt inter obſeruantiam, & conſuetudinem, num. 42.

Modus probandi conſuetudinem diuerſus eſt à modo probandi obſeruantiam, num. 43.

Per obſeruantiam dubia ſtatuti declarantur, ſtatuta ipſa contraria conſuetudine deſtruuntur, & diſpoſitio, quæ eſt certa, tollitur, num. 44.

Difficilius inducitur conſuetudo contra legem, quam præter legem, num. 45.

Vbi ſumus in caſu ſtatuti non declaratiuo, requiruntur probationes in contradictorio, num. 46.

Iudex poteſt in camera ſe informare de obſeruantia, & de conſuetudine notoria, num. 47.

Obſeruantia, et conſuetudo notoria poteſt allegari, etiam in executione, num. 48.

Et ſufficit deduci in iuris allegationibus, num. 49.

Litigantes præſumuntur diligentes, & præſertim Actores, qui debent venire inſtructi ad Iudicium, numero 50.

Præſumptio eſt contra eum, qui in re notoria nihil produxit, num. 51.

Et contra eum, qui nixus eſt deducere, nec aliquid deduxit, num. 52.

Difficultas magna æquiparatur impoſſibilitati, numero 53.

Obſeruantia colligitur, quando multi caſus euenerunt, agnati tamen nunquam ſucceſſerunt ad excluſionem fœminarum, num. 54.

Notorium dicitur, quando factum ſui natura eſt tale, vt omnes, vel ſciant, vel ſcire veriſimiliter poſſint, numero 55.

Sciri præſumuntur facta publica, & quorum eſt tempus longiſſimum, num. 56.

Generalis conſuetudo poteſt probari citra tam exactas probationes, num. 57.

Præſertim cum eſt inueterata, & reducit ad ius Commune, num. 58. 59.

Sufficit ſemel fuiſſe obſeruatum, num. 60.

Sufficit dicere de non vſu, & homines ita dicunt, quando agitur non de abrogatione ſtatuti, ſed de interpretatione, & alia vt num. 61.

Clauſula acceſſoria diſpoſitionem principalem declarat, & qualificans, num. 62.

Limitata cauſa limitatum producit effectum, numero 63.

Vox, dummodo, *quid importet, num. 64. 65.*

Modus dicitur actum qualificare, num. 65.

Non debet ita fieri interpretatio, vt præcedentia deſtruantur, vel corrigantur, num. 66.

Maximè vbi vna, & eadem eſt diſpoſitio, num. 67.

Vna, & eadem diſpoſitio non poteſt eſſe duorum contrariorum actuum productiua vitæ, & necis, num. 68.

Qualibet pars diſpoſitionis per aliam declaratur, numero 69. 70.

Voces familia, agnatio, Cyppus, & ſimilis in dubio non ſumuntur largè, & in genere, ſed strictè, & in ſpecie, num. 71.

Accipienda eſt interpretatio, quæ minus lædit ius commune, num. 72.

Etiam ſi agatur, ſeu de fauore agnationis, ſeu de fauore eccleſiæ, num. 73.

In ſtatutis verba strictè ſunt accipienda, vbi duplicem ſenſum habent, num. 74.

Et ſufficit, quod in vno ex ſignificatis verificentur, numero 75.

Indefinita loquutio in ſtatutis non intelligitur vniuerſaliter, 76.

Non eſt aliter capienda vnius vocis ſignificatio, quam ferrè poteſt tota oratio ipſa, num. 77.

Argumentum à Rubrica, quando non procedat, numero 78.

Aliud eſt haberi rationem agnationis aliud maſculinitatis, num. 79.

Cum de vno diſceptatur omnia ſupponuntur habilia, numero 80.

Ratio vera non eſt alicuius ſtatuti, quæ patitur inſtantiam, num. 81.

Data inſtantia falſum demonſtratur, quod præſupponitur, num. 82.

Oratio ſumpta ex vniuerſo in parte falſa, in totum redditur falſa, num. 83.

Vbi proceditur per argumenta, res non dicitur clara, numero 84.

Maximè, quando alia ſtant pro aduerſa parte, numero 85.

Clara dicitur diſpoſitio, quæ oculis cernitur non mente, num. 86.

Seu quando tenor verborum eſt adeo clarus, vt intellectus nihil labores in intelligendo, num. 87.

Status triplex circa ſtatuti excludentia fœminas enarratur, num. 88.

In dubio pro fœminis non excludendis Iudicandum ſub eodem.

Etiam in materia fauorabili, & publicam vtilitatem reſpiciente, num. 89.

Minus errari poteſt iudicando pro poſſeſſore, cuius melior conditio dicitur, num. 90.

Statuta locorum ſubiectorum interpretantur ex conſuetudinibus locorum dominantium, num. 91.

DECISIO XLVI.

DEceſſit ex hac vita Octauius de Herculanis de Seſtino inteſtatus ſuperſtite D. Bartholomea eius ſorore Germana, nec non etiã D. Guidone, & alijs litis conſortibus de Herculanis collateralibus, & ſexto gradu diſtantibus à dd. Octauio

uio,& Bartholomea,& nunc actoribus,prętendẽ-
tibus,aduerſus d. Bartholomęam bona fratris poſ-
ſidentem;ſucceſſionem dicti Octanij ſibi deuolu-
tam fuiſſe virtute ſtatuti ſub Rub.32. quod ſtan-
tibus maſculis fœminæ non ſuccedant, cuius hæc
ſunt formalia verba.

*Imitantes, quod communiter per Italiam obſerua-
tur pro conſeruatione familiarum, & cypporum do-
mus,quorum honor,et dignitas per maſculos conſerua
tur,ſtatuimus quod filiæ fęminæ,& ex eis deſcenden
tes per lineam fęmininam ad ſucceſſionem patris, &
aliorum aſcendentium per lineam paternã ab inteſta-
to defunctorum, non admittantur, exiſtentibus filijs
maſculis, vel nepotibus deſcendentibus per lineã ma-
ſculinam,quibus ſoli maſculi ſuccedant, dummodo ip
ſæ fęminæ congruè, & competenter dotentur de bonis
parentum, & eorum,à quorũ ſucceſſione dicantur ex-
cluſæ ſecundum facultatem,patrimonij quantitatem,
& qualitatem bonorum, conditionem dotantis, &
conſuetudinem ſuæ domus.*

*Et ſimiliter in ſucceſſione matrum fratrum,& ſo-
rorum ab inteſtato defunctorum,& aliorum collatera
lium, & tranſuerſalium,dummodo ſint de cyppo do-
mus, & prædictis dotibus teneantur ſtare tacitæ, &
contentæ, & vlterius aliquid pro ſupplemento legi-
timæ petere non poſſint, &c.*

Qua in cauſa excall. DD. Felicius, & Lidius, &
ego cenſuimus D. Bartholomeam fuiſſe abſoluen-
dam à petitis iuribus, & ration.b. in deciſione per
excell. D. Felicium relatorẽ compilatam amplè ex
planatis,& ego vltra ea in hãc me ſententiã,eò pro
cliuiorẽ ſemper fuiſſe profitebar,quod ſtatutũ præ
dictũ, & planũ, & clarum cõtra maſculos ſeſe mi
hi offerre videretur, huiuſmodi, ſ. præſuppoſito,
quod mens ſtatuẽtium fuerit caſum cõprehenſum
in verſ.& ſimiliter,diſpoſitioni, vel caſui præcedẽ
ti omnino ſimilẽ eſſe,colligitur.n.id multiplicitet.
1 † Et primo quidem conſiderãdo copulam,† &,
per quam induci repetitionem earundem qualita-
tũ,conſtat ex Bart.in l.ſeiæ,§. Caio,n. 1. ff.de fund.
inſtruct. Men.conſ. 106. n.291. 292.293. 298. &
2 conſ.111.n.9. & 10.lib. 2.† niſi ſtaret inceptiuè,vt
n.34. & 35. hic autem ſtat copulatiuè, ſeu repeti-
tiuè,tum propter rationes, quæ ſequuntur verſic.
3 item ex modo n.7. & verſ.item ex eo nu.9. † tum
etiam quia qualitates ſunt poſitæ in principio, ad
Iaſ.in l.tranſigere,n.19. C.de tranſact. Surd.conſ.
4 559.ſub n.7. † Immo verò habet vim implicandi
caſum magis dubitalem Menoch.conſ.4.num.22.
5 † Item, ex aduerbio † ſimiliter, quod oſtendit
ſimilitudinẽ facti,& modi ad præcedentia,& qua-
litatem quandam,iux. Onded.conſ.4.nu.83.lib.1.
l. Clemens patronus,in princ. ff.de hered.Inſt.Soc.
6 conſ.281. n.3.lib. 2.† & omnimodam ſimilitudi-
nem denotat, non tantum circa numerum, ſed
etiam circa qualitatẽ tit.de contr.feu.ap.par.term.
ibi vt Vaſallus ſimiliter hoc faciat tradit,Schrader
de feud.p.10.ſect.9.n.179. Item,ex modo loquen-
7 di ſtatuentium abſoluto, & ſine verbo. † Nã vbi
orationi perfectæ adijcitur oratio imperfecta ra-
tione verbi,intelligi repetitas omnes qualitates,&
adiectiones eſt Doctr. Bart,in l.in repetendis. verſ.
3.caſu,& verſ.quandoque eſt identitas.de leg.3. fa
cit l.cũ pater.77.§.cũ imperfecta.22.de leg. 2.Car
din.Tuſch.pract.concl.iur.li.5.oratio imperfecta,
quia nulla eſt,vel ſupplenda concl.114.n.1.Mornt.
8 reſp.2. n.19. † & imperfecta ſcriptura declaratur
ex præcedenti perfecta Decian.conſ.96.n.57.vo-
lum.2. Surd.conſ.383.ſub num.11.
9 † Item ex eo, quod vna, & eadem eſt oratio,
quia tam primus, quam ſecundus caſus eadẽ ora-
tionis periodo includuntur, vt patet, quia non ſo-
lum eſt identitas verbi, ſed etiam quia dictæ parti
culæ interſeruntur in ipſomet tractatu de dote cõ
ſtituenda, & poſtquam fuiſſet conſtituta, ſeu data
de excludẽdo fęminas,&c. vt ſupra viſum eſt,ibi,
Et prædictis omnibus dotibus,&c. per quam clauſu
lam terminantur æquo iure,tam primus, quam ſe
10 cundus caſus,vt patet ad ſenſum,† quare non di-
uerſam,ſed vnam tantum orationem haberi con-
ſtat ex not. Neuizan.conſ.72.ſub num 14. & 15.
Item addebã,hoc in tantum verum eſſe, vt hũc
caſum ſimilem primo omnino facere voluerint,vt
quemadmodũ in primo caſu maſculi tantũ agnati
erant vocati, ita eandem diſpoſitionem repreſen-
tare omnino voluerint in illis verbis, *dũmodo ſint
de cyppo,* Poterat enim ex clauſula tam diffuſa,&
ſimiliter in ſucceſſione matrum,fratrum,&c. vm
bram aliquam facere, an quilibet maſculus eſſet
habilis ad excludendam ſororem, fuit autem ſub-
latus ſcrupulus ex verbis, *dummodo ſint de cyppo
domus,* ideſt dummodo ſint de agnatione ad diffe-
11 rentiam, putà maſculorum vterinorum, † quos
tametſi verum eſt fęminas non excludere de iure,
vt per Bald.conſ 61.num.4.lib.4. Gabr.de ſtatut.
concluſ.7.n.78 Paul.de Caſtr. conſil.196.num.2.
12 lib.1. † tamen ad tollendam omnem anxiam du-
bitationem, recte ſe declararunt ſtatuentes in illis
verbis ad Tiraquel.in l.ſi vnquam verſ.reuertatur
num.2. C.de reuoc.donat.& in primo retract.§.1.
gl.9.nu.220. Crau.conſ.1000.pro genero.in corol
lario,ſub num.49.& conſ.70.n.29.& 40.& in ter-
13 min.ſtatuti excluſiui,Surd.conſ.417.n.6.7.† cum
maximè ſtatuta debeant eſſe clara, vt rudes etiam
ſenſus illorum capaces ſint,ac ne aliquis ea captio-
sè interpretetur,vel ex obſcuritate illorũ aliquis la
queus,vel decipula paretetur,iux.Sol.in proem.de
14 cret.antiq.Sabaud.ſub n.32.33.† Vltrà quod hoc
ipſum videbatur ſpeciali nota indigere, vt magis
aduerteretur,ad Natt.in conſ.186.ſub num.8. vl-
tra Crauett. in locis proximè citat.
Immo accedebat neceſſitas quędã clauſulam hu
iuſmodi ſubijciendi,ita cum ſtatutum vnà cũ ſuc-
ceſſione aliorũ addiderit, & ſucceſſionẽ matris,
15 † in qua nõ militat ratio agnationis conſeruãdę,vt
benè Gabr.cõſ.15.n.38.cũ alijs,vt in dec.ſeq n.45
ideo fortius videbatur intrare dubitatio,an ſuffice
ret, quod quis eſſet maſculus abſq; eo, quod eſſet
agnatus,& cõſequenter neceſſitas fuit exprimẽdi
quod maſculi tñ de cyppo domus excludãt,ſic eò
pertinentior,expoſitio,quo apparet eſſe de dubita
16 bili,† quod ſufficit in qualibet leg.l. Domit. labeo

Digitized by Google

17 ff.qui teſtamen. facere poſſ. † immo poteſt etiam
lex aliquando de non dubio fieri propter rudes, ad
cap.vn.de nou.fot.fid.l.l.quæris, ff.de natal.reſtit.
18 † Vt ſit clara præſertim in ſtatutis ad Sol. in d.gl.
2. ſub d.nom.32.33.

Hoc itaque firmato, quod ſtatutum voluerit,
& quidem enixè, poſteriorē caſum in omnibus, &
per omnia priori ſimilem eſſe, res redditur omni-
no clara ad fauorē mulieris, quia in caſu aſſimila-
ro, ſeu parificato fœminæ nō excluduntur ab alijs,
quàm à deſcēdentibus, vt patet ex verbis ipſis cla-
19 ris, & ad literā, † cū talis ſit intentio ſtatuentiū,
quatenus demonſtrant verba ſtatuti, quibus inhæ
rendum eſt. Surd.conſ.426.n.9 & ſeq. & pars ip-
ſa quoad hoc dabat manus: Itē non excluduntur,
niſi in vno caſu, quando ſibi, & maſculis, iure cō-
muni inſpecto, eſt delata hæreditas, vt hoc ſine vl-
20 la hæſitatione etiā à parte concedebatur, † Simi-
litudo autem, cum ſit differentiū rerum eadē qua-
litas & vno poſito ponatur, & alterū, vt benè Sur-
21 d.conſ. 303.ſub n.33.34. † & patium omnioò idē
Iudicium ſit, vt latè Euer.in rop.Legal.in loco à pa
22 ri, & in loco à ſimili, † neceſſariū eſt intelligere ſe
cundum caſum in concurſu ſucceſſorum, ideſt,
vbi æquè maſculo, & fœminæ fuerit delata hæredi
tas, vt ait Paul.de Caſtr.in conſ.29.n.1.lib.2.& ele
ganter Thoh.Non.conſ.10.ſub n.12.& conſil.15.
23 ſub nom.2. † & conferunt Doctor.quorum com
munis opinio eſt, quod fœminæ non excludantur,
niſi à paribus in gradu, nō autem à remotioribus,
iuxtà latè cumulata in ſeqq.deciſ.0.25.quibus ad-
do Alex.in l.ſi dotali, ad fin.ff.ſolut.matrim. Paul.
de Caſtr.conſ.47.lib.1.Surd.conſ.316.n.12.Men.
24 conſ 311.n.4.& 5.lib.4 † Similiter ait ſtatutum,
quod idem ſonat, quod eodem modo, vt ait Balz.
25 lib.1.tit.5.in fin.n.3.in vſib.feud. † non eſſe autē
idem modus ſuccedendi, ſi vbi maſculi ſupra ſuc-
cedunt in delata hæreditate promiſcuè, & ipſis,
& fœminis, hic ſuccederent in hæreditate fœminis
tantū delata, iux.auth. de hæred.ab inteſt. venien.
§.1.ipſis non item, ergo deficiente qualitate ſtatu-
ti quomodo intrabit diſpoſitio l.4. §.toties. ff. de
26 dam.infect. † & quilibet, vel minimus defectus
ſufficit, ne locū obtineat ſtatutum, Rol. à Vall.cō-
27 ſil. 10.n.22.28.vol.3. † in obolo, vel iota Nat.con
28 ſil 214. † nec ſtatutū ad eum pertinet, de quo nō
29 loquitur, Crau.conſ.210.ſub n.4. † adeo quod, ne
quidem imperator poſſit facere, quod ſtatutum il-
lud dicat, de quo nō loquitur, Crau.conſ.259. ſub
n.2. Quinimò aliud etiam abſurdum ſequeretur,
quod admitterentur in caſu non tacto à ſtatuto,
qoandoquidem caſum, quando fœmina ſola reman
ſit abſque cōcurſu deſcendentium maſculorū per
30 lineam paternam, ſtatutū non tetigit. † & ideo hic
caſus remanſit in diſpoſitione iuris cōis, l.commo
diſſimè, ff.de lib.& poſthu.l.ſi extraneus, ff.de con
dit.ob cauſ.in propoſito Non.conſ.16.n.13. cum
alijs citat.per Ond.conſ.1.n.23.li.1.Surd.cōſ.416.
31 n.21. † Vbi hoc axioma procedere in leg.canone,
Iudice, prouocante, appellante, ſuperiore, imperan
te, ſtatutis, quo iure, ſcilicet cōmuni fœmina in to-
rum admittitur, modo ſi agnati admitterentur ad
totam hæreditatem, quæ fœminæ ſoli remanſæ de-
lata fuit, non ne fœmina à tota hæreditate exclude
retur? atqui hoc, vt prior pars ſtatuti non determi
nauit, ſed reliquit in diſpoſitione iuris cōis abſur-
dum eſt dicere determinari per ſecundum, in quo
nil plus continetur, quam in primo l.nam abſur-
dum de bon. libert.

Vnde tandem iam concludi poſſe tutò videatur
nos eſſe in claris, & in literali interpretatione ſta-
tuti, poſteaquam prima pars nullam patitur diffi-
cultatem, vnde, & ſecunda eodem iure cenſeri de-
bet, quia ad eam fuit ex vi ſimilitudinis relata.
32 † Clarum verò, atque certum illud habetur, quod
per relationem ad aliud certificari poteſt, l.ait Pig
tor. §.2.de re Iudic.Iaſ.in l. à Diuo Pio.§.ſi pigno-
33 ra.num.7. de re Iudic. † & natura relationis dici-
tur natura veritatis patentis ex coniunctione ſcri-
34 ptorarū, Vant.de nullit.ex defect.citat.n.137.† ac
expreſſum illud dicitur, quod relationem habet ad
aliud l.aſſe toto, ff.de hæred.Inſtit.l.certū eum ibi
not.ff.de reb credit.l.vbi autem non apparet. §.il-
lod.ff.de verb.oblig. Oſaſc. deciſ.128. numero 2.
35 Surd.conſ.410.nom.45. † & referens ſe ad aliud,
ſe ad illud reſtringit, Oſaſc. deciſ.100. numero 3.
36 † & qui habet ſimilitudinem habet fundatam in-
tentionem, quia habet præſumptionem iuris pro
ſe, Io. Andr. Abb. Imol.& alij in c.translato. de cō
ſtit. Euerard. in loc. 10.col.6. verſ.oſteoſo autem.
Surd. deciſ.119. num. 21.
37 † Sed & ex longa obſeruantia ſubſequuta hæc
veritas magis, ac magis illuſtrari viſa eſt, nam ait
Decian.Reſpon.44.ſub n.17. Paulò ante fin.reſpō.
38 51.ſub n 60.poſt princ. vol.2.† quod ſtante cōſue
tudine interpretatiua ſtatuti non eſt vlterius dubi
tandū, ac ſi verba ſtatuti clara eſſent, tantò magis,
39 vbi clara ſint de per ſe, vt in caſu noſtro, † de qua
quidem obſeruantia conſtat per teſtes, quorū ali-
qui deponentes de ſucceſſione mulierum dixe-
runt, *Che ſe i maſchi della caſa haueſſero creduto po
ter ſuccedere, hanrebbono ſucceduto*, & alij qui ſunt
num.quatuor videlicet excell. D. Federicus de Ma
gijs Iur. Vtr. Doctor de Seſtino, & Leonardus pa-
trter de Magijs, & Rentios, & Nicolaus de Mar-
tellis de Colcellato. *Non hauer mai udito dire che
le ſorelle nō habbino hereditata la robba del fratello,
non hauendo fratelli, ò figliuoli maſchi*, vel, *che non
hà mai ſaputo che quelli del ceppo excludino le femi
ne*, vel, *nō ha mai ſentito dire, che le femine di più gra
do ſiano eſcluſe da quelli del ceppo, ma che redano le
femine*, vel, *che le ſorelle ſuccedano alli fratelli, quan-
do di tali morienti non ſoprauiuono fratelli ò figliuoli
maſchi di detti fratelli, che in queſti caſi ſolamente le
femine ſono excluſe, & in altri caſi ſuccedano alli fra-
telli le ſorelle, non oſtante ſoprauiuina i maſchi della
caſa del ceppo*, & alij magis in ſpecie depoſuerunt
nominando ſpecificè perſonas in quibus caſus eue
nerunt, vt in caſu proprio deponit domina Marga
rita vxor Lactantij de Herculanis de Seſtino, quę
ſimul cum eius ſorore ſucceſſit Chriſtophoro fra-
tri ab inteſtato ſuperſtitibus Mauritio, & Maſſo

earum

Digitized by Google

earum patruis, & cum ipſimet actores in eorum
capitulis, cap. 5. deduxiſſent ſupradictos patruos
prędictam hæreditatem dictis earum neptibus do
naſſe, vt commodius matrimonio iungerentur, li-
cet ſciret illam ad eos vigore ſtatuti ſpectaſſe, non
ſolum ipſi patrui ad eorum inſtantiam examinati
negauerunt, ſed aſſeruerunt, *che non ſi contentorno,
& che l'harebbono preſa, the biſogno ven'tra;* Et di-
ctam hæreditatē fuiſſe valoris ſcut. 500. deponunt
Antonius, & Andreas teſtes pro parte fęminæ exa
minati; D. Catherina de Magijs de Seſtino cum
tribus alijs teſtibus deponit, D. Aureliam, quæ eſt
vxor excell. D. Guidonis vnius ex actoribus, & ſo
rores eius habuiſſe hęreditatem Alexandræ earū
neptis ex fratre, quæ intra ſecundum ętatis ſuæ an
num deceſſerat ex hac vita ſuperſtitibus earū fra-
tribus patruelibus de cyppo domus, & hæc hęre-
ditas conſiſtebat in domibus vineis, & terris in
terra Seſtini, & eius territorio, habuit etiā eadem-
met D. Aurelia vnà cū eius ſororibus, ſuperſtitib.
ijſdē fratribus patruelibus, hęreditatē Orinthię ea
rum ſororis, quæ, vt ipſamet Aurelia ad inſtantiā
fęminæ examinata deponit, inteſtata deceſſit; ſu-
pradicta etiā Catherina interrogata ſuper interro
gatorijs actorū, an vnquam vllam obtinuerit hęre
ditatē, reſpondit, ſe & eius ſororē habuiſſe hæredi
tatem ſui fratris Romæ ab inteſtato defuncti ſu-
perſtitibus earū agnatis maſculis ex Ludouico, &
hæreditas conſiſtebat in domibus vineis, & terris;
adſunt, & alij plures caſus, in quibus fęminas ex-
cluſis maſculis agnatis remotioribus earū matri-
bus fratribus, & ſororibus ſucceſſiſſe, deponūt te-
ſtes vel clarè de ipſa qualitate ab inteſtato, vel ſal-
tem in his verbis, *non ſapere, che habbia fatto teſta-
mento, & multi addunt, & ſe l'haueſſe fatto ſi ſa-
prebbe, come ſi sà de gl'altri che l'hanno fatto.*

Quapropter non eſt dubitandum, quin obſer-
uantia fuerit abundè comprobata, tā per ea, quę in
dec. ſeq. num. 28. relata ſunt, quam etiam, quia ad-
40 ſūt dicti teſtes ad inſtantiā partis examinati, † qui
bus eſt omnino ſtandū contra eam, Surd. dec. 284
n. 18. 19. Morot. Reſp. 29. n. 19. & reſpon. 16. nu. 4.
& 5. & etiā quia qualitas ab inteſtato omnino cō-
uincitur, tam ſtāte ſucceſſione ſubſequuta, in per-
ſona filiæ infantis, quam certum eſt non niſi inte-
ſtatam decedere potuiſſe, quam ſtantibus prædi-
ctis depoſitionibus teſtium, de facto proprio depo
41 nentium, † quibus propterea magis credendum
venit, ad Surd. deciſ. 71. ſub num. 12. Menoch. de
arbitr. Iud. caſ. 92. per tot. & præſertim, nu. 3. vbi
de notatio contra ſe ipſum, Nec mirum, ſi pars in
ſuis iuris allegationibus, nunquam auſa fuit inſur-
gere contra probationes huiuſmodi, tanquā ſuper
obſeruantia, ſed inſurrexit contra eas tanquā ſu-
42 per conſuetudine, † inter quas tamen magna eſt
differentia, vt patet ex Decian. in term. in d. conſ.
44. ſub n. 29. in conſ. 51. ſub num. 51. & ſeqq. lib. 2.
43 † vbi diſtinguit modū probandi obſeruantiam à
modo probandi conſuetudinem, & Ioſeph. Ludo-
uic. concl. 58. ſub princ. & illat. 24. ſic Corn. 125.
lib. 4. Crauet. conſ. 171. num. 14. (citati ex aduer-
ſò,) quibus addo Rotam in nouiſs. deciſ. 775. nu-
mero 10. 11. par. 1. Morot. Reſpon. 34. ſub num. 3.
44 & ſeqq. loquuntur in term. conſuetudinis † diffe-
rentiæ ratio eſt, quia per obſeruantiam declarātur
ambigua, per conſuetudinem certa tollitur diſpo-
ſitio, facilius autem declaratur ambigua, quā cer-
ta tollitur, Surd. conſ. 224. ſub num. 13. ad fin. &
ſub num 14. & ad conſ. 220. ſub num. 17. in fin.
& num. ſeq. confert, & conſ. 393. ſub num. 24. 25.
45 † Vbi difficilius induci conſuetudinem contra le-
46 gem, quàm præter, & videndus † in caſu diſpo-
ſitionis ſtatuti non declaratiuo, requirit proba-
tionea in contradictorio Menoch. conſil. 317. nu-
mero 14. 15. 16 lib 4. Vbi ad requiſita in conſuetu-
dine in hac ſpecie excluſionis fęminarū; vide etiā
eleganter in conſil. 1144. num. 86. & ſeqq. lib. 12.
47 † Iudicem verò poſſe ſe informare in Camera de
obſeruantia, ſicut de conſuetudine notoria, tra-
dit Ioſephus Ludouic. concluſ. 38. ampliat. ſexta
48 † Vbi poſſe allegari in executione, & ex proprio
49 Iudicis officio, † adeo quod etiam in Iuris allega-
tionib. deduxiſſe ſufficiat Surd. conſ. 371. ſub n. 46
lib. 3. Et hiſce accedebat, quod maſculi actores ni-
hil deduxerint pro ſe, & contra dictam obſeruan-
tiam contra ſe, nō eſt autem veriſimile, quin attu-
50 liſſent ſi habuiſſent † quia litigantes præſumātur
diligentes, maximè actores, qui debent paratè, &
benè inſtructi in iudiciū venire, vt ait in propoſi-
51 to Decian. in d. conſ. 51. n. 76. 77. 78. lib. 1. † & prę
ſumptio omnis ſtat contra eum, qui in re notoria,
nihil produxit iux. Morot d. reſp. 34. ſub nu. 15. in
52 fin. & num. 16. † & maximè, quia conati ſunt in-
uenire, & non inuenerunt, conati ſunt deducere,
& non probauerunt, & vnus ex actoribus eſſet Iu-
riſperitus, vnde credendum ſit impoſſibile eſſe,
53 dari caſum contra dictam obſeruantiam, † diffi-
cultas etenim magna æquiparatur impoſſibilitati
54 Surd. deciſ. 141. n 10. † & quando multi caſus eue
nerunt, nunquam tamen ſucceſſiſſe apparet agna-
tos, hinc colligi obſeruātiam dicit Surd. conſ. 518.
ſub num. 10. vbi vide citatos, & obſeruantiā eſſe
notoriam, dici poteſt, nam cum notorium ex arbi
trio Iudicis iudicetur, iudicē arbitrari debere illud
55 eſſe notoriū conſtat, † quando factum ſui natura
tale eſt, vt omnes, vel ſciant, vel ſcire veriſimiliter
poſſint, vt ait Bart. in l. ſcriptus, num. 2. de relig. &
56 ſumpt. fun. Men. de arbit. Iud. caſ. 166. n. 7. † ſcirēt
autē omnes, vel veriſimiliter ſcire poſſent hoc, &
ſimilia, tam publica, & à tanto tēpore citra, quod
excedit hominū memoriā, ad Deciā. d. reſp. 44. n.
57 18. reſp 51. n. 44. ad fin. & n. 114. lib. 2. † Nec aliter
bonus Iudex videretur eſſe arbitraturus, prę ſer-
tim in generali cōſuetudine, quę etiā citra tā exa-
ctā tamque diligentem probationem probaretur,
iuxta Decian. d. reſp. 51. ſub n. 51. & ſeqq. & n. 110.
58 † præſertim cum inueterata ſit, & reducēs ad ius
antiquū, ad Maſc. de Gen. inter. ſtat. cōcl. 2. n. 169.
59 & 170. & ad n. 139. & ſeqq. † vbi de fauore huiuſ-
modi cōſuetudinis interpretatiuæ in materia pro-
bationū, pręſertim cū reditur ad ius cōe, & poſſe
60 Iud. per ſe informari, † & ſufficere, vel ſemel fuiſſe

H 2 obſer-

Digitized by Google

obſeruatum, id quod etiam Decian. in Reſpon.
124.ſub num.8.& 26.lib.3. & ad alios in dec.ſeq.
61 num.36. † quibus omnibus accedat ſufficere cō-
ſtare de non vſu cum non ſimus in abrogatione le
gis,vel ſtatuti, ſed in interpretatione, in qua ſatis
eſt dicere,homines ita dicunt,& licet non ita dice
scur,cum non vtantur,nec vnquam vſi fuerint,&
quotidie contingant tales caſus, ſatis dicere dicun
tur, Boſſ.de coiiudam.num,32.in fin. & num.33.
& ad Menoch.conſ.719.num.34.lib.8. vbi quan-
do occurrit caſus,& nunquam fuit petita obſeruā-
tia ſtatuti: vnde manere videatur firma conclu-
ſio, iura ſtare clara pro fęmina contra maſculos
agentes.

Reliquum eſt, vt reſolutionem fundamentorū
ex aduerſo deductorum paucis expediamus. Ma-
ximum fundamentum fiebat in clauſula, *dūmodo
ſint de cyppo domus*,quaſi per eā omnes de agnatio
ne fuerint vocati; Verum reſpōdebatur d.clauſulā
poſitam fuiſſe, non ad ampliandū, ſed ad reſtrin-
gendum ſucceſſores, prout declaratum fuit ſupra
ad vers. Item addebam, cui explicationi arrident
62 omnes iuris regulæ, † ſecundū quas clauſulę ac-
ceſſoriæ, ſeu adiectæ principali diſpoſitioni eā de-
clarant, ſeu qualificant, quod idē eſt, vel reſtringūt
ad id, quod diſponentes expreſſerunt, l.ea tamen
adiectio,ff.de leg.3.Men.conſ.106.n.265.ad Surd.
cōſ.179.n.41.conſ.186.n.24.Bart in l.quibus dieb.
63 §.Termilius,ſub n.1.ff.de cond.& demōſtr.† & li
mitata cauſa limitatū producit effectū, l in agris,
ff.de acquir.rer.Dom.Surd dec.124.ſub n.19.cō-
64 fert, † & ſignificatus huius vocis,dummodo,pro-
prius, qui eſt vt modū, ſeu modificationē preſefe-
65 rat,Surd.conſ.371.n.69.conſ.186.n.11. † modus
autē dicitur actū qualificare,Surd.conſ.369.n.20.
21.& maniſeſtatur hoc ipſum,vel ex eodēmet ſta
tuto,ibi dummodo ipſæ fęminæ congruè,& cōpe-
tenter dotentur,quo loci,vocē,dummodo, modifi
care, ſeu qualificare præcedentem diſpoſitionē,pa
ret ad ſenſum,& eſt in term.apud Morot.reſp.23.
66 n.5.† & aliter ſi diceretur,deſtrueretur præcedēs
diſpoſitio,vel corrigeretur,quod non eſt dicendū,
67 l. non ad ea.89 ff.de cond. & demōſtr.† maxime
in eadē diſpoſitione,qualis eſt hæc, Surd. cōſ.313.
68 n.107 † cū non poſſit vna,& eadē diſpoſitio duo-
rum actuū contrariorum eſſe,productiua firmita-
tis,& infirmitatis, vitæ,& extinctionis,Crau.con-
ſil.985.n.89.& verbū, de cyppo domus,eodē mo-
do reſtringitur operando effectū ſuū in caſu diſpo
ſito à ſtatuto, vt pariter colligitur, vel ex eodēmet
ſtatuto in parte ſuperiori, vbi fit mentio cypporū
Domus,& tamen in litera non omnes, qui ſunt de
cyppo domus,id eſt de eadē familia eadem gerētes
inſignia excluderent fęminas,ſed tantū deſcenden
69 dentes per lineā paternam; † Certum eſt autem,
quod quælibet pars ſtatuti, aut diſpoſitionis per
aliā declaratur,l.maxim, §.44.ff.de manumiſ. teſt.
§. ſi filius inter medios. ff.de lib. & poſthum. Rol.
70 conſ.61.n.36.vol.2, † & in terminis ſtatuti excluſiui
fęminarū vnam partem ſtatuti declarare aliā
propter vicinitatē ſcripturæ, ex qua ſumitur opti-
mū voluntatis argumentum,ait Magon.dec.Flor.
71 105.n.12. Vbi alios citat.† Immo in dubio huiuſ-
modi voces familia,agnatio, cyppus nō ſumuntur
largè,& in genere,ſed ſtrictè,& in ſpecie teſte Me
noch.præſ.88.n.2.lib.4.iuncto n.21. & ad cōſ.233.
72 nu.15.lib.3. † & ita recipietur interpretatio, per
quā minus ius ciuile corrigatur, ad Ond.cōſ.8.nu.
73 18.lib.2. † quod obſeruandū eſt non ſolum ſi aga
tur de agnationis, ſed etiā ſi agatur de eccleſiæ fa-
74 uore,Becc.cōſ.36.n.14.lib.1.† maximè verò in ſta
tutis verba ſtrictè eſſe accipiēda, ſi duplicē habent
ſignificatum,Surd.conſ.313.n.13.Crau.conſ.271.
75 n.3.† & ſufficere, quod in vno operentur Oſaſc.
dec.59.n.13.dec.167.nu.22.Ioſeph.Ludou.deciſ.
Luc.39 n.17.demū,quod clauſula tota nil aliud fa
cere voluerit, quā vocationem maſculorū iam fa-
ctā reſtringere ad maſculos de cyppo domus,non
omnes maſculos vocare, pondero vltra prædicta,
indefinitā locutionem,dummodo ſit de cyppo do
76 mus, † indefinita enim locutio in ſtatutis,vniuer-
ſaliter nō intelligitur, Corn.conſ.48.nu.10. vol.2.
77 Surd.deciſ.9.nu.15.† quare non aliter capiēda eſt
eius verbi interpretatio,quam ipſamet oratio tota
ferre poſſit,ad l.in ciuile,ff.de legib.l.inſulam,ff.de
præſcript.verbis, l.ſi vno,ff.locat.

Ad aliud verò fundamentum poſitum in coniū
ctione rationis conſeruandæ agnationis cū rubri-
ca ad alias reſponſiones datas in dec.ſeq.nu.38. &
78 ſeqq.addo ego † non procedere argumentū,quan
do Rubrica non eſt per ſe clara, & ex omni parte
perfecta,ſed indiget aliqua ſuppletione iux.Maſc.
de gener.ſtatut.interpr.concl.2.n.202. iunctis.nu.
203. 204. Hanc verò indigere ſuppletione patet,
quia voci,maſculis,debet addi,agnatis,ſ.hoc mo-
do,quod ſtantib. maſculis agnatis,fęminæ non ſuc
cedant,alioquin enim ſub appellatione maſculorū
potuiſſent venire maſculi ex fęminis, & potuiſſet
dici, quod habita eſſet ratio maſculinitatis,nō ve-
79 rò agnationis,† quę ſunt diuerſa ad Surd.cōſ.308
n.1.& ſeqq.vſque ad n.17.incluſiuè,& conſ.316 &
conſ.317.n.13.& ſeqq. Onded.conſ.8.n.19. lib.2.
cum tamen de agnatis tantū agatur in nigro. Itē
addo,quod DD. loquūtur, vbi verè eſt ratio,quia
80 † cum de vno diſceptatur omnia ſupponuntur ha
bilia,l.qui teſtamēto,in princ.ff.de teſtam.§.in ex-
traneis,inſtit.de hæred.qualit.& differ.Surd.conſ.
81 147.n.13.in fin.† at præſuppoſita ratio nō eſt ve-
rè ratio, quia patitur inſtantiam in eodemmet ſta
tuto, dum filia non excluditur à quolibet agnato,
quę excluderetur,ſi ratio eſſet in vniuerſum vera,
quare non eſt vera ratio, vt per Surd. conſil.100.
n.16.lib.1. & alios citatos, in d.deciſ.ſeq.num.44.
82 † Et data inſtantia falſum demonſtrauit, quod
præſupponitur,gloſ.in c.ſicut vrgeri 1.q.1.Oſaſc.
83 conſ.35.ſub nu.19.† & eſt generale,quod oratio
ſumpta ex vniuerſo in parte falſa,in totū redditur
falſa,Surd.deciſ.7.nu.34.conſ.282.nu.14.& ſeqq.

Tandem ad hoc quærebā reſponſum,an eſſemus
in ſtatuto claro,an verò in dubio,& certè quatenus
daremus,ex argumentationibus partis reddi ſtatu
tū aliquo modo dubium, non tamen hinc vnquā

fieri

fieri poſſe, vt ſtatutum clarum dici poſſit ad fauo-
rem intentionis agnatorum remotiorum, quia nō
niſi in argumētationibus vim faciunt agnati acto-
84 res, † at vbi proceditur per argumenta rēs nó di-
85 citur clara, Euerard. in top. in præamb. n. 7. † mul
tòque id minus, cum ſunt, & alia iura pro altera
parte, vt hic pro fœmina, ad Oſaſc. deciſ. 59. ſub
86 num. 14. † quia tunc res dicitur clara, cum oculo-
rum non mentis Iudicio cernitur diſpoſitio, l. 1.
§. 1. ff. de his quæ in teſt. delen. Crauet. conſil. 987.
87 num. 10. † ſed quando tenor verborum eſt adeo
euidens, vt intellectus nihil laboret in intelligen-
do, Bald. in authen. hoc intēr liberos, in princ. de
teſtam. Soc. iun. conſ. 222. num. 23. vol. 1. Mant. de
coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit 4. num. 7.
Hinc inferebam, quod data etiam citra præiu-
dicium veri dubietate ſtatuti, omnimodo nihilo-
minus Domina conuenta veniret abſoluenda per
Doctr. Molin. de Hiſp. primog. lib. 3. cap. 4. nu. 31.
88 vſque 32. † Vbi quod ex triplici ſtatu, in quo lites
ſuper excluſione, vel admiſſione fęminarum ver-
ſantur, eſſe poſſunt, videlicet, quod lis ſit clara ex
parte maſculi remotioris gradus, vel ex parte fęmi
næ, vel dubia, maſculus ſolum in primo caſu pote
rit obtinere, fęmina verò in duobus caſibus ſequē
tibus neceſſariò maſculo remotioris gradus præfe
renda erit, cum iuri communi eius intentio funda
ta ſit, hæc ſunt formalia verba Molin. d. num. 37.
quam concluſionem ſequutus fuit pulcherrimè
comprobatam affirmans Surd. conſ. 316. in fin. &
89 idem cenſuit Pariſ. conſ. 110. n. 21. & 22. lib. 3. † Vbi
etiam ſi eſſemus in materia fauorabili, & concer-
nente publicam vtilitatem, Raud. conſ. 56. nu. 20.
90 lib. 1. & Barz. deciſ. 98. num. 22. † & minus errari
poſſe iudicando pro poſſeſſore, & conuenire regu-
lam, quod melior eſt cauſa poſſidentis, ait Oſaſc.
d. deciſ. 59. ſub num. 13. verſ. ſeſto negari, ſe offere-
bat etiam, quod in hac ciuitate res caret difficulta
91 te; † in dubio autem ſtatuta, & conſuetudines lo
corum ſuppoſitorum recipere interpretationem
à conſuetudine Ciuitatis dominantis ait Decian.
reſp. 17. num. 40. lib. 2.

Ex his, & alijs in Motiuis copiosè inter nos reſolutis plena proprię conſcientiæ, quiete arbitratus ſum potuiſſe, & debuiſſe hanc in ſententiā pedibus ire cum alijs excell. DD. Collegis, & noſtrū Votum fuit amplexum à Clariſs. Magiſtratu, qui ad referendum tranſmiſerat, & habuit effectum.

Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Statuta excluſiua fęminarum non extenduntur ad iura, & actiones in alieno territorio exercendas, num. 1.

Statuta ab obſeruantia interpretantur, num. 2.

Et à conſuetudine, num. 3.

Quæ interpretatio non dicitur noua diſpoſitio, ſed dicitur ſtatutum, ſic interpretatum, num. 4.

Stante obſeruantia non eſt de ſtatuti interpretatione vlterius ambigendum, num. 5.

Vbi clara eſt diſpoſitio ſtatuti, obſeruantia eius interpretatiua non intrat, num. 6.

Rubrica generalis comprehendit omnes illos caſus, in quibus militat ratio agnationis conſeruandæ, num. 7.

Ratio comprehendit omnes caſus, in quibus ipſa militat comprehenſiuè non extenſiuè, num. 8.

Dummodo maſculi ſint de domo ſufficit, nec proximitas attenditur, num. 9.

Quando verba ſtatuti ſunt generalia, conſuetudo non dicitur deſtructiua ſtatuti, ſed interpretatiua, n. 10.

Interpretatio ſtatuti poteſt induci etiam contra proprietatem verborum, num. 11. 12.

Verborum, & ſimiliter, ſignificatio, num. 13.

Nepotes vti patrem repreſentantes dicuntur eſſe in primo gradu, num. 14.

Fęminæ non excluduntur à remotioribus in gradu, n. 15. 23. & ſeqq.

Quia non eſt eadem ratio eas excludendi à remotioribus ſicut à paribus in gradu, num. 16

Quia ſtatutum excludens, etiam à remotioribus, eſſet inhoneſtum, & odioſum odio irrationali, num. 17.

Iniquum, & contra naturalem æquitatem, num. 18.

Irrationabile, num. 19.

Odioſiſſimum, num. 20.

Odio irrationabiliſſimo, num. 21.

In excluſione à ſucceſſione matris non viget tanta ratio, ac in excluſione à ſucceſſione patris, num. 22.

Diſpoſitio imperfecta, & dubia non poteſt allegari ad deciſionem cauſarum, num. 24. 28.

Determinatio debet eſſe æqualis, quando quid ab eod. verbo determinatur, num. 25. & 46.

Etiam data diuerſitate inter vnum, & aliud, numero 26.

In correlatiuis vno poſito ponitur, & alterum, num. 27.

In dubio ſtatuti ea facienda eſt interpretatio, per quam minus lædatur ius commune, num. 29.

Et per quam fęminæ rea fauetur, num. 30.

obſeruantia probatur per teſtes, nec requiritur ad eam inducendam præſcriptio, & eius probatio eſt in arbitrio Iudicis, num. 31.

Sufficiunt leuiores in ea probanda probationes, num. 32.

Sufficiunt teſtes ſingulares, num. 33.

Maximè, quando per eam reditur ad ius commune, numero 34.

Quia vti fauorabilis eſt adiuuanda, num. 35.

Vnicus actus ad inducendam conſuetudinem, quando ſufficiat, num. 36.

De conſuetudine notoria remiſſiuè, num. 37.

Veriſimilitudo in probationibus plurimum operatur, numero 38.

Rubrica generalis quando non eſt attendenda, num. 39. & ſeqq.

Ratio expreſſa per verba enunciatiua, & non diſpoſitiua ad caſus expreſſos reſtringitur, num. 42. 43.

Ratio non eſt bona, nec ab ea licet argumentari, quando ea poſita non ponitur dictum, num. 44.

In matre non militat ratio agnationis conſeruandæ, numero 45.

Digitized by Google

DECISIO XLVII.

CAuſa Seſtinate ſucceſſionis ab inteſtato nobis à Clariſſimo Magiſtratu, ad referendum tranſmiſſa, ea benè diſcuſſa, & examinata diſcordes fuimus. Nam excellentiſs. D. Burgheſius, & excell. D. Henriquez tenuerunt, maſculos de Herculanis actores debere excludere ſororē à ſucceſſione fratris vigore ſtatuti, licet eſſent in gradu remotiori. Et excell. D. Monachus, & excell. D. Bouarellus, & ego ſororem fratri ſuccedere debere excluſis maſculis agnatis, exiſtentibus in gradibus remotioribus ſtatuto non obſtante, cenſuimus.

1 † In deciſione cauſæ fuit circa bona, de quibus
agebatur, conſideratum, ſimilia ſtatuta poſſe intel
ligi non comprehendere iura, & actiones, quæ in
alieno territorio exerceri debent, Lap. alleg. 11. 91.
Quindam Nicolaus Socc. conſ. 171. lib. 2. alios citat,
& de communi teſtatur; P. regt. de iure fiſc. lib. 5.
tit. 1. num. 142. & fuit tentum in hac Rota menſibus elapſis.

2 † Conſideratum etiam fuit, & admiſſum qua-
liter ſtatuta huiuſmodi debent ab obſeruantia ſub
ſequuta interpretari, l. ſi de interpretatione, & l.
3 nam imperator, ff. de legi. † ita ſtatuta excluden-
tia fœminarum poſſe interpretari à conſuetudi-
ne, an excludant, vel non excludant fœminas, tra
dit Brun. de ſtat. fœmin. xcluſ. art. 15. quæſt. 7 nu-
mero 15. alios cumulat Ioſeph Ludou. concl. 38.
4 illat. 20. 40. 58. 81. & 104. cum plurib ſeqq. † talē
interpretationem non dici nouam diſpoſitionem,
ſed dici ſtatutum ſic interpretatum, trad. Alderan.
5 Maſcar concl. 2. nu. 149. † & ſtante tali obſeruan-
tia, non eſſe de ſtatuti interpretatione vlterius am
bigendum, dicit Grat. conſ. 45. num. 12. lib. 1. Ber-
taz. conſ. Ciuil. 11. num. 21.

Difficultas inter nos reducta fuit, an ſtatuti di-
ſpoſitio adeo eſſet clara, vt locus non eſſe poſſit cō
6 ſuetudini, ſeu obſeruantiæ interpretatiuæ. † Dice
bant enim excellentiſſimi ſuſtinentes agnatorum
partes, ſtatuti diſpoſitionem claram eſſe, & ideo
obſeruantiam interpretatiuam ad eius deſtructio-
nem intrare non poſſe, Rota deciſ. 108. nu. 6. p. 1.
& ad eorum opinionem infraſcripta fundamenta
proponebant.

Primò loco conſiderabant Rubricæ verba eſſe generalia, quod ſtantibus maſculis fœminæ nō ſuccedant, & conſiderabant rationem conſeruationis agnationis poſitam in proœmio, imitātes, quod communiter per Italiam obſeruatur pro conſeruatione familiarum, & cypporum domus, quorum honor, & dignitas per maſculos conſeruatur ſta-
7 tuimus, &c. † & argumentabantur, Rubricam ge
neralem comprehendere omnes illos caſus, in qui
bus militat ratio conſeruandæ agnationis, & pro
illorum deciſione allegari poſſe, licet non ſint om-
nes in ſtatuto expreſſi, Alder. Maſcar. concluſ. 2.
num. 204.

Secundo loco ſolam rationē conſeruandæ agnationis conſiderabant, & eam militare in quocunque collaterali de cyppo domus ad excluſionem
ſororis ab hæreditate fratris, licet eſſent in gradu
8 ſucceſſionis remotiores, dicebant, † & à ratione
comprehendi omnes illos caſus, in quibus ipſa mi
litat non extenſiuè, ſed comprehenſiuè, quemad-
modum ſub genere comprehenduntur omnes ſpe
cies, vt ego firmaui allegat. 21. nu. 13. 14. 15. par. 3.
& dicebant fuiſſe deciſum in Rot. Romana in vna
Nucerina bonorum 4. Martij 1602. cuius deciſio
nis copia dabatur, in qua etiam probabatur huiuſ-
modi ſtatuta eorum ratione attenta eſſe indiſtin-
ctè fauorabilia.

Tertio, & vltimo loco conſiderabant verba ſta
tuti, ibi, *Et ſimiliter in ſucceſſione matrum, fratrum,
& ſororum ab inteſtato defunctorum, & aliorum col-
lateralium, & tranſuerſalium, dummodo ſint de cyp-
po domus, &c.* Et licet ſint nomina ſubſtantiua per
ſe nihil ſignificantia dicebant addi, & ſuppleri de-
bere verbum, ſuccedant, appoſitum in principio
ſtatuti, ibi, *qui maſculi ſuccedant, &c.* vt fieret per-
fecta oratio ſignificatiua fauore collateralium, nē-
pè, collaterales dummodo ſint de cyppo domus fœ
minas à ſucceſſione fratris excludere debere, lice-
9 eſſent in gradu ſucceſſionis remotiori, † cum dū-
modo ſint de domo, proximitas in eis non conſi-
deretur, vt dixi dicta allegat. 21. par. 3. & hæc om-
nia, (vt credo) venient explicata in eorum moti-
uis, & latius, & elegantius.

Nos vero partes ſororis ſuſtinentes infraſcri-
ptis fundamentis vſi fuimus.

Primò diximus, eſſe attendendam conſuetudi-
10 nem interpretatiuam, quia non dicitur deſtructi-
ua, quando verba ſtatuti ſunt generalia, ſed tantū
dicitur interpretatiua, Signorol. conſ. 244. ſub nu-
11 mero 5. verſ. Item in contrarium, † & poteſt in-
duci etiam contra proprietatem verborum, & ea
impropriando, Albetic. in l. minimè, ff. de legi. Soc
cin. conſ. 209. colum. vlt. verſ. 9. lib. 2. Decian. con-
ſil. 46. num. 184. lib. 2. Menoch. conſ. 390. nu. 20.
12 lib. 4. † Et poſſe induci contra proprietatem ver
borum, patet, quia etiam ſi poſtea mala dетegа-
tur, debet obſeruari, Soc. conſ. 145 num. 2. lib. 1.
Crauett. conſ. 244. num. 21. verſ. amplius, Beccius
conſ. 101. ſub num. 49. Rot. Rom. deciſ. 574. n. 5.
par. 1. & deciſ. 256. nu. 6 par. 2. Decian. conſ. 124.
num. 30. lib. 3.

13 † Secundò, diximus verbum, *& ſimiliter*, ſigni
ficare ſimilitudinem facti, & modi qualitatem, &
identitatem, Socc. conſ. 81. num. 3. lib. 2. Surd. con
ſil. 303. num. 34. lib. 3. Et quemadmodum in pri-
ma parte ſtatuti, ad quam ſimilitudo refertur, fi-
lia fœmina ſolum excluditur ab exiſtentibus in pri
14 mo gradu, nempè à filijs, & nepotibus, † qui ſi-
militer in primo gradu eſſe dicuntur patris locum
intrantes, Rolan. conſ. 68. num. 41. lib. 1. Cephal.
conſ. 215. num. 14. lib. 2. latè Honded. conſ. 70. nu-
15 mero 46. cum pluribus ſeqq. lib. 1. † pariter cen-
ſendum eſt, ſtatuentes in ſecunda parte ſtatuti vo
luiſſe ſorores ſolūmodo excludi à ſucceſſione fra-
tris ab agnatis exiſtentibus cum eis in pari gradu
ſucceſſionis, & non ab alijs collateralibus remo-
torioribus

tioribus, qui iuris diſpoſitione inſpecta in totum excludebantur, hoc enim modo dicitur ſeruata ſimilitudo, & admittere remotiores eſſet inducere
16 diſſimilitudinem, † & non eſt eadem ratio excludendi fœminas propter maſculos eiuſdem gradus,
17 Soc.iun.conſ.188.nu.9.lib.1. † Immo ſtatutum excludens fœminas propter agnatos in gradu remotiores, eſſe in honeſtum, & odioſum, odio irrationabile, & nõ valere, niſi ſit confirmatum à Principe, & non quidem in forma cummuni, ſed cum clauſula ex certa ſcientia, probat Gratian.diſcept. forenſ.cap.9.num.9.& 10. Amat.deciſ.2.num.22. & ſeqq.

Tertiò, diximus agi in ſecunda parte ſtatuti de ſucceſſione filiæ in hæreditate matris, & ideo non eſſe credendum, ſtatuentes intellexiſſe de collateralibus omnibus maſculis, dũmodo eſſent de cyppo domus, ſed quod deberent eſſe de cyppo domus, & in pari gradu cum fœmina excludenda,
18 † quia aliàs ſtatutum eſſet iniquum, & contra naturalem æquitatem, Bald conſ.83.num.8. libro 5.
19 † & eſſet irrationabile, Barbat.conſil.89.in princ.
20 lib.2. Gozzad.conſ.87.num 12. † & odioſiſſimũ, Fulgoſ.in l.lege duodecim tabularum de legit hæ-
21 red. † odio irrationabiliſſimo Signorol.conſ.101. num. 28.

Quartò, diximus, dum in prima parte ſtatuti ab hæreditate patris filia ſolũ excluditur propter maſculos exiſtentes cum ea in pari gradu, ita, & in ſecunda, dum ad eius excluſionem admittuntur collaterales intelligi debere de collateralibus eiuſ-
22 dẽ gradus, † quia in ſucceſſione matris, à qua filia excluditur propter collaterales, non conſideratur tanta ratio excluſionis, prout conſideratur in patre, Fulgoſ.conſ.55.Soc.iun.conſil.27.nu.5.lib.1. Surd.deciſ.9.num.6.& 7.

23 † Quintò, diximus, magis communiter receptum videri ſtatuta excludentia fœminas propter collaterales maſculos de agnatione intelligi debere de maſculis eiuſdem, & non vlterioris gradus cum fœmina Bruin. de ſtat. fœmin. excluſ. artic.12. quæſt.14. Corn.conſ.90 num. 8.lib.3. Rom.conſil.411. Alexand.conſ.97.& conſ.104.lib.2. Grat. conſ.19.num.42.lib.2.Cephal.conſ.616.num.22. lib.5. Gozzad.conſ.37. nu.12. Ancharan.Regien. quæſt.66.num.9.lib.2.Gabriel.tit.de ſtat.concluſ. 7.num.77. Surd.conſ.216. num.12.lib.2. Molin. Hiſpan.de Hiſpan.primogen.lib.3. cap.5.num 6. & ita iudicatum fuiſſe in Auditorio Sereniſs. D. mei Vrbini Ducis teſtatur D. Ambrogin.deciſ.10. num.34. par.1.

24 † Sextò, diximus orationem in ſecunda parte ſtatuti non eſſe perfectam, & cætera ſignificatu, vel ſaltem eius diſpoſitionem reddi dubiam, & nõ poſſe allegari ad deciſionem cauſarum. Natt.conſil.514.num.13.lib.3. Crauett.conſil.824. in fin. lib.5.Surd.conſ.311.num.31.& ſeq lib.3. & quatenus deberet ſuppleri à verbo ſuccedat, poſito in prima parte ſtatuti, vt aſſerebatur, quemadmodũ in dicta prima parte, ſignificabat Collateralẽ ſucceſſionem exiſtentium in eodem gradu cum fœmi-
25 na, ita, & eandem ſucceſſionem, † vt æqualem faceret determinationem, ſignificare debebat Liã
26 hoc iure, ff.de vulg.& pupill. † etiam ſi inter vnũ, & aliud adeſſet diuerſa ratio, Rum.conſ.3.nu.10. libro 2.

Septimò, diximus in ſecunda parte ſtatuti agi de paſſiua ſucceſſione matris, fratris, ſororis, & collateralium, dummodo ſint de cyppo domus, & mater dicitur relatiuè ad filiam, & ſoror relatiuè ad fratrem, & ſororem, & collaterales relatiuè ad
27 alios collaterales, † ita vt vno poſito neceſſariò ponatur alter Bald. in l.conuenticulam, C. de epiſc. & cleric. Euerard.in loco à Correlat. in princ. Clarus ſenſus reſultat, vt ſicut inter matrem, & filiã, fratrem, & ſororem loquitur ſtatutum de his, qui ſunt de cyppo domus, & in pari gradu ſucceſſionis cum fœmina, ita loquendo de collateralibus intelligatur de his, qui ſunt de cyppo domus, & in pari gradu ſucceſſionis cum fœmina & non poteſt fieri interpretatio, quod omnes collaterales de cyppo domus excludãt ſororem à ſucceſſione fratris, quia de fratre in ſpecie fuit diſpoſitum, & licet potuiſſet venire appellatione collateralium, tamen à ſpeciali nominatione generali fuit derogatum.

28 † Octauò, & vltimò diximus, prædictis omnibus attentis ſaltem diſpoſitionẽ ſtatuti reddi obſcuram, & dubiã, cum multipliciter intelligi poſſit, Bald.in l.data opera, colum.10. C.de his qui ac cuſ.non poſſ. Crauet.conſ.619. num.11. lib.4 & in reſp.pro gener.num 97.& 98 & 316. & quod dubietate ſtante, aut reſultabat, quod non poſſet allegari ad deciſionem cauſarum, vt ſupra dictũ fuit,
29 † aut quod ea facienda eſſet interpretatio, quæ minus quam poſſibile eſſet ius commune læderet, Rolan.conſ.97.num.21.lib. 2. Rot.deciſ.708.num.3. par.1.& deciſ.161.nu.13.pat.2. Alderan. Maſcar.
30 concluſ.12.in princ. † & quæ in dubio magis fœminæ ſeu conçedenta fauorabilis ſit, Alexan Rauden. conſ.56.num.20.lib.1. Barzius deciſ.98 num.22. aut quod, vt nos aſſ.rebamus, eſſ.t locus conſuetudini interpretatiuæ, de quã conſtare apparebat, ex teſtium depoſitionibus aſſerentibus plures caſus eueniſſe, in quibus fœminæ, ſucceſſerunt excluſis agnatis exiſtentibus in remotiori gradu ſucceſſionis, & ſatis probata viſa fuit conſuetudo per teſtes
31 deponentes de pluribus caſibus, † quia ad eã inducendam non requiritur præſcriptio, & an duo, vel tres caſus ſufficiant, iudicis arbitrio terminandum relinquitur, Butr.in cap.fin.num 47. verſ.ex his dicit.de conſuet. Alderan.Maſcar.d.concluſ.2.
32 num.162. † & in ea probanda ſufficiunt leuiores probationes Becc.conſ.156.circa fin. Decian.con
33 ſil.124. num.26 lib 3. † & ſufficiunt teſtes ſingu lares, Cardin. Tuſc. in lit. C.concl.878.num.24.
34 † maximè quia per eam reditur ad ius commu-
35 ne, † Iaſ.conſ.163.num 8. in fin.lib 2. † Et vt i fauorabilis etiam eſt adiuuanda, Felyn.in cap.poſtulaſti, ſub num.11. verſ.quatuor tamen teſtibus de reſcript. Decian.conſ.44 ſub num.12. & conſ.51. num.18.lib.2. Immo poteſt dici, in præſenti ſufficere extraiudicialem informationem, quia nõ agitur de

tur de actu momentaneo, ſed de actu, quaſi conti-
nuo, immo de pluribus, nempè de hæreditatibus
recentis à mulieribus ſucceſſiuis temporibus, ma-
36 ſculis de agnatione non contradicentibus, † &
quemadmodum, quando agitur de actu cõtinuo,
& non momentaneo dicitur ſufficere ad cõſuetu-
dinem interpretatiuam inducendam, etiam ſi vni
cus ſit Card. in conſ. 63. in eccleſia Belleonenſi co-
lum. vlt. verſ. ad quintum, quem refert, & teſtatur
de communi Decian. conſ. 51. num 66 lib. 3. eadẽ
ratione, quia caſus, qui euenerunt ſunt ſucceſſiui,
& permanentes, & non momentanei, & ſic quaſi
notorij non immeritò à Iudice ſuſceptam ſuffice-
37 re extraiudicialem informationẽ dici poteſt, † &
de tali conſuetudine notoria tradit Ioſeph. Ludo-
uic. d. concluſ. 38. verſ. ampliatur ſexto, Alderan.
Maſcard. d. concluſ. 2. num. 169. & maximè veriſi
mile eſt, ita ab antiquis temporibus fuiſſe obſerua
tum, quia vnus ex agnatis actoribus Doctor benè
eruditus, & diligentiſſimè, & exactiſſimè perqui-
ſiuit, an vnquam caſus euenerit, in quo fœminæ
fuiſſent excluſæ ab agnatis remotioribus, & eue-
38 niſſe docere non potuit, † & veriſimilitudo in pro
bationibus plurimum operatur, Cranet. conſ. 61.
num. 9. & conſ. 73. num. 41. lib. 1.

Et his dictis, & firmatis pro parte noſtra ad ea,
quæ in contrarium propoſita fuerunt pro agnatis
actoribus facilè à nobis reſponſio fuit accommo-
data, & primo loco dum fundamentum deſume-
batur à generalitate Rubricæ, fuit reſponſum, ru-
bricæ generalitatem attendi non debere, quia eſt
contraria verbis in ſtatuto contentis, dum in ea
filia, quæ dotetur excluditur ſolummodo à ſucceſ-
ſione parentum ſtantibus filijs, & nepotibus ex
eis, Nam ex generalitate Rubricæ filia ſemper à
quocunque maſculo etiam non dotata remaneret
excluſa, & eſt contra verba ſtatuti diſponentis, vt
dotetur, & excludatur à filijs & nepotibus maſcu
39 lis, † ita Rubricam generalem non eſſe attenden-
dam, ſi verbis in nigro contentis ſit contraria, pa-
tet exemplum in l. 1. C. de pub. ſalar. lib. 10. tradũt
Salic. Alex. & Iaſ. in l. 1. ff. ſi cert. pet. Euerard. in lo
co à Rubro, col. fin. verſ. quod autem Alderan.
Maſcard. concluſ. 2. num. 208.

Reſponſum etiam fuit, Rubricæ generalitatem
non debere attendi, quia ea attenta maximum ſe-
queretur abſurdum, & maxima iniquitas, dum fi-
lia indotata, & ſine legitima, à quocunque maſcu
40 lo excluſa remaneret, † Ita non eſſe attendendam
eneralitatem Rubricæ, ſed reſtringendam à con-
genſis in nigro, ſi ſequeretur abſurdum, & iniqui-
tas, tradit Cephal. conſ. 146. num. 24. lib. 1, Crott.
in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 32. ff. de verb.
obligat. T. iuiſan. deciſ. 50. num. 13. lib. 2. Alderan.
Maſcard. d. concluſ. 2. num. 206. & ad ea, quæ di
cebantur de ratione conſeruandæ agnationis con-
iungenda cum Rubrica reſponſum fuit, rationem
prædictam non poſſe conuenire omnibus caſibus,
qui ſub Rubricæ generalitate ſimpliciter excludẽ-
tis fœminas propter maſculos comprehendũtur,
quia ſufficeret, quod eſſent maſculi licet nõ eſſent
de agnatione, & in eis ratio agnationis non mili-
41 taret, † & vbi ratio non poteſt omnibus caſibus
conuenire, qui ſub generalitate Rubricæ compre-
henduntur, & vbi omnibus conuenire non poteſt
reſtringitur, vti obſcura ad caſus in ſtatuto ex-
preſſos, & ab eis recipit declarationem, Gloſ. in l.
fin. in verb. militiæ, C. de iuriſd. omn. iud. & in l. 1.
C. ne ruſt. ad vll. e ff. de uo. Iaſ. in l. 1. nu. 5. ff. ſi cert.
pet. & ibi Curt. num. 13. Rip. num. 15. & 17. &
Bologn, num. 14. & 18. Alciat. in 3. caut. Soccin.
conſ. 92. num. 5. lib. 1. Soccin. iun. conſ. 31. num. 7.
& conſ. 138. num. 4. lib. 1. & bis citatis de commu
ni opinione teſtatur Gabr. conſ. 12. num. 4. lib. 1.
& poſt eum Alderand. Maſcard. d. concluſ. 2. nu-
mero 204.

Secundo loco, dum dicebatur in collateralibus
cuiuſcunque gradus militare eandem rationẽ con
ſeruandæ agnationis, & ſtatutum eſſe indiſtinctè
fauorabile, & omnes caſus ſub diſpoſitione ſtatu-
ti comprehendi, in quibus militat eadem ratio,
quemadmodum omnes ſpecies comprehendun-
tur ſub genere. Primò reſponſum fuit, rationem
expreſſam fuiſſe in ſtatuto, & eo modo debere
42 conſiderari, prout expreſſa fuit, † & quia fuit ex-
preſſa per verba enunciatiua, & non per verba di-
ſpoſitiua ad caſus expreſſos dicitur reſtricta, &
alios caſus vltra expreſſos comprehendere non po
teſt. l. pater, §. fundum, l. Iulian. §. ex his, ff. de leg.
3. Decian. conſ. 60. num. 40. & 42. verſ. licet ergo
ſtatutum, lib. 3. Gabr. conſ. 12. ſub num. 2. verſic.
43 quamuis, lib. 1. Surd. deciſ. 9. num. 13. † & ean-
dem opinionem, quod circa mentem ſtatuti ſit ſo
lum ratio intelligenda in caſibus ſpecificatis, tra-
dit Pariſ. conſ. 54. num. 39. lib. 2. Dec. conſil. 451.
num. 8. & 10. lib. 1. Honded. conſ. 95. nu. 13. lib. 1.
Decian. conſ. 1. num. 119. lib. 1. & conſ. 64. nu. 35.
44 lib. 2. † Secundo reſponſum fuit, rationem non
eſſe bonam, & ab ea non licere arguere, quando
ea poſita non ponitur dictum, vt latè probat Surd.
conſ. 100. num. 16. lib. 1. & conſ. 551. num. 27. lib. 4.
& deciſ. 84. num. 7. & in propoſito talem eſſe con-
ſtat, quia etiam agnati collaterales ſunt de agnatio
ne, & tamen ratio in ſtatuto expreſſa eos non cõ-
prehendit, dũ fœmina à ſucceſſione patris non ex-
cluditur ab omnibus collateralibus, ſed ſolummo-
do à fratre, & fratrum filijs, Nam vt ratio eſſet bo
na, deberet etiam excludere filiam ſtantibus colla
teralibus, vltra fratrem, & fratrum filios, & ex his
tollitur fundamẽtum, quod ex ſupra relata deciſ.
Rot. Rom. cuius copia data fuit ſumebatur, quia
loquitur de ratione generali conſeruandæ agnatio
nis, quæ etiam ad excluſionem filiæ quoſcunque
agnatos collaterales comprehendebat, & præſup-
poſita tali ratione generali procedunt à me ſcripta
in dicta allegat. 21. par. 3. Alio modo etiam conſi-
deratum fuit rationem non eſſe bonam, quia ſtatu
tum vnà cum ſucceſſione fratris, ſororis, & colla-
teralium, diſponit etiam de ſucceſſione matris, vt
45 ſupradictum fuit † & in ea non militat, ratio con
ſeruandæ agnationis. Fulgoſ. conſ. 54. col. 1. ver-
ſic. de mẽte, & conſ. 85. in fin. Gabr. conſ. 15. n. 38.
lib. 1.

Digitized by Google

lib.1. Thob. conſil.17.num.7. Barz.deciſ.97. nu-
mero 33.

Tertiò loco dum dicebant, ex verbis ſtatuti pro
bari ſororem excludi à collateralibus, dummodo
ſint de cyppo; reſponſum fuit ſtatutum loqui de
paſſiua ſucceſſione collateraliũ de cyppo domus,
& non dicit per quos collaterales fœmina collatera
lis excludatur, & cum hoc non dicat, neque nos di
cere poſſumus, l.4. §.toties, ff.de damn.infect. &
in dubio, vt minus corrigatur ius commune, quã
ſit poſſibile, erit ſumenda interpretatio, vt ſupra
dictum fuit fœminam collateralem excludi à ſuc-
ceſſione collateralis propter collateralem exiſten-
tem in pari gradu ſucceſſionis, non autem quod
debeat excludi à ſucceſſione fratris propter collate
rales in vlteriori gradu ſucceſſionis exiſtentes, ma
46 ximè, cum vt ſupra dictum fuit, determinata ab
eodem verbo, ſuccedat, pariformiter determinata
cenſeri debeant d.l.iam hoc iure, ff.de vulg. & pu-
pill. Ruin.d.conſ.3. num.20.lib.2. & ex his omni-
bus moti fuimus ad ſuſtinendum partes ſororis
contra agnatos.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Pœna pluris petitionis contra minorem, num.1.

Datio in ſolutum vltra debitam quantitatem eſt nulla, num. 2.

Deſtructo fundamento corruit ædificium, num.3.

Ceſſante præſuppoſito, ceſſat illatio, num.4.

Antecedenti deſtructo, nullam eſt dare conſequentiam, num. 5.

Verum eſſe non poteſt, quod falſi principio infirmatur, num. 6.

Ex facto ius oritur, tolle factum non erit locus definitioni iuris, num.7.

Dolus, & alia requiſita neceſſaria ad incurrendam pœnam pluris petitionis remiſſiuè, num.8.

Quæ maximè in minore ceſſant, num.9.

D E C I S I O XLVIII.

FVerant virtute ſententiæ aſſignata bona in ſo
lutũ Petro Iacobo de Cepperellis, ſeu Heliſa-
beth matri, ac tutrici tutorio nomine dicti Petri
Iacobi. Mox Antonius de Lupparellis mouit li-
tem, & dato libello prætendit dictam ſententiam,
& acta nulla, quaſi fuiſſet plus petitum, quam debi
1 tum, † & præterea minorem incurriſſe pœnas, de
quibus in l.vnic. & ibi Doctor. C.de plus petit. &
2 in §.ſi quis agens.inſtit.de actio. † & in ſpecie da-
tionis in ſolutum vltra debitam quantitatẽ, quod
ſit nulla, Surd.deciſ.45.nu.3. Fuit oſtenſum ex ad-
uerſò, nequaquam fuiſſe plus petitum ex apoca ip
3 ſius recognita, † ſic deſtructo fundamẽto corruit
4 ædificium cap.cum Paulus 3.quæſt.1.† & ceſſan-
te præſuppoſito ceſſat illatio gloſ. in l.mancipia,
C.de ſeru.fugit. Roman.conſ.186. Surd.deciſ.39.
5 num.1. † & antecedenti deſtructo, nullam eſt da-
re conſequentiã, l.1. §.huius rei, ff.de off.eius, &c.
l.ſed & hæ, §.prætor, ff.de procurat. cum cit. per
6 Crauet.conſ.231. ſub numero 2. Nec verum eſſe
poteſt, quod falſi principio infirmatur l.cũ filius,
§ hæres, ff.de leg.1. Crau. conſ.1000. pro gener.
7 num.17. † Et ex facto ius oritur, tolle factum, nec
erit iuris definitioni aliquis locus, l.ſi ex plagis, §.
in Cliuo, ff.ad l.aquil.
8 † Vltrà quod de dolo non cõſtabat, nec de alijs
requiſitis, de quibus per Bart. Bald. & alios, *in* d.l.
9 vnic. C.de plus petit. † & multò magis, quia cum
minore ad Iaſ.in d.§.ſi quis agens, ſub num.4. In-
ſtit. de actio. Meritò fuit ipſe minor abſolutus
etiam cum victoria expenſarum, ad l.eum quem
temere. ff.de Iudic.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Moratoriæ debitoris proſunt fideiuſſori, quando debitor comparuit in Iudicio ad defendendum, num.1.

Declara vt num.4. & ſeqq.

Moratoriæ perſonæ gratia ſolent concedi, num.2.

Ideo non tranſgrediuntur perſonam, num.3.

Quando fideiuſſor ſe conſtituit principaliter pagatorem moratoriæ, etiam debitoris comparentis ad defendendum, non proſunt, num.4.

Nec proſunt quando conceſſæ contra omnes generaliter creditores, num.5.

Creditoris appellatione, ſaltem latè, fideiuſſor etiam continetur, num.6.

Debitor non cogitur comparere ad defenſam fideiuſſoris, quando habet moratorias generales, etiam fideiuſſorem afficientes, num.7.

Quia ex generalitate priuilegij fuit etiam regreſſus fideiuſſori remoratus, num.8.9.

Doctoris dictum ſecundum doctrinas, quas allegat eſt intelligendum, num.10.

A quibus, & qualiter, & quando indutiæ ſint concedendæ remiſſiuè, num.11.

D E C I S I O XLIX.

FVit dubitatum, An induciæ, ſiue, vt vocant,
literæ moratoriæ conceſſæ principali debito-
ri proſint etiam eius fideiuſſori, maximè, quando
principalis debitor comparuit in iudicio ad defen-
1 dendum, fideiuſſorem, † Videbatur enim dicen-
dum, quod ſic, quia hæc eſt cautela tradita per
Cuch.in tract.de Morator. præſcr. num.136. re-
fert addit. excellẽtiſs. D.Gaſp.Ant.Theſ. ad deciſ.
patris 125.colum.2.in fin. & quod fideiuſſori pro-
ſit, tenuit Surd. in conſ.436. num.fin. deciſ.301.
num. 16.

Fuit tamen in cauſa D. Michelozzi cum Ma-
2 rucellis tentum contrarium per regulam, † quod
huiuſmodi gratiæ, ſeu moratoriæ debitorũ perſo
næ gratia conceduntur l.exceptiones, ff.de except.
l.quia tale.13.cum ibi not. à Bart.ff.ſolut.matrim.
3 † quare beneficium non tranſgreditur perſonam,
ſecundum Cyn.Bald. & alios multos, quos conge
rit Aſin.in tractat.de execut. §.6.cap.72 in princ.

fol.mi-

Digitized by Google

fol. mihi 163. quibus add. Vrſillum ad Affl.ct. in deciſ. 288. ſub num. 1.

Ad contraria reſponſum fuit, ea pati aliquas limitationes, quæ in caſu noſtro verificantur. Nam primo limitantur, vt etiam in caſu principalis cõparentis in iudicio ad defenſionem fideiuſſoris, nõ
4 tamen induciæ fideiuſſori proſint, † quando fideiuſſor ſe conſtituit principalem pagatorem in ſolidum cum renunciationibus, vt ponit Aſin. in dicto cap 72. verſic. ſecundo limitatur, & ita iudicatum per Senat. Taurin. refert D.Theſ. in d.add. colum. 3. in med. & ad quæſt. Forenſ. 57. lib. 2. quo in caſu, & nos verſamur.
5 † Secundo limitatur, vt non habeat locũ quando induciæ complectuntur omnes (quod pariter in noſtro caſu verificatur) creditores, Aſin. d.cap. 72. verſ. limitatur autem, & in fin. eui addo Carauitu, 287. n. 16. & Pomp. Batiagl. in l. quoties. Vbi tractatur hæc materia, ſub verſ. Cyn. 6. quærit, C. de precibus imper. offer. † ratio eſt, quia credito-
6 ris appellatione ſaltem latè ſumpto vocabulo, etiã venit fideiuſſor, vt Ait Aſin. in d. verſ. limitatur autem, ratio verò rationis eſt, † quia debitor princi-
7 palis hoc caſu non cogitur de neceſſitate ad defenſam cum habeat priuilegium induciarum, etiam fideiuſſorẽ complectens, vnde ceſſat alia ratio conſiderata à Cyn. & alijs in d.l. quoties, quod alioqui priuilegium ei non ſuffragaretur eum per indirectum moleſtaretur à fideiuſſore propter regreſſũ,
8 quem haberet contra eum, † nã ſi fideiuſſori quoque fuit regreſſus ſublatus ex generalitate priuilegij comprehenſo ceſſat dicta ratio, & manet effectus priuilegij debitori principali ſaluus, & intactus, prout ſic declarat Cuch. ſub nu. 140. in d. tractat. de Morat. præſcript. vbi ſub limitando, quod
9 antea dixerat ad num. 136. † dixit, quod ipſe debitor opponere poteſt tãquam neceſſarius defenſor, videlicet, ſubdens, ſi debitor ipſe damnum ex hoc ſentire poſſet, & quia fideiuſſor habeteт regreſſũ contra eum, qui propterea retorquetur, nec alium ſenſum habuit, Surd. in loco ex aduerſò citato, quã doquidem ipſe Cuch Cyn. & Bal. citauit, qui non aliter in hoc caſu ſenſerunt, vt de Cyn. patet ex not. ad d.l. quoties, ad fin. & ſub num. 8. colum. 2. ad fin. & de Bald. patet ex addit. ad eund. in d.l. quoties in litera d. in verb. dilationis cuius hæc ſunt verba: intelligo tamen, vt hic per Cyn. quando fideiuſſor exactus in continenti poſſet agere contra debitorem principalem, quaſi dicat alias ſecus, & ita etiam expreſsè Vrſill. ad Afflict. in d. deciſ. 288.
10 ſub num. 1. paulò ante fin. colum. † Doctoris autẽ dictum ſecundum Doct. quas allegat eſt intelligẽdum, idemmet Surd. conſ. 177. nu. 21. & dec. 126. ſub num. 12. Neuiz. conſ. 50. nu. 33. & §. fin. auth. de fil. nat. ante inſtr. Dot. Vltrà quod Surd. in d. cõſil. 436. Satis perfunctoriè loquitur, & in d. deciſ. 301. loquitur in ſequeſtrario, in quo non tam agitur de defendendo ipſum ſequeſtrarium, quam ip
11 ſamet bona ſequeſtrata † reliqua de huiuſmodi inducijs, an poſſint concedi qualiter, & quando, & à quibus, Vide Natt. conſ. 591. Theſ. deciſ. 186. Condemnato debitori non concedi dicit Id. Natt. conſ. 233. num. 5. Guid. Pap. q. 97. Sol. in nou. decret. Sab. tit 37. Quom. proc. ſit in exeq can. perſo. gloſſ. 1. num. 8. Laus Deo, &c.

SVMMARIA.

Materia ſtatutaria excluſiua fœminarum eſt perplexa, & confuſa, num. 1.

Primo diſpiciendum eſt de facultate ſuccedendi, an quis poſſit ſuccedere, & vbi poteſt, eſt videndum ſecundo loco de modo ſuccedendi, num. 2.

Fœmina ſemel excluſa ſemper cenſetur excluſa, quæ regula hic latiſſimè comprobatur, num. 3.

Contra, & declara, vt num. 35. & ſeqq.

Stante ſtatuto excluſiuo etiam à legitima intelligitur excluſio, num. 4.

Statutum, vbi eſt ſimpliciter non temporaliter conceptũ fœmina amplius non reintegratur ad ſucceſſionem, à qua fuit ſemel excluſa, ſecus ſi temporaliter, numero 5.

Iudicium metimur ex iure actoris, ita quod etiam alio non facto reus abſoluendus ſit de cius iure non conſtito, num. 6.

Exceptio, quoad te liberas ædes habeo, opponitur contra actorem iure deſtitutum, num. 7.

Fœminæ de iure communi in emphyteuſi eccleſiaſtica ſuccedunt, num. 8.

Multò magis in re eccleſiæ vendita, num. 9.

In emphyteuſi nihil eſt ſpeciale contra naturam aliorum contractuum, num. 10.

In claris ſtandum eſt expreſſis, num. 11.

Et ſtandum eſt tenori conceſſionis, num. 12.

Interpretatio per quam bona caducarent non eſt facilè admittenda, ſed ei obuiandum eſt, num. 13.

Ad eccleſiam bona deuoluta dici non poſſunt, donec aliquis ſupereſt de vocatis, num. 14.

Vox, quamdiù, *in conceſſione quid importet, num. 15.*

Et verba vſque ad vnum, num. 16.

Eſſe maioris efficaciæ, quam verbum vniuerſale, numero 17.

Vox, aliquid, etiam ad quid minimum refertur, & plus operatur, quam ſignum vniuerſale, num. 18.

Aduerbium, vſque, importat incluſionem, num. 19.

Aduerbium, incluſiuè, adiectum eundem effectum euidentius operatur, num. 20.

Omnem anxiam dubitationem tollit, num. 21.

Et mentem magis demonſtrat, num. 22.

Magis aduerti ſolent, quæ ſpecialiter exprimuntur ſub eodem.

Verba repetita fortius operantur, num. 23.

Verba, quouſque vixerint, quid importent, num. 24.

Formula in propoſito conceſſionis refertur, num. 25.

Quando actum fuit, vt non niſi poſt mortem omnium bona redeant ad Dominum directum, omnes vſque ad vnum ſuperſtitem ſuccedunt, num. 26.

Conceſſio ad tertiam generationem, quomodo intelligenda ſit, num. 27.

Conceſſio, ad vitam, idem importat quam ad generationem, num. 28.

Generatio vita cuiuſque appellatur, num. 29.

Aduer-

Aduerbium, tunc, ponderatur, & eius ſignificatus, numero 30.
Ablatiuus abſolutus, ſequuta morte redeat ad Eccleſiam, quid importet, num, 31. 32.
Regula ſemel excluſa perpetuò cenſetur excluſa, declaratur, & limitatur, num. 33.
Communes deciſiones ſunt ſequendæ, num. 34.
Maximè, vbi materia eſt confuſa, num. 35.
Vbi eſt mens contrahentium in contrarium ceſſat excluſio perpetua, num. 36. 39. 40.
Sed ordine ſucceſſiuo admittuntur fæminæ, num. 37.
Statutum huiuſmodi ſtante conuentione, partium partim placet, partim exploditur, num. 38.

DECISIO L.

NObilis D. Marietta Soderina de anno 1531. à Monacis Abbatiæ Montis Scalaris emit nonnulla bona pro ſe ipſa, & D. Comite Symone della Gherardeſca eius marito, & pro omnibus, & ſingulis filijs, tam maſculis, quam fęminis d. Comitis Symonis ſui viri, tam natis, quam naſcituris ex qualibet vxore legitima, ac etiam pro nepotibus eiuſdem Comitis Symonis per directam lineam ſuam, & quouſque dicti coniuges, & filij d. Comitis Symonis, & dicti ſui nepotes ex linea ſua directa vixerint, vſque ad vnum incluſiuè, cũ pacto, & conditione, quod ſtatim ſequuta morte d. D. Mariettæ, & D. Comitis Symonis, & dictorũ filiorum, & nepotum eiuſdem Comitis bona prædicta ipſo iure, & ipſo facto reuertantur, & reuerſa eſſe cenſeantur ad dictum Monaſterium Sancti Caſſiani de Monte Scalari.

Mortua d. D. Marietta, & D. Comite Symone in dictis bonis, prout in tota hæreditate paterna & materna, ſucceſſit Comes Hugo prædictorum filius excluſa D. Alexandra, eiuſdem ex eiſdem ſorore, & poſt mortem Comitis Hugonis in eiuſdem bonis ſucceſſit Comes Symon Iunior, qui patris fuit vniuerſalis, & vnicus hæres excluſis pluribus ſuis ſororibus; deceſſit nuper D. Symon relictis pluribus filijs maſculis, qui ſimul cum hæreditate paterna poſſident bona, de quibus ſupra, & ſuperſtite D. Alexandra filia d. D. Mariettæ, & Comitis Symonis Senioris, Item extantibus pluribus ſororibus d. Comitis Symonis Iunioris, orta fuit Corã Clariſs. Magiſtratu Ciuilis cõtentio, ad quem pertineant bona, vt ſupra empta ab Abbatia Montis Scalaris, ipſi de ſentẽtia noſtra requiſiti retulimus ad D. Alexandram pertinere, & pręferendam eſſe.

1 † Ac vt in materia quæ ſe nobis offerebat ſatis perplexa confuſaue, vel teſte Gabr. in conſ. 15. numero 26. lib. 2. clariora quoad fieri poſſent exurgerent fundamenta noſtra, duas propoſuimus quæſtiones in vtranque partem diſcutiendas. Et,

Primò quidem, an fœminæ, & in ſpecie Illuſtriſs. D. Alexandra ſint capaces huiuſmodi ſucceſſionis.

Secundo verò an dato, quod ſint capaces, & ſit præferenda D. Neptibus antedictis. Siquidem,

2 Primò de facultate ſuccedendi diſpiciendum eſt, & quatenus adſit facultas mox de modo, ſeu ordine ſecundo loco; Surd. conſ. 59. ſub num. 13. conſil. 150. ſub num. 81. & Dec. conſ. 105. ſub num. penult. & final.

Et quidem contra fęminas illud primo loco afferebatur, quod fæminę, & in ſpecie D. Alexandra ſemel fuit excluſa ob ſtatutum noſtrum Florent.
3 lib. 2. Rubr. 130. † Vnde intraret regula, quod fęmina ſemel excluſa ſẽper cenſetur excluſa, §. quin etiã vbi omnes DD. tit. epiſ. vel Abb. in vſib. feu. quem ſic communiter Doctor intelligunt, vt recenſet ex eis multos Schrad. de feud. par. 7. cap. 4. num. 83. Cómmunem hanc concluſionem dicunt innumeri citati per Roſ. in Syno. feu. cap. 7. concl. 44. in gloſ. l. veriorem, & communiter receptam, & à Doctiſſimis quibuſque probatam, aſſerit latè Garzo. de fęm ad feud. recip. num. 33. & ſeqq. 38. & ſeqq. vbi Sonsbet. contra tenentem prolixè refutat, & communem propugnat, & hoc axioma pro certo, & indubitato ait Forſter. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 3. cap. 14. num. 3. in fin. & ſeqq. Ruin. conſ. 78. num. 2. inquiens, ſic omnes tenere Scriben. in d. §. quin etiam, magis communem, & tenendam Gabr. lib. 6. de ſtat. concluſ. 4. num. 3. Bero. conſ. 67. num. 43. vbi eam Communem, & ita Canonizatam ait, vt ab ea nullo modo ſit diſcedendum, & illi contradicere eſſe nodum in ſcirpo quærere, qui DD. non ſolum loquuntur in feudis, ſed etiam in materia ſtatuti fęminarum excluſiui,
4 quibus addo Surd. conſ. 357. nu. 3. † Vbi etiam à legitima excludi ſtante huiuſmodi ſtatuto, Bero. in term. terminant. lib. 1. conſ. 103. ſub num. 3. Vbi hanc opinionem eſſe in iudicando, & conſulendo ſequendam, alios infinitos vſque ad ſaturitatem cumulat. Roſ. in præcit. loco, & Vult. in ſuo tract. de feudis par. 1. quæſt. 9. ſub num. 51. vbi ait, hanc eſſe communem communiorem, & communiſſimam opinionem, adeo quod contrarium dicere, eſſet contra ſtimulum calcitrare, præſertim cum præfatum ſtatutum contineat ſimplicem, ſeu ab-
5 ſolutam excluſionem, non temporalem, † Vnde non eſt locus reintegrationi, ſicut eſſet, ſi eſſet ſtatutum temporaliter conceptum, prout originaliter tradit Bart. in l. fin. ff. ad Tertull. communiter approbatos vt per Soc. Iun. conſ. 104. nu. 11. lib. 2. Gabr. de ſtat. d. concluſ. 4. n. 5. 9. & 16. Borgn. deciſ. 36. num. 226. par. 2. diſtinguit etiam ita Hond. conſ. 14. nu. 14. 50. 52. lib. 2. & conſ. 9. per tot. eod. vol. & conſ. 54. nu. 34. 35. lib. 1. Brun. plenè ſuper ſtat. quod extant. maſcul. ar. 10. num. 62. & art. 13. num. 67. D. Morot. Reſp. 7. num. 8. Menoch. conſil. 105. num. 75. Natt. conſ. 321. nu. 12. Oſaſc. deciſ. 23. num. 53. Garzo. de fęm. ad feud. recip. ſub num. 57. ante fin. Roſen. d. c. 7. concl. 39. per tot.

Quibus ſic ſtantibus dicebant dominę Conuentæ, & cum eis Domini pronepotes, bonorum controuerſorum poſſeſſores, debere abſolui ex non iu-
6 re dictæ D. Alexandræ actricis, † quod ſufficit reis pro abſolutione l. 1. §. 1. ff. ſi pars hæred. petat. Caſtr. conſ. 98. in princ. lib. 1. Hond. conſ. 20. num. 13.
7 lib. 2. † Et replicabant cõmune illud dictũ quoad

te li-

te liberas ædes habeo, l. loci corpus. §. competit.
ff. ſi ſeruit. Vindic. Bart. in l. 2. ff. de except. rei iu-
dic. cum ſimilibus.

Quibus tamẽ nõ obſtantibus contrariũ retuli-
mus, idque tam ex iuris Communis, quam ex cõ-
8 trahentium diſpoſitione, † de iure communi cer-
tum eſt, quod fęminæ ad emphyteoſim Eccleſia-
ſticam admittuntur, vt probat tex. in §. emphy-
teoſim. auth. de non alien. &c. per quem tex ita di
xit Ancar. conſ. 359. col. 2. & 3. Fulgoſ. conſ. 232.
vbi ait, hoc eſſe expeditum, vt fęminæ ſuccedant,
ſicut maſculi in emphyteoſi Eccleſiaſtica Iaſ. in l.
2. n. 167. C. de iur. emphyt. communem dicit eũ
cæteris pluribus, quos refert, ac ſequitur Surd. de-
ciſ. 95. n. 12. 13. 14. vbi contrariam ſententiã fal-
ſam teſtatur, Soc. Iun. tot. conſ. 104. li. 2. Menoch.
conſ. 11. num. 57. 60. conſ. 587. num. 2. 3. 16. 17.
9 lib. 6. † Et quod dicitur de emphyteoſi, multò
magis procedit in venditione, qui ſunt termini no
ſtri, ideo Surd. ead. deciſ. 95. n. 14. & 15. ad probã-
dum, quod in emphyteoſi Eccleſiaſtica ſuccedãt
fęminæ vtitur argumento deſumpto ab alijs con
tractibus, & ſicut emphyteoſis eſt materia indiſ-
ferens, nec reperitur iure cautum in contrarium;
ideo in ea ſeruari debet, id quod in cæteris ſerua-
10 ſolet, † ideo, ſubdit non eſt dicendum in emphy
teoſi aliquod eſſe ſpeciale contra naturam aliorũ
contractuum, & ad Infra n. 61. 97. & ſeq. vbi La-
tius oſtendendum reſeruatur.

Cõtrahẽtiũ verò diſpoſitio eſt in id clara, & ex-
preſſa ſtante formula ibi, *tam maſculis, quam fę-
minis*, vt eſt in ipſo contractu, vel, *& maſculis, &*
11 *fęminis*, vt eſt in confirmatione Apoſtolica, † In
claris autem non eſt dubitandum, ſed ſtãdum eſt
expreſſis Bellam. conſ. 10. col. 10. in princ. Crau.
12 conſ. 134. n. 44. Caputaq. deciſ. 28. n. 3. par. 1. † &
ſtandum eſt tenori conceſſionis tit. de duob. fra-
tribus à cap. Inueſt. Oſaſc. deciſ. 29. num. 1. deciſ.
23. n. 2. 20. Surd. in emphyteoſi Eccleſiaſtica. dic.
deciſ. 95. n. 16. & ſub num. 13. verſ. & multò ma-
gis. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 9. num. 8.
Alioquin bona reuerterentur ad Eccleſiam, quod
nec D. Alexand. nec alijs prodeſſet, immo verò
13 valdè omnibus noceret, † & ideo, vel facilius hæc
petitio concedenda, vel contrarius conatus depel-
lendus, ad l. 2. §. item Varus. ff. de acq. plu. arc. Me-
noch. de arbit. Iud. caſ. 168. num. 13. & caſ. 237. nu.
19. Aret. in princ. Inſtit. de Leg. fuſ. can. toll. Surd.
14 deciſ. 236. n. 12. † Ad quam bona deuoluta dici
non poſſunt, donec ſupereſt aliquis de compræ-
henſis, Bero. conſ. 98. n. 9. lib. 1. maximè in hoc ca
ſu, vbi expreſsè diſpoſitum apparet, ex infra-
ſcriptis.

Primo dũ dixerũt cõtrahentes, *quod filij, vel ne-
potes, tam maſculi, quam fæminæ ſuccedant quouſ-
que dicti coniuges.* (hæc ſunt verba contractus,
*& filij dicti Simonis, & dicti ſui nepotes vixerint
vſque ad vnum incluſiuè*) ponderando aduerbiũ
15 illud † (quamdiù) per quod perpetuò non fuiſſe
excluſas fęminas, ſed ad tempus admittendas, ſi-
gnificari, conſtat ex Bart. in l. ſi mihi, & Titio. n.
6. Iaſ. n. 12. verſ. primum fundamentum. ff. de ver
bor. oblig. Borgholt. de feud. c. 7. memb. 2. nu. 39.
Roſent. in ſyn. feu. c. 7. concl. 45. n. 28. & ibi gloſs.
R. Vulte. de feud. c. 9. n. 45. in princ. ex quibus hoc
indubitatum redditur, vltra iam citat. ſup. n. 5.
16 Ponderando verba † *vſque ad vnum*, quæ impor
tant, vt vel vnus ſolus, qui ſuperſit, nemine exce-
pto, ſuccedat, iuxta tex. cum gloſ. in l. Lucius. 90.
17 §. Lucius. il 1. in verb. peruenerit de leg. 2. † & vi-
detur eſſe maioris efficaciæ, quam vox ipſa vni-
uerſalis, dum indicant contrahentes hoc modo lo
quendo intendere, quod vel in minima parte ve-
rificetur diſpoſitio, vel ad vnam ſolam perſonam
18 redigẽda † argumẽto dictionis, aliquid, ad Theſ.
deci. 224. ſub num. 3. Crau. conſ. 992. ſub num. 6.
26. conſ. 294. nu. 4. & ſub 2. conſ. 221. ſub num. 7.
conſ. 308. num. 3. in fi. & 4. per tot. ex quibus ha-
betur, quod vel in minimo operatur, & pluſquã
ipſum vniuerſale ſignum.
19 Ponderando aduerbiũ, *incluſiuè*, † vtrunque
enim per aduerbium, vſque, ſatis incluſio indica-
ta fuiſſet, ad l. qui ante Calendas, & l. eum qui. ff.
de verb. oblig. l. idem. ff. de dol. Papien. latè in for-
ma cap. ad ætern. rei mem. verſ. vſque ad Calend.
per totum, præſertim n. 1. & 7. Et in propoſito cõ
ceſſionis factæ pro filijs, & nepotibus, Alexand.
20 conſ. 125. lib. 5. † Tamen non contenti hoc con-
trahentes omnes perſonas, & aduerbio expreſſim
21 adiecto incluſerunt euidentius, † vnde, & omnẽ
anxiam dubitationem tollere voluerunt ad Tira-
quel. in l. ſi vnquam verſ. reuertatur num. 2. C. de
reuoc. don. & in primo retract. §. 1. gloſ. 9. n. 220.
22 & enixius talem eorum mentem manifeſtare, vt
magis aduerteretur, cum magis aduerti ſoleant,
quæ ſpecialiter exprimuntur, Natt. conſ. 186. ſub
num. 8. & ad Surd. deciſ. 208. ſub num. 14. deciſ.
243. num. 4.

Ponderãdo quod oẽs dictæ voces ſunt alibi in
eodem inſtrumento inculcatæ, ſeu repetitę, vt ibi
ad habẽdum, tenendum, &c. toto tempore dicto-
rum coniugum, filiorum, & nepotum vſque ad
23 vnum incluſiuè, donec vixerint, † Id quod vr-
gentius eundem ſenſum operatur, vt in propoſi-
to Decian. conſ. 73. num. 22. lib. 2. Dec. conſ. 584
num. 12.
24 Ponderãdo deniq; verba, quouſque vixerint,
quæ quidem importare ſucceſſionem perpetuam
quamdiù adſint aliquæ de perſonis vocatis, eſt
apud Gabr. in terminis locationis, conſ. 66. ſub n.
9. & ſub num. 21. lib. 2.

Altera ſuccedi formula in id ppẽſa, & põdera-
25 ta ibi, & in illis verbis, † *quod ſtatim ſequuta mor-
te D. Marietta, Comitis Simonis, & dictorum fi-
liorum, & nepotum, bona prædicta ipſo iure, & fa-
cto reuertantur, & reuerſa eſſe cenſeantur ad dictum
Monaſterium S. Caſſiani, & tunc liceat D. Abbati
& Conuentui bona ipſa ingredi.*

Et inferius, *Et Domina Marietta promiſit bona
meliorare, & ſequuta morte dictorum, &c. dicta bo-
na dicto Monaſterio relaxare libera*, &c. quibus
formulis ſic ſe habentibus intrat concluſio. DD.
† quod

Digitized by Google

26 † quod quando actum fuit, vt non niſi poſt mortẽ
comprehenſorum bona redeant ad Dominum directum,
tunc omnes, & ſingulos nominatos ſuccedere in eiſdem bonis Doctrina Specul. in tit. de
locat. aliàs de iure emphyt. in §. nunc aliqua, n. 89.
& 90. ab omnibus communiter approbata, Rom.
conſ. 19. ſub num. 1. pulchrè Gabr. conſ. 66. num. 3.
iuncto num. 12. cum ſeqq. lib. 2. vbi ſub num. 15.
opinionem Specul. omnium conſenſu veram, &
27 receptam aſſerit, & num. 17. † vbi conceſſio ad tertiam generationem, vt pactũ aliquid operetur debet intelligi facta ad declarationem, & ad commodum vtriuſque partis, vt non antea reuerteretur,
quam cunctæ generationes finitæ eſſent, & nos ſumus etiam in tenore huius formulæ, quæ in cõfirmatione contractus deſcripta apparet, & in cõtra-
28 ctu ipſo ſunt verba, † ad vitam, quæ idem impor-
29 tant. † cum generatio vita cuiuſque appelletur,
Valaſc. de iur. emphyt. quæſt. 1. ſub nu. 12. & Specul. ſequitur etiam Decianus, & teſtatur communem eſſe cum Specul. in conſ. 73. nu. 28. lib. 2. Onded. conſ. 54. num. 6. 7. lib. 1. Rurſumq; Gabr. conſil. 87. num. fin. lib. 1. Mant. de tacit. & amb. lib. 22.
tit. 34. num. 16. 19. 23. & 24. Corbul. qui alios citat
innumeros de cauſ. priu. ob lin. finit. num. 89. Menoch. conſ. 1025. num. 19 lib. 11.

Ponderando particulariter in dicta formula etiã
30 aduerbium, † tunc, quod extremitatem temporis
indicat, & conditionem importat, quæ non dicitur
veniſſe, niſi omnes nominati defecerint, vt in puncto arguit Decian. d. conſ. 73. num. 26. lib. 2.

31 † Ponderando Ablatiuum abſolutum, † ſequuta morte, qui etiam denotat conditionem, eò magis adimplendam, quod bis ſit repetita, vt idẽ De-
32 cian. arguit, num. 27. † & in tali clauſula, quod ſequuta morte redeat ad eccleſiam etiam Gabr. dicto conſ. 87. num. fin. lib. 1. Vnde ex his, iam tandẽ
videamur eſſe in tuto, quod fœminæ ſint omnino
ad ſucceſſionem dictorum bonorum admittendę,
& quod ſalua diſpoſitione, tam iuris communis,
quam contrahentium tam benè expreſſa (vt patet
ex ſupradictis) nullo pacto D. Alexandra, licet fęmina excludi poſſit.

33 † Ad ſtatutam, & regulam Doctorum quod fęmina ſemel excluſa ſemper cenſetur excluſa.
Reſponſum fuit primò, intrare doctrinam Bart.
in l. vt iuris iurandi, §. ſi liberi, num. 5. ff. de oper. libert. Nam vbi per formulam, pro ſe, filijsq; maſculis, & fœminis, ſeu pro tam maſculis, quam fęminis omnes, & maſculi, & fęminæ pariter ſimul
admittantur ad ſucceſſionem, ſtatutum exiſtens
in loco fęminas excludens facit, vt non ſimul ſuccedere habeant, ſed ordine ſucceſſiuo, ſcilicet primo maſculi, & his deficiẽtibus fęminæ, feudo excepto, hæc eſt doctr. Bart. communiter recepta Iaſon. in l. 2. ſub num. 187. C. de iur. emphyt. vbi pulchrum dictum appellat, & veriſſimum, reijciẽdo
Salyc. contra ſentientem, Anch. conſ. 433. ſub n. 1.
Alex. conſ. 9. ſub n. 1. & 2. lib. 5. Felyn. in c. quæ in
eccleſiarum, nu. fin. de conſtit. Rim. iun. conſ. 288.
n. 5. lib. 3. ac, ne omnes Doctores recẽſendo nauſea
fiat, pauci adijciantur, qui de Communi, & magis
Cõmuni teſtati ſint ex profeſſo tractantes, ex quibus, & alij ad ſaturitatẽ hauriri poſſint, in primis
ſe offert Decian. conſ. 30. num. 40. lib. 3. Vbi in emphyteuſi eccleſiaſtica, & de communi, Alb. cõmuniter approbatam deciſionem Bart. dicit, & pluribus cumulatis oſtendit in conſ. 237. nu. 31. 32. reiecto Bald. aliter declarante, & add. prima ad id. cõſil. Vbi alij plures de cõmuni teſtantes, & in conſ.
474. n. 5. vbi etiam eſt add. fin. ſubdens, quod hoc
modicam habet difficultatem, Didac. Var. reſol.
lib. 2. c. 18. ſub n. 1. verſ. ſecunda concluſio. Hond.
conſ. 54. n. 6. 7. lib. 1. Vbi etiam cõmunem eſſe pro
Bart. contra Salyc. cõmuniter reprobatũ Illuſtriſs.
Mant. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 8. n. 19. & lib. 22.
tit. 18. nu. 28. vbi expreſſim reprobat Aug. in conſ.
184. & in term. Conſtit. Innoc. cõmunem, & tenendam dicit Brun. de ſtat. exclud. fęm. in 8. art. q. 22.
nu. 105. & 106. Communẽ dicit, & expreſſim reprobat eos, qui intellexerũt, reſtrinxeruntq; Bart.
in d. §. ſi liberi, ad ſtatutũ temporaliter diſponens,
Soc. iun. in term. Formulę noſtrę conſ. 82. ſub n. 9.
lib. 4. dicens, quod hoc nihil aliud eſſet, quam corrumpere verba ſua, Surd. etiã in fortioribus terminis, vbi eſt formula pro ſe & hæredibus, quæ non
tam exprimit, quam Formula pro ſe maſculis &
fęminis in deciſ. 95. Vbi ita fuit iudicatum Mantuæ contra deciſiones alias ibidem tentas, vel eo-
34 dem teſte num. 11. & fin. † Adeo quod fruſtra hodie contenderetur propter communes deciſiones,
quæ ſunt ſequendæ in iudicando, vt in pũcto Decian. conſ. 30. ſub n. 43. lib. 3. Surd. in ſpecie conſ.
553. n. 19. & in ſpecie etiam Gabr. in conſ. 15. nu-
35 mero 26. lib. 2. † ait hanc materiam eſſe ita confuſam, vt in ea ſtandum ſit ſpecialibus deciſionibus,
quicquid pauci, & hi quidem perfunctoriè contra
ſenſerint, de quibus propterea non curandũ, Surd.
deciſ. 238. num. 9. conſ. 10. num. 38.

36 † Sed hic vlterius habemus mentẽ contrahentium expreſſam ad tempus, & exiſtentibus maſculis tantũ, propter verba ſupra iam ponderata, quare ceſſat excluſio abſoluta ſtatuti, Surd. deciſ. 267.
n. 5. Dec. 84. nu. 10. & ait Curt. Sen. in quæſt. ſuper
ſtat. quod extant. maſc. fil. fęm. non ſuccedant nu-
37 mero 117. † Nota quod hoc ſtatutum rationaliter
intelligitur, vt intelligatur diſpoſitio ordine ſuc-
38 ceſſiuo, & Concord. ad Bero. d. conſ. 105. † ait, hactis eſſe ſtatutum partim placere, & pro parte explodendum fore, & Rim. Iun. conſ. 82. nu. 9. & ſeqq.
vbi eleganter lib. 1. & Burſat. in conſ. 80. num. 11.
39 † Vbi quod regula excluſionis perpetuæ habet locum in ſtatuto ſimpliciter, non autẽ in contractu,
ſeu diſpoſitione vocante præcipuè maſculos, &
fœminas, quia licet ſecundum ſtatutum fęminas
poſt maſculos vocet, non tamẽ eas totaliter, prout
ſtatutum, excludit, cũ non ſe omni ex parte conformet cum ſtatuto diſpoſitio hominis, ſeu, conceſſio, & contractus, aliàs ſequeretur inconueniẽs,
quia violaretur, & deſtrueretur ſtipulatio promiſcua pro fęm. hæc Burſ. d. n. 11. † ex quo pariter patet, quod hæc reſolutio, nõ ſolum habet locum in

terminis ſoluit emphyteoſis, in quibus terminis loquitur Barr. in d.§. ſi liberi. & alij ſupracit. ſed etiam in quolibet alio contractu, vt patet ex ſerie ad verbum ex codem tranſlata. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Oportet in ſucceſſione emphyteotica eſſe hæredem primi defuncti, num.1.

Contra, & declara, vt num.20. & ſeqq.30. & ſeqq.57.

Quando pater ſtipulatur filijs, non filijs, vt filijs, ſed filijs, vt hæredibus cenſetur ſtipulatus, num.2.

Etiam in emphyteuſi eccleſiaſtica ſolẽniter alienata, n.3

Quæ tranſit in extraneos, num.4.

Contra, & declara, vt num.18. & ſeqq.33. & ſeqq.

Cõtractus talis præſumitur qualis fuit denominatus, n.5

Contractus ſui natura ſunt ad hęredes trãſmiſſibiles, n.6.

Etiam ſi expreſſim ita conuentum non ſit, num.7.

Et etiam ſi vox taxatiua ſit in ſtipulatione, num.8.

Regula eſt quod quiſque ſibi, & hæredibus ſuis cenſetur ſtipulari, num.9.

Quæ etiam in feudis procedit, num.10.

Et in venditione, per quam dominium transfertur, numero 11.

Contra, & declara, vt num.43. & ſeqq.

Locatio ne ſit, an emphyteoſis refert, num.12.

Feudum emptum ſapit naturam allodij, & tranſit in fęminas, num.13.15.

Natura dominij eſt, vt quis re poſſit vti, & abuti, n.14.

In donatione cenſetur filijs, & hæredibus ſtipulatum, numero 16.

An pater cenſeatur ſtipulatus filijs, vt hæredibus in donatione, vel venditione non refert, num.17.

Res eccleſiæ ſui natura non tranſeunt ad hæredes, nu.18.

Ex lege etiam veteris teſtamenti, num.19.

Quæ ſui natura non tranſeunt ad extraneos hæc in filios, vt filios tranſeunt, non vt hæredes, num.20.

Declara, vt num.56.

Argumentum ab operis libertorum ad res eccleſiaſticas animaduertitur, num.21.

Et ſuccedunt filij etiam non hæredes reprobato, ſeu melius declarato Surdo, num.22. & ſeqq.

Dictum Doctoris intelligitur ſecundum Doctrinas per eum allegatas, num.24.

Mentio hæredis qualitatem hæreditariam fortius exprimit, num.25.

Ad dignoſcendum, an filijs, vt filijs, an vti hæredibus ſtipulatum ſit proſunt coniectura, num.26.

Vbi pater ſtipulatur poſt mortem ſuam filio ſuo dari ſtipulatur, vt filio, qui poteſt repudiata hæreditate paterna conſequi rem in ſtipulatum deductam, nu.27.

Ex duobus oppoſitis mens qualis fuerit clarius inſpicitur, num.28.

Quæ via fuerit amplexa ex modo procedendi declaratur, num.29.

Quod oporteat eſſe hæredem primi, vel vltimi non procedit, vbi non poteſt quis hæres eſſe, num.31.

Quia eſſet abſurdum, quod ob hoc priuandus quis eſſet huiuſmodi conceſſione, num.32.

Quando res eccleſiaſtica tranſeat ad extraneos notatur, num. 33.

Vt ubi ſunt verba vniuerſalia, omnib. quibuscunq; n.34

Vbi ſunt verba perpetuitatem ſignificantia, num.35.

Quod conceſſio ſit perpetua eſt probandum, n.36.

Vbi eſt conſuetudo, quæ tamen eſt probanda, n.37.38.

Si vni ſoli vocati ſint ad emphyteuſim, fruſtra eſt conandum de alijs admittendis, num.39.

Si certæ perſonæ fuerunt nominatæ excluditur, quod alij hæredes poſſint admitti, num.40.

Emphyteoſis pro ſe, & nepotibus non eſt hæreditaria, num.41.

Vbi bona ex Bulla Bonifaciana eſſent tranſitoria ad hæredes, non erunt, ſi ita conuentum eſt, num.42.

Vbi certa pacta venditioni poſita ſunt, & reſtringunt venditionem, num.43.

Pacta, conditiones, qualitates, à contrahentibus adiectę, ſunt ſeruandæ, num.44.

Quod quiſque ſibi, & hæredibus ſuis ſtipulari cenſeatur eſt in dubio, num.45.

Verbum, videtur, eſt nota improprietatis, nu.46.

Vox, plerunq. infert, id non ſemper ita ſe habere, n.47.

Quod contrahentes cenſeantur ſequi naturam contractus procedit hoc dictum in dubio, num.48.

In claris ceſſant præſumptiones, num.49.

In claris dicimur eſſe, ubi ſumus in re ſui natura non tranſitoria, aut ubi, ne tranſiret actum fuit, n.50.

In omni genere contractuum non comprehenditur, niſi perſona expreſſa, alia non, num.51.52.55.58.

A locatione ad emphyteuſim in propoſito argumentum deducitur, num.53.

Locatio, & emphyteuſis nomine alienationis continentur, num.54.

Omnimoda alienatio à limitata diſtinguitur, nu.59.

Temporalis alienatio, quando dicatur, num.60.

Hæreditaria, uel patrimonialis, quę res dici nõ poſſit, n.61

Quid eſſe hæreditarium, ſeu reale, & ad certas perſonas reſtrictum pugnant, num.62.

Si non ſit dictum, quod in defectum uocatorum res redeat, donatio cenſetur libera, & perpetua, num.63.

D E C I S I O LI.

1 ITem fuit dubitatum, an obſtaret d. Alexandrę
actrici, quod non eſſet hæres primi, vel vltimi
defuncti; & videbatur, quod ſic ad Surd. dec.322.
2 n.32. & ſeqq. & n.45.77.78. † Vbi quod quando
pater ſtipulatur ſibi, & filijs, nõ filijs, vt filijs, ſed filijs, vt hæredibus uidetur ſtipulatus, Men. pręſ. 48 lib. 3. Mant. de tac. & ambig. li.14. tit.19. n.7. & 27. Vbi dicit de magis cõi, & ueriori, & lib.22. tit.1. n.5. Magõ. dec. Luc.19. n.8. Valaſc. de iur. emphyt.
3 q.44. n.6. Peregr. conſ. 87. lib.3. † & in term. rei eccleſiaſticæ ſolenniter alienatæ, ut in caſu noſtro, cẽſeri ſtipulatum filijs, uel nepotibus, uti hæredibus eſt addit. in lit. A, ad Alex. conſ.129. lib.1. Clar. in §. emphyt. q.28. in fin. Franc. dec.275. Rolan. à Val. conſ.96. num.45. & ſeqq. lib.1. Couar. Variarum reſolut. libro 2. capit.17. ſub numero 5. uerſicul.
4 Tertia concluſio, † ex quibus quod etiam tranſeat in extraneos Redoan. quoque de rebus eccleſ. non alien. Rub. de author. præl. in alien. verſ. Papa per tot. Bero. conſ.82. numero 16. & ſequentibus lib.1.

lib. c. addit. in litera D. ad Magon. deciſ. Luc. 12.
Id quod corroboratur etiam ex eo, quod ſumus
5 in emptione, & venditione, † vt patet ex denomi-
natione ipſa contrahentium ad l. qui ſaxum vbi
Imol. ff. de donat. Natt. conſ. 45. n. 14. Men. lib. 3.
præſ. 105. n. 2. Hond. conſ. 35. n. 4. lib. 2. Ex quibus
habetur, quod contractus talis præſumitur qualis
6 fuit denominatus, † eſt verò de natura contractuũ,
vt ſint in ſucceſſores, & hæredes transmiſſibiles
Bald. in l. c. in prin. ff. ſi ager. vectigal. vel emphyt.
pet. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 5. num. 5.
7 & 13. & tit. 19. num. 2. † Etiam ſi expreſſim dictũ
non ſit. l. viam veritatis, C. locat. l. 2. vbi gloſ. ff. de
8 pact. inter empt. &c. † & voce taxatiua non obſtã-
9 te Surd. deciſ. 322. num. 38. † quia generalis eſt re-
gula, quod quiſque ſibi, & hæredibus ſuis cenſe-
tur ſtipulari l. ſi pactum de probat. Ceph. conſ. 30.
nu. 34. Oſaſc. deciſ. 23. nu. 30. Mol. de Primog. Hi-
ſpan. lib. 3. cap. 4 num. 71. Morot. Reſp. 30. ad fin.
10 † etiam procedens in feudis, in quibus tamen re-
gulariter ſoli maſculi ſuccedunt, vt in tit. de duob.
fratr. à cap. inueſtit. vbi dicta regula tranſcripta le-
gitur ad verbum; quæ omnia fortius procedunt in
11 venditione, † in qua transfertur Dominium, &
nihil remanet penes venditorem, & vbi eſt cauſa
oneroſa, & correſpectiua ad addit. 1. apud Magon.
12 deciſ. Luc. 12. † Vbi res eccleſiaſtica dicitur hære-
ditaria, quod ſit locatio nõ emphyteoſis, ad Theſ.
deciſ. 146. num. 9. Oſaſc. conſ. 38. n. 37. Sol. ad an-
tiq. Sab. decr. de feud. decret. Yolant. par. 2. gloſ. 4.
13 num. 16. † Vbi feudum emptum ſapere naturam
allodij, & tranſire in fœminas, & conferunt dicta
Doctor. ſupra cit. ſub verſ. ſecundo videtur ad fin.
nu. 11. de alienatione rei eccleſiaſticæ ſeruatis ſer-
14 uandis. † Conuincere videtur, & ratio ipſa, quia
de natura Dominij eſt, vt poſſit quis vti, atq; abu-
ti, & in quoſcunque transferre, l. in re mandata, C.
mand. Bart. in l. ſi quis, §. differentia, ff. de acq. poſſ.
15 † quam ob cauſam tranſlati Dominij per vendi-
tionem feudum non cenſeri, ſed allodium ſcribit
conſulendo Oſaſc. conſ. 38. ſub nu. 5. 6. 7. & ſeqq.
16 † Sic in donatione, vt cenſeatur donatum filijs
vt hæredibus, quando filijs donatum fuit, repro-
bato Dec. conſil. 239. cenſuit Surd. d. deciſ. 322.
17 num. 81. † donationis autem, & venditionis eadẽ
eſt ratio in hoc propoſito, vt patet ex Oſaſc. d. con-
ſil. 38. num. 7. vbi præcisè, immo maior eſt ratio in
venditione, propter cauſam oneroſam, quam ſecũ
habet per prædicta, in noſtra ſpecie nullum Domi
nium, ac ne quidem vllum veſtigium, aut ſignum
recognitionis fuit reſeruatum.
18 † Verùm nec hæc oppoſitio obtinuit, † quia re-
ſpondebatur res eccleſiaſticas ſui natura non eſſe
trãſitorias ad hæredes. auth. de reb. eccl. non alien.
in tit. de reb. eccl. non alien. in decret. per tot. præſer
19 tim in c. nulli. & cap. ſeq. † quod in tantũ verum
eſt, vt ſit lex veteris teſtam. vt in Leuit. c. 25. quẽ-
admodum not. Redo. de reb. eccl. non alien. rub. de
20 reb. eccl. alien. nu. 13. iuncto n. c. & ſeqq. † Quare
intrat regula, & quæ ſui natura non ſunt tranſito-
ria ad extraneos, hæc ad filios, vti filios tranſire di-
cantur, non ad filios vti hæredes, adeo quod in fi-
lios tranſeant, etiã ſi non ſint hæredes parẽtum de-
functorum, Alex. conſ. 129. ſub nu. 1. in l. nihil. ſub
num. 7. ff. de edend. in l. quod dicitur. vbi Doctor.
ita diſtinguunt de re tranſitoria, vel non ſui natura
ad hæredes. ff. de verb. obligat. & ibid. Idem Alex.
n. 15. Bero. conſ. 93. ſub n. 54. lib. 1. Menoch. etiam
plenè præſ. 47. n. 11. lib. 4. & præſ. ſeq. n. 10. & ſeqq.
Illuſtriſs. Mant. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 18. n. 9.
& tit. 17. n. 12. 14. 15. eod. lib. & ſub n. 5. & 6. & in
21 lib. 14. tit. 19. n. 5. & 6. † Vbi argumentatur ab ope
ris libertorũ ſui natura non tranſitorijs ad emphy
teoſim eccleſiaſticam, & in term. emphyteoſis ec-
22 cleſiaſticæ, Soc. iun. conſ. 104. num. 15. lib. 2. † Vbi
Iulia, nec ex teſtamento, nec ab inteſtato eſt hæres
Camilli, & tamen ſuccedit in eã, & ſubijcit ibi ra-
23 tionem, † ſic malè loquutus eſſet Surd. in d. deciſ.
322. n. 45. dum indefinitè dixit, vbi pater ſtipula-
tus eſt filio poſt mortem ſuam, tunc videri ſtipula-
ri filio, vt hæredi, non tanquam filio; immo euita-
24 ri poteſt eius reprehenſio, † ſi dixerimus dictum
Doctoris indefinitũ intelligi iuxta Doctrinas quas
allegat, iux. Bart. in l. non ſolũ, §. liberationẽ, ff. de
liberat. legat. citat autẽ Bart. qui ſub n. 5. verſ. quan
doq; non poteſt, & ſub nu. 6. ſeparat nõ tranſitoria
à trãſitorijs, & in illis filio, vt filio acquiri dicit, Idẽ
faciunt alij per eũ cit. quare poteſt Surd. retorque-
25 ri. Item in fortioribus terminis, † & vbi eſt clauſu
la pro ſe, & hæredibus qualitatis hæreditariæ magis
inductiua, & expreſſiua iux. add. pen. in liter. F, ad
Dec. in conſ. 209. admittit idẽ Surd. in d. dec. 322.
26 n. 19. & ſeqq. † quod coniecturæ multum proſunt
ad dignoſcendum, an filijs fuerit quæſitum, vt fi-
lijs, vel hæredibus, quibus non caremus in propoſi
to, quod filijs, vt filijs fuerit quæſitum.
Nam prima coniectura capi poteſt ex verbis, ibi
*ſed ea tranſeunte ad ſecunda vota, quod ſtatim dicta
iura, & bona transferantur*, & ſint dd. filiorũ, & ne-
potum, nã his verbis pater ſtipulatus eſt filijs poſt
mortẽ ſuam in neceſſariã conſequentiam, dũ ſup-
ponitur tranſitus ad ſecunda vota propriæ vxoris,
qui caſus non poteſt dari, niſi poſt mortem ipſius,
27 † vbi autẽ pater poſt mortem ſuam filijs ſuis da-
ri, vel transferri ſtipulatur, tunc filios vt filios cen-
ſeri vocatos, adeo quod poſſint etiam non hæredes
conſequi rem in ſtipulatum deductam, eſt tex. ro-
tundus in l. quodcunq; §. ſi quis ita, ff. de verb. obli-
gat. Mant. de tacit. & ambig. lib. 14. tit. 18. nu. 12.
Altera coniectura ex eod. fonte deriuat, quate-
nus enim fuit prouiſum filijs, & nepotibus natis,
vel naſcituris ex ipſiſmet D. Comite Simone, &
D. Marietta excluſis filijs, qui poſſent naſci ex ipſa
D. Marietta, & marito ex ſecundo matrimon. per
hoc ſatis datur intelligi quod filij principaliter, vti
filij fuerunt in conſideratione, non vti hæredes ſim
pliciter, cum fuerint filij vni conſiderati, alij reie-
cti abſque vlla ratione, vel conſideratione hære-
28 dum, vel qualitatis hæreditariæ, † nãq; ex ijs, qua-
ſi ab oppoſitis qualis fuerit mens contrahentiũ me
lius datur intelligi, plura ad hæc Crau. cõſ. 293. ſub
n. 9. verſ. 3. retorquetur; & verſ. 4. etiam, & ad fin.

Digitized by Google

29 & conſ.214.num.11.& ſeqq. † & quæ vi ſuerit
amplexa ex modo procedendi declaratur, Verall.
deciſ.148.n.3.& ſeqq.p.1. Crau.conſ 20.num.8.
30 † Hæc quoad Surd. nã quod pertinet ad alios
Doct. exaduersò citat. ſufficit dicere eos, vel non
loqui in formula pro ſe filijs,& nepotib. & in ma-
teria non tranſitoria ad hæredes,vel manere in ea
diſtinctione tranſitoriarum rerũ, vel non ad hære
des; vnde non obſtant, ſed coadiuuant hãc inten-
31 tionem,† Item non procedunt eorũ dicta,quãdo
fœminæ non poſſunt eſſe hæredes,vt in term. em-
phyteoſis eccleſiaſticæ Rim. Iun. cõſ.83.ſubn.12.
13.lib.1. Soc,iun.conſ.104.n.15.lib.2.iam ſupra ci
32 citat. † Alioqui abſurdum quid,& illuſio ſequere
tur, ſi ob hoc fœminę carere deberent huiuſmodi
ſucceſſione, Crau, conſ.1000. pro genero in rep.
n.77 vbi in contingentia facti ita fuiſſe tentũ per
Senatũ,& hiſce addo Bero.conſ.103.n.4.& ſeqq.
lib.1. & præſertim,n.8. vbi in term.formulæ no-
ſtræ, & in re eccleſiaſtica quoque, & ad Pinel.l.1.
p.3.n.91. C. de bon.matern. latius ipſe hanc rem
diſcutio in tract. meo reſol.feud.reſol. . . .
33 † Quod verò dicebatur, rem eccleſiaſticã Ser-
uatis ſeruandis alienatã tranſire ad hæredes extra-
neos non obſtat, quia id procedit, vbi eſſemus in
dubio,aut vbi verborum tenor id patiatur,ſeu per
mittat, & vbi eſſet ita conſuetudo, aut vbi cõtra-
ctus ſui natura tranſitorius ad quoſcunq; fuit ſuæ
naturæ relictus,nihilo in contrariũ expreſſim con
uento, ſeu ad aliquod coanguſtato, Cæterũ ſi ſi-
mus in claris,vt in caſu noſtro, vbi clarè,& præci
sè fuit contractus reſtrictus ad certũ perſonarum
genus dicta Doctor. exaduersò citatorũ non pro-
34 cedunt,† Sic Rol.in conſ.96.n.17 & 45.lib.1. lo-
quitur,vbi ſunt verba vniuerſalia omnibus,& qui
buſcunque; ſic Mantic.de tacit. & ambig. lib.22.
35 tit.19.n.22.& ſeqq. & tit.9.ſub nu.6. † Vbi quod
emphyteoſis cenſeatur perpetua ſi verborũ ſigni-
36 ficatio deſeruiat,& in tit.5.ſub n.15.† Vbi quod
conceſſio ſit perpetua probandum eſt, & in fortio
ribus term. eſt addit elegans prima ad Alex. con-
37 ſil.129. lib.5.† Vbi etiã data conſuetudine,quod
tranſeant ad extraneos bona eccleſiæ, tamen non
tranſibunt,vbi aliud appareat, & in caſu noſtro,
38 nec de conſuetudine vlla, edoctum fuit, † de qua
conſtare oportuiſſet, Mantic.de tacitis,& ambig.
d.lib.22.tit.19.n.33.Maſc.de probat.concluſ.424.
Ond.conſ.31.n.48.50.vol.2.& de contraria volũ-
tate,quod non poſſint ad extraneos tranſire mani
feſtè cõſtat ex ſola vocatione filiorũ, vel nepotum;
39 † Vnde fruſtratorij conatus,quod alij poſſint ad-
mitti,qui non ſint filij, aut nepotes primi acquirẽ
tis, Clar. in §.emphyt. q.28. verſ.ſecundo modo
Redo,de reb.eccl.non alien.Rub.prima, verſ.ſimi
liter, ſub n.fin. vbi in hac præcisè formula iuncto
40 ibid.n.39.& 40. & per tot. † Neque enim verum
eſt,omnes hæredes fuiſſe cõprehenſos, ſi certę per
ſonæ tantũ fuerunt nominatæ ad Burſ. conſil.31.
41 n.15.in fin.& n.16.lib.1. Men.conſ.200.n.61.† Vbi
emphyteoſim eccleſiaſticã pro filijs, & nepotibus
non eſſe hæreditariã, nec tanquam hæreditariam
regulari, ſed ſolũ tranſire,ad filios, & deſcenden
tes, Gabr.conſ.66.n.3.lib.2. ſic Anchar.conſ.427.
42 num.5 in fin. & n.6.Bertaz.conſ 77. † qui aiunt,
quod in caſu,vbi ex Bulla Bonifaciana bona eccle
ſiæ ſunt tranſitoria ad extraneos, hæc non tranſi-
bunt,ſi obſtaret ſtipulatio,ſub qua conceſſa eſſet.
Quanto magis id procedet in caſu, vbi bona non
vigente in loco ea bulla abhorrent ſui natura ta-
lem ad extraneos hæredes tranſitionem ?
43 † Non obſtat, quod ſimus in venditione ſui na
tura ad extraneos tranſitoria,quia per prædicta re
ſoluitur dubietas inſiſtendo, id procedere in du-
bio, non vbi certa forma venditioni fuit præſcri-
pta,quia ea eſt ſeruanda, vt patet ex mox cit. † &
pacta conditiones, qualitates, & formas à contra-
hentibus adiectas eſſe ſeruandas non eſt in dubio,
Iaſ.ad l.1.ſub n.208. col.2. in princ. C.de iur.em-
phyt. vbi in term.formulę noſtræ, & ſub nu.212.
in fin.Mant.de tacit.& amb.lib.22.tit.6.n.21.22.
45 † & in dubio eſt firmata regula,quod quitq; cen
46 ſeatur hæredibus prouidiſſe; † ſic tit. de duobus
vnde eſt hauſta vitiur verbo, videtur, quod eſt no-
47 ta improprietatis,l.in ſuis de lib.& poſthum.† ſic
in l.ſi pactum, ff. de probat. vnde pariter eſt hau-
ſta, vitiur Iur.Conſ.voce, plerunque, quaſi non ſit
ſemper vera, vt aduertit Oſaſc.dec.161. ſub n.12.
ad fin. & nu.13. quem ſequitur Menoc. præſ 94.
n.4. vbi n.2. expreſſim dictam regulam format in
dubio,lib.3. Mant.de tacit. & amb.lib.23. tit.19.
48 n.12.13. † Sic etiam quod contrahentes videan-
tur ſequi naturam contractus, eſt in dubio Rim.
Iun.conſ.295.nu.48.lib.3.l.ſi duo,& ibi Caſtr. de
acquir.hęredit.l.ſemper in ſtipulationibus, & ibi
49 not. DD.ff.de reg.iur. † in claris enim ceſſant pre
ſumptiones l.in rebus, C.de iur.dot. Bellam.conſ.
50 2.n.35.verſ.quia, † & ſumus in claris, vbi ſumus
in re ſui natura non tranſitoria ad hęredes,aut vbi
eſſet in contrarium actum, in ead. ipſa l.ſi pactũ,
ff.de prob. quæ de per ſe ſufficeret, tanto magis,
quia vltrà mox dicta adſunt in term. venditionis,
51 & omnium contractuum deciſiones, † quia Me-
noch.d.præſumpt.47.num.11.lib.4. & præſ.ſeq.
num.10. & ſeqq. Loquitur in omni genere con-
tractuum, ſic Mantic. & alij citat. ſupra dicto ver
ſic. Reſpondetur, numero 84. & ſeqq. & Iacob.
de Bel. in cap.vn. de eo qui ſibi vel.hæred. & cęt.
52 † dicit, quod in ſtipulatione, vel pacto nulla com
prehenditur perſona, niſi expreſſa, & de qua fuit
cogitatum, ſequitur Curt.Sen.conſ.48.num 6.ſic
Gabr.conſ.66.n.3.iuncto prioc. & num.1.lib.2.
53 † confundit caſum emphyteoſis, & caſum loca-
tionis in propoſito,imò ab vno ad alterũ argumen
54 † tatur Bero.cõſ.132.n.11.lib.1. † ex eo quia am
55 bo alienationis nomine contineantur,† ſic in ter-
minis cuiuslibet diſpoſitionis tractat in materia
Burſ.conſ.80.n.11.& 12.iunct.n.16.& ſeqq.lib.1.
& Surd.iam citat. in deciſ.95. numero 14. & 15.
ſupra deciſ.anteced.n.8. Et ratio generalis in om-
nib. militans hoc cõuincit, quod vbi in contrariũ
agitur ſtandum eſt conuentis, & quod in mate-
ria non tranſitoria ſui natura ad hæredes, filij
nomi-

Digitized by Google

nomine proprio ſuccedant, non iure hæreditario,
& ad eos tantum, vel vocatos pertineat res in ſti-
pulatum deducta, non ad alios, vt ſupra probatū
eſt, & in terminis terminantibus eſt deciſ. Bart. in
56 l.Gallus,§.quidā rectè,n.8.ff.de lib.& poſth.† vbi
ponit quæſtionem in emptione, vel alio cōtractu,
& in formula noſtra præcisè & cōcludit,quod vbi
pactū interponitur in ea, quæ ſui natura non ſunt
tranſitoria ad extraneos,ſed ſolum ad filios,cenſe
tur filijs,vt filijs ſtipulatum,nec ſuccedunt filij iu
re hæreditario,ſed æqualiter,etiam ſi non ſint hæ
redes,inferendo ibid. num.9. ad emphyteoſim,
quem communiter ſequūtur, vt patet ex Iaſ.ibid.
num.42. Alex. & alijs, ſaltem vbi ſumus in re ec-
cleſiaſtica,per ea, quæ infra in ſeq. deciſione refe-
runtur,ac vt apparet ex citat. mox ſub hoc eodem
57 capite noſtro. † ſic quoad illud, an oporteat eſſe
hæredem diſtinguitur inter emphyteoſim priua
torum, & eccleſiaſticam, vt in illa oporteat,in hac
non,quod pariter confirmat caſum noſtrum em-
phyteoſis eccleſiæ, Valaſc.de iure emphyt. q 44.
num.6. & ſeq.

58 † Nec intrant cōcluſiones feudi empti, & Do-
minij tranſlati, quia ad hoc, & id genus alia ea-
dem accomodanda eſt Reſponſio,quæ in præcedē
tibus, vt habeant locum, vbi vel contractus reli-
ctus eſt ſuæ propriæ naturæ nihilo in contrarium
conuento, vel vbi dominium fuit omnino transla
tum, vt in contrarijs adductis numero 11.& ſeqq.
noſter caſus eſt in contractu, ſeu in alienatione,
non ſimplici, & abſoluta, ſed limitata ad certas
perſonas, & vſque ad certum tempus, quibus per
actis,res debet ad eccleſiam, vnde prodierat,redi
59 re, vt cantant verba contractus, † ſic diſtinguit
plenā, ſeu omnimodam alienationē à limitata, &
quod in illa tantum procedat, quod dicitur iē fie-
ri hæreditariā, Rol d.cōſ.96.n.17.& 45.& per tot.
lib.1.Bero.conſ.83.nu.14.conſ.102.nu.6.& ſeqq.
60 conſ.86.num.10.conſ.107.n.2.3.4.lib.1.† & tē-
poralem alienationem eſſe,vbi ad vitam facta eſt,
vel ad tertiam generationem, vel pro ſe filijs, &
nepotibus (quarum omniū formularum concur-
ſus eſt in noſtro inſtrumento, iuncta confirmatio-
ne) dicit Redo.de reb.eccl.no.alien.Rub.de caſi-
bus,quib.fit al.rer.ſine ſol. verſ.addo etiam,nu.8.
& ad Rubr.de cau.pietatis, nu.36.& ſeqq. Bero.
conſ.91. nu.12.14.lib.1. ius quippè quoddam re-
manſit apud eccleſiam concedentē,ſaltem ad tem
61 ipſam, † ita quod nec hæreditaria, nec patrimo-
nialis dici queat,quippè quæ,nec vendi,aut ab in-
teſtato deferri poſſit quibuſcunque, Ancbar.con-
ſil.125.n.14. Soc.iun.in term.conſ.104.n.15.vol.2.
62 † & repugnant hæc inter ſe, quod quid hæredita
rium dicatur,ſeu reale, ideſt in omnes tranſmiſſi-
bile, & tamen quod idē ſit,& perſonale,& ad per-
ſonas quaſdā reſtrictum, extra quas exire non li-
ceat, ad Men.præſ.119.nu.7.præſ.197.n.7.& ſeqq.
præſ.95. nu.41.lib.4. & conſ.200.nu.50.vol.2.&
ad Mant de tacit. & amb.lib.23.tit.9. Vnde Burſ.
63 conſ.31.ſub n.7 lib.1.ait, † quod ſi non ſit dictū,
quod in defectum lineæ vocatorum res redeat ad
dominum directum,cenſetur donatio libera,per-
petua, & abſoluta, in noſtro caſu dictum fuit.
Laus Deo.

SVMMARIA.

Sententia quæ tranſiuit in iudicatum ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta,ſemper obſtat,num.1.
Sententia facit de albo nigrum, & alia, vt num.2.
Impedit litis ingreſſum, num.3.
De ſententia ſupremi magiſtratus non poteſt cognoſci, niſi per viam ſupplicationis, num.4.
Sententia inter alios, alijs non nocet, num.5.
Sententia non prodeſt alijs præſertim in capacibus rei, de qua contenditur, num.6.
Sententia non obſtat, quando non agitur ex eadem cauſa, num.7 8.
Deficiente cauſa, ob quam fuit iudicatum, exceptio rei iudicatæ non intrat, num.9.
Quando excipitur ad vnum finem, abſolutoria in eo caſu non obſtat agenti ad alium finem, num.10.
Sententia interpretatur ſecundum naturam Iudicij, & actionis intentatæ, num 11.
Non poteſt plus eſſe in cauſato, quā in ipſa cauſa, n.12.
Filios noſtros hæredes ſolemus appellare, num.13.
Nobis viuentibus hæreditas non datur, num.14.
Vt obſtet ſententia, debet concludere de neceſſitate, n.15.
Orta contentione ſit ne fundus allodialis, vel feudalis ſtabitur ſententiæ tranſitæ in iudicatum declaratoriæ qualis ſit, num.16.
Idem, & ſi feud. fuerit pronūciatum fœmineum, n.17.
Sententia non declarans qualitatem rei nihil de ea re dicitur immutare, num.18.

DECISIO LII.

ITem fuit dubitatum, an obſtaret ſententia
aliàs lata per Clariſs. Magiſtratum inter ipſam
d. Alexandram, & fratres in illis verbis.
La proprietà di detti beni, e conſeguentemente li
frutti non eſſer attenuti, nè attenerſi à d. Sig. Mariet-
ta, nè à ſuoi heredi, mà ogni ragione di eſſa eſſer ac-
quiſtata à d. Sig. Conte Vgo herede del detta Sig. Cō-
te Simone: Quæ quidem ſententia videtur duos
effectus parere; alterum excluſiuum, alterū decla-
ratiuū. Eo enim ipſo, quod excludit ipſam D. Ale-
xandram videtur effectum excluſiuū producere;
& eo ipſo, quod verbo hæredis vſa eſt videtur de-
claraſſe hanc emphyteoſim pertinere ad vocatos,
1 vti hæredes acquirentiū.† Vnde hæc ſententia, ſi-
ue iuſta, ſiue iniuſta ſēper obſtet ipſi D. Alexādræ
2 ad l.ingenuū, ff.de ſtatu homin. † facit enim de al-
bo nigrū, conuertit falſa in vera, facit de indebito
debitū, naturalia mutat vincula, & æquat quadra-
ta rotundis, Surd.conſ.61.n.2.& ſeqq.deciſ.170.in
fin. Impedit litis ingreſſum, Surd.conſ.312.nu.8.
4 & 9. † & de ſententia ſupremi Magiſtratus nō li-
cebat cognoſcere, niſi per viā ſupplicationis auth.
quæ ſupplicatio.cum ibi not.C.de precib.imp.offe
ren. Sol.ad nov. Conſt.Sab. tit.de modo, & forma
ſupplicat.&c. per tot.

† Sed huic obiectioni multipliciter reſponſum
5 fuit, † primò quod dicta ſententia, tanquam inter
alios lata alijs non noceret, l. ſæpe, ff. de re iudic.
6 tot. tit. Res int. alios, &c. † Secundò dictum fuit di
ctam ſententiam non prodeſſe pronepotibus reis
Conuentis, quia ſunt incapaces dictorum bono-
rum, cum non fuerint ad ea vocati, ad Soccin. iun.
conſ 104. num. 15. lib. 2..
7 † Tertiò, dictum fuit non obſtare dictam ſen-
tentiam, quia non eſſet hodie eadē cauſa agendi,
vt requiritur adhoc, vt obſtet exceptio rei iudica-
tæ, l. cum quæritur, 12. cum duabus legib. ſequen-
tibus. ff. de except. rei iudic. Surd. dec. 260. nu fin.
Tunc etenim, & tempore dictæ ſententiæ ageba-
tur in concurſu maſculorum, fęmina cum eis ſuc-
ceſſionem prætendente; hodie agitur ſine concur
ſu, vbi eſt fęmina ſola abſque maſculis; tunc ſine
iure, hodie cum iure ſuperuento ob defectum ma
8 ſculorum capacium, † quare nō intrat hodie ex-
ceptio rei iudicatæ ex dicta ſententia, latè Surd.
dec. 285. à num. 11. vſque ad nu. 18. & conſ. 173.
n. 83. conſ. 189. n. 29. Caball. conſ. Ciu. 84 nu. 2. 3.
9 † Et deficiente cauſa, ob quam fuit iudicatū, non
obſtat exceptio prędicta Surd. conſ. 268. num. 29.
Vbi infert ad multa, & ad conſ. 312. vbi latè. con-
10 ſil. 418. n. 12. 13. 16. 21. † & eſt communis opinio,
quod quando excipitur ad vnum finem abſoluto-
ria in eo caſu nō obſtat agenti ad alium finē, Boſſ.
tit. Quomodo proced. per except. nu. 20. tit. Si ex
fall. inſtrum. ſub num. 2. Et cum tunc eſſet in iudi
cium deducta prætenſio fęminarum in concurſu
cum maſculis impoſſibile eſt referri ſentētiam in
eo iudicio latam ad prætenſionem ſine concurſu
11 nunc nouam, tunc nunquam deductam; † Quia
ſententia venit interpretanda ſecundum naturam
iudicij, & actionis intentatæ Crau. conſ. 168. ſub
num. 5. conſ. 188. ſub num. 1. & 2.

Item, dictum fuit excluſionem de qua in dicta
ſententia eſſe fundatam in ſtatuto, & diſpoſitionē
contrahentium, quare, vt non intrare excluſionē
perpetuam oſtendimus ex cauſa ſtatuti, ſic nec in-
trare poſſe dicendum omnino eſt in terminis ſen-
12 tentiæ, quæ in eo eſt fundata, † quia non poteſt
plus in cauſato eſſe quam in cauſa ipſa, Natt. con-
ſil. 187. num. 5. 6. conſ. 201. ſub num. 2 & ſeqq.

Ad ſecundam de voce hæredis adiecta ſentētiæ
reſpondetur ex hac ſimplici enunciatione qualita-
tem hæreditariam non indicari, aut inductam cen
13 ſeri, † nam & appellatione communi ſolemus fi-
lios noſtros hæredum noſtrorum nomine vocare
Ar. Pinell. ad l. 1. par. 3. ſub num. 88 paulò ante fin.
C. de bon. mater. Garzo. de fęm. ad feud. recipien.
14 ſub n. 65. Caſtr. conſ. 410. ſub n. 4. lib. 1. † & tamē
nobis viuentibus nō datur hæreditas l. qui ſuper-
ſtitis, ff. de acq. hæred. l. 1. vbi gloſſ. ff de hæred. vel
15 act. vend. † Vt autē obſtet ſententia debet conclu
dere ex neceſſitate Surd. d. dec. 260. ad fin. cōſ. 189.
n. 38. ſeu etiam requiritur, quod ſuper hoc ipſo co
gnitū & iudicatum fuiſſet, nempè rem, vel hære-
16 ditariam eſſe, vel hæredibus ſpectantem. † exēplo
contentionis ortæ, fundus aliquis feudalis, ne ſit,
vel allodialis, quia ſi fuerit pronunciatus talis, vel
talis ſtabitur in poſterum ſententiæ Petr. de Bella
pert. in epit. feu. c. 6. n 10. Curt. de feud. p. 3. mem. 1.
n. 15. Scrad. de feu. par. 5. c. 5. n. 13. Vultei. lib. 1. c. 9.
n. 22. Roſent. lib. 6. concl 72. in tex. & in gloſ. 1. in
Synop. feu. Crau. conſ. 1000. pro Gen. nu. 445. ad
17 Surd. d. conſ. 312. n. 10. & ſeqq. † Idem & ſi feu-
dum fęmininum fuerit pronunciatū, quia etſi an-
tea non fuiſſet, erit tamen in futurum Garzo. de
fęm. ad feud. recip. num. pen. quæ non ſunt in ſen-
18 tentia noſtra, † & ideo de natura rerum nihil im-
mutans ad Scrad. par. 6. c. 1. ſub nu. 3. & ad l. nam
poſtea. 9. §. fin. l. ſed etſi poſſeſſori, 11. in princ. &
§. 1. & ſeq. ff. de iure iuran. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Quæſtio proponitur quanam ſint admittēdæ an neptes,
an Amita ad ſucceſſionem emphytheuſis, num. 1.
Proximitas vltimi in ſucceſſione attenditur, num. 2.
Etiam in terminis emphytheuſis, num. 3.
Contra, & declara, vt num. 11. & ſeqq.
Primo loco vocatus præfertur, num. 4.
Remotior non ſuccedit, donec eſt proximior, num. 5.
Idem ordo ſeruatus per maſculos in ſucceſſione, eſt ſer-
nandus inter fęminas, num. 6.
Nec concurrit nepos cum patruo, num. 7. 8.
Quod hæreditarium eſt ad iuris hæreditarij rationem re
gulatur, num. 9.
Ex iure repreſentationis ſucceditur in locum patris in
hæreditate delata poſt eius mortem, non in hæredita-
te iam antea per ipſum patrem acquiſita, num. 10.
In contractibus proximitas primi acquirentis attendi-
tur, num. 11.
Proximitas vltimi defuncti attenditur inter vocatos no
minibus collectiuis, num. 12. 13.
Nomina collectiua, quæ ſint, num. 13.
Proximitas vltimi non attenditur inter vocatos nomi-
nibus proprijs, vel appellatiuis ſub eod. & 14. 15.
Et idem in contractibus, ac in teſtamentis, num. 16.
Inter quæ valet argumentum, num. 17.
Filiorum, & nepotum nomina ſunt appellatiua, n. 18.
Eadem nomina diſcretiuè poſita ſtant propriè, num. 19.
Filiorum, & nepotum nomine vocati, dicuntur expreſ-
ſim vocati, num. 20.
Et ſpecialiter nominati, num. 21.
Vbi ſumus in præſcripta forma ſuccedendi tradita ab
homine, ceſſat legalis, num. 22.
Standum eſt modo ſuccedendi tradito à teſtatore, nu. 23.
Vbi verba ſunt ſpecialia, dicitur diſpoſitio expreſſa, &
clara, num. 24.
Et ideo attendenda voluntas clara, num. 25.
Filia maſculi vltimo defuncti non præfertur amitæ in
ſpecie, vt num. 26.
Nomina collectiua dicuntur generica, num. 27.
Et obſcuritatem pariunt, num. 28.
Et ideo in tali obſcuritate, & dubio debet ſucceſſio ad iu-
ris communis diſpoſitionem regulari ſub eod. & n. 29.
Mantic. reijcitur, num. 30. Bero. declaratur ſub eod.
Aliud eſt venire per renonationem, & aliud per ſuc-
ceſſionem, num. 31. 32.

DECI.

DECISIO LIII.

SVperioribus deciſionibus viſum eſt, & proba-
tum fęminas eſſe prefatę conceſſionis eccleſia-
1 ſticæ capaces; † ſuccedit modo videre quęnam ex
fęminis in iudicio interuenientibus ſint admitten-
dæ An Ill. D. Alexandra actrix, an verò Ill. eius ne-
ptes, ex quarum iure Ill. D. Vgo ſuam prætendit
tueri poſſeſſionem. Pro neptibus contra D. Alexā-
dram facere videntur; quod ipſę ſunt proximiores
2 vltimo defuncto, † quæ proximitas vltimi atten-
di debet Marzar. in epit. de fideicom. q. 35. Peregr.
de fidcie. art. 20. ſub nu. 2. & 3. vbi hanc eſſe rece-
3 ptiorem ſententiam, † & interm. emphiteoſis
Gabr. conſ. 86. nu. 22. lib. 1. & ideo ipſę ſint pręfe-
rendæ; & hoc fuit primum dubium.

Quò tamen minimè mouente reſolutum fuit,
quod D. Alexandra ſit in totum admittēda, & pręe-
4 ferenda ad dictam ſucceſſionem, † quia ipſa eſt fi-
lia primorum acquirentium, & priori loco vocata,
quam nepotes, vt videtur caſus in l. hæredes mei.
§. penul. ff. ad Trebel. & in l. eum pater. §. fin. de leg.
2. & ad not. Bart. & aliorum, in l. Gallus. §. 1. de lib.
5 & poſth. & dec. ſeq. nu 10. 11. † & eſt regula ge-
neralis, quod remotior non ſuccedat, donec extat
proximior exornata à Surd. in conſ. 362. num. 1.
6 † & is ordo eſt ſeruandus in ſucceſſione fęminarū
qui fuit ſeruatus in ſucceſſione maſculorum Me-
noch. conſ. 957. nu. 12. lib. 10. maſculos autem pri-
mos poſterioribus fuiſſe pręlatos in hac ipſa conceſ
ſione conſtat, per quæ, & alia id genus iura, ita de-
terminant in emphiteoſi eccleſiaſtica Ruin. conſ.
162. ſub nu. 7. & 8. iunct. num. ſeqq. præſertim 10.
7 lib. 1. † Vbi, non concurrere filium cum patruo, &
idem in conſ. 101. ſub num. 11. & 12. lib. 2. & conſ.
134. nu. 24. & 25. eod. lib. Bero. conſ. 5. num. 10. &
ſeq. lib. 1. Curt. Iun. in l. 2. ſub nu. 14. C. de Succeſſ.
edict. Alex. conſ. 129. lib. 5. Gabr. de Succeſſ. ab In-
teſt. concluſ. 1. nu. 32. 33. 34. admittit etiam Ma-
8 gon. deciſ. Luc. 19. nu. 13. † hanc opinionem ma-
gis receptam, vt in emphiteoſi eccleſiaſtica nepos
non concurrat cum patruo, firmauit reiecto Ang.
& alijs contrarię opinionis Valaſ. de Iur. empbit. q.
50. num. 5 per tot. dicens Rolan. in conſ. 68. num.
36. lib. 1. inauertenter ſequutum fuiſſe alios in em-
phiteoſi eccleſiaſtica contra ſentientes; & allata
fuit deciſio Rot. Rom. hanc opinionem firmantis,
coram Ill. Pampbilio in cauſa Romana domus, &
emphiteuſis die 6. Martij 1595. in hac pariter reſe-
dit Menoch. conſ. 200. num. 65. Bero. conſ. 93. ſub
num. 36. iuncto ſub nu. 43. & hanc etiam noniſſi-
mè defendit, & ſequitur Mantic. de tacit. & ambig.
lib. 22. tit. 18. num. 9. vſque ad 18. incluſiuè; nec re-
fert, quod Doct. loquantur, in emphiteuſi eccleſia-
ſtica, quia, vt toties dictum fuit, idem eſt, & in om
9 nibus alijs contractibus. † Item ratio, qua mouen-
tur Doct. de qua in ſpecie apud Valaſ. & Mant. ea
eſt, quod emphiteuſis ſecularis hęreditaria cenſe-
tur, & ideo ad iuris hęreditarij rationem regula-
tur, eccleſiaſtica autem non hæreditaria, quę ad di-
ſpoſitionem conceſſionis; quæ quidem ratio in om
nibus viget contractibus, dummodo agatur de re
eccleſiaſtica, non tranſmiſſibili ad extraneos, ſed
intuitu ſanguinis tantum conceſſa, vt in hoc caſu,
vt ex latius ſupra deductis conſtat. quæ omnia fa-
cilius intrant in caſu præſenti, quod ex iure repre-
10 ſentationis nihil poſſunt prętendere filiæ, † quia ex
iure repreſentationis ſuccedirur in locum patris
prædefuncti in hæreditate poſt eius mortem dela-
ta, non autem in acquiſita ipſi patri viuenti, iuxta
§. reliquum. auth. de hęred. quæ ab inteſt. defer. §.
hoc autem priuilegium. auth. de hæred. ab inteſt.
venien. coll. 9. Auth. Ceſſante. auth. poſt fratres. C.
de legit. hæred. Rol. conſ 68. ſub num. 22. & ſeqq.
lib. 1. laté D. Sol. in nou. conſt. Sab. tit. de hęred. patr.
&c. eſt & in §. filius. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt.
defer.

Ad contrarium quo dicebatur, proximitatem vl
timi defuncti eſſe attendendam, & ipſas neptes tan
quā proximiores eſſe præferendas reſponſum fuit
11 † Primò quod hęc opinio nō procedit in contra-
ctibus, quatenus bona iure hæreditario non defe-
rantur, vt in caſu noſtro, in quibus attēdi proximi
tatem primi acquirentis, poſt pluros probauit Pe-
regr. de fidee. art. 51. ſub num. 59. reprobato in ſpe
cie Gabr. in d. conſ. 86. ſub verſ. quæ tamen ratio
12 † Secundo Reſpondetur, dictā concluſionē pro-
cedere, quando diſpoſitiò plures vocat per nomina
collectiua diuerſorum graduum, vt putà familiá,
agnationem, agnatos, liberos, deſcendentes, & ſi-
milia, Socc. in l. ſi cognatis. num. 40. ff. de reb. dub.
conſ. 249. num. 20. & ſeq. lib. 2. conſ. 86. num. 10.
verſ. aliquando, & 4. lib. 3. Socc. Iun. conſ. 126. nu.
21. & per tot. lib. 1. Molin. de Hiſp. primog. lib. 3.
cap. 9. num. 11. Peregr. art. 20. ſub num. 2. verſ. con
13 trarium. art. 25. ſub nu. 49. † nomina enim colle-
ctiua dicuntur, quæ in ſuo ſingulari continent plu-
ra corpora & gradus, vt grex peculium, agnatio, fa
milia, Surd. conſ. 313. num. 37. non deſignantia ſin
gula corpora, ſed diuerſitatem, vt ibid. veniunt fu-
turæ acceſſiones, & augumenta num. 1. declando
tamen, ſe nume. 38. ſed non intrat dicta concluſio
quando diſponentes non vtuntur nominibus colle
ctiuis, ſed vocāt plures gradatim per nomina pro-
14 pria, vel appellatiua, † tunc enim non habita conſi
deratione proximitatis primi, vel vltimi, admitti-
tur quilibet ſecundum ordinem ſcripturæ, & prio-
ris nominationis, per ea quæ ſupra dicta fuerunt,
ad Surd. conſil. 124. numero 27. 28. & egregie
Peregr. in art. 21. ſub nume. 5. & ſub nume. 38. &
preciſè ad reſoluendum hanc obiectionem, & pro
hac diſtinctione & intelligētia declarant Ruin. cōſ.
101. nu. 11. lib. 2. conſ. 162. nu. 15. lib. 1. D. Laderch.
vir doctiſſimus conſ. 136. ſub num. 4. verſ. nec dica
15 tur iuncto num. 5. † Vbi dicit; quod enim Socc. in
l. ſi cognatis; & alij eum ſequuti varijs in locis di-
xerunt, grauati proximitatem ſpectari, in diuerſis
terminis obtinet, ſcilicet quādo plures nomine col
lectiuo, puta familiæ, ſunt vocati. Cęterum, quod
vno gradu inſtituto, ſi alter ſubſtituatur, tunc in
tęlligēdum ſit de gradu coniunctiori grauato, non

teſta-

Digitized by Google

teſtatori , nec Socc. nec qui eum ſequuntur dixe-
16 runt, † nec refert, quod loquatur in teſtatore, &
in vltimis voluntatibus, quia idem eſt, & in con-
tractibus teſte Ruin.conſ.163.num.8.lib.1. & in
loco mox citato, & facit etiam Soc.iun.conſ.126.
17 num.3.lib.1. in propoſito ; † Vbi etiam è contra
valere argumentum à contractibus ad vltimas vo
luntates, ex quibus apparet, eſſe in his terminis re
ciprocam argumentationem .

18 † Nec dubium quin ſtante formula pro filijs,
& nepotibus ſimus in nominibus appellatiuis per
text.in l.Titius, in princ, ff.de liber.& poſthum.in
l.liberorum, ff.de verb.ſign.& multò magis, quia
vtrunque nomen, & filiorum, & nepotum poſitũ
19 iacet in concurſu, ſeu diſcretiuè, † vnde & vtrun
que ſtat propriè, Surd.conſ.426.nu.18. conſ.466.
num.8.deciſ.133.num.13.deciſ.322.nu.23.con-
ſil.403.num.21. & 22. conſ.125.num.18. Ruin.
conſ.101.ſub nu.9.10.ad fin.col.lib.2.conſ.127.
20 ſub num 1.vſque ad num.6.lib.3. † Vbi pulchrè
declarat, expreſsè vocatos dici Bero.conſ.97.ſub
num.10.lib.1.Peregr.art.19.ſub num.25.verſ.vl-
21 terius, & art.21.num.34. † Vbi quod ita nomina
22 ti dicuntur ſpecialiter nominati, † & intrat, quod
ſimus in clara, & preſcripta forma ſuccedendi tra
dita ab homine , vnde conquieſcere legalem , &
ordinariam neceſſe eſt, ad Peregr.ar.21.ſub d.nu-
23 mero 5. & ſub num.38. † & vbi eſt clara teſtato-
ris diſpoſitio modum ſuccedendi præſcribens, eſt
ei ſtandum Surd. conſil.362. ſub num.30. 31.32.
24 † & quia, vbi verba ſunt ſpecialia dicitur diſpoſi-
25 tio expreſſa, & clara, Crau.conſ.126.ſub nu.6.† &
ideo attendenda voluntas clara , tex. in l.cum ita,
§. in fideicommiſſo. de leg.2. Rip. in l.filiusfamil.
§. Diui, num.31.de leg.1. Craſſ.in §.fideicõmiſſum
num.3.& 5. Decian.reſp.74.nu.33. & ſeqq.lib.3.
Dec.conſ.480.nu.11.per tot. ad hæc confert Me-
26 noch.conſ.359. n.4.5.lib.4. † Vbi filia maſculi vl
timo defuncti nullis relictis ſuperſtitibus maſcu-
lis de familia, non præfertur amitæ, ſed ipſa amita
præfertur, tanquam proximior teſtatori in fideicõ
miſſo, cum nomine filij, ſecus, vbi ſunt verba ge-
27 nerica, qualia ſunt collectiua nomina, † quæ qui-
28 dem generica vocat Peregr. ſub d. num.38. † &
ideo obſcuritatem pariunt, Crau.in d.cõſil.126.
ſub d.num 6. Vnde in hac obſcuritate, ſeu mentis
dubietate, eſt ad iuris Communis diſpoſitionẽ re-
currendum , ad quam dubia voluntas refertur,
29 † & ideo procedere dicitur ſucceſſio ſecundũm
terminos legales, & prout ab inteſtato, vt per Pe-
regr.d.art.20.ſub num.2. ſub verſic.contrarium ,
col.2.ſub princ.verſ.rationes huius ſunt. Ruin. &
alios mox citat.

30 † Quare non obſtat Mantic. allegatus in con-
trarium, quia is allegat pro ſua opinione Gabr. in
d.conſ.86. expreſſim reprobatum, Bero.autem lo
31 quitur in renouatione inueſtituræ , † quæ aliud
eſt ab ipſamet ſucceſſione, cũ poſſit vnus eſſe pro
ximior , & ſuccedere in hæreditate , & eſſe capax
renouationis, & alius eſſe nõ quidem proximior,
& capax hæreditatis, ſed tamẽ capax eius rei, quæ
ſibi ex prouiſione contrahentium particulariter
ſpectet, vt patet ex Soc. d.conſ.104.num.15.lib.2.
32 Vbi bene in propoſito, † & renouationis termini
obtinent cum ſucceſſoros habiles deficiunt, ad An
char.conſ.125.ſub num.7.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Non fit tranſitus de vna linea in aliam, donec ſupereſt aliquis de linea vltimo defuncti, num.1.

Declaratur procedere, vbi plures ſunt nomine collectiuo vocati, num.2.

Aut vbi talis eſt natura rei, vt in feudis, num.3.

Feudum pro ſe filijs, & nepotibus non reſtringitur ad hos, ſed ad omnes deſcendentes nihilominus pertinet, num. 4.

Idem ſi dictum ſit pro ſe, & filijs ſuis , num.5.

Quia dicta verba ſtant demonſtratiuè, non reſtrictiuè ob certam feudorum naturam, quæ eſt, vt omnes deſcendentes maſculi ſuccedant , num.6.

Tit. de natur. ſucc.feud. procedit maximè, vbi ſunt per nomina collectiua vocati, num.7.

Vbi certa non eſt data ſuccedendi forma , ſtandum eſt formæ expreſſæ ab homine ſub eo. & num.8.

Ex ordine ſcripturæ infertur ad ordinem mente à contrahentibus conceptum, & ſeruandum, num.8.

Nulla eſt differentia, ſi vocati filij , & nepotes ſiue per copulam, ſiue per alternatiuam, quoad ordinem ſuccedendi , num.9.

Primò, nominati ſunt præferendi, num.10.

Et prærogatiua ordinis præualet , num.11.

Aliquando eſt reintegrationi locus , num 12 .

In reintegratione fœminæ prius excluſa ſublato impedimento prius admittuntur, & præferuntur ipſis proximioribus defuncti , num.13.14.

Fœminæ ex iure communi ſuccedunt, vna cum maſculis, num. 15.

Secus ſtante in contrarium ſtatuto, aut hominis diſpoſitione , num.16.

Fœminæ poſt maſculos cenſentur vocatæ ſtante ſtatuto, & alia diſpoſitione excludente ad tempus , ſub eod. & num.17.

Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, æqualiter determinat , num.8.

Succeſſio per ſaltum non admittitur , num.19.

Etiam inter collaterales dicitur ſeruari ordo ſucceſſiuus, num. 20.

D E C I S I O LIIII.

SEcundum dubium ad fauorem neptum con-
tra amitam fuit ; quod D.Alexandra amita,
eſſet in linea diuerſa , ipſæ autem ſint in eadẽmet
1 linea vltimi poſſeſſoris , † & de iure traditur non
fieri trãſitum de vna linea in aliam , donec adſunt
de linea vltimi defuncti bonorum poſſeſſoris ex
tit.de nat. ſucceſſ.feu.& ibi Doct. Caſtr.conſ.290.
in princ.lib.2.Gabr.de ſtatut.concl.4.nu.14. Ond.
conſ.54.num.1.lib.1.Surd.conſ.370.nu.15. & 17.
Menoch. conſ.813. num.64.lib.9. Mant.in tract.
de ta-

Digitized by Google

de tacit. & ambig.lib.22.tit 18.nu.36. & lib.23.
tit.33.num.15.in puncto Soc.conſ.249 num.21.
libro 2.

2 Atqui nec hoc obſtare dictum fuit, † & etiam
reſponſum hoc argumentum in effectu idem eſſe
cum præcedenti, & eodem modo reſolui & pro-
cedere in dubio, ſcilicet quando, vel plures ſunt
vocati ſub nomine collectiuo explicitè; vt in caſu
Surd. d.conſ.370. vbi erant vocati deſcendentes
Alexãdri, primum mares deinde fœminę. vel im
3 plicitè, † vt in feudo propter eius naturam ſubin-
tellectam, quod ad omnes deſcendentes maſcu-
los in perpetuũ tranſeat iuxta, §. hoc quoq; ſcien-
4 dum, in fin.tit.1. in vſibus feud. † In tantũ. quod
etiam ſi acquireretur feudum cum formula filijs,
& nepotibus, non ideo reſtringeretur feudum ad
eos tantum Petr.de Gregor. in tractat. de ſucceſſ.
5 feud par.6. quæſt.15. † ſicut, nec ex formula pro
ſe, & filijs ſuis teſte eod. Gregor ead.par.6.q.12.
6 num.10. † quia ex quo eſt certa forma ſucceden-
di in feudo, talis clauſula non cenſetur appoſita ad
reſtringendum, ſed demonſtratiuè, & ex vſu quo
dam, vt ibid.ait Greg. & omiſſum noluimus, ne
aliquando quiſquam dictum caſum nobis obijce-
ret; ſuperioribus, itaq; in cauſis, ſeu caſibus, quia
non apparet, quod diſponens vnum magis quàm
aliũ dilexerit, & de iure ſucceſſio defertur ei, qui
eſt vltimo defuncto proximior, ita ſit, vt ad hanc
normam dubia voluntas, redigenda ſit, vt ſupra
probabamus, & modò in propoſito addimus Soc
7 cin.iun. conſ.126.num.27.lib.1.† Vbi In formula
nominum collectiuorum declarat dictum tit. de
nat.ſucceſ feud. At diuerſa eſt ratio, quando ver-
ſamur in materia, quæ non habet certam naturã
circa perſonas, quæ habent ſuccedere, vel nõ. quia
vocationi, & ordini ſuccedendi impoſito ſtandũ,
& diligentius verbis inhærendum, quatenus ex
his clarè ad ordinem inferri poſſit, vt in caſu no-
8 ſtro, primò enim in ordine ſunt filij, filiæ vè, mox
nepotes, neptes vè, & ideo ex ordine ſcripturæ in-
fertur ad ordinem mente conceptum à contrahẽ
tibus, & à partibus pariter in contingentia caſuũ
ſeruandum iux.trad.ſupra num.12.& ſeqq. & ad
Doctor.ibi relatos præſertim Ruin. d.conſil.101.
9 num.11.lib.2. Laderch. & alios vt ibidem, † adeo
quod nulla ſit differentia, ſiuè ad ſit inter filios, &
nepotes vocatos alternatiua, ſiue copula iux. Bald.
& Caſtr.n.2.in l.cum pater.79.§.pen. ff.de leg.2.
Corn.conſ.47.nu.4.lib.4. Soc.conſ.113.ſub n.7.
verſ.hanc opinionem lib.1. Menoch. conſil.200.
10 nu.38.in fin.lib. 2. † & ad id, quod ſupra dec.53.
num.4.& ſeqq. primo nominati ſint præferendi,
addi poteſt Calder.de nomin.emphyt.q 8.nu.22.
11 & q 10.num.38.39.44.45.† Vbi pluribus nomi-
natis prærogatiuam ordinis, & denominationis
præualere, &c.

Et videtur hoc ipſum ex alio ſimili corrobora-
12 ri non parum poſſe, † quod vbi eſt locus reinte-
grationi iuxta trad. Bart. in l. fin. §.1. ad Tertull.
13 Gabr.conſ.7.num.8.lib.2.† Fœminæ prius exclu
ſæ præferuntur illis, quę ſecũdo loco excluſę fue-
runt, licet vltimis maſculis prædefunctis proxi-
miores, vt pro abſoluto, & indubitato habet On-
ded.conſ.9 lib.2. qui ſororem vltimi defendit cõ-
tra amitam ſororem primi maſculi ex eo, quod
14 prima illa fęmina eſſet ſimpliciter excluſa.† ſup-
ponens, quod ſi habuiſſet locum reintegratio, ſi-
ne dubio præferri debuiſſet, vt ibid.ſub nu.6.9.&
ſeqq & num.27.& 28. & ad tot.conſ.

Eadem hæc ratio viſa eſt militare in caſu no-
ſtro, etenim ex verborum proprietate, & etiam
15 natura contractus attenta, † D. Alexandra erat
vocatã vna cum maſculis, & vnà cum eis debuiſ-
ſet ad ſucceſſionem admitti, vt dictum ſupra nu-
mero 35. ex Bartol. & alijs, & ad Surd.conſ.317.
16 num.16 17. & conſ.407.num.4.8.† Verum pro-
pter ſtatutum, ad quod propriam voluntatem vi-
dentur conformaſſe contrahentes, non potuit ad-
mitti tunc, hoc autem non facit. quin ſint vocatæ
ſaltem poſt maſculos, ad Socc.conſ.227.num.6.
& ante lib.2. Ruin.conſ.154.num.3.& ſeq. lib.2.
Cæphal.conſ.252.num.23.lib.2. Men.conſ.197.
17 num.42. Gabr.conſ.152.nu.54.55.lib.1. † & vbi
vltra ſtatutum extat alia diſpoſitio, admittit Dec.
apud Hond conſ.14.nu.87.verſ.vltra lib.2.iunct.
num.80.ibid. vt autem in vocatione maſculorum
priores poſterioribus prælati ſunt, cur non & idẽ
18 in vocatione fęminarum concludimus? † per re-
gul. quod vna determinatio reſpiciens plura de-
terminabilia æqualiter determinat l. iam hoc iu-
re, ff.de vulg. & pupil. Honded.conſ.14.num.79.
19 lib.1. † nec per hoc ſuccederetur (quod aiuor)
per ſaltum contra gloſ. in § in his autem ſex lib.
verſ. & primo quidẽ anno, in proem. Digeſtorũ
20 Sylu. conſ.30. ſub n.21. & ſeqq. † quia etiam dũ
ſit tranſitus de linea in aliã lineam, & inter collate
rales dicitur ſeruari ordo ſucceſſiuus, ad l.vlt. C.
de verb.ſign.c.vnic. de natur.ſucc. Feud.Mãt.de
coniect.vlt.volunt.lib.8.tit.18.nu.68. Laus Deo.

SVMMARIA.

*Natura reintegrationis eſt reintegrare tantum ad par-
tem, à qua fœmina fuit excluſa, num.1.*

Aliud eſt reintegratio aliud ſucceſſio, num.2.7.8.

*Reintegratio ſupponit ius antecedens de iure ſuſpen-
ſum ex ſtatuto, num.3.*

Ad quod iure quodam poſtliminij rediri dicitur, n.4.

*Succeſſio ſupponit ius nunc ſolum delatum, vt quando
ea eſt præſcripta ex inſtrumento, & ex eo vis ſuc-
ceſſionis dependet, num.5. & ſeqq.*

*In vno, & eodem inſtrumento non eſt dare prius, & po-
ſterius, num.6.*

*Stante forma vocationis etiam fęminarum poſt mortẽ
maſculorum mortuis maſculis veniunt fęminæ, vt
nunc, & per viam ſucceſſionis ſibi delatæ, num.8.*

*Fides inſtrumẽti non deficit, ſi non fuit repertũ inter im
breuiaturas notarij, qui illud recepit, ſed inter alias n.9*

*Inſtrumentum non eſt in protocollo, ergo fidem non me-
retur, non bene ſequitur, num.10.*

*Obſeruantia inſtrumẽti, tã in iudicio, quã ext. per adim-
plemen. contentorũ in eo eius fidẽ confirmat, n.11.12.*

DECI-

Digitized by Google

DECISIO LV.

TErtio, & vltimo fuit dubitatũ an in omnẽ
caſum D. Alexãdra nõ eſſet admittenda, ni-
ſi ad partem, à qua excluſa fuit, ideſt ad dimidiã
tantum, videbatur quod ad partem tantum, quia
ipſa venit ex reintegratione, reintegratur enim
1 ad eam ſucceſſionem, à qua fuerat excluſa, † Na-
tura autem reintegrationis eſt, vt reintegret tan-
tum ad partem, à qua fœmina erat excluſa Gabr.
conſ. 86. num. 1. & ſeqq. conſ. 87. num. 1. libro 2.
conſ. 7. ſub num. 20. verſ. animaduertendum. &
num. 12. & 21. lib. 1. Rimin. iun. conſ. 31. num. 18.
lib. 1. Morot. reſp. 23. ſub num. 16. Hond. conſ. 14.
num. 1. lib. 2.

2 Reſponſum fuit nos verſari in terminis ſucceſ-
3 ſionis, non autem reintegrationis: † Nam reinte-
gratio præſupponit ius antecedens ex iure com-
muni ſtatim fœminis æquè, ac maſculis competens,
ſed ſtatuto ſuperueniente ſuſpenſum, vſque ad
defectum maſculorum, ſeu retardatum, vt ele-
ganter per Bald. in conſ. 69. ſub num. 3. & ſeqq.
libro 1. Ancaran. conſilio 210. numero 4. & ſeqq.
4 ad quod propterea iure quodam poſtliminij, re-
dire dicatur fœmina deficientibus maſculis Barr.
conſ. 44. num. 2. Morot. reſp. 23. ſub numero 16.
5 † At in caſu noſtro nullum ius eſt antecedens, ſed
omne ius qualequale ſit, ſuboritur fœminis vno,
& eodem temporis momento, ac contextu vnius
6 eiuſdemque inſtrumenti, & conceſſionis, † in
quo non eſt dare prius, vel poſterius l. contractus.
vbi Bartol. C. de fide inſtrum. Cagnol. in l. lecta.
num. 57. ff. ſi cert. pet. Surd. deciſ. 157. numero 6.
& ex quo tota ſucceſſionis forma, & habilitas de-
pendet, & in propoſito declarat, ac reſoluit hanc
difficultatem Menoch. conſ. 105. ſub numero 76.
7 † vbi alterũ ab altero diſtinguit, & clarius in term.
8 Soce. iun. conſ. 104 ſub num. 11. lib. 2. † Vbi filium
ex forma conceſſionis capacem admitti, vt nunc,
& per viam ſucceſſionis ſibi delatæ, non per viam
reintegrationis, quæ ſunt diuerſa, quia in vno agi
tur de tota re, in alio vero tantum de parte, &c.

Nam quid facit ſtatutum? ſuſpendit: à quo? à
ſucceſſione partis in qua de iure communi cum
maſculis fœminæ ſucceſſiſſent: Ceſſant ex poſt
maſculi. Redeunt fœminæ: ad quid? niſi ad partẽ
ſuſpenſam: & hoc eſt fœminas reintegrari, in quo
ſufficit, impedimentum fuiſſe ſublatum: fac au-
tem fœminas ad aliqua bona; ſeu ſucceſſionem vo
cari, an ad omnia admittentur? an ad partem? ad
omnia, quia ad omnia vocatæ ſunt: an per viam
reintegrationis? minimè, quia reintegratio pri-
mum aliquod refert; ſucceſſio verò, ſeu vocatio
ad nihil aliud, ſed per ſe ſe ſtat: & hic eſt caſus hu-
iuſce noſtræ conceſſionis. Ad quam vocatæ ſunt
fœminæ à contrahentibus: quare de toto vocatio,
& ſucceſſio intelligenda eſt ac, (vt ait Socin.) vt
nunc: non prout tunc, cum non ſimus in caſu re-
latiuo per prædicta, & alia, vt in deciſ. 53. num. 4.
& ſequent. numero 15. & ſequent. ad quæ (ne
idem ſæpius repetamus) remitto.

Fuerat etiam oppoſitum inſtrumentum dictæ
conceſſionis fidem non mereri, quod non conſta-
ret de protocollo, nec quod fuerit cõpertum inter
imbreuiaturas notarij Sebaſtiani de Carolis, ſed
9 inter alias alterius notarij Verum † Reſpondeba-
tur non per hoc fide deficere, Crau. conſ. 151. ſub
10 num. 11. † Vbi non ſequitur non eſt in protocol-
lo, ergo fidem non meretur, & ad Surd. conſ. 173.
11 num. 25. 107. 109. † deinde fuit obſeruatum tum
in iudicio illo, vnde orta fuit ſententia Clariſſimi
Magiſtratus ſupra relata, in quibus terminis lo-
quitur Bald. conſ. 405. num. 9. lib. 5., quam facto
ipſo, dum continuata ſemper fuit ſucceſſio bono-
rum ſecundum iura, & diſpoſitionem ipſiuſmet
12 inſtrumenti, † ſola autem obſeruantia fidem in-
ſtrumenti confirmat. Crad. conſ. 101. num. 4 & cõ
ſil. 758. ſub num. 1. non mirum ſi ipſamet pars op
ponens non continuauit in oppoſitione: ex qui-
bus, &c. Laus Deo, &c.

SVMMARIA.

Scripturæ priuatæ non poteſt ratio haberi. n. 1.
Etiam ſi contra principalem debitorem agatur. n. 2.
Niſi ſit recognita ſub eo.
Recognitio ſcripturæ priuatæ ipſiuſmet debitoris non no
cet tertio, n. 3.
Mors habet vim recognitionis, & iuramenti num. 4. de-
clara, & ſub nu. 5. & 6.
Non entis nullæ ſunt qualitates. n. 5.
Qualitas, vel accidens ſupponit ſubſtantiam ſub eo.
Colluſio arguitur ex teſte inducto ab eo, cuius non inte-
reſt inducere, n. 7.
Item ex inuerisſimili. nu. 8.
Non eſt veriſimile, quod creditor diù moretur ad ſolutio-
nem procurandam, ſub eod.
Colluſio ex coniecturis probatur, n. 9.
Dos non eſt priuilegiata circa probationes, nec niſi cir-
ca ea, in quibus ſpecialiter priuilegiata reperitur,
num. 10.

DECISIO LVI.

1 IN † caſus contingẽtia dicebatur ſcripturæ pri
uatæ à tertio ſcriptæ, & ſubſcriptę pro cõtrahẽ
tibus, & nomine duorũ teſtium, qui neſciebant ſcri-
bere, nullã poſſe rationem haberi per trad. emula
2 tè à Did. pract. quæſt. cap. 55. per tot. † Vbi etiam
ſi agatur perſonali contra principalem debitorẽ:
niſi fuerit legitimè recognita, vt ibi per eum, vbi
tradit formam. Multò magis ſi agatur contra ter-
3 tium hypothecaria, † quia etiam recognita ab ip-
ſomet debitore principali affirmatiuè non ſuffice
rent, niſi pariter tres teſtes adſint ipſam ſcripturã
recognoſcentes, vt apud eund. nu. 5. & cum lis eſ-
ſet in hypothecaria cum tertio, res videbatur cla-
ra pro tertio, at contra vtentem huiuſmodi ſcri-
ptura, tam per prædicta, quam per alia relata in
dec. noſt. ſupra 35. per tot.

Verum

Digitized by Google

Verùm, quia replicabatur in caſu noſtræ ſcri-
pturæ adeſſe tres teſtes, ſcribentem ipſum nomi-
ne tam proprio, quam aliorum duorum præſen-
tium ſcribere neſcientiũ, qui mortui ſunt, & ideo
ſatisfactum eſſe, & l.ſcripturas, C.qui potior.in pi
gnor.hab.& Did. ubi ſupra; qua tres ſufficiunt;
4 & etiam debitæ recognitioni, † quia mors habet
uim recognitionis, & iuramenti, Gayl.Obſer.43.
num.5.lib.2.& de recognitione ſcribentis,& ſub-
ſcribentis conſtabat.

Reſponſum fuit, hoc dictũ de recognitione per
mortem non poſſe locum ſibi uindicare in caſu no
ſtro, ubi nulla apparet ſubſcriptio dictorum teſtiũ
5 † quia non entis nullæ ſunt qualitates l. eius qui in
prouincia, ff.de reb.cred. & qualitas, ſeu accidens
ſupponit ſubſtantiam, uel ſubiectum, in quo fun-
datur, & ſine quo ſtare non poſſunt accidentia ad
deciſ.noſtrã ſupra 20.num.30.31.& dec.29.num.
54.& Luc.1 num.36. Et patet ex eo, quia dictum
illud procedit, quando adeſt ſubſcriptio, quæ pro-
batur eſſe de manu ſcriptoris defuncti, uel per cõ-
parationem litterarum, uel per teſtes habentes no
tam manum, nam tunc benè conſtito, quod talis
ſubſcripſit, ſupplet in reliquo mors, ut tali ſubſcri
ptioni fides præſtetur, perinde ac ſi recognita fuiſ-
6 ſet ab ipſomet ſcribẽte, ſi uiueret, † & hoc eſt quod
aiunt mortem habere uim recognitionis, non au-
tem, ut de per ſe citra aliud adminiculum fiat ex
morte recognitio, ad Crau.conſ.158.num.7.con-
ſil. 274.num.4 & conſ.ſeq.num.6. Bart. in auth.
at ſi contractus, C. de fide inſtrum. Et in auth. ſi
quis. Vbi etiam Bald. C.Qui potior.in pignor.hab.
addit. ad Bart.in d.l. C.eod.tit. & ibi etiam gloſſ.
magna. & Bald.in auth.Sed nouo, C.ſi cert.petat.
7 † Et arguebatur aliqua colluſio, quia teſtis ille
unicus fuit inductus non ab eo tertio, qui ſcriptu-
ra utebatur, ſed à debitore ipſo, cuius uerè nõ in-
tererat; Item ex inueriſimili, cum eſſet ſcriptura
multi temporis, nec eſſet ueriſimile, quod credi-
tor tamdiù diſtuliſſet ad deciſ.noſt. ſupra 2. nu-
9 mero 10. & ſequentib. † Colluſio enim ex conie-
cturis probatur, & ex inueriſimili deciſ.noſt. Flo-
rent.56.num.7.8.& 9.
10 † Dos uerò non habet hoc priuilegium ut pro
ea ſit pronunciandum etiam ubi deficiunt proba-
tiones, quia in hoc non reperitur priuilegiata ad
Dec.conſ.5. num.1. in fin. Soc.conſ.12.num.52.
uolum.2.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

*Finis, & intentio ſtatuentium, quod eatur ad ſuum mo-
lendinum qualis ſit, num.1.*
*Mens ſtatuentium conſideranda, & quare ipſi fuerint
moti, num.2.*
Etiam ſi nis uerbis fiat, num.3.
*Non refert, quid ex æquipollentibus fiat, nume-
ro 4.*
*Non curandum de modo, dum idem ſequatur effectus,
num. 5.*
*Quod tibi non nocet, & alteri prodeſt de facili eſt con-
cedendum, num.6.*
*Statuta generalia, ita debent interpretari, ne contineant
caſum, per quem indebitè quis damnum patiatur, nu
mero 7.*
*Qualibet cauſa etiam beſtialis excuſat à pœna, nu-
mero 8.*
Vbi de pœna agitur benignius agendum eſt, num.9.
Verbum, teneatur, importat neceſſitatem, num.10.
*Si factum ſit in diſpoſitione legali, quis ad factum præ-
ciſè tenetur, num.11.*
*Idem ſi in conuentionali, quando tamen tale eſt factum,
quod facilè fieri poteſt, num.12.*
*Facilè fieri poſſe dicitur, quod à voluntate noſtra depen
det, num.13.*
*Quando lex inducit obligationem non curat, an interſis,
vel non, num.14.*
*Inductum ob authoritatem legis non eſt contemptibile,
num. 15.*
Principijs obſtandum, num.16.
*Melius eſt cauſam intactam ſeruare, quam poſt vul-
nus remedium quærere, num.17.*
*Ex oblatione ſolutionis non ſatisfis ſtatuto obliganti ad
factum, num.18.*
Melius eſt pignori incumbere quam, &c. num.19.
Minus eſt actionem habere, quam rem, num.20.
*Ratio non expreſſa à ſtatuto, aut quæ non poſſit haberi
pro expreſſa, quia non ſit ſola non attenditur ad exten
ſionem caſuum, num.21.*
*Propter exemplum malum ſtrictius etiam lex ſeruan-
da, num.22.*
Regula quod quis per alium, num.23.
Ius publicum non facilè immutandum, num.24.
*Oblatio ſolutionis debet fieri legitimè, & alia, vt nu-
mero 25.*
*Alia eſt ratio abſoluendi à pęna quod facilius intrat,
alia iuris declarandi, quod difficilius, num.26.*

D E C I S I O LVII.

EXtat ſtatutum in Communi Montiſgontij,
quod habitantes teneantur ire ad Molendi-
num dicti Communis, nunc conductum per Mar
cum de Roſſinis, pęna poſita vt in eo. Raphael de
Saponibus nolens ire oblato tamẽ ſoluere eam par
tem, quæ ipſum tangeret, perinde ac ſi iret ad mo-
lendum fuit accuſatus, & condemnatus ad ſolutio
nem dictæ partis, & à neceſſitate eundi media tali
ſolutione, & à pęna fuit abſolutus.
1 † Videbatur quod rectè conſiderando finem, &
principalem intentionem ſtatuentium non alium
eſſe potuiſſe, quàm ne redditus dicti Communis
defraudentur, vel imminuantur ad alia molendi-
na diuertendo, ad l.fin. C.de vectigal. & Cõmiſſ.
Cald.conſ.21.Oſaſc.dec.17.ſub num.4.& per tot.
Quæ quidem intentio in nibiloq; defraudatur dicta
ſolutione ſtante, per quam rationem intrinſecam
ſtatuti, nõ nudum verborum corticem intuendo,
non videtur contrauenire, ſed quinimo abundan-
tius ſatisfieri ſtatuto, dum illud ſine impenſa, &
molendini detrimento, ac (vt ita dixerim) gratis
conſe-

Digitized by Google

2 conſequitur, quod aliter ſibi conſtaret; † ſemper
enim mens conſideranda eſt ſtatuentium, & quæ-
re ipſi fuerint moti Pariſ.conſ.83.num.13.14.vol.
3 3.Alex.conſ.54.num.7.8. vol.4. † & mens omni-
no ſequenda, etiamſi vis verbis fiat, Surd.dec.19.
4 per tot.& dec.35.etiam per tot. † Nec refert quid
ex æquipollentibus fiat, dum idem ſequatur effe-
ctus, l. fideicommiſſa.& ibi Bartol.de leg.3. Oſaſc.
5 deciſ.109.num.2. † nec enim curamus de modo,
dummodo ſequatur effectus, vt ait Surd.d.dec.35
num.8. & præterea hoc non nocet dicto commu-
6 ni, † Quod autem tibi non nocet, & alteri prodeſt
de facili eſt concedendum, l.2. §.item varus, ff.de
acq.plu.arc. Menoch.de arbitr.iud.caſ.68. nu.13.
& conſ.137.num.19. & præſertim cum habeat ac
cuſatus pręſentem Conductorem inimicum, &
7 ſuſpectum, ei tutus non eſſet acceſſus, † ſtatuta au
tem generalia, ita debeat interpretari, ne conti-
neant caſum, per quem indebitè damnum quis pa
tiatur, Bart.communiter approbatus in l. Cęſar. ff.
de public. Oſal.deciſ.59. num.8.

Et quoad pęnam euitandam ante dicta multò
8 fortius intrare videbãtur, † cum quælibet, vel mi
nima etiam beſtialis cauſa ab ea excuſet, Menoc.
9 præſ.2.num.38.lib.5. † & benignius agendum ſit,
vbi eſt pęna, Surd.deciſ.48.num.13.

Quibus tamen non mouentibus reſolutũ fuit,
quod teneretur ire ad dictum Molendinum, quia
10 ſtatutum obligat præcisè, & cum verbo † tenea-
tur, quod importat neceſſitatem, vt in deciſ.noſt.
Luc 53. num.34.

11 † Et obligat pręcisè ad factum; † quandocun-
que verò factum eſt in obligatione, ſeu diſpoſitio-
ne legali, ſemper quis tenetur præcisè ad factum,
Bart.in l.1 §.1.num.4.ff de oper.no.nunc.in l.ſtipu
lationes non diuiduntur. & ibi Iaſ.ſub num.32.in
princ.cum concord.ff.de verb.oblig.

12 † Id quod ampliatur etiam ad obligationem ali
quid fieri ex conuentione, quando tale eſt factum,
quod facilè fieri poteſt, Surd.conſ.201.nu.15.lib.2.
13 conſ.457.num.41.lib.4. † & dicitur facile quod à
voluntate noſtra dependet, vt ſub d.num.41.decla
rat Surd. quod verificatur in caſu noſtro, quia di-
ctus accuſatus poteſt, ſi vult ire, ſicut cæteri eunt
ad dictum Molendinum.

Ad contraria vno verbo reſpondetur non pro-
cedere in obligatione facti legali, vt oſtenſum eſt,
& ratio adducitur, quæ pariter euidentius obices
14 ſoluit, † quia quando lex inducit obligationẽ non
curat, an interſit, vel non, ideo obligatio redditur
15 præciſa, vt ait Iaſon.ſub d.num.32. † & quod eſt
inductum ob auctoritatem legis non eſt contem-
ptibile, vt ait Iaſ. ibid.ex Bald.in l.nec patronis, ad
fin.C.de op.libert. Et præterea eſſet inuentus mo-
dus excutiendi pedetentim iugum ab obſeruantia
dicti ſtatuti, ſi ſub huiuſmodi colore ſolutionis ſuę
16 partis aditus aperiretur ad non eũdum; † & prin-
cipijs (vt eſt in communi verbo) obſta, ſerò medi
cina paratur, & ad l.fin.C.ex quibus cau.in integr.
reſt.l.1. C. quan. lic vnicuique ſine iud. ſe vindic.
17 Surd.deciſ.22.num.13. † Vbi quod melius ſem-
per eſt cauſam intactam ſeruare, quàm poſt vul-
nus remedium quærere.

18 † Et poteſt etiam negari, quod ex oblatione
ſolutionis æqua, vel melior fiat conditio dicti Cõ-
munis, conſiderando, quod fortè poterit moroſus
eſſe in ſoluendo, at vbi ad Molendinum itur, ſolu-
19 tio fit (vt aiunt) in area † ad reg. melius eſt pigno
ri incumbere, quàm in perſonam agere. §.furti au-
20 tem inſt.de furt. & ad aliam. † Minus eſt actionẽ
21 habere, quam rem. l.minus, ff.de reg.iur. † Vnde
ratio allegata euitatur, ideo etiam minus attenden
da, quia nec eſt expreſſa, nec ſola ex neceſſitate ad
deciſ.noſt. Florent.11. num.10.& 11. & dec.Luc.
num.46. & 47.

22 † Vltra exemplum malum cum hoc viſo, facilè
alij ſequi poterunt ad l.proſpexit, ff.qui & à quib.
man.& quod excuſatio de ſuſpicione eſt ſatis friuo
la, cum alij mitti poſſint, ſi ipſe nolit accedere.
23 † ad reg.quod quis per alium, &c. Vltrà quod de
hac ſuſpicione nihil in actis. Et etiam dato, quod
de ea conſtaret, non admitteretur contra tenorem
ſtatuti per prædicta, præſertim numero 11. & 14.
24 † quibus addi poteſt l.Nec ex prætorio, nec ex ſo-
lenni iure priuatorum conuentione quicquam im-
25 mutandum eſt, ff.de reg.iur. † & oblatio debet fie
ri, ſtatuentibus ipſis non alijs, & earum legitimè
congregatorum reſolutio expectãda fuiſſet ad tit.
C.quod cuiuſque vniu.nom. &c. Quorum tamen
nil fuit verificatum in caſu noſtro.

26 † A pęna autem abſoluimus, quia à pęna faci-
lius intrat abſolutio ad hic ſupra num.8. & 9. At
vbi agitur de iure partium declarando, ſecus iuxta
deciſ.noſtram 5. ſub num.4. ſupra & infra dec.59.
num. 30. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Ex locatione, & penſionum perceptione poſſeſſio proba-tur, num.1.

Solutiones Canonis ſunt ab emphyteota probandæ, nu-mero 2.

Pactum quod ſolutiones non poſſint probari, niſi per ſimi le inſtrumentum valet, num.3.

Soli dominus, vel procurator cum ſpeciali mandato poſ-ſunt declarare caducitatem, num.4.

Ab alijs caducitas declarata nihil operatur, num.5.

Pręceptum per comparitionem reducitur ad inſtar ſim-plicis citationis, num.6.

Mora facta etiam declaratione caducitatis, poteſt pur-gari, num.7.

Infra quantum tempus poſſit mora purgari, num.8.

Semper poteſt purgari ante litem conteſtatam, nu-mero 9.

Triennium ad incurrendam caducitatem debet eſſe con-tinuum, num.10.

Moram poſſe purgari intra duos menſes omnes Doctor. ſentiunt, num.11.

DECI-

Digitized by Google

DECISIO LVIII.

HOſpitale S.Mariæ del Graſſo de Piſis con-
ceſſit (hæc enim ſunt formaliter verba in-
ſtruméti anni 1510.) *in emphyteoſim, & ad lineã*
Philippo, & Mattheo fratribus, & filijs olim Anto-
nij de Calcinaria, & Franciſco olim Ioannis de Calci-
naria eorum nepoti præſentibus, & recipientibus pro
ſe ipſis, & pro eorum, & cuiuſcunq; eorum filijs, et hæ
redibus, & pro hæredibus, & ſucceſſoribus in perpe-
tuum, et eis, & quolibet, vel altero eorum per maſcu-
linã lineam legitimè deſcendentibus, alterũ alteri ſub-
ſtituendo in perpetuum, &c. domũ cum alijs bonis vt
in d.Inſtrumento: Quam, & quæ dicti emphyteutę
ſemper poſſederunt, adeo quod in præſentiarum
poſſideantur à D.Horatio Matthęi Stephani Mat
thęi dicti Antonij in inſtrumento nominati, dũ ip
ſe d. Horatius ea locauit D.Fabio Orlandino, &
1 alijs, † ex qua locatione, & pẽſionum perceptione
poſſeſſio proculdubio probatur, Alex.conſil.118.
n.18.lib.2. Affl.dec.325.nu.1. & eſt motiuũ Rotæ
Florentinę, lib.40.car.277. & tamen hæc eadẽ bo-
na hodie fuerunt petita per Ill.D.Equitem Camil
lum Guidium, olim hoſpitalarium, & modo com-
mendatatium dicti hoſpitalis. Qua in cauſa fuit
primo loco dubitatum ſuper caducitate, & vide-
batur dicendum ex hoc capite obtinere potuiſſe.

Primò dicebatur, quod ſaltem anno 1598. decla
rata fuit per d.Ill.D.Equitem Guidiũ caducitas,
2 nec vllæ ſolutiones fuerunt oſtenſæ, † cum tamen
eſſent probandæ ab emphyteota, gloſ.in l.2.in ver.
repellere. C.de iu.emph. & ibi Iaſ.n.132. Anchar.
iun.q.46.n.32.lib.2. Corb.de cau.priu.ob non Sol.
can.q.4.n.1. Hond.conſ.56.n.1.lib.1. Surd.cõſ.86.
nu.1. & conſ.a88.num.11. vbi dicit quod tenetur
apochas ſolutionum edere: quod dictum fortius
intrare videtur hic, vbi expreſſim conuentũ eſt, vt
ſolutiones non poſſint probari, niſi per ſimile in-
3 ſtrumentum publicum, † quod pactũ valet, & eſt
ſeruandum ad Doct. in l.teſtiũ. & ibi Bart. in lect.
antiq. in 1.notab. C. de teſtib. & in l.generaliter,
n.10. C.de non num.pec. Alb.n.2. & Bal.n.3. Iaſ.in
d.l.2.n.144. verſ.Adbuc, C.de iur.emphyt. Soc.cõ-
ſil.142.n.9.lib.2. Maſc.de prob. concl.1318.n.14.

Reſponſum fuit, quod nõ potuerit Ill.D.Eques
declarare dictam caducitatẽ, cum non eſſet, vel do
4 minus, vel procurator cum ſpeciali mãdato, † qui
ſoli, & non alij eam declarare poſſunt, Corbul.de
5 cau.priu.ob non Sol.can.ampl.45.n.13. † aliàs talis
declaratio nil operatur, vt ibid.ait Corb.cit. Curt.
iun.in conſ.149.n.3. Ber.in cõſ.151.n.18.vol.1. & ſe-
quitur excell. D.Felicius Collega meus alleg.32.
n.19. p.3. Non edocuerat autem D.Eques ſe talẽ.
6 † Item, reſponſum fuit quod præceptũ per com
paritionẽ fuerat reductum ad inſtar ſimplicis cita-
tionis, Bal.in conſ.429. verſ.qui autẽ, lib.3. Oſaſc.
7 dec.86.n.7. Viu.opin.678.n.1. & 2. † quo caſu etiã
facta declaratione, licet morã purgare Didac. Var.
reſ.lib.3.c.17.n.4. verſ.vltimo parum. Men.con-
ſil.543.n.7. Gabr.conſ.75.nu.7.lib.2. Magon.de-
ciſ.Flor.61.n.22. Corb.de cau.priu.ob nõ Sol.cau.
lim.41.n.9. Vbi dicit tenentes contrariũ non rectè
8 ſentire, † & eſſe arbitrarium Iudici, dicit n.25. vbi
Iudicem debere arbitrari per dictos menſes, quẽ
tamen poſſe arbitrari etiam vltra duos menſes, tra
dit poſt alios per ſe relatos Menoc.d.conſ.543. vbi
9 nu.1. reſpondet contrarijs. † Et ita cõmuniter ob-
ſeruari, vt ante litem conteſtatam poſſit ſemper
mora purgari, ad caducitatem euitandam teſtatur
Burſ.conſ.26. in fin.lib.1. qui refertur in dec.noſt.
ſupra 36. ſub num.6. in fin.

Et hic vlterius adiuuabat, quod inſtrumentum
dicit incurri caducitatem, ſi ſteterit per trienniũ,
10 † quod requiritur, vt ſit continuum Bald.in auth.
qui rem.n.2. C.de ſacroſ.eccl. non verificabatur in
caſu noſt. & Corb.de cau.priu.ob nõ ſol.cã.ampl.1.

Item, concurrebat, quod declaratio fuerat facta
ſub 12. Septemb. & depoſitum canonis ſub 6. Octo
11 bris, & ſic intra menſem: † cum intra duos men-
ſes omnes ſentiant moram purgari poſſe, vt patet
ex Corb. mox cit. num.8.

Quare fuit reſolutum, ceſſare hoc primum obie
ctum contra d.Horatium pro quo fuit iudicatum.
Laus Deo.

SVMMARIA.

Ad obtinendam ſententiam ſufficit, quod caducitas pen dente iudicio committatur, nu.1. Fallit vt n.18.19.
Ad committendam ſtipulationem dies contractus attenditur, num.2.
Declara, vt num.14. & ſeqq.
Commenda domina directa forum laicale ſortitur, n.3. Fal. vt num.21.22.
Vbi eſt pactum de caducitate incurrenda purgatio moræ non admittitur, num.4.
Et vbi eſt ſtatutum, quod inſtrumenta habeant executionem paratam, num.5.
Depoſitum nullum non releuat, nec excuſat à caducitate, num.6.
Contra, num.30.31.
Emphyteota, quando non eſt, cui ſoluat excuſatur ſi non ſoluit, num.7.
Nec eſt neceſſaria proteſtatio, num.8.
Mandatum ſuperioris excuſat à caducitate, num.9.
Ex Bulla Gregoriana remittuntur decem dies per eam ablati, ne tempus labatur, & caducitas incurratur, num.10.
Caducitas non poteſt declarari contra hæredes eorum, qui ceſſarunt à ſolutione, num.11.
Adminiſtrator præſumitur ſcire, & inuigilare ſuper rebus eccleſiæ, num.12.
Caducitas non poteſt validè declarari, vbi eſt pręceptum ſuperioris de non ſoluendo canonem, num.13.
Vbi eſt conuentum de facienda ſolutione ad tale tempus, non inſpicitur tempus contractus, an ſit decurſum triennium, num.14.
Quando conuentum eſt, quo tempore ſoluendum ſit, debet conuentio ſeruari, num.15.
Quando tẽpus ſoluendi eſt intra tẽpus biennij, vel trienn. non attenditur terminus ſolutioni præſcriptus, n.16.

Digitized by Google

Ratio diuerſitatis, num.17.

Caducitas non incurritur ex lite coram Iudice incompetenti, num.18.

Nec quando ſuper re contenditur inter duos, num.19.

Celeris ſatisfactio verificatur, quando tempus ſoluendi eſt finitum, & mox ſoluitur, num.20.

In re eccleſiaſtica admittitur purgatio moræ, licet dies, & pœna adeſſet, num.21.

Priſtina natura emphyteoſis ex ſucceſſore non immutatur, num.22.

Qualitas, quæ ſemel ineſt ſemper præſumitur, num.23.

Qualitas naturalis non accidentalis attenditur, num.24

Origo eſt inſpicienda, num.25.

Abundans cautela non nocet, num.26.

Non acceptans depoſitum dicitur recuſare, num.27.29.

Nec oblatio, nec multò magis depoſitum ſunt neceſſaria ad euitandam caducitatem, quando certum eſt, quod creditor ſit recuſaturus, num.28.

Depoſitum minus legitimè factum ſufficit ad effectum vitandi pœnam, licet non ſufficeret ad effectum alicuius iuris acquirendi, vel liberationis conſequendæ, aut actus conualidandi, num.30.31.

Actus poteſt eſſe nullus, vt tamen non ſit doloſus, ſub num. 31.

Depoſitum, vel oblatio fieri poſſunt, vel quolibet anno, vel quolibet biennio, aut triennio, num.32.

DECISIO LIX.

IN eadem cauſa opponebat D. Eques Guidius aliam caducitatem, quam dicebat iterum incurſam ex non ſolutione canonis ab anno 1599. ad annum 1606. quo anno die 16. Iunij fuit factũ depoſitum pro ſeptem annis; Caducitas autẽ erat iam commiſſa ex defectu ſolutionis per trienniũ, & quam caducitatem ipſe declarauit coram Clariſſimis, & poſt hanc declarationẽ ſuperuenit adhuc alia, & noua caducitas, ex quo ſub 11. Augusti 1610. fuit factum aliud depoſitum pro tribus annis, qui erant iam decurſi, nam inſtrumentum erat factum ſub 2. eiuſdem menſis Auguſti, vnde ſolutio facta ad diem 11. eiuſdẽ caderet vltra triẽnium per dies nouem, computãdo ab anno 1607. quo aliæ caducitates iam commiſſæ erant ad annũ
1 1610. quo & hæc noua: † Sufficit autem, quod pẽdente iudicio caducitas committatur ad obtinendam ſententiam ſuper ea, etiam ſi aliæ ceſſarent Put.dec.426.lib.3. Capyc.deciſ.16.nu.6. Corb.de Cau.priu.ob non Sol.can.ampl.16.n.1. Surd.dec.6.
2 nu.1. † & ad committendam ſtipulationem dies, quo contractus factus eſt, attẽditur Iaſ.in l.1.n.52. C de iur emphyt. Dec.conſ.138.n.4. verſ.2.principaliter Cephal. conſ.25.num.17. Borgn.dec.43. num.14 par.1. Corb.de cau.priu. ob non ſol.Can. quæſt.1. poſt ampliat. & limit.

Nec obſtare celeritatem ſatisfactionis intra ſcilicet, tam exiguum tempus dierum tantum nouẽ, quia hæc contumacia minus fuit tolerabilis ſtante iure quæſito ex litis pendentia, quæ tum erat
3 ad cit.mox. num.1. † Item, quia ſumus in commenda domina directa, quę forum laicale ſortitur, vbi mora non purgatur Iaſ.in d.l.2.num.82. C.de iur.emphyt. Valaſc.de iur.emphyt.q.5.n.13. Surd. conſ.97.num.31.32.lib.1.

Item, quia ſumus in pacto expreſſo caducitatis incurrendæ per ceſſationem triennij, vt bona liberè deueniant, & reuertantur ad hoſpitale, & c&c.
4 † quo caſu nõ eſt locus purgationi moræ, nec procedit diſpoſitio c.potuit.loc.vt aiũt trad.per Corb. de Cau.priu. ob non Sol.can. lim.41. num.15.16.
5 † maximè ſtante ſtatuto, quod inſtrumenta habeant executionem paratam ad eund. ibidem n.9.
6 † Nec demum obſtare depoſita, quia eſſent facta ſine citatione, & oblatione præcedẽti, debebat enim dominus directus citari ad recipiendũ, & in caſum recuſationis ad videndum deponi aliàs depoſitum non releuat, l.2. l.acceptã, & ibi Doct. pręcipuè Caſtr.n.13. C.de vſur.l.2. C. de iu.emphyt. Rol.conſ.63. n.29.31.lib.1. Men.conſ.364.n.27. conſ.372.n.25.lib.4. Surd.cõſ.86.n.7. Carroc.de poſ.n.68.p.1. Anch.iun q.51.n.33.p.3. D.Lup.de vſur.l 2 n.105. C.de pact.int.empt.&c. Vbi tradit formulam faciendi depoſitum, & ad deciſ.noſt. Luc.40. num.5. & ſeqq.

Verùm etiam ad hęc reſpondebatur, quod dictũ hoſpitale fuit vacans, neque D. Eques Guid. erat hoſpitalarius, cum nullũ titulum habuerit, neq; de
7 titulo vnquam docuerit, quare ſuccedit, † quod quando nõ adeſt cui ſoluat tutus eſt emphyteota, ſi canonem non ſoluat, Bal.in l.2.n.44. C.de iu.emphyt. Ruin.conſ.151.n.4.lib.1. Alex.conſ.172.n.3. lib.2. Corb.de cau.priu.ob alien.lim.9.n.1. vbi dicit magis communem, Surd. d.conſ.86.n.22.31.
8 Carroc.depoſ. p.1.excuſ.4.n.11. † id quod procedit etiam ſi nulla præceſſerit proteſtatio, quod per ſe non ſtet, ſi adeſſet, cui ſolueret, cum talis proteſtatio minimè ſit neceſſaria. Alex.conſ.92. nu.10. verſ.nec obſtat, lib.1. Corb.mox cit.num.2.

Item reſpõdebatur, quod de anno 1602. die 20. Auguſti ſtylo piſano timens Reu. Archiepiſc. Piſanus, ne liuella ſoluerentur dicto D. Equiti Guidio per præceptum ſui Vicarij iuſſit hæredibus Io.Baptiſtæ Moriani emphyteoſis, ne tam liuella decurſa, quàm decurrẽda ſoluerent eidẽ. D. Equi-
9 ti. † Mandatum autem ſuperioris excuſat à caducitate, & eius pęna, Affl.dec.328. & ibi Vrſil.n.1. Corbul.de cau.priu.ob non Sol.can.limit.14.nu.1.
10 † maximè, quia nondum elapſum erat triennium attenta Bulla Gregoriana de anno 1582. ob quam in liuellis ſunt reſtituendi decem dies qui per eam in moderatione anni fuerant ablati; quo inito calculo triennium verè lapſum non erat.
11 † Item dicebatur etiã ſi caducitas fuiſſet cõmiſſa nõ potuit contra hæredes illorũ, qui ceſſauerant in ſolutione, eiſdem iam mortuis caducitas declarari Caſſad.deciſ.2.& 3.tit.loca. Beninr.deciſ.37.n.17. Ber.conſ.98.n.31.lib.1. Rim.iun.conſ.22.n.26. excell. D.Fel. collega meus, & in hac cauſa coniudex alleg.32.n.1. Cum igitur Sebaſtianus, & Albertus aliàs de Calcinaria, vt in inſtrumento conceſſionis nunc de Morianis, hæredes Io. Baptiſtæ prædicti iam mortui ſint, nõ poteſt aduerſus D. Horatium

hodie

Digitized by Google

12 hodie conuentum declarari dicta caducitas; † præ
ſertim, quia præſumitur D. Eques ſciuiſſe, cũ igno
rantiam non probauerit, & ſuper rebus eccleſię te
neatur inuigilare, Burſat. conſ. 292. n. 7. lib. 3. d. Fe
13 lic. alleg. 13. num. 21. par. 3. Vltra quod ſtante pri-
mo dicto præcepto non poterat vllo modo validè
declarari iuxta cit. mox, num. 9.

14 † Ad triennium verò cõputandum à die 2. Au-
guſti, quo fuit initus contractus: facilis occurrit re
ſponſio, allegata exaduersò ſupra ſub nu. 2. nõ pro
cedere in caſu noſtro, in quo expreſsè conuentum
fuit, quod ſolutio fieret die 15. Auguſti, vnde cum
fuiſſet facta ſub 11. & ſic quatuor diebus ante, pa-
tet euidenter intra triennium factam fuiſſe ſolu-
15 tionem, † quando enim conuentum eſt inter par-
tes, quo tempore canon ſolui debeat, debet con-
uentio ſeruari; Iaſ. in l. 2. ſub num. 180. C. de Iu.
emphyt. & ibid. Salyc. n. 24. Corb. de cau. priu. ob
16 non Sol. can. q. 8. per tot. † authoritates autẽ ſub
d. num. 2. allegatæ loquuntur in alijs terminis, ſcili
cet quando terminus ſoluendi fuit appoſitus infra
ipſum annum biennium, vel triennium, puta infra
feſtum Reſurrectionis, &c. nam non attenditur
terminus ſolutioni præſcriptus, ſed an re uera ipse
annus totus, biennium, vel triennium integrum
elapſum ſit, vt inter cæteros explicatur ab Alex. in
l. diuortio. §. ob donationes, ſub num. 10. ff. ſol. ma
trim. id autem parere non poteſt, niſi inſpecto die
ipſiusmet conceſſionis, à quo incipit currere an-
17 nus, & ſub eodem facta reuolutione finit; † Ratio
diuerſitatis eſt, quia aliàs ſi annum dimetiremur à
die ſolutionis, iam non eſſet verum integrum an-
num elapſum fuiſſe, & ad euitandam pœnam cadu
citatis, & occaſionem eius ſic de facili incurrendę,
vt literaris, ita etiam, & legalis, & proficua eſt hu-
iuſmodi interpretatio: Totum contrarium eſſet,
ſi annum dimetiremur nõ à die ſolutionis pręſcri-
pto poſt annum à die cõtractus, vt in caſu noſtro;
ſed ab ipſomet die contractus, quia ſi à die ſolutio
nis non tam faueretur caducitati, ſi à die cõtractus
faueretur, quod eſt contra omnes regulas, quod ca
ducitati eſt occurrẽdum, quod quælibet cauſa ex-
cuſat, & alia, vt in deciſ. noſt. ſupra 29. num. 13. &
plenius in deciſ. etiam ſupra 36. num. 3. & ſeqq. ad
quas remitto.

Ad illud verò quod dicebatur, celerem ſatisfa-
ctionem non intrare huc ad purgandam morã pro
pter ius quæſitum lite pendẽte, vt ſupra ante n. 3.
iuncto n. 1. Reſpondebatur, quod nulla lis pende-
ret, eo quia licet D. Sebaſtianus vnus ex emphyteo
18 tis comparuerit coram Magiſtratu Bigalli, † Ta-
men proteſtatus fuerat, non velle litem conteſta-
ri, eo quia lis penderet corã d. Vicario, vnde Magi-
ſtratus ille eſſet incompetens l. præſens, C. de plag.
l. quoniam Alexandrum, C. de Adulter. & motiu.
DD. triũ die 4. Ianuarij 1590. Imò per d. Vicariũ
fuit factũ pręceptum ſub pęna excõicationis, quod
19 non conſentirent in Iudicẽ, † & certum eſt, quod
controuerſia pendente ſuper re ipſa inter ductos,
interim emphyteotæ non currit tempus, vt decla-
rat in alleg. exaduersò deciſ. 6. n. 3. & ſeqq. Surd.
qui propterea retorquetur; Item certum eſt, quod
excluſa litis conteſtatione purgandi morã adhuc
ſupererat facultas, iuxta not. in dec. præced. nu. 9.
denique fuit ſoluta penſio intra triennium, vt ſu-
20 pra num. 14. & ſeqq. probatum eſt; † quare termi
ni celeris ſatisfactionis non intrant, qui non niſi
poſt lapſum terminum incipiunt verificari.

Ad aliud, quod dicebatur ſupra num. 3. moram
non purgari, quia ſimus in commenda Domina di
recta, quæ forum laicale ſortitur, etiam obiectum
tollitur ex facto, quia reuera ſumus in emphyteoſi
eccleſiaſtica, & in qua fuerunt ſolennitates in alie-
nationibus rerum eccleſiaſticarum adhiberi ſoli-
21 tis, adhibitæ, † vnde licet dies, & pęna adeſſet, ha
beret tamen locum purgatio moræ, d. c. potuit. lo-
ca. Alex. l. ſi inſulam, o. 15. rep. n. 37. 38. ff. de verb.
oblig. Iaſ. in l. 2. q. 29. num. 79. C. de iur. emphyt.
Ruin. conſ. 133. n. 8. verſ. & vbi, & conſ. 198. nu. 4.
lib. 1. Couar. Var. reſ. cap. 17. num. 4. verſ. multò mi
nus lib. 3. Surd. conſ. 97. n. 31. & ſeq. Men. conſ. 543
n. 5. verſ. reſpondetur; Nec facit quod commenda
ſit Domina directa, quia tempore cõ ceſſionis nõ-
dum erat erecta, nec in rerum natura erat ipſa cõ-
22 menda, † quare priſtina natura emphyteoſis non
fuit ex ſuperuenienti commenda, & ex nouo ſuc-
ceſſore immutata, ad Surd. poſt alios in conſ. 221.
num. 42. & ſeqq. & per me in tract. reſol. feud. lib.
23 1. capit. 3. nu. . . . † & qualitas, quæ ſemel ineſt
ſemper pręſumitur durare Id. Surd. in dec. 8. n. 22.
44 † & qualitas naturalis nõ accidentalis attenditur,
Ad Hond. conſ. 44. num. fin. lib. 2. Surd. conſ. 343.
num. 30. cum alijs per me adductis in tract. de in-
terpret. inueſt. par. 1. obſ. 3. ſign. 3. num. 1. 2. & 3.
25 † & ad alia, quod origo eſt inſpicienda, & quod à
primordio tituli poſterior formatur euentus, de
quibus in deciſ. noſt. Luc. 14. n. 24. 25.

Ad depoſitorum autem defectus reſpõſum fuit,
quoad primum depoſitum anni 1598. fuiſſe factũ
ad maiorem cautelam, cum nulla eſſet obligatio il
lud faciendi, ex quo non aderat, cui ſolueretur, iux
26 ta not. ſupra num. 7. & 8. † Abundans autem cau-
tela nunquam nocet, l. non ſolent. ff. de reg. iur. l. te
ſtamentum, & ibi gloſ. C. de teſtamen. Cagnol. in
dicta l. non ſolent, numero 2. Quoad verò ſecun-
dum depoſitum anni 1605. erat cauſa deponen-
di longè minor, cum ſufficeret pro excuſatione
à caducitate, quod tum adeſſet præceptum, &
& prohibitio ne ſolueretur canon, vt dictum eſt
ſupra ſub num. 8. & 9. quare antedicta ratio mul-
tò fortius quoad hoc intraret. auth. multò magis,
C. de ſacroſ. eccl.

Accedebat, quod ad eandem maiorem caute-
lam fuerat ad depoſita citatus d. Eques Aduerſa-
27 rius, † & tamen is non acceptauit, ex quo reſultat
recuſatio, Surd. conſ. 86. num. 30. ſub num. 31. &
28 32. † nec oblatio quidem, nedum ſolutio eſt ne-
ceſſaria pro euitanda caducitate, quando certũ eſt,
quod creditor eſſet recuſaturus, Surd. deciſ. 6. ſub
29 num. 1. † eoque ipſo quod noluit acceptare depo-
ſita, ne ſibi circa caducitatem fortè præiudicaret,
ſatis inducitur recuſatio, Id. Surd. d. conſ. 86. n. 14.

30 † Præterea conſiderabatur etiam depoſitũ mi-
nus legitimè factum poſſe ſufficere ad effectũ eui-
tandi pœnam caducitatis, licet ſecus eſſet quoad
alios, puta quoad ius acquirẽdum, vel ad liberatio-
nem conſequendam, ad dec. ſupra 57. num. 26. &
deciſ. 5. num. 4. & ſeqq. & citati per Caroc. de de-
poſ. par. 2. quæſt. 15. num. 13. iuncta tot. q. & ad
Mant. de tac. & ambig. lib. 22. tit. 27. nu. 61. & 62.
31 † vel quoad validitatem actus, quia actus ipſe eſt
quidem nullus, ſed non tamen arguitur, quod ſit
doloſus, & ideo valet ad excuſandum à pœna ca-
ducitatis, non exiſtente dolo. Surd. d. conſ. 86. ſub
num. 21. & ſeqq. lib. 1.

Nec quod factum ſit depoſitum in fine cuiusli-
32 bet triennij refert, † quia depoſitum, vel oblatio
fieri poteſt, vel quolibet anno, vel quolibet bien-
nio, vel triennio, Caroc. de oblat. p. 1. q. 6. de ſubſt.
obl. num. 9. pag. mihi 138. Corbul. de iure priuat.
lim. 37. num. 12. & ità concluſum fuit, non obſtare
hæc etiam oppoſita per d. equitem: quominus di-
ctus Horatius abſoluendus foret. Laus Deo.

S V M M A R I A.

*Defectus inſtrumenti, ex quibus fidem non facit enar-
rantur, num. 1.*

Excuſationes ad fidem eius confirmandam, n. 15. & ſeqq.

*Contrarietas reddit inſtrumentum ſuſpectũ, & eſt oſten-
dendum protocollum, num. 2.*

Succeſſor eſt de nouo citandus, num. 3.

Actus ſine citatione eſt nullus, num. 4.

Decretum ex falſis probationibus eſt nullum, num. 5.

*Euidentia vtilitatis alienationum rerum eccleſiæ, ex qui
bus demetienda ſit, num. 6. & ſeqq.*

Non ex melioramentis, num. 7.

*Decretum non adimpletum ad formam commiſſionis eſt
nullum, num. 8.*

*Præſumptio, quod omnia ſint ſolenniter acta, ceſſat, vbi
conſtat, rem aliter ſe habere, nec eſt locus præſcriptio-
ni, vbi alienatio eſt nulla, num. 9.*

In dubio contractus inualidus pronunciandus, nu. 10.

*Reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem rei eccle
ſiaſticæ competit, num. 11.*

*Præſcriptio hęc requirit curſum temporis, ſcientiam, de-
fectus ſolennitatum, & patientiam rectoris eccleſiæ,
num. 12.*

*Reſtitutio in integrum poteſt intentari intra quadrien-
nium à die ſcientiæ, num. 13.*

Et dicitur intentata ſub clauſulis ſalutaribus, num. 14.

*Inſtrumentum in antiquis, vt probet ſufficit, quod plu-
ra eiuſdem Notarij reperiantur, num. 15.*

*Non ſequitur, inſtrumentum non inuenitur in protocol-
lo, ergo non meretur fidem, num. 16.*

*Nec in antiquis inſtrumentis eſt probandus notariatus,
vel quaſi poſſeſſio officij, num. 17.*

*Scripturæ priuatæ, libri, lapides, columnæ inciſæ probant
in antiquis, ſub eod.*

*Ex curſu 30. annorum tollitur omne vitium allegabile
in contractu eccleſiæ, num. 18.*

*Etiamſi non appareat interueniſſe aliquid in ipſo inſtru
mento cum potuerit ſeparatim interueniſſe, num. 19.*

*Vbi decretum interceſſit omnia ſolenniter acta magis præ
ſumuntur, num. 20.*

*Alienatio rei eccleſiaſticæ ſuſtinetur, ſi lapſum ſit tem
pus longiſſimum, num. 21.*

*Eſt materia reſidens in arbitrio iudicis, quod ſolennita-
tes præſumantur, num. 22.*

Et ſufficiũt coiecturæ, ſeu veriſimiles probationes ſub eo.

*Et præſumuntur facilius, ſi pars, quæ nititur inſtrumen
to ſemper fuit in poſſeſſione, num. 23.*

*Pars, quæ non oppoſuit contra ſcripturam, cenſetur eam
approbare, & vera eſſe in ea contenta fateri, n. 24.*

*Quando non fuit negatum ſolennia interueniſſe, præſu-
muntur, num. 25.*

*Præſcriptio rei eccleſiaſticæ alienatæ non eſt neceſſaria,
quando alienatio fuit valida ab initio, num. 26.*

D E C I S I O LX.

TErtio fuit in eadem cauſa dubitatum, an in-
ſtrumentum dictæ conceſſionis eſſet in for
1 ma probanti, adeo quod fidem faceret, † Nega-
bat enim d. Eques Guidius, quia non conſtaret No
tarium ſubſcripſiſſe, vel illum eſſe, qui legitur in
ſubſcriptione, & quod eſſet Notarius, nec etiã con
ſtaret de originali, & protocollo, imò verò reperi-
retur protocollũ, & tamen in eo nõ eſſet tale inſtru
mentum, ad Maſc. de prob. concl. 910. n. 1. & ſeqq.
Men. conſ. 42. n. 36. Oud. cõſ. 66. n. 46. lib. 1. Borgn.
latè dec. 45. n. 37. par. 1. Franc. dec. 194 per tot.

Minuebat præterea, & aliud fidẽ, quia acta, &
articuli facti ad probãdum euidentẽ vtilitatem di
ctæ emphyteoſis, ſeu locationis, & ad obtinendã il
lius approbationẽ aduerſantur tenori inſtrumẽti,
quia locatio ibi dicitur facta Philippo, & Mattheo
fratrib. & filijs Antonij, necnõ, & Franciſco Ioã.
etiã nepoti; & in actis art. 4. dicitur Philippũ fuiſſe
2 filium Matthæi, & Matthæum eius patrẽ, † quæ
contrarietas reddit multò magis ſuſpectum inſtru
mentum, & ideo requiritur, quod originale oſten-
datur, vt ait Surd. conſ. 432. n. 5. Item decretum
in dd. actis apparebat factum anno decimo poſt di
ctam locationẽ, & rectore, qui contractum fecerat
3 mortuo, † vnde ſucceſſor erat de nouo citandus,
ad l. de vnoquoq; ff. de re iud. Ang. de ſucceſſore ci
tando in l. 1. C. de Iud. cum alijs adduct. per Aſin.
in praxi Iud. §. 31. c. 2. ampl. prin. 16. lim. eiuſd. am-
4 pl. 9. n. 2. † & ideo ex defectu citationis fuit nullũ,
5 Vant. de null. ex def. cit. per tot. † Item dicebatur
nullũ tanquam latum ex falſis probationibus ad la
tè Vant. de null. ex defec. proc. à nu. 129. ad nu. 134.
quia teſtes conſiderarunt euidẽtem vtilitatem ex
impenſis factis in reaptatione domus emphyteoti
cæ, in quo à mente Summi Pontificis receſſerunt,
6 † cũ hoc eſſet quid extra obligationẽ, & pacta con
tractus, & euidẽtia vtilitatis ex maiore reditu, vel
fructu ſit dimetienda, nulla habita ratione, vel in-
traturę ſoluendæ in princ. cõceſſionis, vel pacti de
impendendo, aut meliorãdo, vt probat in ter. Dec.
conſ. 142. ſub num. 5. verſ. non obſtat ſucceſſiuè, &
7 verſ. non obſtat quod: † Vbi quod meliorare non
eſt vtilitatem inferre, cum melioranſ ſit penes ſo.
melio-

8 meliorameuta retenturus, † & ideo dictum decre
tum etiam ex hoc dicebatur, quaſi non fuerit ad-
impleta intentio Papę, nec ſeruata forma cõmiſſio
nis ad Redoan. de reb. eccl. non alien. q. de cau. vti-
lit. no. 150. & ad latè ſupra deciſ. 21. per tot.
9 † Nec poſſunt emphyteotæ ſe tueri præſcriptio
ne, ex qua omnia ritè, & ſolenniter acta præſumũ-
tur, quia cum conſtet ex actis, rem aliter ſe habere
ceſſat talis præſumptio, nec eſt locus præſcriptio-
ni, vbi alienatio eſt nulla Maſc. concl. 603. nu. 28.
verſ. veruntamen Borgn. dec. 45. n. 58. p. 1. Hond.
conſ. 85. n. 37. lib. 1. Men. præſ. 108. n. 9. lib. 3. & ad
10 d. dec. 21. nu. 23. ſupra † & in dubio cõtractus in-
ualidus eſſet adhuc pronunciandus, vt probo in
ead. deciſ. 21. num. 25.
11 † In omnem caſum reſtitutio in integrum cõ-
petebat, vt in d. deciſ. 21. num. 26. hoc & conſide-
12 rat Hond. conſ. 80. n. 37. lib. 2. † & maximè quia
hæc præſcriptio vltra curſum temporis requirit,
& ſcientiam defectus ſolennitatum, & patiẽtiam
rectoris, vt notat Hond. d. conſ. 80. n. 30. 31. lib. 2.
cum plurib. cit. per eũ, quibus adde Borgn. dec. 46
n. 204. & 207. p. 1. & deciſ. 23. ſub num. 95. par. 2.
13 † Intra quadriennium à die ſcientiæ intẽtata,
quod ſuffi it, quia eſt vtile in ſui initio, Ruin. con-
ſil. 68. in fin. lib. 1. Odd. de reſt. in integ. q. 19. art. 7.
n. 66. verſ. in contrarium, Surd. conſ. 520. nu. 10.
14 † Quia licet non fuerit intentata in ſpecie, intelli-
gitur tamen compræhenſa ſub clauſulis ſalutari-
bus Rimin. iun. conſ. 41. num. 46. 47. vol. 1. & maxi
mè coram Clariſs. Magiſt. vbi agitur ſola facti ve
ritate inſpecta, &c.
Nos iſtas oppoſitiones non attendimus, quia
15 eſſemus in inſtrumento vltra centum annos, † &
in antiquis, vt inſtrumentũ probet ſufficit, vt plu-
ra inueniantur inſtrumenta eiuſdem Notarij Fe-
lyn. in cap. cauſam quæ il 2. in fin. de teſtib. Achil.
de Graſſ. dec. 196. Inueniri autem in caſu noſtro
etiam pars faſſa eſt, vt ſupra ſub num. 1.
16 † Et licet ſubdat non inueniri iſtud in protocol
lo, non tamen ergo Notarius de illo rogatus non
fuit, bene ſequitur, & ideo non amittit fidem teſte
poſt Corn. quem refert & ſequitur Crau. in conſ.
121. ſub n. 11. verſ. Alibi ſcribit, & Men. cõſ. 1093
ſub n. 27. verſ tertia eſt, & nu. ſeqq. Vbi latè, lib. 11.
17 † Neque eſt probãdus Notariatus, vel quaſi poſ-
ſeſſio officij, Bal. in auth. quas actiones. n. 19. C. de
ſacroſ. eccl. Dec. conſ. 26. n. 3. Imò ſcripturæ priua
tæ, libri, lapides inciſi, vel columnæ plenè probant
in antiquis Gayl. obſ. 149 num 89 lib. 2.
18 † Et ex curſu triginta annorum tolli omne vi-
tium, & omnẽ defectum, qui allegari poſſit in con
tractu eccleſiæ, Alex conſ. 79. n. 5. lib 1. Soc. cõſ 15.
n. 53. & conſ. 166. n. 34. Vbi de cõmuni. Dec. con-
19 ſil. 341. n. 13. † Quod procedit etiãſi ex inſtrumẽ-
to non appareret, quod interuenerint, cum probe
tint ſeparatim interueniſſe, Alex. d. conſ. 79. nu. 7.
lib. 1. Felyn. in c. ſicut, col 10. de re iud. Dec. d. con-
ſil. 341. ſub d. n. 13. verſ. quia virum, quia hæc. Dec.
opinio, non eſt omnino tuta teſte Men. conſ. 1. ſub
20 n. 203. ideo moti fuimus etiam ex alijs; † maximè
verò, quia interuenerat in alienatione decretum,
cuius ratione fortius intrat, quod omnia præſumã
tur ſolenniter acta, Surd. dec. 231. n. 20. & ſeqq. &
ibid. à nu. 19. ad infra latè de ſolennitate præſumẽ-
21 da; † & ſuſtineri alienationẽ rei eccleſiæ, ſi lapſũ
22 ſit tempus longiſſimũ, vt n. 29. † & cum arbitrio
iudicis tota ferè hæc materia ſit ſuppoſita, vt ait
ibid. Surd. nu. fin. & ſufficiant coniecturæ, ſeu ve-
riſimiles probationes Gayl. d. obſ. 149. nu. 9. lib 2.
23 licuit ita arbitrari, tam ex prædictis, † quam etiã
quia pars ſemper fuit in poſſeſſione ad eundem
Surd. ſub d. nu. 19. in fin. Imò, & quod plus eſt, &
ſufficeret pro victoria, quod d. Eques Guidius con
tra dictum inſtrumentum, & alia contra ſe produ
24 cta nihil vnquam oppoſuiſſet, † & per talem ac-
quieſcentiam cenſetur ea, & contenta in eis appro
baſſe, & vera eſſe faſſum fuiſſe, Bal. poſt Iacob. de
Aret. in l. vlt. n. 7. C. ſi cert. pet. Alex. conſ. 185. in
fin. lib. 6. Guid. pap. q. 221. nu. 6. col. vlt. & q. 404.
Crau. de ant. tẽp. in 5. partic. primæ par. n. 23. Men.
poſt alios præſ. 46. num. 1. & 2. lib. 2. & ad ſup. de-
25 ciſ. 23. nu. 7. & 8. † & quando non fuit negatum
ſolennia interueniſſe, ea præſumi dicit Hond. in
conſ. 82. num. 26 lib. 1.
26 † Ex quibus ceſſant contraria, nec ad caput prę
ſcriptionis quadriennij, vel reſtitutionis opus eſt
reſpondere, quia collocato fundamento validita-
tis conceſſionis non quærit pars, ſe tueri præſcri-
ptione, & quemadmodum hæc non intrat, nec re
plicationi de reſtitutione in integrum poteſt eſſe
locus. Vt patet, & ita ſtetimus in decretis ad fauo-
rem D. emphyteotæ. Laus Deo.

S V M M A R I A.

*Emphyteutæ incumbit onus probandi ſuam deſcenden-
tiam, & alia, vt num. 1.*
*Fal. ſi ipſe ſit in poſſeſſione bonorum, etiam partis tan-
tam, num. 16. & ſeqq.*
Ratio, num 19.
Deſcendentiam ad probandam requiſita, num. 2.
Valet argumentum à feudo ad emphyteoſim, num. 3.
*Non ſufficit identitas nominis, vel cognominis, ſed alia
demonſtratio requiritur, num. 4.*
*Agnati ſuccedere volentes, debent oſtendere originem,
ſeu quod à primis acquiſitoribus deſcendant, nu. 5.*
*Datur conſilium quod Agnati ſint accurati in conſeruan
dis ſcripturis, & fidibus deſcendentiæ, num 6.*
Agnatis ſæpè non ius, ſed probatio deeſt, num. 7.
Nominatio patris in libro ſuo probat filiationem, nu. 8.
*Sufficit quaſi poſſeſſio filiationis ad obtinendum in ſuc-
ceſſionibus, num. 9.*
Liber baptiſmi probat, talem eſſe filium talis, num 10.
*Maximè in dominio Florentino, vbi de conſuetudine ei
creditur, num. 11.*
*Inſtrumenta cum aduerbio quondam probant coniun-
ctionem, num. 12.*
*Identitas inſigniũ facit coniecturã ad idẽ in antiq. trã-
ferens onus probandi contrarium in aduerſariũ, n. 13.*
*In antiquis tam exacta probatio non exigitur circa agna
tiones, num. 14.*

Suſſiciunt libri, ſcripturæ priuatæ, fama, decimæ, leuiores probationes, num. 15.
Onus probandi agnationem incumbit emphyteotæ, quando dominus eſt in poſſeſſione, num. 18.
Identitas aut pluralitas ab eo probanda, qui in ea ſe fundat, num. 19.
Poſſeſſori ſola poſſeſſio ſufficit ad ſui defenſionem, n. 20.

DECISIO LXI.

FVit quarto loco dubitatum, an eſſet D. Horatius conuentus de deſcendentibus primorū
1 acquirentium, negabat d. Eques Guidius, † & dicebat, quod ipſi D. Horatio incūbebat probare deſcendentiā lineam, & ſe legitimè natum, cū eſſet fundamentū intentionis ſuæ, maximè, quia cōceſſio fuit facta legitimè deſcendentibus, vt ſupra deciſ. 58. in princ. Maſcard. concl. 799. per tot. de probat. Pacian. de probat. lib. 2. c. 16. n. 10. Surd. conſ.
2 526. nu. 4. Peregr. de fideic. art. 43. n. 70. 71. † Neque enim ſufficit probare agnationem, quod ſint gentiles, puta eiuſdem familiæ, & nominis, quod iiſdem vtantur armis, & maiorum imaginibus, quod eadem inſignia gentilitia habeant, & quod defunctus non habeat proximiores agnatos, quia poſſunt eſſe agnati, & quidem proximiores, vt tamen non deſcendant, vel originem habeant à primis acquiſitoribus, vt ait Gayl. obſ. 149. ſub n. 1. lib. 2. in materia feudi, & facit in propoſito emphyt.
3 † in qua eadē eſt ratio, quo caſu valet inter hos cōtractus argumentū Roſent. in ſynop feud. c. 1. concl. 10. n. 6. Ad Mol. de Hiſp. primog. lib. 1. c. 7. n. 6. &
4 ſeqq. & Euerat. in lo. leg. ab emphyt. ad feu. † Nec ſufficit oſtendere ſcripturas, vbi appareant nominati aliqui, qui dicantur ex arbore, & linea, quia ad probandum identitatem perſonarum non ſufficit identitas nominis, & cognominis, ſed requiritur patria, & alia demonſtratio, Corn. conſil. 144. n. 11. vol. 4. Men. conſ. 80. n. 43. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 15. n. 43. Cum autem d. Horatius non probauerit, ſuccumbere ei neceſſe erat ſaltem ex hoc ca-
5 pite, † quia agnati ſuccedere volentes neceſſariò originem conceſſionis, & quod ipſi à primis acquiſitoribus deſcendant probare debent aliàs ſuccum-
6 bent, † quapropter (inquit Gayl. in d. obſ. 149. n. 6. poſt hoc dictum ſub n. 5. verſ. concluſiuè,) cauti, & prouidi ſint agnati, vt maiorū antiquas inueſtituras accuratè, & magna diligentia cuſtodiant, atque lineam, originem feudi, adeoq; primum acqui-
7 rentem ſolicitè obſeruent: † Nam in huiuſcemodi feudis antiquis agnatis proximioribus ſępè non ius, ſed probatio deeſt, iuxta text. l. duo ſunt titij. ff. de teſtam. tut.

His non obſtantibus lineam deſcendentiāq; legitimā ſatis fuiſſe probatā duximus in pręſenti ſpecie, primo quod d. Horatius fuerit filius Matthæi Stephani Matthæi vnius ex primis acquiſitoribus in inſtrumento nominati, probatum fuit ex libro Matthæi patris, in quo ſcripſit natiuitatē d. Hora-
8 tij, & proprium filium nominauit, † per quō probatur filiationem dicit Bald. in l. neque nu. 12. C. de probat. Salyc. in l. ſi minorem, n. 3. C. de in int. reſt. min. Men. de arb. iud. lib. 2. caſ. 89. n. 80. & cōſ. 714. n. 18. lib. 8. & præſ. 53. n. 37. li. 6. Petr. de fideic. q. 1.
9 n. 259. † & ſufficit quaſi poſſeſſio filiat. ad obtinē. in ſucceſſionibus, Dec. cōſ. 54. n. 1. in fi. Goz. cōſ. 13. n. 33. Paſſ. cōſ. 40. n. 6. fac. dec. noſt. Luc. 56. per tot.
10 † Accedebat liber baptiſmi qui pariter probat tanquam factus à parocho, ideſt ab officiali publicè deputato ad Alex. conſ. 186. n. 6. lib. 2. & in deciſ. noſt. Bonon. 10. nu. 13. & in mot. Flor. lib. 48. c. 73.
11 & lib. 5. car. 36. † & eſt indubitatum in dominio Florentino, vbi viget obſeruantia eis credendi, de qua teſtatur Bertac. de Gabel. par. 4. num. 4. & dictum mot. lib. 48. car. 73.
12 † Aderant, & inſtrumenta, in quibus legebātur nomina prædicta cum aduerbio, quondam, ſ. talis quondam talis, quæ pariter probant deſcendentiā inter nominatos maximè in antiquis, Alexan. conſil. 90. per tot. præſertim ſub num. 9. lib. 6. Alb. conſil. 83. præſertim ſub num. 1. in fin. & num. ſeqq. lib. 1. ad quem remitto, quia copioſè.
13 † Adeiat, & idētitas inſignium quæ in antiquis eſt ſufficiens coniectura ad transferendū onus probandi in aduerſarium, Menoch. conſ. 816. nu. 37. lib. 9. & ibid. à num. 25. & ſeqq. latè de huiuſmodi probationibus in antiquis, & ego latius hanc materiam diſcutio in tract. meo reſolut feud. reſolut. 1.
14 num. . . † Et certum eſt deniq; quod in antiquis tam exacta probatio non requiritur, vt in termin. trad. d. sol. in aur. Sab. dect. tit. de iur. emphyt. decr. Rempublicam. p. 2. gl. 4. nu. 15. & 16. Gayl in feu-
15 dis. d. obſ. 149. nu. 7. & ſeqq. lib. 2. † Vbi libros, & ſcripturas, etiam priuatas probare, & leuiores probationes ſufficere, & hic vlterius aderant arbor, & fama. ad sol. d. nu. 16. & decimæ in actis exhibitæ.

Demum ponebat falcem ad radicē, quod d. Ho-
16 ratius eſſet in poſſeſſione bonorum, † quo caſu nō incumbebat ei probare, ſed parti contrarium aſſerenti, cum pro eo ſtaret præſumptio, quod deſcenderet à primis acquirentibus ad tit. ſi de feu. def. in princ. eum ibi not. Roſent. concl. 26. c. 2. n. 5. & ibi gloſ. C. in Synop. feu. Natt. cōſ. 627. n. 3. & 4. Maſc. de prob. concl. 771. nu. 6. cum ſeqq. Men. præſ. 93. per tot. lib. 3. & de arbitr. iud. caſ. 191. n. 2. & 3. Peregr. contra citat. nu. 1. ſupra, in eod. art. 43. n. 71. in fin. qui retorquetur, & Schrad. de feu. p. 2. c. 3.
17 nu. 41. † Vbi ſufficere, quod ſit in poſſeſſione, vel
18 vnius tantum partis: † nec aliter onus probandi incumbit agnato, niſi quando dominus eſt in poſſeſſione Roſ. d. concl. 26. nu. 71. concl. 27. nu. 6. &
19 concl. 31. per tot. † Ratio horum eſt, quia ei incūbit identitatem, vel pluralitatem probare, qui in ea ſe fundat, ita loquitur Corn. & alij exaduersò, vt ſupra nu. 4. Is autem in ea ſe fundare videtur, qui
20 non eſt in poſſeſſione, † cum citra aliud adminiculum ſola poſſeſſio ſibi ſat ſit pro defenſione, §. Cōmodum. Inſt. de interd. & ita ſublatis etiam iſtis contrarijs nihil fuit, quod hucuſque potuerit impedire reſolutionem ad fauorem D. Horatij conuenti. Laus Deo.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIA.

Conceſſio emphyteoſis pro ſe, & hæredibus requirit, vt vtrunque verificetur, & quod ſit de deſcendentibus, & quod hæres vltimi defuncti, n. 1.

Contra ſufficere, quod quis ſit hæres ſimpliciter, vel primi, vel vltimi, n. 2.

Sufficit eſſe hæredem primi mediantibus perſonis propriorum anteceſſorum num. 3. ſeu ſucceſſorem, num. 19.

Ex diuiſione inter hæredes facta inducitur aditio. num. 4.

Filius præſumitur hæres patris abſque alia probatione in fauorabilibus, n. 5.

Et vbi filius agit, num. 6.

Filius agendo, vt hæres declarat ſe hæredem, n. 7.

Extraneus debet probare ſe hæredem, aliàs non præſumitur talis, num. 8.

Probatio, quod filius ſit hæres facienda eſt, quando ipſe à Tertio conuenitur, n. 9.

Formula alterum alteri ſubſtituendo facit, quod tot cenſeantur conceſſiones, quot perſonæ, n. 10.

Et quod ſuccedatur iure generis, non hæreditario, numero 11.

Ita quod delictum vnius alteri non noceat, num. 12. declara, niſi delictum reſpiceret immediatè perſonam domini, ſub eod.

Quando delictum reſpicit perſonam domini immediatè, etiam agnati feudo priuantur, n. 13.

In ſucceſſione fideicommiſſaria agnitio, non aditio verificatur, n. 14.

Et tot cenſentur vocationes, quot perſonæ, num. 15.

Formulæ ſucceſſores principaliter vocantes faciunt, ne ſit caſus reuerſioni, quouſque aliquis ſupereſt de vocatis vſque ad vnum, n. 16.

Ex ſtat. Flor. aditio inducitur ex poſſeſſione per quindecim dies, num. 17.

Medium inhabile impedit extrema coniungi, n. 18.

Qualitas hæreditaria non eſt neceſſaria quando omnes vocati ſunt æquè principaliter. n 19.

Succeſſio nõ intelligitur interrupta quoad emphyteoſim, in qua fiſcus hæres aliorum, non ſucceſſit. n. 20.

DECISIO LXII.

OPponebatur quinto loco D. Horatio Muria
no reo cõuento, dato, quod probaſſet ſuã
deſcendentiam, non tamen conſtare, qđ
ſit hæres vltimi defuncti, vt illi ſuccedere poſſet
in dicta emphyteoſi, quia conceſſio facta, etiam
fuit hæredibus, vt patet ex dec. 58. ſub princ. ſu-
1 pra; † quo caſu vtraque qualitas concurrere de-
bet, & quod ſit deſcendens, & quod ſit hæres vl-
timi defuncti iuxta doctrinam Bart. communiter
approbatam in l. iuriſiurandi. §. ſi liberi, nu. 4. ff.
de op. libert. Alex. conſ. 128. num. 6. lib. 1. Iaſ. in l.
2. num. 188. C. de Iu. emph Couarr. var. reſolut.
lib. 2. cap. 18. Oſaſc. dec. 139. num. 2. & 14. Corb. de
cauſ. priu. ob lin. fin. num. 35. Valaſ. de Iu. emphy.
q. 44. num. 9. Mant. de tac. & amb. lib. 22. tit. 17.
num. 4. 5. Rota Flor. teſtans pluries ita fuiſſe deci-
ſum lib. 57. in motiuo ad car. 213. & libro 68. ad
cart. 316. Quod autem D. Horatius eſſet hæres vl
timi defuncti non conſtabat, Imò verò contrariũ
colligebatur. ergo, &c.

2 Reſponſum fuit ſupracit. non dicere, quod ſuc
cedere volentem oporteat eſſe hæredem vltimi
defuncti, ſed quod oporteat eſſe hæredem, ſeu ſuc
ceſſorem ſimpliciter, vnde ſat eſſe, quod D. Ho-
ratius fuerit hęres primi acquiſitoris medianti-
bus reliquis eius ſucceſſoribus progenitoribus
eiuſdem D. Horatij ad l. qui per ſucceſſionem, ff.
3 de reg. iur. † & ſufficere etiam eſſe ſucceſſorem
primi mediantibus perſonis propriorum anteceſ-
ſorum, dicit Alex. conſ. 26. num. 8. libro 5. Pariſ.
conſ. 65. num. 31. lib. 3. Soc. iun. conſ. 72. num. 29.
lib. 1. Gozad. conſ. 8. num. 2. Et de communi Syl-
uan. conſ. 30. num. 20. & de magis communi Va-
laſ. de Iu. emph. q. 44. num. 19. Menoch. cõſ. 987.
ſub num. 30. verſ. ſecundo. lib. 10. vbi ſcriptum
alibi ſit.

Anteceſſores verò fuiſſe hęredes primorũ ac-
quirentiũ conſtabat ex eo, quia Matthæus Ste-
phani, Matthæi de Morianis diuiſit libellum hæ-
4 reditarium, & bona Matthæi aui, † ex diuiſione
autem cum hęredibus facta inducitur aditio. Pa-
riſ. conſ. 16. num. 46. lib. 2. Menoch. præſ. 101. nu.
59. lib. 4. Et corroborabat, quod D. Matthæus Se-
nior fecit ſibi poni ad decimam bona eius aui, ex
qua poſſeſſione bonorum eius, cui quis ſuccedit
induci aditionem, diſponit ſtat. rubr. 29. lib. 2.

5 D. Verò Horatium ipſius D. Matthæi Patris
ſui hæredem extitiſſe abſque alia probatione prę-
ſumitur in fauorabilibus Apoſt. ad Galat. cap. 4.
gloſ. in l. neceſſarijs, ff. de acquir. hæred. Menoch.
præſumpt. 76. num. 17. lib. 4. Rol. conſ. 20. nu. 16.
lib 1. Soc. conſ. 88. in fi. lib. 4. Boer. dec. 295. n. 15.
6 † Sic vbi filius agit non eſt neceſſarium, qđ pro-
7 bet, ſe eſſe hæredem, Men. pręſ. 99. n. 5. li. 4. † quia
agendo, vt talis declarat ſe talem Carroc. de de-
poſ. par. 1. excuſ. 4. tit. de Ignoran. num. 8. pag. mi-
8 hi. 58. † Secus in extraneo Boer. dec. 10. num. 5.
9 ad dec. noſt. Bon. 13. num. 107. infra, † probatio
verò, quod ſit hæres eſt neceſſaria tertio volenti
contra eum agere, & ſic vbi conuenitur non in
alijs, vt ſupra caſibus, vt in dec. noſt. Luc. 31. nu. 6.
& dec. 59. nu. 4. & ſeqq.

Item reſponſum fuit omnes ſucceſſores fuiſſe
principaliter vocatos ex clauſula conceſſionis, al-
terum alteri ſubſtituendo, vt d. dec. 58. ſupra ſub
10 princ. † quo caſu tot cenſentur cõceſſiones, quot
perſonæ, arg. l. ſcire debemus. vbi Bart. & Aretin.
ff. de verb. oblig. Menoch. conſil. 99. ſub nu. 203.
11 lib. 1. † & dicuntur iure generis ſuccedere non iu-
12 re hæreditario ad ib. nu. 192. & ſeqq. † in tantum
quod delictum vnius alteri non noceat in tali ca-
ſu, Id. Menoch. conſ. 305. num. 10. & conſil. 304.
ſub num. 35. & 36. de quo tamen dicto dubito,
quatenus delictum reſpiceret immediatè perſo-
nam domini, non ob defectum rationis pręiudicię,
13 † ſed quia etiam agnati puniuntur hoc caſu, quos
tamen

tamen iure proprio ſuccedere certum eſt, §. deniq:
Quæ fuit prima cau. bi neſ. amitten. ego latius in
tract. reſol. feud. tit. de Culpa. & ipſemet Menoch.
ſibi contrarius in d. conſ. 99. num. 185. & ſequen.
Sed in propoſito noſtro ſufficiat intellexiſſe vim
dictæ clauſulæ, in excludendo ſucceſſionem, hære
ditariam, & in admittendo ſucceſſionem nomine
proprio, & quaſi fideicommiſſariam, & per modũ
ſubſtitutionis fideicommiſſariæ, prout ipſum mat
verbum, ſubſtitutionis, adiectum fuit in dicta con
ceſſione, & in qua certum eſt iure hæreditario nõ
ſuccedi, ſed proprio ex titulo fideicommiſſi, † ita
14 quod non adeatur hæreditas, ſed fideicommiſſum
dicatur agnoſci Crau. conſ. 984. nu. 35. ad fin. l. vnũ
ex familia. §. ſi de Falcidia. & §. ſed ſi duos, de leg. 2.
Id. Crau. conſ. 44. ſub num. 1. quia tot cenſentur
vocationes, quot perſonæ Menoch. conſ. 501. ſub
15 num. 5. verſ. illa minor. lib. 6. † Vbi in fideicom-
miſſis, feudis, maioratibus ponit hoc dictum, inter
quæ ad emphyteoſim maximè eccleſiaſticã proce-
dit rectè argumentum iuxta cit. dec. præced. nu. 3.
& ad infra dec. ſeq.

16 † Accedebant aliæ clauſulæ conceſſionis præ-
gnantes, comprehenſiuæq; omnium ſucceſſorũ,
quo caſu ſufficit. talem ad euitandam reuerſionẽ
ad dominum directum, ſupereſſe aliquem ex voca
tis iuxtà Houd. conſ. 54. num. 26. lib. 1. & ex do-
ctrina Spec. communiter approbata, vt in deciſ.
noſt. ſupra 50. num. 26. & ſeqq. iunctis num. ante-
ced. à num. 14. vſqua in fin. & latius hæc declaro in
tract. reſol. feu. & de interpr. inueſt. & præterea di-
ctus Horatius fuit hęres etiam d. Alberti vltimi de
functi, à quo ſuo teſtamento fuerat hæres inſtitu-
17 tus, & poſſidebat eius res hæreditarias, † ex quo
aditio reſultabat etiã ex ſola poſſeſſione per quin-
decim dies ex d. ſtat. rub 29. lib 2. Quare, & hoc
obiectum fuit per antedictum ſuperatum. Non
obſtante, quod Stephanus Auus d. Horatij fuerit
bannitus, & eius ſucceſſit Fiſcus, vnde d. Horatius
18 non potuerit eſſe hæres primi, † quia mediũ inha
bile impediat extrema coniungi l. tria prædia. Ve-
bau. præd. Surd conſ. 8. num. 17. conſ. 136. nu. 34.
19 nam ex prædictis remanet ſatisfactum, † vel quia
ſufficiat eſſe ſucceſſorem ad num. 3. & Gayl. obſ.
149. num. 4 & ſeqq. lib. 2. & obſ. 154. ſub num. 19.
20 & 20. † Vel quia nõ procedat quando omnes ſunt
21 principaliter vocati: ad num. 10. & ſeqq. † Vel dẽ-
mũ, quia Fiſcus non ſucceſſit in emphyteoſi; qua-
re ſaltem quoad eam nunquam fuit interrupta ſuc
ceſſio, & præſuppoſitum ceſſat.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

Non fit tranſitus de vna linea in aliam, niſi alia deficiente, num. 1.

Proximitas præſumitur ea ipſo, quod quis probatur agnatus, num. 2.

Et alio etiam non edocto admittitur ad ſucceſſionem, numero 3.

Diuiſio rerum emphyteoticarum valet, num. 4.

Ad iura ſemel remiſſa non datur regreſſus, num. 5.

Ex diuiſione rei emphyteoticæ eiuſdem natura non immutatur, num. 6.

Etiam ſi ſit renunciatio ſub eod.

Quia eſt perſonalis tantum, & intuitu perſonæ facta, qua deficiente res ad renunciantem redit, num. 7.

Et dicitur propriè refutatio, quæ differt à renunciatione ipſa, num. 8.

Nec tenetur quis de euictione etiam promiſſa, cum veniat ex natura rei, num 9.

Etiam ſi in diuiſione euictio promiſſa fuiſſet, dummodo acquirens ſciret, rem eſſe emphyteoticam, num. 10.

Cuilibet ex emphyteoticis intelligitur conceſſa emphyteoſis pro virili, num. 11.

Fall. in caſibus vt num. 12.

Clauſula, pro ſe, & hæredibus in perpetuum, *inducit ius accreſcendi, num. 13.*

Et vox quilibet, num. 14.

Licet adſit difficultas in hoc, num. 15.

Et clauſula, vt vnus alteri ſuccedat, *&,* quolibet vel altero: *&,* alterum alteri ſubſtituendo, *numero 16. 17.*

Et vbi emphyteoſis ex cauſa oneroſa fuit acquiſita, numero 18.

In iure accreſcendi portio portioni accreſcit, num. 19.

Fal. in emphyteoſi vbi accreſcit etiam perſonæ nullam partem habenti, num. 20.

Ratio huius eſt, quia non eſt tam ius accreſcendi, quàm ius ſuccedendi ex pacto inueſtituræ, & ius ſucceſſorium vt num 21.

DECISIO LXIII.

ITem oppoſitum D. Horatio, quod etiam erat
probanda proximitas, quod ſcilicet eſſet pro-
ximior ipſi defuncto, à cuius linea emphyteoſis re
ceſſiſſe prętenditur ob mortem omnium de linea;
1 Siquidem non fit tranſitus de vna linea in aliam,
niſi illa deficiente tit. de nat. ſucceſſ. feud. & dec. ſu
pra 54. num. 1. & ſeqq.

2 † Breuiter reſponſum fuit, cõſtito quod D. Ho-
ratius eſſet Agnatus, hoc ſufficere ad inducẽdam
præſumptionẽ, quod & ſit proximior, cum ſi quis
alius eſſet proximior veriſimiliter concurriſſet, &
aduolaſſet ad bona capienda, vt ait Alexand. in l. is
poteſt, num. 15. ff de acquir. hæred. & ibi Iaſ. n 83.
& Id. Alex. conſ. 179. in fin. lib. 7. Crau. conſ. 249.
in princ. Molin. de Hiſpan. primog. cap. 9. num. 21.
3 lib. 3. Surd. dec. 106. nu. 8. † & alio non edocto ad-
mittitur quis ad ſucceſſionem, Surd. conſ. 241. nu-
mero 26. Menoch. conſ. 816. nu 52. lib. 9. de Agna
tione autem, ſeu cognatione conſtitit, vt patet ex
deciſ. 61. ſupra.

Item, fuit oppoſitum, quod in diuiſione ſub an-
no 1545. bona hæc obuenerunt alijs, & exierunt
4 de linea anteceſſorum ipſius d. Horatij, † quæ di-
uiſio etiam rerum emphyteoticarum ſubſiſtit Bar
tol. in l. qui Romæ, §. duo fratres, quæſt. 10. nu. 24.
5 ff. de verb. oblig. † & ideo ad iura remiſſa non da-
tur regreſſus l. quæritur, §. ſi venditor. ff. de ædilit.
edict. l. vlt. C. de remiſſ. pign.

Breui-

Digitized by Google

2 Breuiter reſponſum fuit, cõſtito quod D. Ho-
ratius eſſet Agnatus, hoc ſufficere ad ioducendam
præſumptionem, quod & ſit proximior, cũ ſi quis
alius eſſet proximior veriſimiliter eucurriſſet, &
aduolaſſet ad bona capienda, vt ait Alex. in l. is po-
teſt, num. 15. ff. de acq. hæred. & ibi Iaſ. num. 83. &
Id. Alex. conſ. 179. in fin. lib. 7. Crau. conſ. 249. in
princ. Molin. de Hiſp. primog. cap. 9. nu. 21. lib. 3.
3 Surd. deciſ. 106. num. 8. † & alio non edocto ad-
mittitur quis ad ſucceſſionem, Surd. conſ. 241. nu-
mero 26. Menoch. conſ. 816. nu. 52. lib. 9. de Agna-
tione autem, ſeu cognatione conſtitit, vt patet ex
deciſ. 61. ſupra.

Item, fuit oppoſitum, quod in diuiſione ſub an
4 no 1545. bona hæc obtigerunt alijs, & exierunt
de linea anteceſſorum ipſius d. Horatij, † quæ diui
ſio etiam rerum emphyteoticarum ſubſiſtit Bart.
in l. qui Romæ, §. duo fratres, q. 10. num. 24. ff. de
5 verb. oblig. † & ideo ad iura remiſſa non datur re-
greſſus l. quæritur, §. ſi venditor. ff. de ædil edict.
l. vlt. C. de remiſſ. Pign.

6 † Breuiter fuit etiam reſponſum, ex diuiſione
emphyteoſis naturam in nihilo alterari, etiam nõ
obſtante expreſſa renunciatione iurium, vt ibid.
defendit Bart. mox cit. ſequitur Dec. conſ. 411. n. 2.
& ſeq. Decian. conſ. 73. num. 33. lib. 2. Alexan. in
7 dic. §. duo fratres, num. 60. † quia huiuſmodi re-
nunciatio non eſt realis, ſed perſonalis, & intuitu
perſonæ facta, & ea intentione, vt huiuſmodi per-
ſona fortè præmoriente redeat res ad ipſum renũ
ciantem iuxta tit. de nat. ſucceſſ. feud. Item, iuxta
tit. de Vaſ. decrep. ætat. & iuxt. alium tit. de eo qui
fin. fec. agnat. de feu. pat. ſequitur, & explicat nõ ſo
lum in feudis, ſed etiam in emphyteuſi doctiſs.
D. Piæſ. Motot. reſp. 83. num. 15. par. 1. vbi alios cit.
8 & ipſe in tractat. reſolut. feud. tit. de refutat. † Vbi
etiam dico, propriè hanc quæ fit agnatu eſſe refu-
tationem diuerſam à renunciatione, vt ibid. & ad
tit. peculiarem de renunciat. in eod. tract. meo. &
9 † hæc in tãtum vera ſunt, vt tametſi poſtea ſuper-
ueoiret caſus ſucceſſionis in ipſummet vendito-
rem, qui vti agnatus excludat hæredem emptoris
putà filiam incapacem, ipſè capiat ex iure ſuperue
niẽte ſucceſſionis, abſque eo quod teneatur de eui
ctione, cum res euincatur ſecundum eius naturã,
& non ex facto ipſius venditoris, vt ait ibid. d. Mo
tot. num. 16. per Bal. & Salyc. in l. ſi familiæ, C. fam.
10 erciſcen. & alios, vt ibid. & num. ſeqq. † Vbi am-
pliat, id procedere etiam ſi in diuiſione promiſſum
fuiſſet de euictione, dummodo acquirens ſciret,
rem eſſe emphyteoticam ex Crau. in conſ. 211. n. 6.
& alijs concord.

Demum, ne quid intactum remaneret, oppoſi-
tum fuit, quod conceſſio facta fuit pluribus, quo
caſu, omnem in euentum ſinguli in ſingulis ſuis
portionibus, ſuccedunt, non in alienis, quas ad do-
11 minum directum redire dicunt Doctor. † quia
vnicuique ex ſtipulatoribus intelligitur pro virili
parte emphyteuſis conceſſa, Soc. cum alijs cit. per
Corb. de Can priuat. ob lin. fin. num. 83.
12 † Reſponſum fuit hoc pati limitationẽ, quando
vel eſt locus iuri accreſcendi, vel omnes ſunt voca
ti ex pacto inueſtiturę, vel quando ex verbis aliter
reſultat, quæ omnia huc turmatim intercurrunt.
13 † Primò adeſt clauſula pro ſe, & hæredibus in
perpetuum, quæ inducit ius accreſcendi, Iaſon. in
duobus fratribus conductoribus conſil. 117. col. 6.
verſ. 3. principaliter, lib. 4. Decian. conſ. 73. nu. 15.
libro 2.
14 † Poſtea eſt vox quilibet non ſolum applicata fi
lijs ita ipſis filijs ibi, *Et cuiuſcunque eorum*, ſed etiã
applicata ipſis ſtipulantibus, & ſucceſſoribus om-
nibus vocatis, *Et eis, & quolibet*; quo caſu ſine
ſcrupulo ſumus in iure accreſcẽdi ex Corb. d. cau.
15 priua. ob lin. fin. num. 88. † quicquid aliter eſſet
difficultas, vt patet ibid. num. 85. & ſeqq. & ego
plenius diſcurio in tract. meo de interpr. inueſt. ad
hanc formulam. At ad propoſitum noſtrum addo
etiam Decian. d. conſ. 73. num. 16. & ſeqq. lib. 2.
in term.
16 † Tertiò adeſt pactum, vt vnus alteri ſuccedat,
ibi, *Et quolibet vel altero*, † Et ibi, *Alterum Alte-
ri ſubſtituendo*, quo caſu intrat ius accreſcendi, &
excluſio domini directi Corb. ibid. num. 90. & 91.
Hond. conſil. 54. num. 24. lib. 1. Alexand. conſ. 103.
ſub num. 17. lib. 1. Menoch. conſ. 304. numero 1. &
ſeqq. lib. 4.

Item, emphyteoſis ex cauſa onetoſa cum pecu-
nia ſoluta à principio vltra annuam penſionẽ con-
18 ceſſa fuit, † quo caſu etiam facilius pręſumitur ius
accreſcendi, vt trad. Decian. d. conſ. 73. num. 1. &
ſeqq. lib. 2. vbi octo adducit fundamenta ad pro-
poſitum valde facientia, & Hond. d. conſil. 54. nu-
mero 30. lib. 1.

Nec obſtat, quod ex diuiſione prædicta n. 4. &
5. d. Horatius remanſerit priuatus etiam propria
19 portione, † vnde non intraret ius accreſcendi, in
quo portio portioni accreſcere dicitur l. re coniun
cti, cum ibi trad. de leg. 3. & tot. tit. quan. non pet.
20 part. pet. accreſ. † Quia hoc fallit in caſu iſto, vbi
emphyteoſis non ſolum accreſcit ei, qui habet ali-
quam portionem, ſed etiam ei, qui nullam habet
Cum. conſ. 13. num. 6. lib. 3. Ruin. conſ. 169. nu. 3.
lib. 1. Gabr. conſ. 88. num. 22. conſil. 89. nu. 7. lib. 1.
Corb. de cau. princ. ob renunc. num. 41. & de cau.
21 priua. ob lin. fin. num. fin. † Vbi vtrobique redda-
tur ratio, quia ſcilicet non dicatur propriè ius ac-
creſcendi, ſed ius ſuccedendi ex pacto inueſtiturę,
& ius ſucceſſorium, quod ad alterum deuoluitur,
altero deficiente, & ex quo ſuperſtes ſuccedit de-
functo.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Adminiſtrator ibi eſt conueniendus, vbi negotia geſſit, num. 1.
Et in loco domicilij habita ratione expenſarum in libris transferendis, num. 2.
Iuriſdictio Florentina non poteſt declinari, num. 3.
Adminiſtrator generalis non poteſt conuenire ad ſummã certã, niſi reddita prius ratione adminiſtrationis, n. 4.

Primo

Digitized by Google

Primo declaratur, vt habeat locum, ſi prius tum cæptũ erat iudicium generale. n. 5.

Item declaratur, vt habeat locum quando ad rem certã agitur vigore inſtrumenti, in quo promiſit reddere rationem. nu. 6.

Non autem procedit vbi nondum eſt cęptum iudicium vniuerſale, aut vbi agitur ex alio inſtrumento. num. 7.

Liquidum non debet ſuſpendi propter illiquidum. num. 8.

Repræſentatio duarum perſonarum eſt neceſſaria in cãbio, quod quis facit cum ſemetipſo. n. 9.

Adminiſtratores poſſunt conueniri pro omnibus alijs, quæ geſſerunt alio nomine durante adminiſtratione: num. 10.

Condemnatio ſequi poteſt ex petitione certæ ſummæ, ſi non fuit oppoſita ab adminiſtratore generali. numero 11.

Incompetentia ex facie petitionis deſumenda eſt, non autem ex exceptionibus partis conuentæ. n. 12.

Incompetentia reijcitur à Rota, quæ opponitur ſub prætextu articulorum iuris non orientium ex ventre petitionis actoris, n. 13.

DECISIO LXIIII.

ILluſtriſſimi hæredes Illuſtriſs. q. D. Cardinalis de Torres coram Excellẽ. D. Iudice ordinario Florentino egerunt contra D. Petrum Mariam Grazinum Florentinum ad ſummam ſcutorum ſex millium ab eo exactam Panormi, tãquam adminiſtratorem d. Illuſtriſs. D. Cardinalis, & per eum remiſſam per litteras cambij, quas tamen ipſemet Grazinus reuocauerat. oppoſitum fuit Iudicem eſſe incompetentem; Rota iudicauit competentem.

1 † Prima oppoſitio fuit, quod tanquam adminiſtrator debuerit ibi conueniri, vbi negotia geſſerat, l. 1. C. vbi de ratiocin. &c. Soc. conſ. 31. nu. 23. lib. 1. geſſerat autem Panormi.

2 † Reſponſum fuit eundem D. Grazinum conuentum fuiſſe Florentiæ, vbi habet domicilium, & vbi habitat, In quo poteſt fieri conuentio ad rationem reddendam pro alibi geſtis, & ſolum haberi debet ratio expenſarum in transferendis libris, & ſcripturis iuxta Caſtr. in l. prætor. in 4. §. fin. num. 2. & 3. ff. de edend. Soc. conſ. 149. num. 4. lib 1. Excell. D. Felic. Collega, & Couiudex in cauſa de ſociet. c. 38. n. 2.

3 Accedit ſtat. Florent. lib. 2. Rub. 18. prohibens ſubditis declinare iuriſdictionem communis Florentiæ in quacunque cauſa, & negotio excogitabili: cui non fuit viſum reſponſum à d. Grazino, ſeu DD. Informantibus pro eo.

Sed ex abundanti dictum etiãm erat, non agi in præſentiarum ad rationem reddendam, ſed ad ſummam certam prædictam, & ſic ceſſare præſuppoſitum ad ſup. dec. 48. per tot.

Verùm ad hoc replicabatur ſubtiliter, quod petitio iſta habet implicitam redditionem rationis adminiſtrationis: Quia cum D. Grazinus fuerit generalis adminiſtrator Illuſtriſs. Card. bonorum
4 ſui Archiepiſcopatus eiuſdem, † non poteſt conueniri, nec condemnari ad aliquam ſummam certam, niſi reddita ratione totius adminiſtrationis, in qua omnibus hinc inde datis, & receptis computatis apparere forſan poſſet eum non remanere debitorem dictæ ſummæ, Anchar. conſ. 235. verſ. prætereà propter incertum. Alexand. conſil. 192. lib. 7. Iaſ. conſ. 100. lib. 4. Crau. conſ. 275. num. 13. & 14. & conſil. 231. Surd. dec. 184. num. 12. verſ. non obſtant authoritates. Tob. Non. conſilio 63. ſub num. 26.

5 Sublata tamen fuit replicatio ex tribus: † Primo, quia adminiſtrator non poteſt condemnari ad ſummam ſiue rem particularem, quãdo prius eſt cęptum iudicium generale, & quis conuentus ad reddendam rationem, debet enim expectari exitus iſtius iudicij, in quo omnis res, & omnis sũma comprætenditur, & in his termin. loquuntur
6 Non. Anchar. & Crau. † Item non poteſt conueniri exequutiuè ad ſummam, vel rem particularẽ, quando ad talem rem, vel ſummam agitur vigore inſtrumenti, in quo promiſit adminiſtrator reddere rationem, quia ageretur ad id, quod non continetur, in quo non eſt promiſſa reſtitutio reliquorum, niſi mediante redditione rationis, & ita pro-
7 cedit. Alex. d. conſ. 192. lib. 7. † At vbi vel nondum cęptum eſt iudicium vniuerſale, vel agitur ex alio inſtrumento, aut alia ſcriptura non eſt dubium, quod poteſt agi ad ſummam, vel rem particularẽ, de quibus ex dictis inſtrumẽto, vel ſcriptura conſtet, Bart. in l. 1. num. 3. C. ſi adu. rem iud. declarat Alex. d. conſ. 192. num. 3. lib. 7. nec hoc iudicium particulare poteſt retardari, vſque quo reddita ſit
8 ratio, † quia non debet liquidum ſuſpẽdi propter illiquidum, vt bene Soc. conſ. 24. num. 35. & 36. lib. 1. & eſt opinio magis communiter recepta, vt dicit Benint. dec. 90. in fi. plenè Surd. dec. 184. qui etſi loquatur de mobilibus deſcriptis in inuentario facto à tutore, rationes tamen plures, quibus vtitur procedunt etiam in pecunia, quam perueniſſe ad manus tutoris, vel adminiſtratoris conſtet ex probatione probata, vt poteſt videri, ſub num. 4. 5. 6. 9. & 11. & fuit alias per nos ipſius tentum vt in dec. Flor. 13. ſupra.

Secundò dicebatur, replicationem non bene applicari terminis noſtris: Quia non conueniretur d. Grazinus tanquam adminiſtrator D. Cardinalis, ſed tanquam mercator, cui ab adminiſtratore Cardinalis fuerunt ſolutæ pecuniæ, vt eas remitteret Cardinali, qui remiſit, & tradidit literas cambij, ſed indebitè eas, ſeu mandatum ante ſolutionem reuocauit, nam, vt patet ex littera cãbij, d. Grazinus duas fecit perſonas, vnam tãquam adminiſtrator cambiauit cum ſemetipſo, tanquã mercator dictam ſummam, vt remitteretur Cardinali, & non conuertitur tanquam adminiſtrator, ſed tanquam mercator, quia tanquam talis tranſmiſit literas cambij, & indebitè reuocauit,
9 † & iſta repræſentatio duarum perſonarum, ſicut non eſt noua, ita eſt neceſſaria in cambio, q̃d quis facit

facit cum ſemetipſo, Rot. Gen. deciſ. 1. ſub nu. 26.
10 & 27. † Certum eſt autẽ, quod tutores, curatores
& adminiſtratores poſſunt conueniri pro omni-
bus alijs, quæ geſſerunt alio nomine durante ad-
miniſtratione iuxta gloſ. & Doctor. in l. aduerſus,
& l. rationes, C. de admin. tut. & in l. ſi tutor Rei-
publicæ, §. fin. ff. de tut. & rat. diſtr. Surd. conſ. 296.
ſub num. 13. lib. 2.

Tertiò, remouebatur replicatio ex eo, quod
actio intentata ad ſummam certam ſui natura nõ
includit redditionem rationis adminiſtrationis,
11 quia D. Grazino non opponente ſine dubio peti-
tiu circa dictam tantum ſummam procederet, &
condemnatio ſequi poſſet, Alexan. d. conſ. 92. nu-
mero 3. lib. 7. Surd. d. deciſ. 184. num. 9 poſt Bart.
ſingas ergo oppoſuiſſe, vel excipiendo, vel reconue
niendo de generali iudicio rationis reddendæ, cer-
tè incompetentia reſpiceret tantum quoad oppoſi
tum, id eſt quoad propoſitum iudicium prædictũ
vniuerſale, at hoc nõ deſtruit competentiã, quoad
deducta in libell. ſeu petitione Illuſtriſs. DD. Acto
12 rum; † Siquidem incompetentia ex facie, & ven
tre petitionis reſultare debet, non autẽ ex his, quæ
excipiendo vult proponere reus l. cum quædam
puella. §. fin. ff. de Iuriſd. omn. iud. vbi Doctor. om
nes not. Corn. conſ. 46. num. 4. & 7. lib. 2. Iaſ. con-
ſil. 60. num. 10. lib. 1. Dec. conſ. 44. ſub num. 5. ver-
13 ſic. primo poteſt dici. † Vnde ſæpè Rota reijcit
incompetẽtiam oppoſitam foro mercatorum ſub
prætextu articulorum iuris, quando articuli non
oriuntur ex ventre petitionis Actoris, ſed intro-
ducerentur propter exceptiones rei.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Præuentio ſufficit ad declinandum aliud iudicium, numero 1.

Litis ingreſſus in alio iudicio impeditur ex litis pendentia in alio, num. 2.

Et geſtis iam alibi in alio iudicio renunciari non poteſt, num. 3.

Nec requiritur, quod lis ſit conteſtata, num. 4.

Præuentio ex ſola inducitur citatione, num. 5.

Et quoad actorem ipſum, & in ipſius præiudicium ſufficit commiſſio per eum obtenta licet non exequuta, numero 6.

Præſens non citatur, & proceſſus contra eum abſque citatione eſt validus. num. 7.

Comparens habetur pro legitimè citato, num. 8.

Qui dicit fuiſſe ab alio commiſſionem obtentam, eoque negante, debet probare, num. 9.

Reſcriptum, & præſens præſumuntur emanaſſe ad inſtantiam in eis nominati, num. 10.

Quod declaratur procedere, quando concernunt eius vtilitatem, num. 11.

Item, quando allegantur ab ipſo in eis nominato, numero 12.

Preces, vel commiſſio non inducunt litis pendentiam, niſi poſt intimationem, ſeu citationem, num. 13.

Litis pendentia, vel præuentio non dicitur antequam citatio perueniat ad reum, num. 14.

Fal. in precibus principi datis ad interrumpendam, & perpetuam faciendam annalem præſcriptionem, & eam tranſmittendam ad hæredes, num. 15.

D E C I S I O L X V.

SVperata difficultate, vt in præcedenti deciſio-
ne ad aliam recurrit d. Grazinus, opponendo
alium Iudicem præueniſſe, & coram tribunali Re
gio fiſcali ex reſcripto nomine DD. Actorum ob-
tẽto Panormi delegatorio aduerſus eundẽ d. Gra-
1 zinum ſuper eadẽ ſumma ſcutorũ 6000. † quod
ſufficit ad declarandum aliud iudicium, l. vbi cæ-
2 ptum, ff. de Iud. Bal. conſ. 285. n. 1. lib. 1. † Impedi-
tur ſiquidem ex litis pendentia litis ingreſſus, alibi
Gabr. lib. 2. Comm. concl. de Iud. concl. 1. num. 12.
3 Soc. clarum dicit in conſ. 38. nu. 7. lib. 1. † id quod
adeo verum eſt, vt geſtis Panorm. renunciari non
poſſit, Felyn. in cap. exceptionem, num. 42. de ex-
4 cept. † Nec requiritur, quod ſit lis conteſtata, ſed
ſat eſt, ſi iudici data ſit ſcriptura, Rom. conſ. 412.
num. 8. Curt. iun. ad l. more, num. 83. ff. de iuriſd.
omn. iud. & vt ibi ipſe declarat, num. 80. aliud eſt
litem pendere, aliud inchoatam procedi in cauſa,
& ad Aſin. in prax. Iud. ad princ. ſtat. ſub num. 16.
5 & ſeqq. † Vbi quod præuentio ex ſola introduci-
tur citatione per l. ſi quis poſtea. ff. de Iud. & alijs,
6 vt ibid. † & quoad pręiudicium ipſius Actoris li-
tis pendentia inducitur ex eo ſolo, quod cauſam
ipſi committere fecit, & citationem impetrauit,
licet non fuerit exequuta, Rom. conſ. 330. num. 2.
ibi, Illud autem certum eſt. Felyn. in cap. ſuper li-
teris, num. 5. de reſcript. Pariſ. conſil. 74. num. 16.
lib. 4. Lancel. de attent. in præfat. num. 41. in fin. In
caſu noſtro apparet, d. Grazinum, & procuratorẽ
Regiæ Cameræ comparuiſſe coram Regio patri-
moniali, vnde vel præſumendum eſt citationẽ prę
ceſſiſſe, vel citatione opus non fuiſſe attenta præ-
7 ſentia, † & præſens non citatur, & nihilominus va
lidatur proceſſus, Bart. in l. 1. ff. de in Ius voc. Aſin.
8 §. 7. cap. 5. lim. 90. per tot in praxi Iud. † & compa
rens habetur pro legitimè citato Lanc. de attent.
par. 2. cap. 12 num. 34.

Reſponſum fuit ad pędicta, non conſtare ſuffi
cienter, nec de ſupplicatione, nec de commiſſione,
& copiam ſupplicationis oſtẽſam non tendere ad
introducendam litem, nec ad obtinendam com-
miſſionem, vt patebat ex eius lectura.

Rurſum, nec conſtare, ſupplicationẽ fuiſſe por-
rectam, vel commiſſionẽ impetratam à dd. Acto-
ribus, vel ab eorum legitimo procuratore, prout
9 fuit ab ipſiſmet negatum, † & ſtante negatione
debebat aduerſarius plenè probare, in quo defece
rat Fulg. conſ. 23. ſub num. 2. verſ. porrò, nec ſcru-
10 pulo. † Quod enim tradit Oldr. conſ. 136. col. 2.
num. 5. Abbas, num. 9. & Felyn. nu. 7. in cap. non-
nulli, §. ſunt & alij, de reſcript. Reſcriptum, & pre
ces pręſumi emanaſſe ad inſtantiam nominati in
11 eis, † procedit, quando continent eius vtilitatem,
vt præcit. DD. loquũtur, quod nõ eſt in caſu noſt.
Item,

12 † Item, procedit quando hoc allegatur ab eo,
cuius nomine commiſſio fuit impetrata, quia eo
ipſo approbat tacitè, vel expreſsè dum procedit vi
gore dictæ commiſſionis Bellam.dec.582.& 583.
Quod in caſu iſto non verificatur.

Demum vana conuincebatur dicta oppoſitio,
quia non conſtaret, ſucceſſionem fuiſſe aduerſario
13 intimatam, & eo citato reproductam, † preces au
tem, & commiſſio non inducunt litis pendentiam
ante intimationem, & citationem Clem.2. vt lite
pend.auth.litigioſa.C.de litigio. & in corpore vn-
14 de ſumitur; † Nec dicitur inducta litis pendentia,
nec præuenta iuriſdictio antequam citatio perue-
niat ad reum, Bald.in d.l.ſi quis poſtea, ff.de Iudic.
Soc.conſ.41.num.14.in fin.& num.15.lib.1. Lanc.
de attent.lit.pend. in præfat. num.11. & pluribus
ſeqq. vltra Aſin. ſupra cit.

15 † Nec obſtat tex.in l.1. C.quand.lib.princ.obla-
tio.&c. quia procedit tantum in precibus Principi
datis ſuper actione annali ad effectum, vt efficia-
tur perpetua, & tranſmittatur ad hæredes, vt de-
clarant ibid. omnes, & præſertim benè Caſtr. &
Lancel. mox cit. num.18.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

Continentia cauſæ in connexis diuidi non debet, numero 1.

In cauſis connexis plures diuerſi fori coguntur apud eundem Iudicem litigare, num.2.

Declaratur, num.3.

Exceptio litis pendentiæ, & exceptio de connexione cauſæ ſunt diuerſæ, num.4.

Exceptio ne continentia cauſæ diuidatur ante litem conteſtatam eſt opponenda, num.5.

Exceptio litis pendentiæ non excludit ſimiles oppoſitis, num. 6.

Declara vt num.7.8. & ſeqq.

Doctrinis in puncto eſt ſtandum, num.7.

Oppoſitio de litis pendentia, præuentione, & ex qualibet alia includit exceptionem, ne continentia cauſæ diuidatur, num.10.

Ex ſtat.Flor. quando, & infra quem terminum poſſit opponi incompetentia, num.9.

Quando lex exigit expreſſionem, requiruntur verba, nec ſufficit, quod mens per interpretationem, & in conſequentiam colligatur, num.11.

Hæc verba expreſſim, nominatim, clarè, & ſimilia explicata proponuntur remiſſiuè, num.12.

Non eſt inconueniens, quod quis duorum perſonarum vice fungatur, & etiam trium, num.13.

Cauſæ continentia diuidi poteſt, ſi aliqua cauſa legitima ſuadeat diuiſionem, num.14.

Damnum, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi eſt, non alijs imputandum, num.15.

Malum conſilium conſultori peſſimum, num.16.

DECISIO LXVI.

ADdebat D.Grazinus certè negari non poſſe,
quin ſaltem lis fuiſſet introducta corã Re-
gio fiſco inter procuratorem fiſci, & ſeipſum, dũ
fuit à fiſco conuentus, vt rationem redderet de
1 adminiſtratis pro Illuſtriſs. Cardinali, † & cum il-
la, & iſta cauſa ſint connexæ, non deberet, nec poſ-
ſet diuidi continentia cauſæ l.nulli, C.de iudic. vbi
Iaſ.num.3. Afflict.deciſ.354.num.13. quem refert
& ſequitur Men. de arbitr. iud.caſ.371.num.11.
& probat text. in l.1.ff.quibus de reb. ad eun.iud.
2 eat. vbi notat Bart.in ſum. † Quod in cauſis con-
nexis plures licet diuerſi fori coguntur apud eun-
dem Iudicem litigare; id quod pulchrè declarat
Aret.conſ.29.num.24.verſ.ſecundæ autem dubi-
3 tationi; dicens per tex. in d.l.1. † Quod ſi plures
ſint habentes cauſam connexam qualitate defen-
ſionis, & vnitate negotij, ſi ſint rei non poſſunt cõ
ueniri coram diuerſis iudicibus ab vno actore, & è
contra infert, quod plures actores pariter non poſ-
ſunt conuenire vnum, & eundem reum coram di
uerſis iudicibus, ne vnus, & idẽ homo diſtingua-
tur in plures; id quod affirmat ibi Aret. verum eſ-
ſe in cauſa cæpta, & nondum finita, quicquid ſit
in cauſa iam finita, cum ergo introducta ſit cauſa
coram tribunali Regio, & adhuc pendeat, non po-
teſt idem Grazinus pro eadem cauſa nunc ab hæ-
redibus Cardinalis coram alio tribunali vexari.
4 † Reſponſum fuit exceptionem litis pendentię,
& exceptionem de cauſæ connexitate eſſe diuer-
ſas, in tantum, vt vna oppoſita non poſſit obtineri
in alia, quæ oppoſita non fuit, vt bene declarat
Natt.conſ.135.ſub num.3. verſ.nam hactenus in
proceſſu. Et num.4. Certum eſt autem, quod reus
non oppoſuit exceptionem, ne continentia cauſæ
5 diuidatur, † quæ tamen erat opponenda ante litẽ
conteſtatam Crau. poſt Iaſ.& alios, vt per eum in
conſ.258. ſub num.7. verſ.prætereà iſta, Vrſill.ad
Affl. in d.deciſ.354.ſub num.2. Vbi etiam iuncto
num.3.& 4. per tot. tenet, prædictas exceptiones
eſſe diuerſas.
6 † Vnde non obſtat Affl. in ead.dec. nu.11.dum
ait exceptionem litis pendentiæ non excludere ſi-
miles oppoſitis; Imo verò includere aliàs ſimiles,
& in ſpecie iſta.

Quia tripliciter reſpondetur, primò doctrinas,
quas allegat eſſe generales, & in alijs term. nempè
7 quod exceptio non excludat ſimiles caſus; † Nos
ſumus in doctrinis in puncto, quibus ſtandũ eſt,
deciſ.Bonon.noſt.11. numero 86. maximè, quia
Natt.ex profeſsò articulum diſcutit in d.conſ.135.
num.4. per tot.
8 † Secundò reſponſum fuit Affl. non ſimpliciter
firmare pedes hic, ſed in alio fundamento, quia
reus oppoſuerat exceptionem præuentionis, & li-
tis pendentiæ, & quamlibet aliam ex præmiſſis re-
ſultantem, ponderando dictam clauſulam, & quã-
libet aliam, &c. vt patet ex num.9.in fin.ſub nu.11.
verſ. Cum per dicta vltima verba, & verſic.ſeq.

& nu-

Digitized by Google

& num. 12. Vnde apparet totam vim deciſionis in ea clauſula repoſuiſſe.

Tertiò, & vltimo reſponſum fuit, ex reformat. Flor. anni 1503. habemus, *dummodo, che detta eccettione d'incompetenza s'habbia, & debbia opporre per la parte citata, o ſuo procuratore nominatamente, & eſpreſſamente, & non ſotto parole generali infra quindici dì, dal dì della prima richieſta proſſimi*
10 *futuri.* † Ex prædicta autem interpretatione non
reſultaret explicitè exceptio prædicta, ne continentia cauſæ diuidatur, ſed implicitè tantum, vt in ter
min. dicit Id. Affl. d. deciſ. 354. ſub num. 12. ad fin.
11 † & generaliter verum eſt, quod vbi lex requirit,
quod aliquid exprimatur expreſsè, ſigillatim, formaliter, vel alijs ſimilibus verbis debet claris, & ſpecificis verbis exprimi, nec ſufficit, quod ex mẽte, & in conſequentiam aliorum verborum colligatur, vt benè diſtinguendo declarat Felyn. in c. trãſlato. nu. 5. verſ. item quando requiritur, de conſtit.
12 & ad ſupra. deciſ. 46. num. 84. & ſeqq. † & ad alia
de huiuſmodi vocibus nominatim, clarè, expreſsè, & ſimilibus, & earum differentijs, & viribus pleniſſimè, & diſtinctim in tract. meo de interpret. inueſt. cap. 1. per tot.

Accedebat prædictis, quod nulla videretur ineſſe connexitas cauſarum, quia d. Grazinus conueniretur à fiſco Regio, tanquam adminiſtrator Cardinalis; In hoc verò iudicio tanquam mercator. Vt
13 in dec. 64. ſub nu. 8. † nec quod quis duarum perſonarum vice fungatur eſt inconueniens, ad Men. conſ. 351. n. 22. lib. 4. conſ. 1157. n. 10. lib. 12. Imò, etiam trium Id. Menoch. conſ. 560. num. 3. lib. 6. & ipſe in tract. pręd. de interp. inueſt. ſub formula pro ſe, & nominando, num. . . .

Demum iuſtiſſimum, & ęquiſſimum videbatur ne DD. hæredes actores cogerentur litigare Panormi contra D. Grazinum pro hac ſumma ſc. 6000. quia fiſcus Regius facilè obtineret à ſuis iudicibus, declarari ſummam prædictã, per ea quæ facta ſunt, non exiuiſſe de regno, & ſic ea cadere ſub ſpolijs;
14 † Cauſæ verò continentia diuidi poteſt, ſi aliqua
ratio iuſta, & probabilis ſuadeat diuiſionem, Soc. iun. conſ. 136. num. 6. lib. 2. Men. de arb. iud. caſ. 371. in vlt. verb. Tantò magis, quia tota hæc difficultas oritur ex facto, & culpa Grazini, qui ſi literas non reuocaſſet hæredes prædicti non paterentur hanc
15 moleſtiam, † & ſuccedit reg. c. damnum, de regul.
16 iur. in 6. † & quod dicitur malum conſilium con-
ſultori peſſimum, l. pen. C. de legat. & diſcat in auctorem pęna redire ſuum. Ouid. Laus Deo.

SVMMARIA.

Confeſſione propria nulla melior eſt probatio, num. 1.

Producens inſtrumentum fatetur, contenta in eo vera eſſe, num. 2.

Confeſſio, ſeu factum procuratoris maximè per modum iuriſdictionis contentioſæ nocet domino, num. 3.

Confeſſionem non poteſt reuocare procurator, num. 4.

Conſtitutio Synod. Flor. refertur de cauſis clericorum in tribunali eccleſiaſtico agitandis, num. 5.

Conſtitutio, quæ non ſit in corpore ſtatutorum eſt producenda, num. 6.

Clericus agens de rebus patrimonialibus ſequitur forum rei, num. 7. & ſub num. 13. in fin.

Dicta conſtitutio, an liget forenſes agentes, num. 8.

An quia continet coactionem perſonalem, num. 9.

Forenſis ratione bonorum ligatur ſtatutis loci, in quo extant bona, num. 10.

Ex eo, quod quis ſit Prothonotarius, aut Referendarius non infertur, quod quis ſit clericus ſub eod.

Clericatus eſt probandus, vel per ſcripturam, vel per teſtes, num. 11.

Dicta conſtitutio non loquitur in caſu, vbi eſt clericus agens mixtim cum laicis, ſub eod.

Statutum loquens in caſu ſimplici non extenditur ad caſum mixtum, num. 12.

Clericus trahit ſecum laicos collitigantes ad forum eccleſiaſticum, num. 13.

Conſtitutio veniens ad derogationem iuris communis nõ recipit ex eodem interpretationem, num. 14.

Conſtitutionis verbis, & prout iacet eſt inhærendum ſub eod.

Sermo ſimplex non extenditur ad caſum mixtum, vbi conſtitutio eſt exorbitans à iure communi, num. 15.

Regula de commiſſionibus non habet locum in caſu mixto, num. 16.

Mixtum aſſumit naturam eius ſimplicis, per quod ius ſocij non tollitur, ſed conſeruatur, num. 17.

Et aſſumit in fauorabilibus per extenſionem, quia ead. æquitas, vel ratio ſuadeat, num. 18.

Secus ſi æquitas, & ratio ceſſet, num. 19.

Conſtitutiones, & ſtatuta ita interpretanda ſunt, vt quantò minus fieri poſſit ius commune lædant, num. 20.

Alia, an ſimplex contineatur ſub mixto cum ſuis declarationibus remiſſiuè, num. 21.

Exempla dicuntur de præteritis, non de futuris, nu. 22.

DECISIO LXVII.

VLtimò loco opponebatur, quod inter DD. Actores eſſet vnus clericus, & probatum eſſe dicebatur ex mandato Illuſtriſ. D. Don Coſmi de Torre, dum ſe enunciauit Prothonotarium Apoſtolicum de numero participantium, & vtriuſque Signaturæ Referendarium, & ipſemet procurator
1 in petitione repetit eaſdem qualitates, † Vnde ob-
ſtat; & propria confeſſio domini, qua nulla melior eſt probatio, l. cum te. C. de tranſact. & ipſiuſmet procuratoris, eo ipſo quod etiam produxit idẽ in-
2 ſtrumentum mandati, † ex quo fatetur, vera eſſe in
eo contenta Spec. de Inſt. edit. §. videndum, numero 12. Caſtr. in l. a. §. editiones, ff. de edend. Roman. conſ. 433. nu. 11. Vbi Add. latè Alb. conſ. 59.
3 num. 11. † & confeſſio procuratoris, & factum ma
ximè factum per modum contentioſæ iuriſdictionis nocet domino, Batt. in l. certum, §. ſed an ipſos,
4 ff. de Confeſſ. Oſaſc. dec. 38. nu. 34. & 38. † & hanc
confeſſionem reuocare non poteſt procurator, ad Surd. deciſ. 104. num. 5. & ſeqq.
5 † Hoc ſuppoſito adducebatur conſtitutio Synodalis anni 1517. Vt omnes cauſæ clericorũ, & re-

ligioſarum perſonarum, ſiuè agendo, ſiuè excipien
do, pertineant ad forum eccleſiaſticum, approbata
à Summo tunc temporis Pontifice, & obſeruata
hodie in perſona Illuſtriſſ. D. Alemani Epiſcopi St
gniæ in Alemania ad l. minimè, ff de legibus.

Ad hæc reſponſum fuit primo non conſtitiſſe
6 de dicta conſtitutione Synodali, † quæ erat produ-
cenda, cum non conſtaret eam eſſe inſertã in cor-
7 pore ſtatutorum, ad dec noſt. Luc. 19. n. 3. † & cer-
tum ſit ius commune eſſe in contrariũ, quod Cle-
ricus de rebus patrimonialibus agens ſequitur fo-
rum rei, & ſic Laicum, c. ſi Clericus, de foro comp.
8 † Item reſponſum fuit, hanc conſtitutionem,
etiam dato quod de ea conſtaret, ipſe verò num-
quam vidi, non ligare DD. Actores tanquã foren-
ſes, & non de Diœceſi, ad l. fin. ff. de Iuriſd. omn.
iud. Roman. conſ. 92. num. 5. Alex conſ. 44. nu. 10.
9 lib. 5. † maximè, quia continet coactionem perſo-
nalem, vt cogantur litigare coram Iudice eccleſia-
ſtico contra ius commune, ex trad. à Soc. conſ. 71.
num. 24. & 25. † Hæc reſponſio viſa eſt dominis
10 periculoſa † ob doctrinam, quod forenſis ratione
bonorum ligatur ſtatutis illius loci, in quo ſunt bo
na, vel iura prætenſa, vt hic creditum cum D. Ad-
uerſario Florentino & in patria innento, & habi-
tante, Crau. conſ. 290. ſub num. 7. verſ. Quia argu-
mentum. Natt. conſ. 389. num. 5. in fin. & num. 6.

Domini magis mouebantur, quod non conſta-
ret, quod ex prædictis officijs, & dignitatibus ec-
cleſiaſticis inferretur neceſſariò clericatus, vel per-
ſona religioſa, & ſic verba conſtitutionis non veri-
ficari, vnde ceſſaret hoc in caſu conſtitutio l. 4 §. to
tiens, ff de damn infect.

Item, vltrà primum fundamẽtum, quod ponit
falcem ad radicem cum non fuerit probatus cleri-
11 catus, † qui erat probandus per literas patentes, &
per ſcripturam ſecundum aliquos, vel ſecundum
alios ſaltem per duos teſtes, vt cumulat Doctor. in
vtranque partem Surd in conſ. 396. num. 13. lib. 3.
ad quem ſat ſit remiſiſſe, quia author eſt in mani-
bus omnium, & meritiſſimè quidẽ, quia magnus
vir in profeſſione noſtra; Addebã ipſe aliud, quod
ſi eſſet probatus clericatus eſſemus in clerico, cum
quo coniuncti ſunt alij Laici collitigatores & acto
12 res; Quo in caſu conſtitutio non loquitur, † & ſta-
tutum loquens in caſu ſimplici non extenditur ad
caſum mixtum, vt in deciſ. noſt. ſupra 1. num. 72.
maximè Contard. qui alios cumulat.
13 † Nec obſtat, quod de iure communi Clericus
trahit ad ſe, & ad forum eccleſiaſticum, etiã alios
laicos quantumuis plures ſint, Bart. in l. iuriſperi-
tos, §. 1. num. 1. ff. de excuſat. tut. cum alijs cit. per
Surd in d. cõſ. 396. ſub n. 15. verſ. in tantũ, & n. 16.

Quia quod clericus actor cogatur conuenire reũ
laicũ in foro eccleſiaſtico, eſt correctoriũ iuris cõ-
munis, quod regulariter eſt contra vt ſupra, num. 7.
14 dictum eſt, † quare dicta conſtitutio ad iuris com
munis derogationem veniens non recipit interpre
tationẽ ab eodem iure communi ſed eſt intelligen
da, vt iacet, verbiſq; conſtitutionis eſt inhęrẽdum,
Surd. conſ. 393. num. 16. lib. 3. de magis communi
Menoch. conſ. 88. num. 30. refert, ac ſequitur alijs
relatis Magon. deciſ. Luc. 6. num. 31.
15 † Item, vbi conſtitutio eſt exorbitans à iure cõi
ſermo ſimplex non extenditur ad caſum mixtum,
16 ita Contard. in loco mox cit. num... Vbi latè. † &
fac. in propoſito quod ait n. 33. quod DD. de Rota
concluſerunt regulã, quę loquitur de cõmiſſionib.
non habere locũ in caſu mixto, profecto enim di-
cta cõſtitutio ſapit vim commiſſionum, quatenus
cauſę, quæ ad alium forũ ſpectarent foro eccleſia-
ſtico videntur per eam quodammodo committi.
17 † Accedebat, & illud mixtum aſſumere naturã
eius ſimplicis per quod ius ſocij nõ tollitur, ſed cõ
18 ſeruatur: † Item, & illud, quod quando diſpoſitio
loquens de ſimplici trahatur ad mixtũ in fauorabi-
libus id contingere per extenſionem ob mentẽ, &
voluntatem pręſumptam diſponentis eo caſu, quo
in mixto eadem æquitas, & ratio viget, quæ in ſim
19 plici † ſecus ſi ratio, & æquitas ceſſat, Men. conſ.
654. n. 2. & 3. lib. 7. In caſu noſtro ius ſociorũ læde
retur; Item nulla æquitas intrat, nec fauor, ex quo
ipſimet, & plures ſunt, & elegerunt hanc viã, à qua
ſine magno eorũ incommodo recedere nõ poſſent
& citra iacturã partis, quæ vtrum hoc, vel illo tri-
bunali conueniatur, parum, aut nihil refert. Quare
intrat concluſio, & Doctr. Men. mox cit. maximè,
quia per eam in caſu noſtro, etiã minus læditur ius
20 cõmune, † & ea interpretatio in ſtatutis, vel con-
ſtitutionibus recipienda eſt, per quã minus quàm
fieri poſſit ius cõmune lædatur, & iuri cõmuni de-
rogetur, Cuman. conſ. 30. col. 2. Curt. iun. conſ. 7.
col. 4. conſ. 102. col. fin. Crau. conſ 135. nu. 35. ipſe in
tract. meo de interpr. inueſt. c. 2. Grad. vlt. obſ. vlt.
n. 32. & ſeqq. vbi latè me extendo ad huiuſce ma-
21 teriæ explicationem. † Alia quod ſimplex nõ con-
tineatur ſub mixto cum declarationibus V. Surd.
deciſ. 53. nu. 27. dec. 174. n. 15 16. dec. 319. nu. 19. ſub
23. 24. reſpondendo ad nu. 6. & ſeqq. & conſ. 33.
num. 10. & ſeqq. & num. 25-29. deciſ. 169. num. 8.

Nec obſtare caſum in perſona Illuſtriſſ. D. Epi-
ſcopi Alemanni, quia hic caſus contigit poſt ince-
ptam hanc litem, & motam hanc difficultatem ad
ſuaſionem vnius ex DD. informantibus, qui viſa
hac difficultate, ad eam euitandam ita monuerũt,
22 & ſuaſerunt; † exempla autem dicuntur de præ-
teritis non de futuris. Vt patet ex ead. l. minimè, &
fac. illud Eccleſiaſt. omnia facito ſecundum exem-
plar, quod tibi monſtratum eſt: Ex quibus nihil
impedire quominus d. Iudex ordinarius compe-
tens eſſet domini concluſerunt. Laus Deo.

SVMMARIA.

Terræ nomen idem ſonat quod ager, qui eſt locus ſine ædi ficio, num. 1.

Differt ager à fundo ſeu prædio, quia fundus dicitur genus, Ager ſpecies, num. 2.

Ager non eſt fundus, ſeu prædium, ſed illius pars, n. 3.

Terrarum nomine ex communi uſu loquendi intelliguntur terræ ſpezzate, num. 4.

Agri nomẽ ſtrictè locus ſine ædificio indicatur, n. 5. et 15.

Latè

Latè etiam pro fundo, ſeu prædio, & pro loco extra ciuitatem apto ad culturum, num.6.
Fundus, ager, prædium promiſcuè ſumuntur in pluribus legibus hic citat. num.7.
Ager cum ædificio eſt in l. hic cit. num.8.
Legato fundo, vel prædio etiam domus, vel Palatium continetur, num.9.
Idem legatis agris, num.10.
In quo etiam Villæ venire dicuntur, num.11.
Ager dicitur, ſuper quo eſt vna domus, num.12.
Legatum latè interpretari debet, num.13.
Maximè factum vxori, num.14.
Verba ſæpè duplicem habent ſenſum latum, et ſtrictum, & vterque eſt proprius, num.16.
Aliud eſt propriè ſignificare, & aliud ſtrictè, & lata etiam ſignificatio propria eſt, num.17.
Pecunia tripliciter accipitur ſtrictè pro pecunia numerata, largius pro ijs, quæ pondere numero, & menſura continentur, & largiſſimè pro omnibus, quæ in patrimonio ſunt, num.18.
Et omnes hæ ſignificationes ſunt propriæ, num.19.
Fratris nomen ſtrictè pro fratre vtrinque coniuncto ſumitur, & latè pro conſanguineo tantum, vel vterino tantum ſemper tamen propriè, num.20.
Propria verbi ſignificatio ex eo deprehenditur, quod ſæpè à I.C. fuerit in eo ſignificatu capta, & intellecta, num.21.
Communis vſus loquendi eſt probandus, num.22.
Et probandus, quod fuerit de tempore diſpoſitionis, n.23.
Nec ſufficit aſſertio dd. Iudicum in cauſa Iudicantiũ, maximè cũ non potuerũt habere cognitionẽ talis vſus, n.24

DECISIO LXVIII.

DOminus Antonius Malegonella fecit fideicommiſſum particulatè domus, apothecarum, palatij, &c. prout in teſtamento, & cum omnibus terris, quas, vt ſupra reliquit D. Lenæ. Cui reliquerat in hæc verba, ſcilicet, *Vſumfructum prædij del Sagginale poſiti in partibus Mugelli in populo ſancti Quirici à Vlineto, cum domibus pro domino, & laboratore, infra ſuos confines, cũ omnibus terris, quas teſtator haberet tempore ſuæ mortis à flumine Serris verſus meridiem, non diſtantibus à dicto prædio vltra medium miliaris, non obſtante quod per diuerſas perſonas laborarentur; Item prædij del poggiolo poſiti in populo S. Martini à Veſpignano cum domunenla, & terris Magiaticis, quæ de per ſe à dicto prædio locari conſueuerũt in prędio Veſpignani cũ omnib. beſtijs, etc.*

Idem D. Antonius teſtator emit poſt d. teſtamẽtum prædium del Bollito, & terras non diſtantes à dicto prædio del Sagginale vltra medium milliaris à flumine Serris verſus meridiem, & hoc prędium inuentum fuit tempore mortis in eius bonis.

Dubitatum fuit, an & hoc prædium in d. fideicommiſſo contineretur: ex DD. tribus Iudicibus duo negarunt, vnus affirmauit; Re ad nos quinq; Iudices delata, omnes nullo diſcrepãte cenſuimus cõtineri, aliorũ duorum dd. Iudicũ ſent. infirmata.

Primum dubium fuit in eo, quia dicebatur pro
1 negatiua, † Quod terræ nomen idẽ ſonat quod nomen agri, ager autẽ eſt locus ſine ædificio l. ager. 27
l. fundi appellatione, 211. ff. de verb. ſign. Bartol. in tract. de flum. verſ. agro. n.1. Luc. de pen. in l. vſum aquæ, ſub n.6. C. de acq. duc. li. 11. Rebuf. in l. ager. in prin. ff. de verb ſign. Et in l. quęſt. 111. verſ. agri.
2 eod. tit. † Differt igitur ager à fundo, ſeu prædio, quia fundus dicitur genus, ager verò ſpecies illius
3 generis, d. l. fundi, & d. l. quæſtio. † & ſi ager non eſt fundus, ſeu prædium, ſed illius pars Io. Gatz. in tract. de expenſ. & melior. c.10. n.4. & c.11. n.38. 39. & cum prædictis conſonare videtur cõmunis
4 vſus loquendi, † ſecundum quem terrarum nomine ſignificantur, (terre ſpezzate;) plures verò terræ cum domo pro laboratore deſignantur per nomen prædij, vt aſſerunt excell. DD. duo in eorum motiuo. Cum igitur teſtator prædictus legauerit terras, quas haberet intra confines ibi deſignatos tempore mortis, non videtur vllo modo voluiſſe legare prędium formatum cum domo pro laboratore, prout eſt dictum prædium del bollito.

5 † Reſponſum fuit, ſecundum ſtrictam ſignificationem agri nomẽ locum ſine ædificio indicari d. l.
9 ager. & d. l. fundi, ff. de verb. ſign. † Sed ſæpius etiã latius accipi, & generalius pro loco extra ciuitatem apto ad culturam, & idem ſignificans, ac fundus & prædium ex l. pen. §. 1. qui ſatiſd. cog. l. milites. 13. ff. de re milit. iuncta d. milites, 9. ff. eod. tit. l. 1. §. ſiuè autem corpore, ff. de vi & vi arm. l. item ſi fundi. 10. ff. de vſufr. l. ſi duorum, 43. ff. de act. empt. l. qui fundum vendebat, 40. in princ. eod. tit. l. quæſitum. 12. §. quæritur, an ſeruus, ff. de fun. inſtr. l. inſtrumenta, 8. l. mancipia. 19. l. quędam mulier. 77. ff. eod. tit. l. 1. ff. ſi ag. vectig. &c. Vt in rubr. & tit. C. de omn.
7 agro. deſert. & alijs locis ſexcentis, † quibus fun-
8 dus, ager, prædium promiſcuè accipiuntur. † Imò ager cum ædificio eſt in l. pupillus. 239. § incola. ff. de verb. ſignif. in l. arboribus. 13. ff. de vſufr. in prin.
9 † Vnde quemadmodum legato fundo, vel prædio etiam domus, imò & palatium in eo exiſtens venit l. prædia. 27. §. pen. ff. de fun. inſtr. l. fundi. 211. ff. de verb. ſign. Bal. in l. 1. n.3. C. com. de leg. Mant. de cõ
10 iect. &c. lib. 9. tit. 2. n.10. † ita, & legatis agris, vt eſt in term. elegans deciſio. Paul. I.C. in ſuis fragm. li. 3. recept. ſent. ſub tit. de lega. Vbi ait, quod Villis,
11 vel agris ſeparatim legatis alterũ altero cedit, † ibique Iacob. Cuiac. in coniect. ad illum locũ notat villas venire legatis agris, cuius loci meminit, & id. Cuiac. ad l. vxori, 35. ff. de vſu & vſufr. leg. & ante eum Alc. in d. l. ager. 27. ff. de verb. ſign. & Alber. in
12 l. 1. ad l. Iul. de vi publ. n.4. not. cum glo. ibi, † agrũ dici, ſuper quo eſt vna domus, quod etiam tradit Hieron. de Monte de fin. cap. 10. num.3.

His ſic firmatis dicitur, quod in caſu noſtro eſ-
13 ſet ea vox in latiori ſignificatu intelligenda, † & quia ſumus in legato, quod latè debet interpretari, l. in teſtamentis, ff. de reg. iur. c. cum dilecti ext. de
14 donat. latè Natt. cõſ. 626. n.5. 6. † & multò magis, quia ſumus in legato facto vxori, cuius fauore lata ſumi debet interpretatio, vt ait poſt aliõs Crauet. conſ. 297. num.1. verſ. quod procedit. Gabr. conſil. 120. n.10. lib. 1. Men. conſ. 142. n.24. 26. 27. lib. 2. Rot. dec. 138. num.1. par. 1. Diuerſ.

In dubio adiectus quis præſumitur tanquam procurator, num. 24.

An mandatum poſſit reuocari pendet ab intereſſe ipſius mandatarij, num. 25.

Vbi agitur ſine actione reus eſt abſoluendus, num. 27.

In correſpectiuis literis vna ceſſante alia ceſſat ſub n. 26. & num. 28.

Verisimilitudo habetur pro lege, cum ſit cognata naturæ, num. 29.

Id cenſetur factum, quod fieri conſueuit, num. 30.

Nemo debet cum alterius iactura locupletari, maximè ſeruandum inter mercatores, num. 31.

In curia mercatorum negotia ex veritate terminanda reiectis apicibus iuris, num. 32.

Aequitas ſcripta rigori præferenda, num. 33.

Non prætermittenda ex Iudicis officio, num. 34.

Compenſatio fit inter ipſos debitorem, & creditorem, non quoad alia aliis debita, num. 35.

Ne quidem per Correum, num. 36.

Reconuentio competit etiam ubi compenſatio non intrat, num. 37.

Vel retentio, num. 38.

Etiam ſi res peruenta ad manus creditoris ei non ſit obligata, num. 39.

Vel exceptio, quæ contra agentem datur. ſub eod.

Totalis deliberatio poteſt ſtare in pendenti ex aliquo particulari facto, ſeu faciendo, num. 40.

Si ex vnis literis liceat executiuè agi, ita ex aliis, n. 41.

Alter alteri eſt obligatus quouſque effectum habeat litera cambij, num. 42.

Patere legem quam tu ipſe tuleris, num. 43.

Quod quiſq; iuris in alium ſtatuit, ipſe eod. vtatur, n. 44.

Aequitas in paribus cauſis paria iura deſiderat, nu. 45.

Mandans ex acceptatione ſola mandatarij non cenſetur liberatus, ſed ſolũ, ſi pecunia fuerit re vera ſoluta, n. 46.

Agendum eſt contra quem cõpetit ius, non contra alium, num. 47.

DECISIO LXX.

IAcobus Magona per literas, quas vocant, *d'Auiſi*, ſub 16. Iulij 1610. certos reddidit DD. Octauium, & Andream de Bandenis Neapolis, ſe remiſiſſe in proxima Auguſti Nicolao Amatori ad ordinem ipſorum de Bandenis ſcut. 606. 4. monetæ numeratos à DD. de Donis, ſe autem traxiſſe ad vſum ſcut. 500. pro ſe reualendo de eo, quod deficeret in duobus ab eiſdem Donis, & ſub ead. die 16. Iulij idẽ Magona fecit literas directas dd. de Bandenis pro ſolutione prædicta ſc. 500. ſienda Lagomancinijs pro vna rata, & pro alia Falconerijs, quæ literæ Cãbij fuerunt per dd. de Bandenis prędictos acceptatæ ſub die 23. eiuſd. menſis Iulij: qua eadem die idem Magona ſcripſit literas d. Nicolao, in quibus dicit, ſe illi remiſiſſe pro dd. DD. Bandenis ſc. 606. 4. monetę per literas cãbij incluſas Dominorũ de Donis ſoluendas, & complendas à DD. de Strozzis Caroli; quæ quidem literæ re vera cõtinebant dictã ſummam ſoluendam d. Nicolao, *la valuta*, ſeu quia habuerat valutam à d. Magon. ſed eas dd. de Donis noluerunt complere, nec ſoluere dd. de Strozzis, quibus erant directæ vt ex proteſtu ſub 14. Auguſti, quo per dd. Bandenos audito, ex quo litera prædicta ad eorum cõmodum remiſſa d. Nicolao non complebatur, & ita non habuit effectum litera Auiſij ſupradicta, nec ipſi, quãuis literas debiti tractæ, & ſolutionis ſiẽdæ iam acceptaſſent, cum effectu ſoluere voluerunt dd. Lagomancinijs, & Falconetijs, prout hanc rationem allegarunt in reſponſionibus ad proteſtum illis factum per Lagomancinios, & Falconerios.

Modò dd. de Donis per viam tactus proceſſerũt contra dd. Bandenos, vel vnum ex eis pro exequutione dictæ literę Cãbij ſcriptæ à Magona, & per eos acceptatæ in ciuit. Neapolis, & vigore proteſtus illis facti à dd. Lagomancinijs, & Falconetijs, quibus ex tenore dd. literarum erat ſoluendum, & per acceptationem videbantur dd. Bandeni ſe obligaſſe ad ſolutionẽ; D. primus Iudex confirmauit tactum excell. D. Iulius Caball. tũc Iudex primarũ appellationum reuocauit, & rectè, & optimis fundamẽtis vt in perelegantiſſ. ipſius motiuo euidenter patet; & nos tandem ſententiam nemine diſcrepante maturatã diu cauſa ſequuti fuimus.

Fundamentum ſuum dd. de Donis in eo collocabant, quod dd. Bandeni acceptarunt literas cam-
1 bij; † per quam acceptationẽ facti fuerunt debitores illi, cui mandatum eſt, vt ſoluatur, & mandans ſi aliàs erat debitor ſummæ demandatæ intelligitur liberatus, & quicquid ſit regulariter in termin. delegationis ad Gabr. de nouat. concl. 1. per tot. Tamen hoc ita inter mercatores procedit Rot. Gen. deciſ. 168. num. 2. Odd. conſ. 87. n. 5. Burſ. conſ. 39. n. 3. & 4. Maſc. de prob. concl. 989. num. 6. aliàs eſt concl. 987. n. 7. & 8. Maſtril. dec. Sicil. 9. n. 4. Tuſc. Card. illuſtriſſ. concl. 44. n. 17. 18. lit. D. Rot. dec. 811. num. 7. lib. 1. Rot. Flor. lib. mut. 88. car. 338.

2 Dicitur enim facta nouatio debitoris, creditoris, & loci, in tantũ quod ſi ſcribens decoxiſſet poſt acceptationem, acceptans nihilominus teneretur ſoluere ſine contradic. Maſc. ſub d. n. 8. Rot. d. dec. 811. num. 12. par. 1. in nouiſſ. Franc. deciſ. 363. per tot.
3 † Et pro ex actione talis crediti cõpetit via executiua; quia literæ cãbij habent executionẽ paratam per ſtat. fori Merc. rubr. 8. delle eſſecutioni circa princ.
4 lib. 2. & cõiter obſeruantur, † quia habent vim inſtrumenti, ſenten. & rei iudic. Rot. Gen. dec. 2. ſub
5 n. 9. † ita quod per acceptantẽ nihil opponi poſſit, Card. Flor. conſ. 153. n. 1. Card. Tuſc. concl. 13. nu. 1.
6 lit. C. Rot. d. dec. 811. n. 10. & ſeq. p. 1. in nouiſſ. † & habere execut. paratã expreſſim dicit Ond. conſ. 29. n. 7
7 35. li. 2 & Maſtr. d. dec. Sicil. 9. † Vbi teſtatur ita in Regno ſeruari, quod contra acceptantẽ literas cambij procedatur via executiua, & executiuè pro cãbijs agi poſſe tenuit Rot. Flor. lib. mot. 77. car. 227
8 & ſeq † Vbi etiam dixit, quod cambia ſunt ſemper liquida, & habent diem certam, & non eſt neceſſaria interpellatio etiam à ſtatuto aliàs requiſita, antequam procedatur ad tactum.

Et ideo cum DD. de Donis dederint dictas ſummas, vt dicebant, Romæ D. Magonæ ad cãbium pro habendis in Ciuitate Neapolis, & dicti Bandeni in

ni in eadem Ciuitate literas acceptauerint, & con
ſequenter ſoluere promiſerint, nec ſoluerint adie-
ctis illis Lagomancinis, & Faleonerijs, prout fuiſ-
ſe adiectos præſumitur vt infra num. 24. meritò,
vel illis erat ſoluendum, vel ſi non fuit ſolutum,
eſt ſoluendum ipſis DD. de Dooia, & multò ma-
gis, quia ipſi ſunt domini, & qui aliàs potuiſſent
reuocare mandatum ad ſoluendum prædictis ad
infra nu. 25. Et iure meritò agere potuerunt exe-
cutiuè per prædicta.

Verum reſponſum fuit noſtrum caſum eſſe à
term. vt ſupra præſuppoſitis longè alienum, eo ip-
9 ſo quod ex literis Auiſi, † quibus creditur Rot.
Gen. dec. 142. nu. 3. conſtat correſpectiuè de duo-
bus, ſcilicet, & de remiſſione, quę fieri debebat
pro Donis Neapoli, & è contra de remiſſione quę
fieri debebat Placentiæ pro Bandenis: quorũ neu-
trum fuit exequutum, quia nec Placentiæ fuit cõ-
pleta litera; nec Neapoli alia litera, tametſi ſimpli
citer acceptata fuiſſet à Bandenis, quare non intra-
re quæſtionem de exequendis aliquibus literis di-
cebatur; ſed magis propriè, & ad rem intrare, &
verſari, ſeu ſtatum cauſæ, ſeu articulum circa ob-
ſeruantiam, vel non obſeruantiam, implemẽtum,
vel non implementum, contrauentionem, vel non
contrauentionem correſpectiuè hinc inde, vel di-
ctorum DD. de Donis, vel ipſorum DD. de Ban-
10 denis, † quibus caſibus non eſt agendum via exe-
cutiua, ſed ordinaria, vel remedio l. ſi me & Titiũ,
ff. ſi cert. pet. Bald. conſ. 348. factæ fuerunt per Bõ-
romeum, col. 2. in med. verſ. Conſidera interdum,
11 lib. 1. † Vbi in cambijs dicit, conſiderandũ inter-
dum pecuniam remanere penes recipientem ſine
cauſa, & hoc eſſet iniquum, & ideo tunc pecunia
deberet cedi numeranti, ex illa, vt ita dixerim, di-
uina, & nobili æquitate, de qua habetur, ff. ſi cert.
12 pet. l. ſi me, & Titium; † quæ lex tanquã ſpeculũ
13 debet eſſe ante oculos mercatorũ, hæc Bald. † Vel
cõditione ob cauſam Id. Bald. in conſ. 190. ſub n. 4.
14 verſ. & eſt conſiderandum, lib. 2. † Vbi ait, & eſt
conſiderandum quod iſte non fuit contractus mu-
tui, imò contractus cambij, quia in eodem genere
15 debet fieri ſolutio, vt, ff. de ſolut. l. Paulus; † in
quo contractu ſi non ſeruantur promiſſa agitur ad
16 repetendum conditione ob cauſam; † quæ nõ ori
tur ex ipſa ſcriptura, ſed ex quaſi contractu, in quo
ipſa ſcriptura non meretur executionẽ, quia non
meretur executionem, quia non agitur ſecundum
tenorẽ ſcripturæ, ſed ex noua cauſa, tunc enim ha-
beret locum petitio executionis ſcripturæ, quãdo
ad eam implẽdam ageretur, quoniam tunc agitur
17 ex cauſa, quę inerat tempore contractus, † ſed cõ-
ditio ob cauſam non inerat tẽpore contractus, nec
de ea fuit cogitatum per contrahẽtes; quapropter
eſt quoddam extrinſecus veniens, & emergens, in
quo tanquam in caſu improuiſo ſcriptura non lo-
18 quitur; † vnde nec ex verbis, nec ex mente ſcri-
pturæ agi poteſt ad exequendum, ſed ex ſola legis
prouidentia eſſet ordinariè agendum, vt ff. de con
dict. ind. l. fin. §. fin. hæc ſunt aurea, in propoſito,
verba viri eminentiſſimi, & quæ abſq; alio diſcur
ſu tollunt omnes difficultates, dum differentiæ ra-
19 tio etiã colligitur inter caſum & caſum. † Aliquo
ex dictis modis actum non fuit ergo male Id. Bal.
d. conſ. 348. in fin. lib. 1.

Secundò reſultabat, dd. de Donis ſine iure, & ſi-
20 ne actione agere, † ſine quibus nemo experiri po-
teſt, l. ſi pupilli, §. videamus. Vbi gloſ. de neg. geſt.
Rot. Gen. dec. 168. num. 1. Nam dd. Bandeni acce-
ptãdo literas facti erant debitores, nõ ipſis de Do-
nis, ſed dictis Falconerijs, & Lagomancinis, qui-
bus ſoluendum Neapoli erat per dd. Bandenos vt
ait Rot. Gen. d. dec. 168. num. 2. Bald. d. conſ. 190.
21 lib. 2. † & qui agere potuiſſent, cum agat is, in quẽ
dirigitur creditum Bald. d. conſ. 348. n. 3. verſ. ſed
22 Borromeus, lib. 1. & dec. Gen. 10. nu. 1. & 2. † ita
quod mandatum de ſoluendo illis acceptatum am
plius reuocari non poſſit Rot. Gen. d. dec. 168. n. 3.
23 † Verùm, quia hoc dictum patitur aliquas diffi
cultates, vt patet ex Gabr. in conſ. 155. nu. 37. per
tot. lib. 1. & in caſu noſtro non eſt certum, ſi ſumus
24 in term. in quibus reuocari nõ poſſit, † quia in du-
bio adiectus quis videtur tãquam procurator Bal.
d. conſ. 348. ſub n. 6. lib. 1. & quia an intereſſet Ban-
denorum mandatariorũ adiectis ſolui non conſta-
25 bat, † in quo potiſſima vis non reuocandi conſiſte
bat, vt patet ex Gabr. mox cit. ſub d. n. 37. verſ. nã
id eſt, ideo alia de cauſa ſine actione expertos fuiſ-
ſe DD. de Donis conſiderabatur, qua cãbia erant
correſpectiua, vt ſupra dictum eſt, nu. 9. & acce-
ptatio Bandenorum fuit facta contemplatione re-
miſſæ, quæ fieri debebat etiam pro eis Placentiæ,
26 & ſic ſpe futuræ ſolutionis fiendæ, † quæ cum nõ
fuerit, nec acceptatio illa nocuit, nec debitor qui
ſcripſerat literas ad ſoluentem dicitur liberatus,
& potuit à ſolutione deſiſti ad l. literarũ. & ibi Bal.
& Salyc. C. de ſolut. Rot. Gen. dec. 2. ſub num. 15.
27 verſ. ad ſecundum, & nu. 16. † & D. Bandeni erãt
abſoluendi cum ſine actione actum eſſet d. l. ſi pu-
pilli, & in propoſito Surd. d. conſ. 190. nu. 4. lib. 2.

Tertiò, conſideratum fuit valde veriſimile eſſe
d. Magonæ pecuniam aliquam non fuiſſe ſolutam,
ſed tãtum literas correſpectiuas ſupradictas inter
28 eos extitiſſe; † Vnde intraret facilius, quod ceſſan-
29 te vna litera, & ceſſaret altera correlatiua, † veri-
ſimilitudo enim habetur pro lege, cum ſit cognata
30 naturæ, Rol. conſ. 1. num. 112. & 113. lib. 3. † & id
cenſetur factum, quod fieri ſolet l. ſi quis donatio-
nis, & ibi gloſ. de vſufr. Surd. dec. 199. n. 4. Euer. in
31 lo. A Solit. † maximè ne quis cum alterius iactu-
ra locupletetur inter præſertim mercatores, Strac.
de mercat. tit. quo in caſ. merc. ſit par. in fin. Rot.
32 Gen. dec. 3. nu. 23. † Vbi in curia mercatorum ne-
33 gotia veritate terminari reiectis iuris apicib. † &
quæ æquitas cum ſit ſcripta eſt rigori præferenda
34 Barz. dec. Bon. 50. in fin. † nec ex Iudicis etiam of-
ficio prætermittenda Ond. conſ. 30. n. 54. lib. 1.

Quartò fuit conſideratum in dicta ceſſatione
hinc inde implementi dictarum literarum, ſi non
compenſatio intraret, quam acriter impugnabant

Primo declaratur, vt habeat locum, ſi prius tum cœptũ erat iudicium generale. n. 5.

Item declaratur, vt habeat locum quando ad rem certã agitur vigore inſtrumenti, in quo promiſit reddere rationem. nu. 6.

Non autem procedit vbi nondum eſt cœptum iudicium vniuerſale, aut vbi agitur ex alio inſtrumento. num. 7.

Liquidum non debet ſuſpendi propter illiquidum. num. 8.

Repræſentatio duarum perſonarum eſt neceſſaria in cãbio, quod quis facit cum ſemetipſo. n. 9.

Adminiſtratores poſſunt conueniri pro omnibus alijs, quæ geſſerunt alio nomine durante adminiſtratione: num. 10.

Condemnatio ſequi poteſt ex petitione certæ ſummæ, ſi non fuit oppoſita ab adminiſtratore generali. numero 11.

Incompetentia ex facie petitionis deſumenda eſt, non autem ex exceptionibus partis conuentæ. n. 12.

Incompetentia reijcitur à Rota, quæ opponitur ſub prætextu articulorum iuris non orientium ex ventre petitionis actoris, n. 13.

DECISIO LXIIII.

ILluſtriſſimi hæredes Illuſtriſſ. q. D. Cardinalis de Torres coram Excellẽ. D. Iudice ordinario Florentino egerunt contra D. Petrum Mariam Grazinum Florentinum ad ſummam ſcutorum ſex millium ab eo exactam Panormi, tãquam adminiſtratorem d. Illuſtriſſ. D. Cardinalis, & per eum remiſſam per litteras cambij, quas tamen ipſemet Grazinus reuocauerat. oppoſitum fuit Iudicem eſſe incompetentem; Rota iudicauit competentem.

1 † Prima oppoſitio fuit, quod tanquam adminiſtrator debuerit ibi conueniri, vbi negotia geſſerat, l. 1. C. vbi de ratiocin. &c. Soc. conſ. 31. nu. 23. lib. 1. geſſerat autem Panormi.

2 † Reſponſum fuit eundem D. Grazinum conuentum fuiſſe Florentiæ, vbi habet domicilium, & vbi habitat, In quo poteſt fieri conuentio ad rationem reddendam pro alibi geſtis, & ſolum haberi debet ratio expenſarum in transferendis libris, & ſcripturis iuxta Caſtr. in l. prætor. in 4. ſ. fin. num. 2. & 3. ff. de edend. Soc. conſ. 149. num. 4. lib 1. Excell. D. Felic. Collega, & Coniudex in cauſa de ſociet. c. 38. n. 2.

3 Accedit ſtat. Florent. lib. 2. Rub. 18. prohibens ſubditis declinare iuriſdictionem communis Florentiæ in quacunque cauſa, & negotio excogitabili: cui non fuit viſum reſponſum à d. Grazino, ſeu DD. Informantibus pro eo.

Sed ex abundanti dictum etiam erat, non agi in præſentiarum ad rationem reddendam, ſed ad ſummam certam prædictam, & ſic ceſſare præſuppoſitum ad ſup. dec. 48. per tot.

Verùm ad hoc replicabatur ſubtiliter, quod petitio iſta habet implicitam redditionem rationis adminiſtrationis: Quia cum D. Grazinus fuerit
generalis adminiſtrator Illuſtriſſ. Card. bonorum
4 ſui Archiepiſcopatus eiuſdem, † non poteſt conueniri, nec condemnari ad aliquam ſummam certam, niſi reddita ratione totius adminiſtrationis,
in qua omnibus hinc inde datis, & receptis computatis apparere forſan poſſet eum non remanere
debitorem dictæ ſummæ, Anchar. conſ. 235. verſ.
præterea propter incertum. Alexand. conſil. 192.
lib. 7. Iaſ. conſ. 100. lib. 4. Crau. conſ. 275. num. 13.
& 14. & conſil. 231. Surd. dec. 184. num. 12. verſ.
non obſtant authoritates. Tob. Non. conſilio 63.
ſub num. 26.

5 Sublata tamen fuit replicatio ex tribus: † Primo, quia adminiſtrator non poteſt condemnari
ad ſummam ſiue rem particularem, quãdo prius
eſt cœptum iudicium generale, & quis conuentus
ad reddendam rationem, debet enim expectari exitus iſtius iudicij, in quo omnis res, & omnis ſũma compræhenditur, & in his termin. loquuntur
6 Non. Anchar. & Crau. † Item non poteſt conueniri exequutiuè ad ſummam, vel rem particularẽ,
quando ad talem rem, vel ſummam agitur vigore inſtrumenti, in quo promiſit adminiſtrator reddere rationem, quia ageretur ad id, quod non continetur, in quo non eſt promiſſa reſtitutio reliquorum, niſi mediante redditione rationis, & ita pro-
7 cedit. Alex. d. conſ. 192. lib. 7. † At vbi vel nondum
cœptum eſt iudicium vniuerſale, vel agitur ex alio
inſtrumento, aut alia ſcriptura non eſt dubium,
quod poteſt agi ad ſummam, vel rem particularẽ,
de quibus ex dictis inſtrumẽto, vel ſcriptura conſtet, Bart. in l. 1. num. 3. C. ſi adu. rem iud. declarat
Alex. d. conſ. 192. num. 3. lib. 7. nec hoc iudicium
particulare poteſt retardari, vſque quo reddita ſit
8 ratio, † quia non debet liquidum ſuſpẽdi propter
illiquidum, vt bene Soc. conſ. 24. num. 35. & 36.
lib. 1. & eſt opinio magis communiter recepta, vt
dicit Benint. dec. 90. in fi. plenè Surd. dec. 184. qui
etſi loquatur de mobilibus deſcriptis in inuentario facto à tutore, rationes tamen plures, quibus
vtitur procedunt etiam in pecunia, quam perueniſſe ad manus tutoris, vel adminiſtratoris conſtet ex probatione probata, vt poteſt videri, ſub
num. 4. 5. 6. 9. & 11. & fuit alias per nos ipſius tentum vt in dec. Flor. 13. ſupra.

Secundò dicebatur, replicationem non bene applicari terminis noſtris: Quia non conueniretur d. Grazinus tanquam adminiſtrator D. Cardinalis, ſed tanquam mercator, cui ab adminiſtratore Cardinalis fuerunt ſolutæ pecuniæ, vt eas remitteret Cardinali, qui remiſit, & tradidit literas cambij, ſed indebitè eas, ſeu mandatum ante ſolutionem reuocauit, nam, vt patet ex littera cãbij, d. Grazinus duas fecit perſonas, vnam tãquam adminiſtrator cambiauit cum ſemetipſo, tanquã mercator dictam ſummam, vt remitteretur Cardinali, & non conuertitur tanquam adminiſtrator, ſed tanquam mercator, quia tanquam talis tranſmiſit literas cambij, & indebitè reuocauit,
9 † & iſta repræſentatio duarum perſonarum, ſicut
non eſt noua, ita eſt neceſſaria in cambio, q̃d quis

facit

Digitized by Google

facit cum ſemetipſo, Rot. Gen. deciſ. 1. ſub nu. 26.
10 & 27. † Certum eſt autẽ, quod tutores, curatores
& adminiſtratores poſſunt conueniri pro omni-
bus alijs, quæ geſſerunt alio nomine durante ad-
miniſtratione iuxta gloſ. & Doctor. in l. aduerſus,
& l. rationes, C. de admin. tut. & in l. ſi tutor Rei-
publicæ, §. fin. ff. de tut. & rat. diſtr. Surd. conſ. 296.
ſub num. 13. lib. 2.

Tertiò, remouebatur replicatio ex eo, quod
actio intentata ad ſummam certam ſui natura nõ
includit redditionem rationis adminiſtrationis,
11 quia D. Grazino non opponente ſine dubio peti-
tio circa dictam tantum ſummam procederet, &
condemnatio ſequi poſſet, Alexan. d. conſ. 92. nu-
mero 3. lib. 7. Surd. d. deciſ. 184. num. 9 poſt Bart.
ſingas ergo oppoſuiſſe, vel excipiendo, vel reconue
niendo de generali iudicio rationis reddendæ, cer-
tè incompetentia reſpiceret tantum quoad oppoſi
tum, ideſt quoad propoſitum iudicium prædictũ
vniuerſale, at hoc nõ deſtruit competentiã, quoad
deducta in libell. ſeu petitione Illuſtriſs. DD. Acto
12 rum; † Siquidem incompetentia ex facie, & ven
tre petitionis reſultare debet, non autẽ ex his, quæ
excipiendo vult proponere reus l. cum quædam
puella. §. fin. ff. de Iuriſd. omn. iud. vbi Doctor. om
nes not. Corn. conſ. 46. num. 4. & 7. lib. 2. Iaſ. con-
ſil. 60. num. 10. lib. 1. Dec. conſ. 44. ſub num. 5. ver-
13 ſic. primo poteſt dici. † Vnde ſæpè Rota reijcit
incompetẽtiam oppoſitam foro mercatorum ſub
prætextu articulorum iuris, quando articuli non
oriuntur ex ventre petitionis Actoris, ſed intro-
ducerentur propter exceptiones rei.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Præuentio ſufficit ad declinandum aliud iudicium, numero 1.

Litis ingreſſus in alio iudicio impeditur ex litis pendentia in alio, num. 2.

Et geſtis iam alibi in alio iudicio renunciari non poteſt, num. 3.

Nec requiritur, quod lis ſit conteſtata, num. 4.

Præuentio ex ſola inducitur citatione, num. 5.

Et quoad actorem ipſum, & in ipſius præiudicium ſufficit commiſſio per eum obtenta licet non exequuta, numero 6.

Præſens non citatur, & proceſſus contra eum abſque citatione eſt validus. num. 7.

Comparens habetur pro legitimè citato, num. 8.

Qui dicit fuiſſe ab alio commiſſionem obtentam, eoque negante, debet probare, num. 9.

Reſcriptum, & præſens præſumuntur emanaſſe ad inſtantiam in eis nominati, num. 10.

Quod declaratur procedere, quando concernunt eius vtilitatem, num. 11.

Item, quando allegantur ab ipſo in eis nominato, numero 12.

Preces, vel commiſſio non inducunt litis pendentiam, niſi poſt intimationem, ſeu citationem, num. 13.

Litis pendentia, vel præuentio non dicitur antequam citatio perueniat ad reum, num. 14.

Fal. in precibus principi datis ad interrumpendam, & perpetuam faciendam annualem præſcriptionem, & eam tranſmittendam ad hæredes, num. 15.

D E C I S I O   L X V.

SVperata difficultate, vt in præcedenti deciſio-
ne ad aliam recurrit d. Grazinus, opponendo
alium Iudicem præueniſſe, & coram tribunali Re
gio fiſcali ex reſcripto nomine DD. Actorum ob-
tẽto Panormi delegatorio aduerſus eundẽ d. Gra-
1 zinum ſuper eadẽ ſumma ſcutorũ 6000. † quod
ſufficit ad declarandum aliud iudicium, l. vbi cæ-
2 ptum, ff. de Iud. Bal. conſ. 285. n. 1. lib. 1. † Impedi-
tur ſiquidem ex litis pendentia litis ingreſſus, alibi
Gabr. lib. 2. Comm. concl. de Iud. concl. 1. num. 12.
3 Soc. clarum dicit in conſ. 38. nu. 7. lib. 1. † id quod
adeo verum eſt, vt geſtis Panorm. renunciari non
poſſit, Felyn. in cap. exceptionem, num. 42. de ex-
4 cept. † Nec requiritur, quod ſit lis conteſtata, ſed
ſat eſt, ſi iudici data ſit ſcriptura, Rom. conſ. 412.
num. 8. Curt. iun. ad l. more, num. 83. ff. de iuriſd.
omn. iud. & vt ibi ipſe declarat, num. 80. aliud eſt
litem pendere, aliud inchoatam procedi in cauſa,
& ad Afin. in prax. Iud. ad princ. ſtat. ſub num. 16.
5 & ſeqq. † Vbi quod præuentio ex ſola introduci-
tur citatione per l. ſi quis poſtea. ff. de Iud. & alijs,
6 vt ibid. † & quoad præiudicium ipſius Actoris li-
tis pendentia inducitur ex eo ſolo, quod cauſam
ipſi committere fecit, & citationem impetrauit,
licet non fuerit exequuta, Rom. conſ. 330. num. 2.
ibi, Illud autem certum eſt. Felyn. in cap. ſuper li-
teris, num. 5. de reſcript. Pariſ. conſil. 74. num. 16.
lib. 4. Lancel. de attent. in præfat. num. 41. in fin. In
caſu noſtro apparet, d. Grazinum, & procuratorẽ
Regiæ Cameræ comparuiſſe coram Regio patri-
moniali, vnde vel præſumendum eſt citationẽ præ
ceſſiſſe, vel citatione opus non fuiſſe attenta præ-
7 ſentia, † & præſens non citatur, & nihilominus va
lidatur proceſſus, Bart. in l. 2. ff. de in Ius voc. Afin.
8 §. 7. cap. 5. lim. 90. per tot in praxi Iud. † & compa
rens habetur pro legitimè citato Lanc. de attent.
par. 2. cap. 12 num. 34.

Reſponſum fuit ad prædicta, non conſtare ſuffi
cienter, nec de ſupplicatione, nec de commiſſione,
& copiam ſupplicationis oſtẽſam non tendere ad
introducendam litem, nec ad obtinendam com-
miſſionem, vt patebat ex eius lectura.

Ruſum, nec conſtare, ſupplicationẽ fuiſſe por-
rectam, vel commiſſionẽ impetratam à dd. Acto-
ribus, vel ab eorum legitimo procuratore, prout
9 fuit ab ipſiſmet negatum, † & ſtante negatione
debebat aduerſarius plenè probare, in quo defece
rat Fulg. conſ. 23. ſub num. 2. verſ. porrò, nec ſcru-
10 pulo. † Quod enim tradit Oldr. conſ. 136. col. 2.
num. 5. Abbas, num. 9. & Felyn. nu. 7. in cap. non-
nulli, §. ſunt & alij, de reſcript. Reſcriptum, & pre
ces præſumi emanaſſe ad inſtantiam nominati in
11 eis, † procedit, quando continent eius vtilitatem,
vt præcit. DD. loquũtur, quod nõ eſt in caſu noſt.

Item,

Digitized by Google

12 † Item, procedit quando hoc allegatur ab eo, cuius nomine commiſſio fuit impetrata, quia eo ipſo approbat tacitè, vel expreſsè dum procedit vigore dictæ commiſſionis Bellam.dec.582.& 583. Quod in caſu iſto non verificatur.

Demum vana conuincebatur dicta oppoſitio, quia non conſtaret, ſucceſſionem fuiſſe aduerſario
13 intimatam, & eo citato reproductam, † preces autem, & commiſſio non inducunt litis pendentiam ante intimationem, & citationem Clem.2. vt lite pend.auth.litigioſa.C.de litigio. & in corpore vnde
14 ſumitur; † Nec dicitur inducta litis pendentia, nec præuenta iuriſdictio antequam citatio perueniat ad reum, Bald.in d.l.ſi quis poſtea, ff.de Iudic. Soc.conſ.41.num.14.in fin.& num.15.lib.1. Lanc. de attent.lit.pend. in præfat. num.11. & pluribus ſeqq. vltra Afin. ſupra cit.

15 † Nec obſtat tex.in l.1. C.quand.lib.princ.oblatio.&c. quia procedit tantum in precibus Principi datis ſuper actione annali ad effectum, vt efficiatur perpetua, & tranſmittatur ad hæredes, vt declarant ibid. omnes, & præſertim benè Caſtr. & Lancel. mox cit. num.18.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Continentia cauſæ in connexis diuidi non debet, numero 1.

In cauſis connexis plures diuerſi fori coguntur apud eundem Iudicem litigare, num.2.

Declaratur, num.3.

Exceptio litis pendentiæ, & exceptio de connexione cauſæ ſunt diuerſæ, num.4.

Exceptio incontinentia cauſæ diuidatur ante litem conteſtatam eſt opponenda, num.5.

Exceptio litis pendentiæ non excludit ſimiles oppoſitis, num. 6.

Declara vt num.7.8. & ſeqq.

Doctrinis in puncto eſt ſtandum, num.7.

Oppoſitio de litis pendentia, præuentione, & ex qualibet alia includit exceptionem, ne continentia cauſa diuidatur, num.10.

Ex ſtat.Flor. quando, & infra quem terminum poſſit opponi incompetentia, num.9.

Quando lex exigit expreſſionem, requiruntur verba, nec ſufficit, quod mens per interpretationem, & in conſequentiam colligatur, num.11.

Hæc verba expreſſim, nominatim, clarè, & ſimilia explicata proponuntur remiſſiuè, num. 12.

Non eſt inconueniens, quod quis duorum perſonarum vice fungatur, & etiam trium, num.13.

Cauſæ continentia diuidi poteſt, ſi aliqua cauſa legitima ſuadeat diuiſionem, num.14.

Damnum, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi eſt, non alijs imputandum, num.15.

Malum conſilium conſultori peſſimum, num.16.

D E C I S I O LXVI.

ADdebat D.Grazinus certè negari non poſſe, quin ſaltem lis fuiſſet introducta corã Regio fiſco inter procuratorem fiſci, & ſeipſum, dũ fuit à fiſco conuentus, vt rationem redderet de
1 adminiſtratis pro Illuſtriſs.Cardinali, † & cum illa, & iſta cauſa ſint connexæ, non deberet, nec poſſet diuidi continentia cauſæ l.nulli, C.de iudic.vbi Iaſ.num.3. Afflict.deciſ.354.num.13. quem refert & ſequitur Men. de arbitr. iud.caſ.371.num.11. & probat text. in l.1.ff.quibus de reb. ad eun.iud.
2 eat. vbi notat Bart.in ſum. † Quod in cauſis connexis plures licet diuerſi fori coguntur apud eundem Iudicem litigare; id quod pulchrè declarat Aret.conſ.29.num.24.verſ.ſecundæ autem dubi-
3 tationi; dicens per tex. in d.l.1. † Quod ſi plures ſint habentes cauſam connexam qualitate defenſionis, & vnitate negotij, ſi ſint rei non poſſunt cõueniri coram diuerſis iudicibus ab vno actore, & è contra infert, quod plures actores pariter non poſſunt conuenire vnum, & eundem reum coram diuerſis iudicibus, ne vnus, & idẽ homo diſtinguatur in plures; id quod affirmat ibi Aret. verum eſſe in cauſa cæpta, & nondum finita, quicquid ſit in cauſa iam finita, cum ergo introducta ſit cauſa coram tribunali Regio, & adhuc pendeat, non poteſt idem Grazinus pro eadem cauſa nunc ab hæredibus Cardinalis coram alio tribunali vexari.
4 † Reſponſum fuit exceptionem litis pendentię, & exceptionem de cauſæ connexitate eſſe diuerſas, in tantum, vt vna oppoſita non poſſit obtineri in alia, quæ oppoſita non fuit, vt bene declarat Natt.conſ.135. ſub num.3. verſ.nam hactenus in proceſſu. Et num.4. Certum eſt autem, quod reus non oppoſuit exceptionem, ne continentia cauſæ
5 diuidatur, † quæ tamen erat opponenda ante litẽ conteſtatam Crau. poſt Iaſ.& alios, vt per eum in conſ.258. ſub num.7. verſ.præterea iſta, Vrſill.ad Affl. in d.deciſ.354.ſub num.2. Vbi etiam iuncto num.3.& 4. per tot. tenet, prædictas exceptiones eſſe diuerſas.
6 † Vnde non obſtat Affl. in ead.dec. nu.ii.dum ait exceptionem litis pendentiæ non excludere ſimiles oppoſitis; Imo verò includere aliàs ſimiles, & in ſpecie iſta.

Quia tripliciter reſpondetur, primò doctrinas, quas allegat eſſe generales, & in alijs term. nempè
7 quod exceptio non excludat ſimiles caſus; † Nos ſumus in doctrinis in puncto, quibus ſtandũ eſt, deciſ.Bonon.noſt.11. numero 86. maximè, quia Natt.ex profeſsò articulum diſcutit in d.conſ.135. num.4. per tot.
8 † Secundò reſponſum fuit Affl.non ſimpliciter firmare pedes hic, ſed in alio fundamento, quia reus oppoſuerat exceptionem præuentionis, & litis pendentiæ, & quamlibet aliam ex præmiſſis reſultantem, ponderando dictam clauſulam, & quãlibet aliam, &c. vt patet ex num.9.in fin.ſub nu.11. verſ. Cum per dicta vltima verba, & verſic.ſeq.

& nu-

Digitized by Google

& num. 12. Vnde apparet totam vim deciſionis in ea clauſula repoſuiſſe.

Tertiò, & vltimo reſponſum fuit, ex reformat. Flor. anni 1503. habemus, *dummodo, che detta eccettione d'incompetenza s'habbia, & debbia opporre per la parte citata, o ſuo procuratore nominatamente, & eſpreſſamente, & non ſotto parole generali infra quindici dì, dal dì della prima richieſta proſſimi*

10 *futuri*. † Ex prædicta autem interpretatione non reſultaret explicitè exceptio prædicta, ne continentia cauſæ diuidatur, ſed implicitè tantum, vt in ter min. dicit Id. Affl. d. deciſ. 354. ſub num. 12. ad fin.

11 † & generaliter verum eſt, quod vbi lex requirit, quod aliquid exprimatur expreſsè, ſigillatim, formàliter, vel alijs ſimilibus verbis debet claris, & ſpecificis verbis exprimi, nec ſufficit, quod ex mẽte, & in conſequentiam aliorum verborum colligatur, vt benè diſtinguendo declarat Felyn. in c. tranſlato. nu. 5. verſ. item quando requiritur, de conſtit.

12 & ad ſupra. deciſ. 46. num. 84. & ſeqq. † & ad alia de huiuſmodi vocibus nominatim, clarè, expreſsè, & ſimilibus, & earum differentijs, & viribus pleniſſimè, & diſtinctim in tract. meo de interpret. inueſt. cap. 1. per tot.

Accedebat prædictis, quod nulla videretur ineſſe connexitas cauſarum, quia d. Grazinus conueniretur à fiſco Regio, tanquam adminiſtrator Cardinalis; In hoc verò iudicio tanquam mercator. Vt

13 in dec. 64. ſub nu. 8. † nec quod quis duarum perſonarum vice fungatur eſt inconueniens, ad Men. conſ. 351. n. 22. lib. 4. conſ. 1157. n. 10. lib. 12. Imò, etiam trinm Id. Menoch. conſ. 560. num. 3. lib. 6. & ipſe in tract. pręd. de interp. inueſt. ſub formula pro ſe, & nominando, num. . . .

Demum iuſtiſſimum, & ęquiſſimum videbatur ne DD. hæredes actores cogerentur litigare Panormi contra D. Grazinum pro hac ſumma ſc. 6000. quia fiſcus Regius facilè obtineret à ſuis iudicibus, declarari ſummam prædictã, per ea quæ facta ſunt, non exiuiſſe de regno, & ſic ea cadere ſub ſpolijs;

14 † Cauſæ verò continentia diuidi poteſt, ſi aliqua ratio iuſta, & probabilis ſuadeat diuiſionem, Soc. iun. conſ. 136. num. 6. lib. 2. Men. de arb. iud. caſ. 371. in vlt. verb. Tantò magis, quia tota hæc difficultas oritur ex facto, & culpa Grazini, qui ſi literas non reuocaſſet hæredes prædicti non paterentur hanc

15 moleſtiam, † & ſuccedit reg. c. damnum, de regul.

16 iur. in 6. † & quod dicitur malum conſilium conſultori peſſimum, l. pen. C. de legat. & diſcat in auctorem pęna redire ſuum. Ouid. Laus Deo.

SVMMARIA.

Confeſſione propria nulla melior eſt probatio, num. 1.
Producens inſtrumentum fatetur, contenta in eo vera eſſe, num. 2.
Confeſſio, ſeu factum procuratoris maximè per modum iuriſdictionis contentioſæ nocet domino, num. 3.
Confeſſionem non poteſt reuocare procurator, num. 4.
Conſtitutio Synod. Flor. refertur de cauſis clericorum in tribunali eccleſiaſtico agitandis, num. 5.
Conſtitutio, quæ non ſit in corpore ſtatutorum eſt producenda, num. 6.
Clericus agens de rebus patrimonialibus ſequitur forum rei, num. 7. & ſub num. 13. in fin.
Dicta conſtitutio, an liget forenſes agentes, num. 8.
An quia continet coactionem perſonalem, num. 9.
Forenſis ratione bonorum ligatur ſtatutis loci, in quo extant bona, num. 10.
Ex eo, quod quis ſit Prothonotarius, aut Referendarius non infertur, quod quis ſit clericus ſub eod.
Clericatus eſt probandus, vel per ſcripturam, vel per teſtes, num. 11.
Dicta conſtitutio non loquitur in caſu, vbi eſt clericus agens mixtim cum laicis, ſub eod.
Statutum loquens in caſu ſimplici non extenditur ad caſum mixtum, num. 12.
Clericus trahit ſecum laicos collitigantes ad forum eccleſiaſticum, num. 13.
Conſtitutio veniens ad derogationem iuris communis nõ recipit ex eodem interpretationem, num. 14.
Conſtitutionis verbis, & prout iacet eſt inhærendum ſub eod.
Sermo ſimplex non extenditur ad caſum mixtum, vbi conſtitutio eſt exorbitans à iure communi, num. 15.
Regula de commiſſionibus non habet locum in caſu mixto, num. 16.
Mixtum aſſumit naturam eius ſimplicis, per quod ius ſocij non tollitur, ſed conſeruatur, num. 17.
Et aſſumit in fauorabilibus per extenſionem, quia ead. æquitas, vel ratio ſuadeat, num. 18.
Secus ſi æquitas, & ratio ceſſet, num. 19.
Conſtitutiones, & ſtatuta ita interpretanda ſunt, vt quantò minus fieri poſſit ius commune lædant, num. 20.
Alia, an ſimplex contineatur ſub mixto cum ſuis declarationibus remiſſiuè, num. 21.
Exempla dicuntur de præteritis, non de futuris, num. 22.

DECISIO LXVII.

VLtimò loco opponebatur, quod inter DD. Actores eſſet vnus clericus, & probatum eſſe dicebatur ex mandato Illuſtriſs. D. Don Coſmi de Torre, dum ſe enunciauit Prothonotarium Apoſtolicum de numero participantium, & vtriuſque Signaturæ Referendarium, & ipſemet procurator

1 in petitione repetit eaſdem qualitates, † Vnde obſtat, & propria confeſſio domini, qua nulla melior eſt probatio, l. cum te. C. de tranſact. & ipſiuſmet procuratoris, eo ipſo quod etiam produxit idẽ in-

2 ſtrumentum mandati, † ex quo fatetur, vera eſſe in eo contenta Spec. de Inſt. edit. §. videndum, numero 12. Caſtr. in l. 2. §. editiones, ff. de edend. Roman. conſ. 433. nu. 11. Vbi Add. latè Alb. conſ. 59.

3 num. 11. † & confeſſio procuratoris, & factum maximè factum per modum contentioſæ iuriſdictionis nocet domino, Bart. in l. certum, §. ſed an ipſos,

4 ff. de Confeſſ. Oſaſc. dec. 38. nu. 34. & 38. † & hanc confeſſionem reuocare non poteſt procurator, ad Surd. deciſ. 104. num. 5. & ſeqq.

5 † Hoc ſuppoſito adducebatur conſtitutio Synodalis anni 1517. Vt omnes cauſæ clericorũ, & re-

ligioſarum perſonarum, ſiuè agendo, ſiuè excipien
do, pertineant ad forum eccleſiaſticum, approbata
à Summo tunc temporis Pontifice, & obſeruata
hodie in perſona Illuſtriſs. D. Alemani Epiſcopi Si
gniæ in Alemania ad l. minimè, ff de legibus.

Ad hæc reſponſum fuit primo non conſtitiſſe
6 de dicta conſtitutione Synodali, † quæ erat produ-
cenda, cum non conſtaret eam eſſe inſertá in cor-
7 pore ſtatutorum, ad dec noſt. Luc. 19. n. 3. † & cer-
tum ſit ius commune eſſe in contrariũ, quod Cle-
ricus de rebus patrimonialibus agens ſequitur fo-
rum rei, & ſic Laicum, c. ſi Clericus, de foro comp.
8 † Item reſponſum fuit, hanc conſtitutionem,
etiam dato quod de ea conſtaret, ipſe verò num-
quam vidi, non ligate DD. Actores tanquã foren-
ſes, & non de Diœceſi, ad l. fin. ff. de Iuriſd. omn.
iud. Roman. conſ. 92. num. 5. Alex conſ. 44. nu. 10.
9 lib. 5. † maximè, quia continet coactionem perſo-
nalem, vt cogantur litigare coram Iudice eccleſia-
ſtico contra ius commune, ex trad. à Soc. conſ. 71.
num. 24. & 25. † Hæc reſponſio viſa eſt dominis
10 periculoſa. † ob doctrinam, quod forenſis ratione
bonorum ligatur ſtatutis illius loci, in quo ſunt bo
na, vel iura prætenſa, vt hic creditum cum D. Ad-
uerſario Florentino & in patria innento, & habi-
tante, Crau. conſ. 290. ſub num. 7. verſ. Quia argu-
mentum. Natt. conſ. 389. num. 5. in fin. & num. 6.

Domini magis mouebantur, quod non conſta-
ret, quod ex prædictis officijs, & dignitatibus ec-
cleſiaſticis inferretur neceſſariò clericatus, vel per-
ſona religioſa, & ſic verba conſtitutionis non veri-
ficari, vnde ceſſaret hoc in caſu conſtitutio l. 4. §. to
tiens. ff de damn infect.

Item, vltrà primum fundamẽtum, quod ponit
falcem ad radicem cum non fuerit probatus cleri-
11 catus, † qui erat probandus per literas parentes, &
per ſcripturam ſecundum aliquos, vel ſecundum
alios ſaltem per duos teſtes, vt cumulat Doctor. in
vtranque partem Surd in conſ. 396. num. 13. lib. 3.
ad quem ſat ſit remiſiſſe, quia author eſt in mani-
bus omnium, & meritiſſimè quidẽ, quia magnus
vir in profeſſione noſtra; Addebã ipſe aliud, quod
ſi eſſet probatus clericatus eſſemus in clerico, cum
quo coniuncti ſunt alij Laici collitigatores & acto
12 res; Quin in caſu conſtitutio non loquitur, † & ſta-
tutum loquens in caſu ſimplici non extenditur ad
caſum mixtum, vt in decıſ. noſt. ſupra 1. num. 72.
maximè Contard. qui alios cumulat.
13 † Nec obſtat, quod de iure communi Clericus
trahit ad ſe, & ad forum eccleſiaſticum, etiã alios
laicos quantumuis plures ſint, Bart. in l. iuriſperi-
tos, §. 1. num. 1. ff. de excuſat. tut. cum alijs cit. per
Surd in d. cõſ. 396. ſub n. 15. verſ. in tantũ, & n. 16.

Quia quod clericus actor cogatur conuenire reũ
laicũ in foro eccleſiaſtico, eſt correctoriũ iuris cõ-
munis, quo regulariter eſt contra vt ſupra, num. 7.
14 dictum eſt, † quare dicta conſtitutio ad iuris com
munis derogationem veniens non recipit interpre
tationé ab eodem iure communi, ſed eſt intelligen
da, vt iacet, verbisq; conſtitutionis eſt inhęrẽdum,
Surd. conſ. 393. num. 16. lib. 3. de magis communi
Menoch. conſ. 88. num. 30. refert, ac ſequitur alijs
relatis Magon. decıſ. Luc. 6. num. 31.
15 † Item, vbi conſtitutio eſt exorbitans à iure cõi
ſermo ſimplex non extenditur ad caſum mixtum,
16 ita Contard. in loco mox cit. num... Vbi latè. † &
fac. in propoſitũ quod ait n. 33. quod DD. de Rota
concluſerunt regulá, quę loquitur de cõmiſſionib.
non habere locũ in caſu mixto, profecto enim di-
cta cõſtitutio ſapit vim commiſſionum, quatenus
cauſę, quæ ad alium forũ ſpectarent foro eccleſia-
ſtico videntur per eam quodammodo committi.
17 † Accedebat, & illud mixtum aſſumere naturá
eius ſimplicis per quod ius ſocij nõ tollitur, ſed cõ
18 ſeruatur: † Item, & illud, quod quando diſpoſitio
loquens de ſimplici trahatur ad mixtũ in fauorabi-
libus id contingere per extenſionem ob mentẽ, &
voluntatem prǽſumptam diſponentis eo caſu, quo
in mixto eadem æquitas, & ratio viget, quæ in ſim
19 plici † ſecus ſi ratio, & æquitas ceſſat, Meo. conſ.
654. n. 2. & 3. lib. 7. In caſu noſtro ius ſociorũ lǽde
retur; Item nulla æquitas intrat, nec fauor, ex quo
ipſimet, & plures ſuor, & elegerunt hanc viá, à qua
ſine magno eorũ incommodo recedere nõ poſſent
& citra iacturã partis, quæ vtrum hoc, vel illo tri-
bunali conueniatur, parum, aut nihil refert. Quare
intrat concluſio, & Doctr. Men. mox cit. maximè,
quia per eam in caſu noſtro, etiã minus lǽditur ius
20 cõmune, † & ea interpretatio in ſtatutis, vel con-
ſtitutionibus recipienda eſt, per quã minus quàm
fieri poſſit ius cõmune lædatur, & iuri cõmuni de-
rogetur, Cuman. conſ. 30. col. 2. Curt. iun. conſ. 7.
col. 4. conſ. 102. col. fin. Crau. conſ 135. nu. 35. ipſe in
tract. meo de interpr. inueſt. c. 2. Grad. vlc. obſ. vlt.
n. 32. & ſeqq. vbi latè me extendo ad huiuſce ma-
21 teriæ explicationem. † Alia quod ſimplex nõ con-
tineatur ſub mixto cum declarationibus V. Surd.
decıſ. 53. nu. 27. dec. 174. n. 15 16. dec. 329. nu. 19. ſub
23. 24. reſpondendo ad nu. 6. & ſeqq. & conſ. 33.
num. 10. & ſeqq. & num. 25. 29. decıſ. 169. num. 8.

Nec obſtare caſum in perſona Illuſtriſs. D. Epi-
ſcopi Alemanni, quia hic caſus contigit poſt ince-
ptam hanc litem, & moram hanc difficultatem ad
ſuaſionem vnius ex DD. informantibus, qui viſa
hac difficultate, ad eam euitandam ita monuerũt,
22 & ſuaſerunt; † exempla autem dicuntur de præ-
teritis non de futuris. Vt patet ex ead. l. minimè. &
fac. illud Eccleſiaſt. omnia facito ſecundum exem-
plar, quod tibi monſtratum eſt: Ex quibus nihil
impedire quominus d. Iudex ordinarius compe-
tens eſſet domini concluſerunt. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Terræ nomen idem ſonat quod ager, qui eſt locus ſine ædi ficio, num. 1.

Differt ager à fundo ſeu prædio, quia fundus dicitur genus, Ager ſpecies, num. 2.

Ager non eſt fundus, ſeu prædium, ſed illius pars, n. 3.

Terratum nomine ex communi uſu loquendi intelligun tur terræ ſpezzate, num. 4.

Agri nomẽ ſtrictè locus ſine ædificio indicatur, n. 5. et 15.

Latè

Latè etiam pro fundo, ſeu prædio, & pro loco extra ciuitatem apto ad culturum, num.6.

Fundus, ager, prædium promiſcuè ſumuntur in pluribus legibus hic citat. num.7.

Ager cum ædificio eſt in l. hic cit. num.8.

Legato fundo, vel prædio etiam domus, vel Palatium continetur, num.9.

Idem legatis agris, num.10.

In quo etiam Villæ venire dicuntur, num.11.

Ager dicitur, ſuper quo eſt vna domus, num.12.

Legatum latè interpretari debet, num.13.

Maximè factum vxori, num.14.

Verba ſæpè duplicem habent ſenſum latum, et ſtrictum, & vterque eſt proprius, num.16.

Aliud eſt propriè ſignificare, & aliud ſtrictè, & lata etiam ſignificatio propria eſt, num.17.

Pecunia tripliciter accipitur ſtrictè pro pecunia numerata, largius pro ijs, quæ pondere numero, & menſura continentur, & largiſſimè pro omnibus, quæ in patrimonio ſunt, num.18.

Et omnes hæ ſignificationes ſunt propriæ, num.19.

Fratris nomen ſtrictè pro fratre vtrinque coniuncto ſumitur, & latè pro conſanguineo tantum, vel vterino tantum ſemper tamen propriè, num.20.

Propria verbi ſignificatio ex eo deprehenditur, quod ſæpè à I.C. fuerit in eo ſignificatu capta, & intellecta, num.21.

Communis vſus loquendi eſt probandus, num.22.

Et probandus, quod fuerit de tempore diſpoſitionis, n.23.

Nec ſufficit aſſertio dd. Iudicum in cauſa Iudicantiũ, maximè cũ non potuerũt habere cognitionẽ talis vſus, n.24

DECISIO LXVIII.

DOminus Antonius Malegonella fecit fideicommiſſum particularè domus, apothecarum, palatij, &c. prout in teſtamento, & cum omnibus terris, quas, vt ſupra reliquit D. Lenæ. Cui reliquerat in hæc verba, ſcilicet, *Vſumfructum prędij del Sagginale poſiti in partibus Mugelli in populo ſancti Quirici à Vlineto, cum domibus pro domino, & laboratore, infra ſuos confines, cũ omnibus terris, quas teſtator haberet tempore ſuæ mortis à flumine Serris verſus meridiem, non diſtantibus à dicto prædio ultra medium miliaris, non obſtante quod per diuerſas perſonas laborarentur; Item prædij del poggiolo poſiti in populo S. Martini à Veſpignano cum domuncula, & terris Magiaticis, quæ de per ſe à dicto prædio locari conſueuerũt in prędio Veſpignani cũ omnib. beſtijs, etc.*

Idem D. Antonius teſtator emit poſt d. teſtamẽtum prædium del Bollito, & terras non diſtantes à dicto prædio del Sagginale vltra medium milliaris à flumine Serris verſus meridiem, & hoc prędium inuentum fuit tempore mortis in eius bonis.

Dubitatum fuit, an & hoc prædium in d. fideicommiſſo contineretur: ex DD. tribus Iudicibus duo negarunt, vnus affirmauit; Re ad nos quinq; Iudices delatã, omnes nullo diſcrepãte cenſuimus cõtineri, aliorũ duorum dd. Iudicũ ſent. infirmata.

Primum dubium fuit in eo, quia dicebatur pro
1 negatiua, † Quod terræ nomen idẽ ſonat quod nomen agri, ager autẽ eſt locus ſine ædificio l. ager. 27 l. fundi appellatione, 211. ff. de verb. ſign. Bartol. in tract. de flum. verſ. agro. n. 1. Luc. de pen. in l. vſum aquæ, ſub n.6. C. de acq. duc. li. 11. Rebuf. in l. ager. in prin. ff. de verb ſign. Et in l. quęſt. 111. verſ. agri.
2 eod. tit. † Differt igitur ager à fundo, ſeu prædio, quia fundus dicitur genus, ager verò ſpecies illius
3 generis, d. l. fundi, & d. l. quæſtio. † & ſi ager non eſt fundus, ſeu prædium, ſed illius pars Io. Garz. in tract. de expenſ. & melior. c.10. n.4. & c.11. n.38. 39. & cum prædictis conſonare videtur cõmunis
4 vſus loquendi, † ſecundum quem terrarum nomine ſignificantur, (terre ſpezzate;) plures verò terræ cum domo pro laboratore deſignantur per nomen prædij, vt aſſerunt excell. DD. duo in eorum motiuo. Cum igitur teſtator prædictus legauerit terras, quas haberet intra confines ibi deſignatos tempore mortis, non videtur vllo modo voluiſſe legare prędium formatum cum domo pro laboratore, prout eſt dictum prædium del bollito.

5 † Reſponſum fuit, ſecundum ſtrictam ſignificationem agri nomẽ locum ſine ædificio indicari d. l.
9 ager. & d. l. fundi, ff. de verb. ſign. † Sed ſæpius etiã latius accipi, & generalius pro loco extra ciuitatem apto ad culturam, & idem ſignificans, ac fundus & prædium ex l. pen. §. 1. qui ſatiſd. cog. l. milites. 13. ff. de re milit. iuncta d. milites, 9. ff. eod. tit. l. 1. §. ſiuè autem corpore, ff. de vi & vi arm. l. item ſi fundi. 10. ff. de vſufr. l. ſi duorum, 43. ff. de act. empt. l. qui fundum vendebat, 40. in princ. eod. tit. l. quæſitum. 12. §. quæritur, an ſeruus, ff. de fun. inſtr. l. inſtrumenta, 8. l. mancipia. 19. l. quędam mulier. 77. ff. eod. tit. l. 1. ff. ſi ag. vectig. &c. Vt in rubr. & tit. C. de omn.
7 agro. deſert. & alijs locis ſexcentis, † quibus fun-
8 dus, ager, prædium promiſcuè accipiuntur. † Imò ager cum ædificio eſt in l. pupillus. 239. § incola. ff. de verb. ſignif. in l. arboribus. 13. ff. de vſufr. in prin.
9 † Vnde quemadmodum legato fundo, vel prædio etiam domus, imò & palatium in eo exiſtens venit l. prædia. 27. §. pen. ff. de fun. inſtr. l. fundi. 211. ff. de verb. ſign. Bal. in l. 1. n. 3. C. com. de leg. Mant. de cõ
10 iect. &c. lib. 9. tit. 2. n. 10. † ita, & legatis agris, vt eſt in term. elegans deciſio. Paul. I.C. in ſuis fragm. li. 3. recept. ſent. ſub tit. de lega. Vbi ait, quod Villis,
11 vel agris ſeparatim legatis alterũ altero cedit, † ibique Iacob. Cuiac. in coniect. ad illum locũ notat villas venire legatis agris, cuius loci meminit, & id. Cuiac. ad l. vxori, 35. ff. de vſu & vſufr. leg. & ante cum Alc. in d. l. ager. 27. ff. de verb. ſign. & Alber. in
12 l. 1. ad l. Iul. de vi publ. n. 4. not. cum glo. ibi, † agrũ dici, ſuper quo eſt vna domus, quod etiam tradit Hieron. de Monte de fin. cap. 10. num. 3.

His ſic firmatis dicitur, quod in caſu noſtro eſ-
13 ſet ea vox in latiori ſignificatu intelligenda, † & quia ſumus in legato, quod latè debet interpretari, l. in teſtamentis, ff. de reg. iur. c. cum dilecti ext. de
14 donat. latè Natt. cõſ. 626. n. 5. 6. † & multò magis, quia ſumus in legato facto vxori, cuius fauore lata ſumi debet interpretatio, vt ait poſt aliõs Crauet. conſ. 297. num. 1. verſ. quod procedit. Gabr. conſil. 120. n. 10. lib. 1. Men. conſ. 142. n. 24. 26. 27. lib. 2. Rot. dec. 138. num. 1. par. 1. Diuerſ.

15 † Nec quicquam obeſt, quod proprietas verbo-
rum ſit in primis obſeruanda, niſi aliunde conſtet
de voluntate teſtatoris, l. non aliter, de leg. 3. & ſe-
cundum ſtrictam ſignificationem ager ſine ædifi-
cio dicatur, vt ſupra n. 5. dictum eſt, Quia ex eo
quod ſtriſta illa ſignificatio ſit propria, nó infertur
impropriam eſſe illam, ſecundum quam latius ac-
cipitur nomen agri pro quolibet fundo, & prædio,
vel alio loco ad culturam apto cum ædificio, vel ſi-
16 ne; † ſæpè enim verba duplicem habent ſignifica-
tionem latam, & strictã, vtraq; tamen eſt propria,
vt ex profeſſò docet Lácil. Gal. in tract. de verb. ſi-
17 gnif. lib. 2. cap. 4. in princ. & per tot. † Aliud enim
eſt propriè ſignificare, aliud ſtrictè, & lata etiam ſi-
gnificatio propria eſſe poteſt, vt ibid. n. 12. exemplũ
18 eſt in verb. † Pecunia, quod, vt gloſ. pen. in l. 2. C.
de conſt. pec. declarat, tripliciter accipitur, ſtrictè
pro pecunia numerata, vt in l. 1. C. de prob. & in §.
item pretium Inſt. de empt. & vend. Secundò lar-
gius pro ijs, quę pondere, numero, vel menſura cõ-
ſiſtunt, l. talis ſcriptura, ff. de leg. 1. l. 2. §. item mutuũ
ff. ſi cert. pet. Tertiò, largiſſimè pro omnibus quæ
in patrimonio ſunt, d. l. 2. C. de Conſt. pec. l. 4. l. pe-
19 cuniæ. 178. in princ. ff. de verb. ſign. † omnes tamẽ
ſunt propriæ ſignificationes, etiam quando largiſ-
ſimè accipitur, vt patet ex d. l. 2. l. 4. & l. pecuniæ 1
20 † & fratris nomen ſtrictè pro fratre vtrinque con-
iuncto accipitur; Item latè pro fratre etiam cõſan-
guineo, vel vterino tantum, ſemper tamẽ propriè,
Soc. conſ. vlt. n. 2. lib. 2. Alia exempla afferr Alc. de
verb. ſign. lib. 1. pag. 1. & Gal. d. lib. 2. c. 4. n. 9. & ſeq.
Quod antẽ lata ſignificatio huius vocis Ager ſit
etiam propria concludenter probatur ab authori-
tate tot I.C. qui in ea ſignificatione paſſim vtun-
tur, affirmare enim, quod tam frequenter impro-
21 priè loquantur, aut nimis abſurdum, † & ita ab au
thoritate colligi propriam verborum ſignificatio-
nem, docet Bart. in l. omnes populi, num. 59. ff. de
Iuſtit. & iur. Alc. de verb. ſignif. d. lib. 1. pag. 2. ver-
ſic. Sed quomodo propriam ſignificationem digno
ſcemus Gal. d. lib. 2. cap. 7. num. 10.
22 † Non obſtat communis vſus loquendi, quia
probandus erat Bart. in l. labeo. & in fin. de ſuppel.
lect. leg. Dec. conſ. 472. n. 15. Mant. de Coniec. &c.
23 lib. 3. tit. 8. nu. 8. Maſc. de prob. concl. 329. n. 2. † &
probari oportebat de tempore diſpoſitionis, Dec.
d. conſ. 472. ſub num. 16. Hic autem non fuit pro-
24 batus; † Nec aſſertio DD. duorum Iudicum ſim
plex, de qua in dicto motiuo, releuat, vt benè Abb.
conſ. 53. num. 2. verſic. Nec obſtat litera teſtimo-
nialis, lib. 2. Et maximè, cum nullam potuerint ha-
bere cognitionem communis vſus tempore teſta-
menti conditi iam de anno 1508. Quo nec dum
erant in rerum natura ex his ſit primum dubium
reſolutum, quæ tamen reſolutio ex ſeq. deciſ. cla-
rior adhuc fiet. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Terra, & fundus idem important, num 1.
Sub legato terrarum villa noua continentur, etiam ter-
ra extra Villam nouam exiſtentes, num. 2.
Terra ſignificat omnem locum, qua ad vſum hominis
aratur, ſeminatur, colitur, num. 3.
Domuncula eſt ad culturam neceſſaria, num. 4.
Terra appellatione omnis terra continetur, ſiue in ea ſit
ædificium, ſiuè non, num. 5.
Mobilia retineri, & conſeruari ſolent in ædificijs, n. 6.
Dictio omne nihil excludit, num. 7.
Et facit comprehendi ea, quæ aliàs non comprehenderen-
tur, num. 8.
Et quæ non comprehenderentur ex proprietate vocabu-
li, num. 9.
Ex ſenſu ad vnum aliquod verbum dato à teſtatore, col
ligitur idẽ ſenſus in alia eiuſd. diſpoſitionis parte, n. 10
Mens declaratur ex eadem ſcriptura, & ex qualibet par
ticula eius, num. 11.
Ex vſu loquentis deſumitur ſignificatio verbi, & ex ver
borum, ſeu nominum conformitate, num. 12.
Vbi ratio diuerſitatis afferri non poteſt, non debet eſſe ius
diuerſum, ſub eod.
Maximè vbi oratio eſt ſub vniuerſalibus verbis conce-
pta, num. 13.
Qui prius dixit cum omnibus terris, repetit etiam verba
cum domibus, de quibus ſupra dictum erat, num. 14.
Inducta in unum finem non debent contrarium effectum
operari, num. 15.
Non eſt argumentandum ad excluſionem alterius, quãdo
aliquid fuit expreſſum demonſtratiuè tantum, nu. 16.
Satis quid expreſſum, quod per verba vniuerſalia expreſ-
ſum fuit, ſi in eis contineatur, num. 17.
Ex diuerſis non infertur, num. 18.
Verba iuriſperiti magis ſunt ſeruanda, & attendenda,
num. 19.

DECISIO LXIX.

MAgis ad rem facit dubium ſecundũ, & vlt.
vt ſicuti teſtator, non agrorum, ſed terrarũ
nomine vſus eſt, ita quid verè tali nomine conti-
neatur videamus, profectò teſtatoris mens ex adie
ctione huiuſmodi nominis viſa eſt in hanc rem cla
rior, quod, ſ. dictum prædium, del bolliro, in dictis
legato, & fideicõmiſſo cõtineretur ex infraſcriptis.
1 Primò, quia terrã, & fundum idem importare ſcri-
ſit Capr. conſ. 30. num. 1. & ad l. 7. C. de omn. agr.
2 deſer. lib. 11. † & quia in term. conſuluit Alexan.
in conſil. 150. in princ. lib. 7. ſub legato terrarum
Villæ nouæ contineri etiam terras extra Villã no-
uam exiſtentes, quia perinde ſit, ac ſi legatum fuiſ-
ſet prædium, ſeu fundus Villæ nouæ, ſequuti ſunt
Surd. dec. 241. ſub num. 11. Card. Mantic. de con-
3 iect. vlt. vol. lib. 9. tit. 2. n. 12. † & etiã quia terra ſi-
gnificat omnẽ locum, qui ad vſum hominis aratur
ſeminatur, colitur, Guid. pap. ſingul. 526. in fin.
Vnde terræ, de quibus agitur compræhenduntur
etiã ſi ibi ſit domuncula ad vſum laboratoris, tum
quia hæc non facit quominus hæ terrę arentur, ſe-
4 minentur, & colantur, † imo verò ad culturam eſt
neceſſaria, & eſt fundi acceſſoria, l. fundi 8. ff. quib.
5 mod. vſusfr. amitt. † Tum etiam, quia de proprie-
tate vocabuli omnis terra, appellatione terræ cõti-
netur a

Digitized by Google

netur, ſiuè ſit, ſiuè non ſit ædificium, ſic enim dici-
mus terram Italicã, terram prouincialem, ſic dici-
mus in hac, vel in illa mobilia detinere: porrò in
Italia, & prouincijs ſunt ædificia, & detentio mo-
6 bilium in ędificijs verificatur, † in quibus ea cõſer
uari ſolet, ad l.vn. C. de Vſucap. transf. ibi, *Vt ſi quis
alienam rem mobilẽ, ſeu ſe mouentem in quacunq; ter-
ra, ſiuè in Italia, ſiuè prouinciali bona fide per conti-
nuum triennium detinuerit, &c.*

Accedebat, quod teſtator non fuit loquutus de
terris ſimpliciter, ſed cum ſigno vniuerſali, *Tutte*
7 *le Terre*; † dictio enim omne nihil excludit. l. 1. ff.
8 de leg. 1. l. Iulianus, de leg. 3. † & facit comprehen-
di etiam ea, quæ aliàs non cõprehenderentur l. fin.
ff. de penu leg. Rom. conſ. 31. in princ. & nu. 2. vbi
plenè Add. Dec. conſ. 472. Surd. conſ. 31. num. 27.
9 † & etiã ea, quæ aliàs ex proprietate vocabuli non
cõpræhenderentur Alex. conſ. 102. n. 2. & ſeq. li. 6.

Confirmatur idem, quia in eod. illo legato terra-
rum teſtator ipſe cõprehendit terras magiaticas ſo
litas locari, & ſeparari à prædio del poggiolo, & ta-
men erat in his terris domuncula pro laboratore;
vnde conuincitur manifeſtè, quod ſub nomine ter-
rarum teſtator comprehendit quaſcunq; terras ad
culturam aptas, licet ſuper eis adſit domus pro la-
10 boratore; † nam ex ſenſu ad vnum aliquod verbũ
ſemel dato à teſtatore, colligitur idẽ ſenſus in alia
eiuſdem diſpoſitionis parte l. ſi ſeruus pluriũ, §. fin.
de leg. 1. not. in l. vtrũ, ff. de pet. hæred. Rol. conſ. 61.
11 n. 36. vol. 2. † vbi quod mẽs declaratur ex ead. ſcri
ptura, & ex qualibet particula eius cum alijs, vt co
pioſè per me de interp. inueſt. c. 2. gra. 8. n. 8. & ſeq.

Sic idem teſtator, cum emit dictum prædiũ del
bollito; in inſtrumento ſæpius terrarũ nomen ſo-
let vſurpare, & terræ enumerantur & deſcribun-
tur, vnde intrat, & nominis conformitas, & con-
12 uenientia, dec. noſt. Luc. 13. n. 31. † Vbi quod per
hoc aliquid etiam voluntatis declaratur, & idem
etiam quatenus reſultat talis, vſus ipſiuſmet lo-
quentis ad l. Mela, §. 1. ff. de alim. & cib. leg. fuſè
per me de int. inueſt. grad. 2. poſit. 1. per tot.

Demum nulla ratio poteſt afforri cur teſtator vo
luerit relinquere d. Lenę, & deſcendentibus magis
terras ſine domo, quam terras cum domo, & ideo
13 non debet ſine ratione talis differẽtia induci, † ma
ximè ſtante voce vniuerſali, de qua ſupra ad Crau.
in propoſito, conſ. 297. ſub nu. 3. verſ. quarto con-
ſidero, l. illud, ff. ad leg. Aquil. ad Surd. conſil. 553.
ſub num. 28. & ſeqq.

Non obſtat, quod terris magiaticis adiecit te-
14 ſtator, & domunculã in legato prædicto, † nã præ-
terquam quod eo ipſo, quod dixerat (Cum omni-
bus terris) repeti poteſt quod ſupra dixerat cũ do-
mibus, Corn. conſ. 244. ſub n. 21. lib. 4. Reſponſum
fuit mentionẽ de domuncula factam fuiſſe nõ ex-
cluſiuè ad aliud, ſed demonſtratiuè, & ad maiorem
15 fauorẽ legatariæ, † vnde inducta in vnum finem
non debent contrarium effectum operari, Iaſ. con-
16 ſil. 202. n. 35. li. 2. Nat. conſ. 403. n. 6. † Et quando
aliquid exprimitur non ratione reſtringendi, ſed
ne videatur neglectum non poſſumus inde argu-
mentari ad excluſionẽ alterius Bal. conſ. 208. nu. 2.
17 lib. 4. † Imò ſatis expreſſum videtur per verba vni
uerſalia, quãuis ſpecificatio domus nõ adſit, Crau.
d. conſ. 297. ante nu. 7. Mihi, licet à nullo fuiſſet ta-
ctum, videbatur cadere omnino vis huiuſce argu-
mentationis, quia de tẽpore legati aderant penes te
ſtatorẽ dictæ terræ magiaticæ, & ſciebat domũ in
eis exiſtentem; Non aderant adhuc terræ del bol-
lito, quia poſtea emit, quid mirum ſi adijcere do-
mum ſciuit in primo caſu, & ſi non adijcere in po
18 ſteriore? † Ex diuerſis etenim non infertur l. Papi-
19 nianus exuli, ff. de mino. † Et cum teſtator fuerit
Iuriſperitiſſimus, eo minus eſt circa ea hæſitandũ,
quæ ex vi ſermonis ipſius, & verborum elici citra
violentiam poſſunt, & de quibus ſupra abundè vi-
ſum fuit conſiderata proprietate vocabuli, terræ,
vniuerſali adiecta, & concomitantibus coniecturis
ad not. ſupra dec. 1. n. 90. Quare, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Acceptans literam cambij fit debitor eius cui mandatur ſolui, & mãdans intelligitur liberatus n. 1. et ſub n. 20 & ſeqq. & num. 26. Fal. num. 46.

Per acceptationem intelligitur facta nouatio debitoris creditoris, & loci, vnde licet mandans decoxiſſet acceptans tenetur nihilominus ſoluere, num. 2.

Pro exactione crediti vigore literarum cambij competit executiua, num. 3. ſub 7.

Literæ mercatorum habent vim inſtrumenti, ſententiæ, & rei iudicatæ, num. 4.

Ita quod nihil per acceptantem opponi poſſit, num. 5.

Habent executionem paratam, num. 6. 7.

Declara, vt num. 10. & ſeqq.

Cambia ſunt ſemper liquida, & non eſt neceſſaria interpellatio aliàs ex ſtatuto requiſita, num. 8.

Literis, quæ dicuntur d'Auiſi creditur, num. 9.

Vbi agitur de obſeruantia, implemento, aut contrauentione literarum cambij non agitur via executiua, ſed ordinaria, & quomodo, num. 10.

In cambijs vbi pecunia remanet penes recipientem ſine cauſa, competit remedium l. ſi me & Titum, num. 11.

L. ſi me, & Titium tanquam ſpeculum debet eſſe ante oculos mercatorum, num. 12.

Vel competit condictio ob cauſam, num. 13.

Alud eſt eſſe contractum mutui, & aliud cambij, n. 14.

In contractu cambij, ſi non ſeruantur promiſſa repetitur condictione ob cauſam, num. 15.

Quæ non oritur ex ipſa ſcriptura ſed aliunde, & ideo non intrat executio, num. 16.

Nec inerat tẽpore contractus, nec de ea cogitatũ fuit, n. 17

Vnde, nec ex verbis, nec ex mente ſcripturæ agi poteſt ad exequendum, ſed ex ſola legis prouidentia per viam ordinariam, num. 18.

Vbi actum eſt executiuè, vbi agendum erat ordinariè, male actum fuit, num. 19.

Sine actione nemo poteſt experiri, num. 20.

Agit is, in quem dirigitur creditum, num. 21.

Et mandatum de ſoluendo alij acceptatum, reuocari non poteſt, num. 22.

Contra quod poſſit reuocari, num. 23. 24. 25.

In dubio adiectus quis præſumitur tanquam procurator, num. 24.

An mandatum poſſit reuocari pendet ab intereſſe ipſius mandatarij, num. 25.

Vbi agitur ſine actione reus eſt abſoluendus, num. 27.

In correſpectiuis literis vna ceſſante alia ceſſat ſub n. 26. & num. 28.

Veriſimilitudo habetur pro lege, cum ſit cognata naturæ, num. 29.

Id cenſetur factum, quod fieri conſueuit, num. 30.

Nemo debet cum alterius iactura locupletari, maximè obſeruandum inter mercatores, num. 31.

In curia mercatorum negotia ex veritate terminanda reiectis apicibus iuris, num. 32.

Aequitas ſcripta rigori præferenda, num. 33.

Non prætermittenda ex Iudicis officio, num. 34.

Compenſatio fit inter ipſos debitorem, & creditorem, non quoad alia alijs debita num. 35.

Ne quidem per Correum, num. 36.

Reconuentio competit etiam ubi compenſatio non intrat, num. 37.

Vel retentio, num. 38.

Etiam ſi res peruenta ad manus creditoris ei non ſit obligata, num. 39.

Vel exceptio, quæ contra agentem datur. ſub eod.

Totalis deliberatio poteſt ſtare in pendenti ex aliquo particulari facto, ſeu faciendo, num. 40.

Si ex vnis literis liceat executiuè agi, ita ex alijs, n. 41.

Alter alteri eſt obligatus quouſque effectum habeat litera cambij, num. 42.

Patere legem quam tu ipſe tuleris, num. 43.

Quod quiſq; iuris in alium ſtatuit, ipſe eod. vtatur, n. 44

Aequitas in paribus cauſis paria iura deſiderat, nu. 45.

Mandans ex acceptatione ſola mandatarij non cenſetur liberatus, ſed ſolū, ſi pecunia fuerit rè uera ſoluta, n. 46

Agendum eſt contra quem cōpetit ius, non contra alium, num. 47.

DECISIO LXX.

IAcobus Magona per literas, quas vocant, *d'Auiſi*, ſub 16. Iulij 1610. certos reddidit DD. Octauium, & Andream de Bandenis Neapolis, ſe remiſiſſe in proxima Auguſti Nicolao Amatori ad ordinem ipſorum de Bandenis ſcut. 606. 4. monetę numeratos à DD. de Donis, ſe autem traxiſſe ad vſum ſcut. 500. pro ſe reualendo de eo, quod deficeret in duobus ab eiſdem Donis, & ſub ead. die 16. Iulij idē Magona fecit literas directas dd. de Bandenis pro ſolutione prædicta ſc. 500. fienda Lagomancinijs pro vna rata, & pro alia Falconerijs, quę literæ Cābij fuerunt per dd. de Bandenis prędictos acceptatæ ſub die 23. eiuſd. menſis Iulij: qua eadem die idem Magona ſcripſit literas d. Nicolao, in quibus dicit, ſe illi remiſiſſe pro dd. DD. Bandenis ſc. 606. 4. monetę per literas cābij incluſas Dominorū de Donis ſoluendas, & complendas à DD. de Strozzis Caroli; quæ quidem literæ reuera cōtinebant dictā ſummam ſoluendam d. Nicolao, *la valuta*, ſeu quia habuerat valutam à d. Magon. ſed eas dd. de Donis noluerunt complere, nec ſoluere dd. de Strozzis, quibus erant directæ vt ex proteſtu ſub 14. Auguſti, quo per dd. Bandenos audito, ex quo litera prædicta ad eorum cōmodum remiſſa d. Nicolao non complebatur, & ita non habuit effectum litera Auiſij ſupradicta, nec ipſi, quãuis literas debiti tractæ, & ſolutionis fiēdæ iam acceptaſſent, cum effectu ſoluere voluerunt dd. Lagomancinijs, & Falconerijs, prout hanc rationem allegarunt in reſponſionibus ad proteſtum illis factum per Lagomancinios, & Falconerios.

Modò dd. de Donis per viam tactus proceſſerūt contra dd. Bandenos, vel vnum ex eis pro exequutione dictæ literę Cābij ſcriptæ à Magona, & per eos acceptatæ in ciuit. Neapolis, & vigore proteſtus illis facti à dd. Lagomancinijs, & Falconerijs, quibus ex tenore dd. literatum erat ſoluendum, & per acceptationem videbantur dd. Bandeni ſe obligaſſe ad ſolutionē; D. primus Iudex confirmauit tactum excell. D. Iulius Caball. tūc Iudex primarū appellationum reuocauit, & rectè, & optimis fundamētis vt in perelegāti ipſius motiuo euidenter patet, & nos eandem ſententiam nemine diſcrepante maturata diù cauſa ſequuti fuimus.

Fundamentum ſuum dd. de Donis in eo collocabant; quod dd. Bandeni acceptarunt literas cam-
1 bij; † per quam acceptationē facti fuerunt debitores illi, cui mandatum eſt, vt ſoluetur, & mandans ſi aliàs erat debitor ſummæ demandatæ intelligitur liberatus, & quicquid ſit regulariter in terminis delegationis ad Gabr. de nouat. cōcl. 1. per tot. Tamen hoc ita inter mercatores procedit Rot. Gen. deciſ. 168. num. 2. Odd. conſ. 87. n. 5. Bar. ſ. conſ. 39. n. 3. & 4. Maſc. de prob. concl. 989. num. 6. aliàs eſt concl. 987. n. 7. & 8. Maſtril. dec. Sicil. 9. n. 4. Tuſc. Card. Illuſtriſs. concl. 144. n. 17. 18. lit. D. Rot. dec. 81. num. 31. lib. 1. Rot. Flor. lib. mot. 88. car. 338.

2 Dicitur enim facta nouatio debitaris, creditoris & latiſſim tantū quod ſi ſcribens decoxiſſet poſt acceptationem, acceptans nihilominus teneretur ſoluere ſine contradic. Maſc. ſub d. n. 8. Rot. d. dec. 81. num. 12. par. 1. in nouiſs. Franc. deciſ. 303. per tot.
3 † Et pro ex actione talis crediti cōpetit via executiua; quia literæ cābij habent executionē paratam per ſtat. fori Merc. rubr. 8. delle eſſecutioni circa princ.
4 lib. 2. & cōiter obſeruantur, † quia habent vim inſtrumenti, ſenten. & rei iudic. Rot. Gen. dec. 1. ſub
5 n. 9. † ita quod per acceptantē nihil opponi poſſit, Card. Flor. conſ. 153. n. 1. Card. Tuſc. concl. 13. nu. 2.
6 lit. C. Rot. d. dec. 81. n. 10. & ſeq p. 1. in nouiſs. † & habere execut. paratā expreſſim dicit Odd. cōſ. 29. n. 7
7 35. li. 2 & Maſtr. d. dec. Sicil. 9. † Vbi teſtatur ita in Regno ſeruari, quod contra acceptantē literas cambij procedatur via executiua, & executiuè pro cābijs agi poſſe tenuit Rot. Flor. lib. mot. 77. car. 227
8 & ſeq † Vbi etiam dixit, quod cambia ſunt ſemper liquida, & habent diem certam, & non eſt neceſſaria interpellatio etiam à ſtatuto aliàs requiſita, antequam procedatur ad tactum.

Et ideo cum DD. de Donis dederint dictas ſummas, vt dicebant, Romæ D Magonæ ad cābium pro habendis in Ciuitate Neapolis, & dicti Bādeni in

ni in eadem Ciuitate literas acceptauerint, & con
ſeqoenter ſoluere promiſerint, nec ſoluerint adie-
ctis illis Lagomancinis, & Faleonerijs, prout fuiſ-
ſe adiectos præſumitur vt infra num. 24. meritò,
vel illis erat ſolueodum, vel ſi non ſuit ſolutum,
eſt ſoluendum ipſis DD. de Donis, & multò ma-
gis, quia ipſi ſunt domini, & qui aliàs potuiſſent
reuocare mandatum ad ſoluendum prædictis ad
infra nu. 23. Et iure meritò agere potuerunt exe-
cutiuè per prædicta.

Verum reſponſum fuit noſtrum caſum eſſe à
term. vt ſupra præſuppoſitis longè alienum, eo ip-
9 ſo quod ex literis Auiſi, † quibus creditur Rot.
Gen. dec. 142. nu. 3. conſtat correſpectiuè de duo-
bus, ſcilicet, & de remiſſione, quę fieri debebat
pro Donis Neapoli, & è contra de remiſſione quę
fieri debebat Placentiæ pro Bandenis: quorũ neu-
trum fuit exequutum, quia nec Placentiæ fuit cõ-
pleta litera; nec Neapoli alia litera, tametſi ſimpli
citer acceptata fuiſſet à Bandenis, quare non intra-
re quæſtionem de exequendis aliquibus literis di-
cebatur; ſed magis propriè, & ad rem intrare, &
verſari, ſeu ſtatum cauſæ, ſeu articulum circa ob-
ſeruantiam, vel non obſeruantiam, implemẽtum,
vel non implementum, contrauentionem, vel non
contrauentionem correſpectiuè hinc inde, vel di-
ctorum DD. de Donis, vel ipſorum DD. de Ban-
10 denis, † quibus caſibus non eſt agendum via exe-
cutiua, ſed ordinaria, vel remedio l. ſi me & Titiũ,
ff. ſi cert. pet. Bald. conſ. 348. factæ fuerunt per Bõ-
romeum, col. 2. in med. verſ. Conſidera interdum,
11 lib. 1. † Vbi in cambijs dicit, conſiderandũ inter-
dum pecuniam remanere penes recipientem ſine
cauſa, & hoc eſſet iniquum, & ideo tunc pecunia
deberet cedi numeranti, ex illa, vt ita dixerim, di-
uina, & nobili æquitate, de qua habetur, ff. ſi cert.
12 pet. l. ſi me, & Titium; † quæ lex tanquã ſpeculũ
13 debet eſſe ante oculos mercatorũ, hæc Bald. † Vel
cõditione ob cauſam Id. Bald. in conſ. 190. ſub n. 4.
14 verſ. & eſt conſiderandum, lib. 2. † Vbi ait, & eſt
conſiderandum quod iſte non fuit contractus mu-
tui, imò contractus cambij, quia in eodem genere
15 debet fieri ſolutio, vt, ff. de ſolut. l. Paulus; † in
quo contractu ſi non ſeruantur promiſſa agitur ad
16 repetendum conditione ob cauſam; † quæ nõ ori
tur ex ipſa ſcriptura, ſed ex quaſi contractu, in quo
ipſa ſcriptura non meretur executionẽ, quia non
meretur executionem, quia non agitur ſecundum
tenorẽ ſcripturæ, ſed ex noua cauſa, tunc enim ha-
beret locum petitio executionis ſcripturæ, quãdo
ad eam implẽdam ageretur, quoniam tunc agitur
17 ex cauſa, quę inerat tempore contractus, † ſed cõ-
ditio ob cauſam non inerat tẽpore contractus, nec
de ea fuit cogitatum per contrahẽtes; quapropter
eſt quoddam extrinſecus veniens, & emergens, in
quo tanquam in caſu improuiſo ſcriptura non lo-
18 quitur; † vnde nec ex verbis, nec ex mente ſcri-
pturæ agi poteſt ad exequendum, ſed ex ſola legis
prouidentia eſſet ordinariè agendum, vt ff. de con
dict. ind. l. fin. §. fin. hæc ſunt aurea, in propoſito,
verba viri eminentiſſimi, & quæ abſq; alio diſcur
ſu tollunt omnes difficultates, dum differentiæ ra-
19 tio etiã colligitur inter caſum & caſum. † Aliquo
ex dictis modis actum non fuit ergo male Id. Bal.
d. conſ. 348. in fin. lib. 1.

Secundò reſultabat, dd. de Donis ſine iure, & ſi-
20 ne actione agere, † ſine quibus nemo experiri po-
teſt, l. ſi pupilli, §. videamus. Vbi gloſ. de neg. geſt.
Rot. Gen. dec. 168. num. 1. Nam dd. Bandeni acce-
ptãdo literas facti erant debitores, nõ ipſis de Do-
nis, ſed dictis Falconerijs, & Lagomancinis, qui-
bus ſoluendum Neapoli erat per dd. Bandenos vt
ait Rot. Gen. d. dec. 168. num. 2. Bald. d. conſ. 190.
21 lib. 2. † & qui agere potuiſſent, cum agat is, in quẽ
dirigitur creditum Bald. d. conſ. 348. n. 3. verſ. ſed
22 Bouromeus, lib. 1. & dec. Gen. 10. nu. 1. & 2. † ita
quod mandatum de ſoluendo illis acceptarum am
plius reuocari non poſſit Rot. Gen. d. dec. 168. n. 3.
23 † Verùm, quia hoc dictum paritur aliquas diffi
cultates, vt patet ex Gabr. in conſ. 155. nu. 37. per
tot. lib. 1. & in caſu noſtro non eſt certum, ſi ſimus
24 in term. in quibus reuocari nõ poſſit, † quia in du-
bio adiectus quis videtur tãquam procurator Bal.
d. conſ. 348. ſub n. 6. lib. 1. & quia an intereſſet Ban-
denorum mandatariorũ adiectis ſolui non conſta-
25 bat, † in quo potiſſima vis non reuocandi conſiſte
bat, vt patet ex Gabr. mox cit. ſub d. n. 37. verſ. nã
id eſt, ideo alia de cauſa ſine actione expertus fuiſ-
ſe DD. de Donis conſiderabatur, qua cãbia erant
correſpectiua, vt ſupra dictum eſt, nu. 9. & acce-
ptatio Bandenorum fuit facta contemplatione re-
miſſæ, quæ fieri debebat etiam pro eis Placentiæ,
26 & ſic ſpe futuræ ſolutionis fiendæ, † quæ cum nõ
fuerit, nec acceptatio illa nocuit, nec debitor qui
ſcripſerat literas ad ſoluentem dicitur liberatus,
& potuit à ſolutione deſiſti ad l. literarũ. & ibi Bal.
& Salyc. C. de ſolut. Rot. Gen. dec. 2. ſub num. 15.
27 verſ. ad ſecundum, & nu. 16. † & D. Bandeni erãt
abſoluendi cum ſine actione actum eſſet d. l. ſi pu-
pilli, & in propoſito Surd. d. conſ. 190. nu. 4. lib. 2.

Tertiò, conſideratum fuit valde veriſimile eſſe
d. Magonæ pecuniam aliquam non fuiſſe ſolutam,
ſed tãtum literas correſpectiuas ſupradictas inter
28 eos extitiſſe; † Vnde intraret facilius, quod ceſſan-
29 te vna litera, & ceſſaret altera correlatiua, † veri-
ſimilitudo enim habetur pro lege, cum ſit cognata
30 naturæ, Rol. conſ. 1. num. 112. & 113. lib. 3. † & id
cenſetur factum, quod fieri ſolet l. ſi quis donatio-
nis, & ibi gloſ. de vſufr. Surd. dec. 199. n. 4. Euer. in
31 lo. A Solit. † maximè ne quis cum alterius iactu-
ra locupletetur inter præſertim mercatores, Strac.
de mercat. tit. quo in caſ. merc. ſit pat. in fin. Rot.
32 Gen. dec. 3. nu. 23. † Vbi in curia mercatorum ne-
33 gotia veritate terminari reiectis iuris apicib. † &
quæ æquitas cum ſit ſcripta eſt rigori præferenda
34 Barz. dec. Bon. 50. in fin. † ut ex Iudicis etiam of-
ficio prætermittenda Ond. conſ. 30. n. 54. lib. 1.

Quartò fuit conſideratum in dicta ceſſatione
hinc inde implementi dictarum literarum, ſi non
compenſatio intraret, quam acriter impugnabant

DD. Informantes pro dd.de Donis ex eo, quia ſi
Bandeni erãt debitores ipſorum de Donis, hoc de
bitum nó poſſet compenſari eum eo quod ipſi de-
berent Iacobo Magonæ, † per regulam, quod
35 compenſatio fit, inter ipſoſmet ereditores, & de-
bitores, non autem de eo, quod alijs debetur l.rem
ſuam, verſic.creditor, ff.de compeoſat.& in l.eius,
37 C. eodem titul. † oe quidem per correum, Surd.
37 conſ.327.num.39.40. lib.3. † intraret tamen re-
conuentio, quæ non excluditur, licet compenſa-
tio aliàs non competeret, Bart.in dicta l.eius.in fin.
C.de Compenſ. Maran. de ord.iud.par.4.diſtin.6.
num.3.fol.mihi 102. Vbi in illis caſibus, in quibus
eeſſat compenſario poteſt recurri ad remedium re
38 conuentionis, per quod plenius conſulitur: † Vel
intrare poſſet retentio Surd. deciſ.46 num.9.
39 † Vbi quod ſi res debitoris deuenit ad manus
ereditoris, retineri poteſt etiam ſi non ſit obligata,
vel exceptio, quæ contra agentem datur, l.cui da-
mus, de regul iur. quia ſi pars non adimpleuit, oee
ipſi erat adimplendum, & potuit ſolutionem lite-
rarum in ſuſpenſo retinere, donee videret aliũ effe
ctum ſuarum Placentiæ, ad deciſ. Gen.1.ſub n.17.
40 † Vbi quod totalis deliberatio poteſt ſtare in peo-
denti ex aliquo particulari ſacto, ſeu faciendo, ſeu
aceeptare mandatum, ſed declioare ſolutionem ad
Bal. in d.conſ.348. col. a. poſt med. ſub verſ.fallit
in donatione, lib.1.
41 † Quintò & vltimò dicebatur, quod ſi liccbat
parti virtute ſuarum literarum agere executiuè;
debuiſſe pari ratione agere alteri virtute propria-
rum literarum Graſſ. in tract. de exceptio.15. ex-
cept. Nam ſi Bandeni ſunt debitores ſummæ in li-
teris contentæ, quas aeceptauerunt: Sunt & Doni
debitores Bandeoorũ, quia tractam fecerunt eiuſ-
dem ſummæ ſoluendam Placentiæ, per DD. de
Strozzis Caroli Nicolao Amatori repreſentanti ip
ſos Bandenos, quã ſummam cũ ipſi DD.de Stroz-
42 zis ſoluere recuſauerint, † maneot ipſi Doni obli-
gati quouſque effectum habeat litera Cambij ad
Rot.Gen. deciſ.8.ſub num.17. & 18. Cur non ea-
dem via patere deberet Baodeois, quæ, & Donis
43 ad l.illud. ff.ad l.Aquil. † & ad illud Caton. patere
44 legem quam tu ipſe tuleris; † Et ad tit.quod quiſ-
que vir.&c. eum ibi not. & attenta æquitate maxi
45 mè inter mercatores ad num.33.34. ſupra, † quę
in paribus cauſis paria iura deſiderat, tit.de Allod.
in vſib.feu.

Contraria ab initio allegata procedunt, quando
de contentis in literis præciſè agitur, iux.not.n.16.
& ante, & poſt. Non quando de alijs extrinſecus,
vt ſub num.17. & 18.

46 † Nec eſt verum, quod ex ſola acceptatione libe
retur mandans, alia enim requiruntur, quæ nó ſup
ponuntur in caſu noſtro, de quibus Gabr.conſ.155
num.18. ſub num.20. & ſeqq. & præſertim, nu-
mero 24.& ſeqq. Vbi videas, lib.1. & ſi fuiſſet libe
ratus alia ratione excluderetur, quia ad eũ amplius
non pertineret exactio, ſed ad eum eui ſoluendum
erat, vt ſupra ſub n.20. & ſeqq. Ita quod quoquo
ſe vertant ſuccumbere neceſſe fuerit DD. de Do-
nis, quia ſi adiecti ſunt in rem ſuam Lagomãcini,
& Falconerij obſtat dd.de Donis, quod mox dictũ
eſt, exactionem amplius ad ſe non pertinere: Si ve
rò adiecti habendi ſint tanquam procuratores, nó
erat agendum, nec agi poterat via executiua, ſed
alia, & quidem ordinaria, vt ſupra nu.10.& ſeqq.
Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

Domus, familia, progenies, ſtirps, & alia id genus, vt ibi ſunt Synonima, num.1.

Vna, & eadem familia poteſt habere diuerſas deſcendentias, vnam ſpecialem, & alteram generalem, numero 2.

Appellatione familiæ veniunt illi tantum, qui deſcendunt à teſtatore familiam vocante, num.3.

Verba in dubio debent accipi in ſpecie, non in genere, numero 4.

Qui totum dicit nihil excludit, num.5.

Totum inſert ad quamlibet eius partem, num.6.

Et nullam partem reſeruat, num.7.

Verbum generale reſtringitur ad ea, quæ ſunt eiuſdem generis, num.8.

Vt quanto minus fieri poteſt ius commune lædatur, numero 9.

Stirps dicitur propriè, quàm quiſque ſibi effecit, num.10

Et quoad deſcendentes tantum, num.13.

Genitiuus ſignificat proprietatem, num.11.

Generationem, & deſcendentiam, num.12.

Vox progenies deſcendentes ſignificat, num.14.

Adoptati de ſanguine dicuntur, & iura ſanguinis naſciſcuntur, num.15.

Intellige, quoad effectus iuris, non quod in effectu ſint tales, ſub num.24.

Appellatione familiæ omnes veniunt, qui ferunt eadem arma, & inſignia, num.16.

Vniuerſalia ſunt fortiora, quam indefinita, num.17.

Omnia comprehendunt nullo excepto, num.18.

Vniuerſalia poſt ſpecies enumeratas vltra caſus expreſſos, ſunt exaudienda, num.19.

Differunt legare rem, quæ eſt communis cum alio, vel totam rem, num.20.

Fideicommiſſum generale non comprehendit prælegata, comprehendit ſi rem omnem, aut totam fuit quis grauatus reſtituere, num.21.

Non eſt differentia inter omnem, & totum, num.22.

Ex voce Natis vera, & naturalis natiuitas indicatur, num.23.

Aliud eſt eſſe ex ſanguine, aliud iura ſanguinis nanciſci, num.24.

Verba in dubio propriè ſunt interpretanda, num.25.

Maximè in legatis, num.26.

Et naturaliter non ciuiliter, num.27.

Nec fictio attenditur in voluntate teſtatoris interpretanda, num.28.

Maior de domo dicitur, qui ætate eſt maior, non qui alia qualitate, num.29.

In claris ceſſat coniectura, num.30.

Geniti-

Genitiuus poteſt intelligi contentiuè, vel effectiuè, numero 31.

Quælibet diſpoſitio iu ſenſu poſſibili venit intelligenda, num.32.

Fauore legati ſermo verificatur in quolibet de per ſe, vt in legato facto doctori, & miliſi, num.33.

Obſeruantia primorum hæredum valde confert ad voluntatem interpretandam, num.3.

Effectus debet referri ad canſam anteeedentem, de qua conſtat, num.35.

Multitudo qnid ſignificet, num.36.37.

Communis opinio conſtituitur ex pluribus ex cauſa non ſequenda, num.38.

Confuſio non datur in duobus, vel tribus, ſed in maiori numero, num.39.

Oratio teſtatoris indeterminata omnia tempora præſens, & futurum comprehendit, num.40.

Referenda eſt potius ad tempus præſens de tempore mortis teſtatoris, num.41.

Ex cauſa etiam ad tempus fusurum, num.42.

Quando vis, & effectus differri poteſt in fusurum, numero 43.

Ab oppoſitis, quæ voluntas fuerit magis datur intelligi num. 44.

Ex diſpoſitione renocata ſumitur interpretatio, numero 45.

A ſolitis teſtatoris, & ex dictis ante, & poſt, dèſumitur interpretatio voluntatis, num.46.

DECISIO LXXI.

NObiliſſimæ Familiæ Piccolomineæ vna fuit antiqua, ſeu originaria, alia aggregata à Pio ſecundo ex Laudomia, & Catharina ſororibus, & alia exttanea quibus eadem cognominatio impertita fuit, ſed non ex dictis ſororibus.

Iacobus de aggregata ex Pio ſecundo legauit in hæc verba in cap.74. teſtamenti. *Reliquit, & legauit toti domui, ſiue progeniei de Piccolominibus, videlicet maſculis legitimis, & naturalibus natis ex ſtirpe, & ſanguine Piccolomineorum, & ex ſtirpe, & ſanguine fel.mem. Pij ſecundi, & tertij Palatium, &c. medietatē tenementi caſtri Porronæ, etc. medietatem apothecarum ſubtus logiam de Piccolominibus, &c. domum, &c.*

Mox codicillis partem dictorum legatorum ademit, partem confirmauit, & in cap.7. *Dictum Palatium, & dictum tenementum reliquit Siluio, & Eneæ filijs ſuis creando primogenituram in ipſis, & eorum deſcendentibus, etiam naturalibus legitimatis, & eis deficientibus, tunc & eo caſu* (ſubijciens hæc verba teſtator) *in dictis bonis ſuccedat domus tota, & progenies Piccolominea*, eo modo, & ordine, prout, *in dicto ſuo teſtamento diſpoſitum, & declaratum eſt*. hæc teſtator.

Cumque per obitum Illuſtriſs. D. Scipionis vltimi de linea Sylnij, & Aneæ, veniſſet caſus, quo domus tota fuit ſubſtituta, contentio orta fuit inter aggregatam, ſe ſolam vocatam prętendentem, & inter originariam, quæ ſimul cum aggregata fuiſſe comprehenſam prætendit; Et cauſa toti Rotæ commiſſa ad referendum, omnes, me ſolo reclamante, & in cuius ſententiam duo venerunt, licet mox decantata palinodia receſſeriut, pro aggregata tantum, retulerunt Clariſs. Magiſtratui, qui relationem de more ſequendo pro dicta familia aggregata ſententiauit, & nihilominus cauſas mei diſſenſus reuera, licet eidem voto, quia inanis eſſet denegatio, ſubſcripſiſſem, in medium proferre nō inconueniens putaui; præſertim cum in publicam notitiam deductus fuiſſet diſſenſus meus.

Fundamentum poſitum erat præcipuum in dicta clauſula, cap.7. Codic. quæ cum, & domum, & totam domum cōplecteretur, mihi videretur res clara, in qua quæſtio voluntatis non admittitur l.ille aut ille, §.cum in verbis, de leg.3. plenè ad Mātic. de Coniect. vlt. vol. lib. 3. tit.4. per tot. Men. de præſ. lib. 1. q. 26. & claritas ex reſponſione ad oppoſitiones quæ fiebant, magis eluceſcit.

1 † Opponebatur; quod domus hic ponitur pro familia, ſicut, & progenies, quæ in effectu idē ſunt, prout, & alia, vt familia, ſtirps, generatio, ſanguis, agnatio, & alia hic ſimilia ſunt Synonima, vt in l. pronunciatio, §. familiæ, verſ. nam etſi, ff. de verb. ſignif. gloſ. Bal. & Caſtr. in l. peto, § fratre, de leg.1. Dec. conſ. 491. num. 13. Alexan. conſ. 213. num. 3. lib.6. Corn. conſ. 169. num. 8. lib.3 & conſ. 41. n. 5. & 6. lib.4. Anchar. conſ. 141. Barbat. in l. cum acutiſſimi, num. 140. C. de fideicom. Lopez. par.7. tit. 3. lib.6. in glo.4. citans Euang. Luc. cap.2. ibi, quod eſſet de domo, & familia Dauid. Sim. de pret. de interp. vlt. vol. lib. 3. interp. 3. dub. 1. Sol. 11. num. 22. Raud. de Anal. cap. 19. nu. 5. & de progenie in ſpecie, Bal. in l. 1. C. ſi quacunque præd. pot. & de ſtirpe Bertr. conſ. 182. num. 6. volum. 3. par. 2. Mol. de Hiſp. primog. lib. 3. cap. 4. num. 10. 11. Petr. de Gregor. de conceſſ. feu. par. 6. quæſt. 19. Vbi etiam de propagine, conſorte, Attinenti, Menoc. lib. 4. præſ. 88. num. 4. 9. 16. & 21. Vbi etiam de Cyppo. Peregr. de fideicom. art. 19. num. 11. & 16. Doctor. in l. Gallus, § quædam rectè, de lib. & poſthum. Surd.
2 in conſ. 443. num. 18. lib. 3. † Item, quod vna eadēque familiæ denominatio poteſt habere diuerſas deſcendentias, & deriuationes, vnam ſcilicet ſpecialem propriam de peculiari domo ipſius teſtatoris, aliam verò generalem de tota agnatione, familia, & cognominatione, vt probat Curt. Sen. conſil. 40. num. 13. in fin. Pariſ. conſil. 51. num. 1. lib. 2. Et ad literam in d. l. pronunciatio, verſ. nam etſi, ff. de verborum ſignific. & pleniſſimè, in l. fin. C. eod.
3 tit. † Itemque fieret, quod appellatione familiæ, domus, progeniei, &c. Facta à teſtatore, veniant illi tantum, qui ſunt de propria, & ſpeciali eiuſdem familiæ, non de generali, Curt. d. conſ. 40. num. 14. Pariſ. d. conſ. 51. num. 5. & 10. lib. 2. Corn. d. conſil. 41. num. 5. 6. volum. 4. Menoch. d. præſ. 88. numero 12. lib. 4. Surd. plures allegans in conſil 247. num. 12. lib. 2. Et in dubio debet ſumi hæc inter-
4 pretatio, † quia verba in dubio debēt accipi in ſpecie, non in genere, vt latè in propoſito Menoch. conſ. 633.

Digitized by Google

conſ.633.n.8.& ſeqq. lib.7.in conſ.233.num.15.
& ſeqq. lib.3.in conſ.458.n.1.& 2.lib.5. Et in cõ-
ſil.732.n.40.& ſeqq.lib.8.

Quate cum teſtator noſter ſit de familia aggre
gata, & ipſe familiam ſubſtituerit videtur de fa-
milia propria intellexiſſe, non de originaria, & an-
tiqua per prædicta.

Nec obſtare dicebatur, quod adeſſet vox, tota,
per quam omnis familia intelligeretur incluſa,
5 † iuxta illud, quod qui totum dicit nihil excludit,
6 l.ſi cui.in princ.de legat.1.l. Iulianus.de leg.3. † &
quod totum infert ad quamlibet ſuam partem, ſi-
uè ſit totum vniuerſale, ſiuè generale, ſiuè inte-
grale, vt explicat, Surd.dec.78. num. 12. vbi alios
7 cumulat. † Et dictio tota nullam partem reſeruat,
vterque Curt.in auth.præterea. Cod. vnde vir. &
vxor. Iaſ.conſ.50.lib.1.Rol.de lucro dot. q. 34. in
princ. Men.conſ.4.n.25. lib.1.

Quia reſpondetur, cenſuiſſe teſtatorem, & eo
verbo voluiſſe extendere fideicommiſſum ad fa-
8 miliam ex latere collaterali fratrum, † nam verbũ
generale reſtringitur ad ea, quæ ſunt eiuſdem ge-
neris, & naturæ, nec trahitur ad ea, quæ ſunt di-
uerſæ ſpeciei, Surd.conſil.131. ſub nume. 20. 21.
9 lib.1. † vt quanto minus fieri poteſt ius commu-
ne lædatur, Crau.conſ.3.num.13.conſil.1000.pro
Gen.num.83.

Et fuit facta relatio ad teſtamẽtum, in quo ſub
c.74. vbi fuit vocata familia ex Pio tertio, qui pro-
culdubio erat de familia aggregata, & ex Pio ſe-
cundo, & ſic de ea familia, quam ſibi ipſe, per ado-
ptionem fecit, quæ pariter verificatur tantum de
10 aggregata, ponderando † vocem ex ſtirpe, quæ
dicitur illa propriè, quam quiſq. ſibi effecit Iacob.
Ruard. lib.5. var.c.1. verſ. ſextus eſt, interpretan-
do tex.l.pronunciatio.§.familiæ.ff.de verb.ſign.
11 Ponderando genitiuum Pij Secundi, quo domi
nium, & proprietas eiuſdem denotatur, Bartol.in
rubr.de no.op.nunc.& ibi Soc.num 61. Alexand.
12 num.6. † Ruin.col.4. † & ſignificat generationẽ,
& deſcendentium ex nobis Pariſ.conſ.51.nu.5.in
13 fi.lib.2. † & in dubio vox ſtirps coniuncta cũ alia
ſignificante generationem, quod compræhendat
deſcendentes tantum, tradiderunt pro regula Bal.
Salyc. Caſt.& Iaſ.in l.ſi quis in ſuo, C.de inoſ.teſt.
Franc. Arer.num.2.

Et vlterius hæc familia vocatur per nomen do
14 mus, & progeniei, † huius autem vocis proprior
eſt ſignificatio, vt de deſcendentibus dicatur, l.fi.
C.de dot.promiſ.l.fin.C.de emanc. vbi Bald. n.2.
Franc.in cap.Pater, 51.num.201.de teſtamen.in 6
Barb.in repet.l.cum acutiſſimi, num. 113. C. de
fideicom.

15 Et licet dicatur ex ſanguine, † tamen iſti ado-
ptati etiam de ſanguine dicuntur, & iura ſangui-
nis nanciſci l.qui in adoptionem. ff.de adopt.l.2.§.
hæreditas. ff.de ſuis, & legit.l.1.§. Cognationem.
ff.vnde Cogn.in §.per adoptionem. Inſt. de legit.
agn.ſucc.l.ſi is nepotem. ff.de adopt.

16 Hiſce reſpondebam etiam appellatione ſola fa-
miliæ contineri omnes, qui eadem ferunt arma,
& inſignia, & id indubitatum eſſe maximè inter
nobiles, qualis eſt hæc nobiliſſima, clariſſimaque
familia, Menoch.præſ.83.num.12.ad fin. libro 4.
vbi in term. huius vocis domus, quæ eſt in teſta-
mento noſtro, vnde non eſſemus propriè inter ea,
quæ ſpecie ſunt diuerſa, ergo ſi ita eſt, vbi inde-
finitè pronunciatum fuiſſet verbum, domus, aut
17 familiæ, multò magis cum adiuncto, tota, † per
iura quæ habent, quod vniuerſalia ſunt fortiora,
quam indefinitè pronunciata, & difficilius reſtri-
18 ctionem admittunt, Crau.conſ.87.num.6. † om-
nia compræhendunt, ita quod nulla perſona, nul-
lus locus excipiatur, Id. Crau.conſ.294. num.1.2.
& ſeqq. vbi latiſſimè, & multò magis poſt enume
ratas quaſdam ſpecies poſitas, vt in caſu noſtro
varijs in locis fuit obſeruatum.ſ. in c.52. 69.72.te
19 ſtamenti. & in cap.7. Codicilli, † quia verba vni-
uerſalia poſt ſpecies enumeratas exaudienda ſunt
vltra caſus expreſſos. Id.Crau. conſ.209. nu. 5.6.
8.conſ.290.ſub num.4.5.conſ.221.num. 13.14.
conſ.1000. pro Gen.nu.106.lib.6.Menoch. cõſ.
141.num.33. & ſeqq. libro 2. conferre putabam
20 in propoſito exempla, † qui legat rem quam ha-
bet communem cum alio ſimpliciter, partem ſuã
tantum legare cenſetur, qui legat omnem, vel to-
tam etiam partem alterius, Crau.conſ.80.ſub nu.
21 † 15. † fideicommiſſum generale non compræhẽ
dit prælegata, quæ tamen compræhendit quando
grauatur de reſtituendo omnem, aut totam hære-
22 ditatem, Crau.d.conſ.290.ſub num. 4. † imtantũ
quod nulla ſit differentia inter has dictiones, om-
ne, aut totum, vt patet ex præcit. & ex Raud. de
analog.lib. 1.cap.12.ſub n.2.& hæc ſtando in vni-
uerſalitate Codicilli.

Quod ſi teſtamento, ad quod ſubita fuit relatio
ſtandum ſit? dicebatur ſtirpem progeniem, &
ſanguinem non poſſe intelligi de adoptata à Pio
23 ſecundo, propter verbum, † Natis, quo vera natu
ralisque natiuitas indicatur ad Bald.conſ.367.vo-
lum.5. Mant.de coniect.&c.lib.11.tit.12.num.2.
Menoch.præſumpt.81.in fi.lib.4.Surd.deci.312.
num.5. Natt.conſ.368.num.102.conſ.600. conſ.
624. Valaſ.de iu.emph q. 44. num. 16. Menoch.
conſ.722.num.27.& ſeqq.lib.8. dum clauſulam,
ex legitimo matrimonio, natos, explicant, & ita
intelligunt.

Et præterea verba ex ſtirpe, & ſanguine vni-
formiter accommodata, & Pio ſecundo, & Pio
tertio vniformiter operari neceſſe eſt, at quoad
Pium tertium intelliguntur tantum contentiuè,
& in ratione ad originem, progeniem, ſeu proſa-
piam, de qua erat ipſe Pius tertius, effectiuè indu-
bitanter non intelliguntur, nec intelligi poſſunt,
quia ex eo nullus, nec naturaliter, nec per adoptio
nem effectus fuit de parentela, ergo idem, & quo-
ad Pium ſecundum, ne vna, & eadem res, &c.l.iã
hoc iure.ff.de vulg.cum ſimilib.

24 Accedat, quod dictio, ex ſanguine, fortius hoc
demonſtrat, quandoquidem aliud ſit eſſe de ſan-
guine,

Digitized by Google

gnine, & aliud iura ſanguinis naneiſci, illnd eſt iu-
ris naturalis, quod eſt immutabile, iſtud eſt iuris,
ideſt, quoad effectus tantum, non quod reuera ſit
de ſanguine, ad l. iura ſanguinis, & ibi not. ff. de re-
gul. iur. eſto quod quoad effectus iuris poſſint; di-
ci de ſanguine, ſanè hoc non facit, quod propriè
25 ſint tales; † at verba in dubio propriè ſunt inter-
pretanda l. non aliter de leg. 3. Menoch. conſil. 106
26 num. 58. lib. 2. maximè in legatis Theſ. deciſ. 160.
27 num. 3. & naturaliter non ciuiliter l. fidcicommiſ-
ſa de cond. & demonſt. leg. fin. C. de his qui ven.
ætat. & cæt. Bald. conſ. 73. numero 8. lib. 1. Cephal.
conſ. 81. num. 71. conſil. 111. nnmero 3. Mantic. de
28 Coniect. & cæt. lib. 3. tit. 4. num. 15. † Vbi etiam
quod fictio non attenditur, cum agitur de interpre
tatione voluntatis teſtatoris, & lib. 8. titul. 10. ſub
28 num. 1. † Vbi maior de domo dicitur, qui ætate
eſt maior, & ſic naturaliter, non qui dignitate,
ſcientia, aut aliter, & ſic per accidens, ſeu ci-
uiliter.
30 † Et per hæc coniectura deducta à genitiuo ceſ-
ſat cum ſimus in claris ad l. ille, aut ille, §. cum in
31 verbis de leg. 3. † & præterea genitiuus in caſu
noſtro poteſt intelligi contentiuè, & effectiuè Cra-
uet. conſ. 250. ſub numero 4. & 5. Menoch. con-
ſil. 233. num. 18. 19. libro 3. Soccio. iun. conſil. 103.
lib. 2. atqui continnè, non effectiuè hic ſtare mox
oſtenſum eſt.

Superfluitas etiam euitatur, nam ideò Teſta-
tor reſtrinxit vniuerſalitatem totius familiæ ad ori
ginariam indicatam per adiectionem Pij ſecundi,
& ad aggregatam in Pio tertio repreſentatam, ad
excluſionem aliarum familiarum pariter de Picco-
lomineis, quibus communicata fuit hæc denomina
tio, vt Piccolominei de Sarteano, de Aquila, & alij
etiam, de quibus per informantes, & in cap. 8. 83.
& 97. teſtamenti.

Et ſufficiet quod quis ſit, vel de familia origi-
naria, vel de aggregata ex ſororibus Pij ſecundi
tantum; nō etiam, quod vtraque, qualitas in vno,
eodemque ſubiecto concurrere debeat, quia im-
poſſibile eſt dare caſum, quod vna eandemq. per-
ſona poſſit, & eſſe de originaria, & eſſe ſimul de
32 noua, † & quælibet diſpoſitio in ſenſu poſſibili in-
telligenda eſt ad ſupra deciſ. Luc. 13. num. 26. 27.
deciſ. 25. num. 38. 39. & deciſ. Florent. 1. nnm. 76.
33 & deciſ. 6. nnmero 9. † Vltrà quod ſumus in le-
gato cuius fauore ſermo poteſt verificari in quo-
libet de per ſe, vt in legato facto doctori, & mi-
liti Ruin. conſ. 112. numero 13. lib. 5. Roland. con-
ſil. 79. nnmero 23. 24. lib. 3. Surd. conſil. 207. nu-
mero 6. lib. 2.

Demum ſuſtulit omnem difficultatem obſer-
uantia ſubſequuta, quia apparet, vniuerſam fami-
liam, etiam originariam poſſidere apothecas lega-
tas in capit. 74. teſtamenti, nec reuocatas in poſte-
34 riore codicillo, † nam obſeruantia primorum he-
redum, qui magis erant informari valde confert,
& præiudicat ſucceſſoribus, l. ſi quis à filio, §. 1. de.
legat. 1. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 3.
tit. 1. num. 26. Menoch. lib. 6. præſ. 23. num. 59.

Et quod teſtator adempta commoditate legato-
rum prædictorum per quam poterat familia abſ-
que alia prouiſione reparare porticum, & logiam,
legauit in eandem reparationis cauſam, vt in Cod.
cap. 8. tori domui, & primogeniei de Piccolomini-
bus Floren. 400. &c. Vt ibi, quaſi hanc ſummam
ſubrogando in defectum dicti primi cōmodi abla-
ti, & quæ reparatio apparet pariter facta per to-
tam familiam, vnde adhuc ſimus magis in claris
ex obſeruantia in diuerſis, iunctis adhuc obſeruan-
tia quoad adunansiam, & quoad oblationem, de
35 quibus in ſequen. deciſ. num. 14. † Cum non poſ-
ſit reparatio iſta referri ad aliam cauſam, niſi ad
eam, de qua conſtat, non conſtat autem de alia
quam de hac ſupradicta ex Codicillo, l. quędam
mulier, & ibi gloſ. ff de rei vindic. l. 2. C. de acqui-
ren. poſſeſs. l. qui negotiationem, & ibi Bart. ff. de
adminiſtr. tut. Oſaſc. deciſ. 57. num. 18.

Cui coniecturę aliæ accedebant, vna ex varijs
locis teſtamenti, ex quibus apparet, etiam de ori-
ginaria familia cogitaſſe teſtatorem: alia ex c. 91.
Vbi ordinatur congregatio eorum de familia ad
euitandam confuſionem, qui caſus dati non pote-
rat tunc in familia ſola noua, quæ erat paucarum
perſonarum tantum, ad tex. in cap. cum cauſam;
ibi volentes effrenatam multitudinem, & in cap.
tutores, de Cler. excommunic. Luc. de pen. in l. no-
36 minationum, col. 1. C. de decur. lib. 10. † de qui-
bus non verificatur hæc vox multitudo, quæ po-
reſt eſſe maioris numeri, quam turba Bart. in leg.
præter la ſeconda, num. 2. ff. de vi bon. rapt. Al-
37 dobran. in § vltim. Inſt. de iure perſon. † maxi-
mum numerum præſupponens ad leg. 2. §. 1. ff. de
excuſ. tut. cap. cum vniuerſitate, ibi ſcientes, quod
dictum vnius facilè ſequitur multitudo de purgat.
canon. l. 1. §. ſed neque ex multitudine auctorum,
38 C. de Ver. in. enucl. † quæ iura, & alia ſolent al-
legari in propoſito cōmunis opinionis non ſequen
dæ ex cauſa, vt per Dec. conſil. 494 quod ſupra ma
turè, ſub numero 15. Coraſ. Corton. de Comm.
opin. in præfat. numero 4. Neniz. lib. 5. ſub nume-
ro 9. quam ex multitudine plurium confici notum
eſt, & reſultat ex præcit. Vltrà quod nos ſumus in
39 claris, dum teſtator adijcit confuſionem, † quæ
in duobus vel tribus non datur, ſed in maiori nu-
mero iuxta illud, vbi multitudo ibi confuſio, &c.
ad text. in procem. ff. ſub princ. in §. & antea qui-
dem, ibi ex tanta legum multitudine, & ibi, & ip-
ſos confuſos, &c. & ad text. in l. comperimus, C.
de prox. ſacro. lib. 12. Vbi vltra numerum ſeptem,
vel duodecim dicitur eſſe multitudo officialium,
quæ ideo reſeruatur, vt ibi.

Item, & alia ſub eodem cap. 91. dum continet
commendationem viduarum, pupillorum, ac pau
perum Familiæ Piccolomineæ, quæ in paucis illi
aggregatis, (& hiſce etiam diuitibus) verificari
haud poterat tempore, quo ita diſpoſuit teſtator,
40 quicquid in futurum contingere poſſet, † cum ora
tio teſtatoris indeterminata ſit, & omnia tempora
præſens, & futurum complectatur, vt in teſtatore
41 Alb. conſ. 109. num. 13. & ſeqq. † Imo verò potius
ſint

ſint referēda ad tempus præſens, ſeu mor'is ipſius teſtatoris, vt latè Mant. de Coniect. vlt. vol. lib. 2.
42 tit. 11. vbi hoc tradit pro regula, † quicquid ex cauſa etiam ad tempus futurum referri poſſint, vt ibid. per eum, num. 20. & ſeqq. Ideoq; cum non eſſent, tunc temporis aggregatæ familiæ, huiuſmodi perſonæ, ad antiquam referendam eſſe diſpoſitionem, in qua aderant neceſſe eſt, & ad vtranque prout ſucceſſu etiam temporis idem, & in altera
43 contingere potuiſſet, † quia quando verbum præſentis temporis eſt tale, vt etiā eius vis, & effectus in futurum deferri poſſit, reſpicere dicitur, & idē futurum tempus, vt per Mant. ibid. ſub num. 12. & ita interpretando vtrique caſui prouidetur, & eſt facilè accipienda huiuſmodi interpretatio, vt in dec. noſt. Luc. 21. num. 19.

Item, & alia ex teſtamento de anno 1498. condito ante iſtud (de quo nunc agitur) teſtamentum, & codicillum: Vbi poſtquam ad hoc ipſum legatum Palatij noui, ac Porronæ aggregatos tantum vocaſſet longa ſubſtitutionum inter eos ſeriè; vltimo loco Familiam Piccolomineam totam vocauit, ſub quo nomine impoſſibile eſt, quod aliā acceperit, quam antiquam, cum ſic fuerit quaſi in ſubſidium appoſita, & ſubrogata in defectum ag-
44 gregatæ, † nam ab oppoſitis, quæ voluntas fuerit magis datur intelligi, vt in deciſ. noſt. Luc. 25. nu-
45 mero 45. & Flor. 51. numero 28. ſupra, † nec eſt inconueniens, quod ex diſpoſitione reuocata ſumatur interpretatio voluntatis, Bartol. in l. vlt. ff. de rebus cor. in l. alimenta. in princ. ff. de alimen. & lib. leg. Corn. conſil. 275. num. 5. lib. 4. Decian. qui plures congerit reſp. 3. num. 36. lib. 2. Mantic. de Coniect. &c. lib. 3. tit. 20. numero 4. Menoch. præſ. 15. num. 5. præſ. 176. num. 6. lib. 4. Ludouic.
46 Sacc. conſ. 96. numero 7. † & à ſolitis teſtatoris, & ex dictis antè, & poſt deſumitur interpretatio voluntatis Surd. conſil. 375. num. 28. & ſeqq. conſil. 378. ſub num. 18. & 19. lib. 3.

Quas omnes vrgentiſſimas putaui, ſed quæ poneret falcem omnino ad radicem primam ab obſeruantia ſubſequuta potiſſimā. Adeo quod apud me nullus pęnitus ſcrupulus remaneret, quin familia tota, & antiqua, & aggregata à Pio ſecundo ex ſororibus profecta tamen ſolummodo, & non aliter fuerit comprehenſa. Laus Deo.

Vide in fine ſequentis Deciſionis exitum.

S V M M A R I A.

Vox, tota, conſiſtens ex omnibus ſuis partibus ad vnum integrum refertur, num. 1.

Eſt excluſiua ſucceſſionis per prius, & per poſterius, numero 2.

Verba ſunt cum aliquo effectu intelligenda, num. 3.

Vbi prouiſum eſt in ſpecie in duobus, modus ſequens non interpretatur, vt conueniat cum antecedenti, numero 4.

Relatio habet vim expreſſi, & reſtringit ad relatum, numero 5.

Ex actibus in eundem modum multiplicatis augetur coniectura, quod ſi voluiſſet teſtator dixiſſet, nec omiſiſſet incautè in tot locis, num. 6.

Maximè in re ſpeciali nota digna, num. 7.

Nec eſt veriſimilis omiſſio, ſi ita voluiſſet teſtator, numero 8.

Actus poſitiuus contrarius magis derogat præcedenti, num. 9.

Senſus is eſt eligendus, per quem perplexitas euitetur, num. 10.

Verbum, ſuccedat, intelligitur cum effectu, num. 11.

Verba teſtatoris ſunt plenius interpretāda, etiam in ſubſtitutionibus, & in potentiori ſignificatu, num. 12.

Et eſt certiſſimum, vbi agitur de decore, & conſeruatione familiarum, num. 13.

Ita quod verba importantia tantum conſilium importent præceptum, num. 14.

Modus ſignificat menſuram, modificationem, limitationem, num. 15.

Ordo propriè intelligitur per prius, & per poſterius, numero 16.

Modus verificatur in adimplendis poſt emolumentum acquiſitum, conditio verò è contra, num. 17. 18.

Vbi quid diſponitur, etiam dicitur ordinari, & diſpoſitiones ordines dicuntur, num. 19.

Vnde ordines de non tenendo tormenta à rota, num. 20.

De conſignando grana, num. 21.

Ordines quod tales contractus ſint nulli, num. 22.

Ordinis, vox eſt executiua, ſeu executionis magis indicatiua, num. 23.

Qui effectus ſufficit, ne vox, ordo, videatur otioſa, numero 24.

De Clauſula fecit, conſtituit, creauit remiſſiuè, n. 25.

De clauſula dedit, vendidit, tradidit remiſſiuè, n. 26.

Non eſt ſubtiliter dialecticandum in verbis, n. 27.

Euentus huius diſſenſus auctoris, num. 28.

Exiſtentia iurispatronatus probatur ex confeſſione aduerſarij, num. 29.

Ius patronatus ad eum ſpectare præſumitur, ad quem & caſtrum in quo eſt ſpectat, num. 30. 41.

Confeſſio in iudicio nocet confitenti, num. 31.

Qui oſtendit in caſtro ius habere obtinet in iure patronatus, num. 32.

Appellatione familiæ veniunt omnes eadem arma, & inſignia deferentes, num. 33.

Teſtator videtur appellatione familiæ de propria à ſe deſcendente intellexiſſe, num. 34.

Fal. vbi eſt adiecta vox vniuerſalis, tota, quia omnes ſunt comprehenſi, num. 35.

Differentia inter lanam legatam ſimpliciter, vel lanam totam, num. 36.

Cui verba, et qualitates diſpoſitionis non conueniunt, nec pariter diſpoſitio, num. 37.

Verba dubia ex vſu teſtatoris ſunt interpretanda, n. 38.

Obſeruantia eſt optima rerum interpres, num. 39.

Legato caſtro cum omnibus ſuis iuribus, et pertinentijs, etiā ius patronatus in eo exiſtens videtur legatū, n. 40

Et ſufficit, quod vti de pertinentijs ſemper fuerit habitum, num. 42.

Confeſſio procuratoris facta in iudicio nocet etiam principali, num. 43.

Nec poteſt poſt ſententiam amplius reuocari, num. 44.

Vna determinatio pariformiter determinat, num. 45.

DECI-

DECISIO LXXII.

DEfendebam ſecundo loco. Quod familia to-
ta deberet ſuccedere ſimultaneæ, ſeu per
modum collegij: Primò ex emphaſi huius vocis,
1 tota, † quæ ad vnum integrum conſiſtens ex ſuis
partibus omnibus refertur Rebuff. in l. nominis, &
rei; ad fin. ff. de verb. ſignif. Euerar. in Cent. lega.
loco. 80. verſ. iſtud argumentum. Surd. deciſ. 78.
2 num. 12. † excluſiua ſucceſſionis per prius, & per
poſterius Raud. de Anal. lib. 1. capit. 12. num. 1. &
ſeqq. & num. 6. Cuius hoc in loco maior viſa eſt
vis, quod ad vocationem etiam originariæ ſuffeciſ-
ſet, vox, domus, ſimpliciter poſita, vt præced. dec.
num. 16. ergo, vt, tota, vox aliquid operetur, vide-
tur eo magis inferendum, vt indicet totalitatē inte
graliter, & indiuiſim, prout corpus, & prout collo-
3 gium, † nam verba ſunt cum aliquo effectu intelli-
genda l. ſi quando, ſ. 112. in princ. de leg. 1. cum ſi-
milibus.

Secundò, mouebat ex contextu ipſo; nam in
prima parte legati d. cap. 7. Codic. fuit prouiſum in
ſpecie de ſucceſſione per viam primogenituræ: in
poſteriore verò vbi vocata fuit domus, fuit proui-
ſum in ſpecie de alio relatiuè ad teſtamentum, ibi,
4 *Eo modo, &c.* † quo caſu modus in præcedenti cē-
ſetur excluſus, & ſic vel primogenitura, vel ordo
ſucceſſiuus quatenus, & is, etiam inter primoge-
nitos eluceſcit Ceph. conſil. 528. num. 39. & ſeqq.
conſ. 599. num. 16. lib. 4. Soc. iun. conſ. 18. num. 10.
11. lib. 3. Peregr. art. 16. num. 36. Mant. de tac. &c.
lib. 3. tit. 3. num. 18. Et de coniect. &c. lib. 10. tit. 6.
5 num. 19 30. † nam relatio habet vim expreſſi, &
reſtringit ad relatum dec. Luc. 35. num. 9. 10 & 11.
ſupra, & confirmatur, quia etiam in alijs capitibus
teſtaméti, multam, & maiorem, quàm hic ſeriem
fecit teſtator ſucceſſorum, & demum vocauit fami
6 liam totam, vt in cap. 52. 69. & 72. † nam ex hoc
arguitur ſolitum ita loquendi teſtatoris attenden-
dum ad dec. præced. ſub n. 45. & præterea ex acti-
bus in eundem modum multiplicatis augetur con-
iectura, quod ſi voluiſſet teſtator idē in vltima vo-
catione totius familiæ, ac in alijs dicere nouiſſet,
nec omiſiſſet incautè in tot locis ad l. vn. §. ſin au-
tem ad deficientis, C. de caduc. tollen. Mant. de con
7 iect. &c. lib. 6. tit. 13. nu. 8. † præſertim in re digna
ſpeciali nota, l. item apud labeonem, §. Hoc edictū.
8 ff. de iniur. † nec eſt veriſimile, quod ea fuiſſet
omiſſa, ſi ita voluiſſet teſtator, Bec. conſ. 101. nu-
mero 41. quid enim facilius erat dicere, & ſubijce
re, eo modo & ordine, quo ſupra, aut aliter, quod
tantum abeſt, quod dixerit, quod quinimo aliò lon
9 gè diuertit, dum ſi retulit ad teſtamentum, † qui
actus contrarius poſitiuus magis derogauit præce-
denti l. pacta nouiſſima, C. de pact. & ad Surd. con-
ſil. 136. num 42. 43. lib. 1. & conſ. 290. numero 16.
lib. 2. Vbi plura iura allegat in materia actus poſi-
ui contrarij.

Tertiò, ſi ordine ſucceſſiuo ſuccedendum eſt à
qua familia incipit hic ordo? nam originaria dicet
10 à ſeipſa, aggregata à ſe, † quare ad euitādam per-
plexitatem hic ſenſus debet omnino admitti, ad
Abb. plenè, conſil. 24. lib. 1. præterea in aggregata
eſt diſſidium, quia alij ex aggregata prætendunt
ſucceſſionem per modum primogenituræ alij per
modum ordinis ſucceſſiui, dum diuerſimodè con-
ſtituunt, & pro arbitrio relationes ad varia capita
teſtamenti, quæ perplexitas hoc modo commodiſ-
ſimè euitatur.

11 † Quartò, *Domus tota*, ait teſtator, *Succedat*;
planè verbum, *Succedat*, intelligitur cum effectu
Caſan. conſ. 49. ſub num. 23. & ſeqq. detraheretur
aliquid de effectu, ſi domus tota ſtatim, & cum effe
ctu non ſuccederet, at verbis teſtatoris non eſt ali-
12 quid detrahendum, † ſed quinimò ea ſunt plenius
interpretanda l. in teſtamentis, & ibi Cago. etiam
in ſubſtitutionibus loquens, & ſub num. 3. verſ &
ſi ita, & num. 6. per tot. ff. de reg. iur. Mant. de con-
iect. & cæt. lib. 3. tit. 4. num. 8 & lib. 5. tit. 1. num. 2.
Vbi etiam in ſubſtitutionibus, & nu. 6. Vbi quod
13 in poſteriori ſignificatu ſunt accipienda. † Et eſt
abſolutiſſimum, vbi agitur de decore, conſeruatio
ne, & dignitate familiarū, vt in caſu noſtro ad Mol.
de Hiſp. primogen. lib. 1. cap. 6. ſub num. 28. Lam-
bert. de iure patron. par. 1. q. princ. 8. art. 2. num. 8.
35. & 81. benè Mant. de Coniect. &c. lib. 7. tit. 1.
14 num. 44. & 45. & lib. 6. tit. 12. num. 8. † Vbi quod
verba importantia tantum conſilium faciunt præ-
ceptum, vbi de familiæ agitur decore.

Quintò ſuadent hunc ſenſum, & huc reſpiciunt
multitudo, & confuſio, & adunantia conſiderata
à teſtatore in cap. 91. teſtamenti, oblationes fiendæ
per totam familiam in Eccleſia Cathedrali cum ar
mis, & inſignijs Familiæ pro hoc caſtro Potronæ,
& poſſeſſio apothecarum ſimultanea, & quorum
omnium viget obſeruantia, ex quibus omnis vm-
bra erat ſublata ad trad. in præced. dec. num. 34.

Nec mouentibus Commentarijs ad clauſulam
Eo modo, & ordine, &c. Nam vltra quod in dubio
ſtandum eſt interpretationi ſemel inductæ maxi-
mè ex obſeruantia, ea verba optimè ſaluabantur;
eo modo, ſcilicet, ea cum moderatione, limitatio-
ne menſura, vt non tota familia, ſed originaria tan
tum, & aggregata deſcendens ex ſororibus Pij ſe-
cundi cenſeretur comprehenſa, vt in dec. præced.
ſub num. 31.

15 † Nam modus ſignificat menſuram, tit. ſi menſ.
falſ. mod. dixe. modificationem l. 4. §. 1. iunct. ibi
Sum. Bart. de ſeruit. limitationē ne excedatur Do-
drans in legatis l. 1. in princ. & §. interdū. ff. ad leg.
Falc. & inſt. eodem titul. Vbi coarctata fuit licentia
erogandi totum patrimonium legatis, & hic tota
familia fuit coarctata ad numerum præſcriptum,
de quo ſupra.

Et eo ordine quatenus ſub eodem cap. 74. teſta-
menti elucet ordo per prius vocata familia t. ,&
per poſterius in caſum alienationis vocatis L. :
16 Amalphiæ, & alijs vt ibi, † prout propriè ordinem
intelligunt per prius, & per poſterius l. moribus. 2.
§. prius. ff. de vulg. §. ſi quis autē non implens auth.
de hæred. & Falcid. & ad Paul. de Caſt. verſic. 410.
viſo

Digitized by Google

viſo facto, & dubijs mihi traditis pro meliori.ſub
num.1.lib.1.

Eo modo, & ordine ſimul, quia ſequuntur poſt
cap.74. modi, qui, & ordines dici poſſunt; mo-
di quidem quatenus veniunt ibi ordinata adim-
17 plenda poſt acquiſitum emolumentum, † in quo
elucefcit modus propriè Cod. de his quæ ſub mo-
do legari, vel fidei comm. relinq. & ad titul. Cod.
18 de donat. quæ ſub modo, &c. † ad differentiam
conditionis ad Surd. conſil. 168. ſub numero 60.
& ſequent. libro ſecundo. Molin. de Hiſp. primo-
gen. libro ſecundo. capit. 12. numero 5. & ſeqq. &
Doct. in l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de cond.
19 & demonſtr. Et ordines, † quia etiam vbi quid
diſponitur, ordinari dicitur, & diſpoſitiones, ordi-
nes, & præſertim vbi intrant præcepta, & man-
data, vt huius teſtatoris, quod fiat, &c. vt in dicto
20 capit. 74. vſque ad capitul. 93. incluſiuè. † Vnde
ordines de non tenendo tormenta, à rota. Surdus
21 conſil. 462. ſub numero 30. 31. † de conſignan-
22 do grana Id. Surd. conſil. 550. & 558. † quod ta-
les contractus ſint nulli Id. Surd. deciſ. 43. & deci.
23 277. † Nec ideo ea vox, ordo, ſtabit otioſa, quia
eſt verbum magis executiuum, ſeu exeutionis
indicatiuum ad Feder. de Sen. in conſil. 195. ſub
24 numero 1. verſic. & hoc verbum, † quod ſufficit,
ne videatur otioſum ad Honded. conſil. 16. num.
29. 30. libro primo. Surd. conſil. 313. numero 26.
25 Natt. † in clauſula, fecit, conſtituit, Creauit, con-
26 ſil. 675. num. 8. † et in clauſula dedit, vendidit,
27 tradidit, in conſ. 582 ſub num. 23. † præterquam
quod non eſt adeo ſubtiliter dialecticandum in
verbis, vt ait, Mant. de Coniect. &c. libro 1. titulo
1. numero 4. ex quibus, &c. Laus Deo, &c. & ſup-
poſito veniſſe caſum ſubſtitutionis ob mortem
Illuſtriſſimi D. Scipionis hæc, & præced. deciſ. di-
cta ſint, cum de hoc maximè in progreſſu cauſæ
nihil dubitaretur, &c.

28 † Familia Originaria omni remedio recurſus
à dicta ſententia de more deſtituta, recepto, vt di-
cebat, ex hoc meo diſſenſu maxime animo rem
bona occaſione ad ſacrum Romanæ Rotæ audito
rium deferendam curauit, & binas ſententias ob-
tinuit, & deciſiones ſubſcribuntur vt infra, ex
quibus quæ dico intelliges, & ulterius, quod
propter, hęc fuit à Sereniſſimo Op-
timo Iuſtiſſimo Magno Duce
iterum inſolito planè exem
plo, commiſſa dictæ
ſententiæ reui-
ſio, quæ
huc
vſque pendet: Interim iſta aduerte
ad ſententiæ meæ con-
firmatio-
nem.

Sequuntur Deciſiones Rotæ Romanæ;

R. P. D. REMBOLDO
Ilcinen. Iuriſpatr.

Veneris 18. Decembris 1615.

CVm vacante Parochiali Eccleſia Caſtri Por-
ronæ, tam Originaria Piccolomineorum Se
nenſium Familia, quam etiam D. Io. Celani Co-
mes ex aggregatis ad dictam Familiam à ſel. rec.
Pio II. deſcendens Ius præſentandi ad prædictã
Eccleſiam prætenderet, indeque cauſa coram Or
dinario Ilcinen. introducta fuiſſet, & pro parte
dicti D. Comitis Originariæ familiæ obijceretur,
quod iam prius per ſententiam, & rem iudicatam
definitum eſſet dictæ Originariæ Familiæ nullum
ius in dicto Caſtro competere, fuit per eundem
Ordinarium (reiecta in integrum reſtitutionis
aduerſus dictam rem iudicatam petitione) contra
Familiam Originariam pronunciatum, Marcum
ſcilicet Antonium à dicta familia præſentatum tã
quam à non habentibus ius præſentandi repellen-
dum eſſe, & è contra Celium Saoonum a dicto D.
Comite pręſentatum vti à legitimo Caſtri poſſeſ-
ſore, & cui per ſententiam dictum Caſtrum ad-
iudicatum erat, præſentatum inſtituendum.

Vnde cauſa in gradu appellationis mihi com-
miſſa, dubium iuxta ordinem mihi datum propo
ſui, An Familiæ Originariæ ius in dicto patrona-
tu competeret. & licet videretur, quod cum infor
mantes pro Familia Originaria totum fundamen
tum in Codicillis Iacobi ponerent, in quibus ta-
men nulla mentio prædicti patronatus, ſed ſolius
Caſtri Porronæ facta apparet; dicti dubij reſolu-
tio ex trina inſpectione pendeat. Vtrum ſcilicet cõ
ſtet de Iurepatronatus, & poſito quod de eo con-
ſtet, An illud ſit annexum Caſtro; & denique, An
per Codicillos Familia quoque Origioaria ad ſuc
ceſſionem in dicto Caſtro vocata intelligatur, ne-
gotio nihilominus bene diſcuſſo, Domini dixe-
runt, Etiam Familiæ Originariæ ius competere.
Nam cum in effectu dubiũ diſputaretur, ad hoc,
vt ſciri poſſet, An prædicta Sententia Ordinarij
Ilcinen. ſit confirmanda, vel infirmanda, neque
de libertate Eccleſiæ, ſed tantum de pertinentia
Iuriſpatronatus inter prætenſos patronos certa-
men eſſet, viſa fuit abſque vlla difficultate exiſtẽ-
tia d. Iuriſpatronatus probata, nedum ex propria
29 confeſſione D. Comitis, † quæ ſola ad hunc effe-
ctum ſufficeret, Put. dec. 325. lib. 2. & dec. 36. n. 1.
& 6. lib. 3. cum alijs allegatis in vna Placentina Ca
pellaniæ 24. Nouembris 1595. coram bo. memo.
Penia, ſed etiam ex litteris Pij II. quibus d. Iuſpa-
tronatus Antonio, & Fratribus reſeruatum legi-
tur, & inſuper ex pluribus pręſentationibus per
longiſſimum temporis ſpatium effectum ſor-
titia.

Præterea minus quoque controuerti poſſe vi-
debatur quin dictum Iuspatronatus ſit eidem Ca
ſtro annexum, tum quia Eccleſia de qua agitur ſi-
30 ta eſt intra mœnia Caſtri, † quo caſu Iuspatrona-
tus

tus ad ipſum ſpectare præſumitur, ad quem, &
ipſum Caſtrũ ſpectat, vt plene probatur per text.
in cap. ex litteris, & c. cum ſeculum, & ibi DD. de
Iurepatr. Roccus eod. tract. in vet. ipſe, vel is, qu.
23. num. 41. Bald. conſ. 32. num. 1. volum. 1. Lam
bert. de iurepatr. art. 16. num. 10. 2. q. principalis,
2. p. lib. 1. Card. Seraph. dec. 725. n. 3.

Tum quia idipſum obſeruantia poſtea ſubſecu
ta declarauit, ex quo perpetuo ad dictam Eccleſiã
illi præſentarunt, qui pro tempore eiuſdem Ca-
ſtri Domini erant, nulla aliorum habita ratione,
vt apparet ex præſentationibus factis anno 1493.
per Iacobum, & Andream, ad quos vigore dona-
tionis q. Antonij Ducis Amalphiæ d. Caſtrũ per-
tinerat, & ex alijs etiam præſentationibus factis
per Scipionem, cui d. Caſtrum in diuiſione inter
ipſum, & Iacobum iuniorem facta obtigerat, de
quibus in Summario pro Familia Originaria da-
to, num. 9.

His accedit alia quoque, & ſæpius reiterata D.
Comitis confeſſio in iudicio coram Ordinario Il-
31 cinen. agitato, † quæ contra ipſum plenè probat
ad latè deduct. per Cor. conſ. 175. num. 5. libro 4.
Rol. conſil. 70 n. 3. lib. 1. Rot. in antiq. dec. 2. de cõ
feſſ. Oſaſch. deciſ. 39. n. 38. Surd. deciſ. 309. nu. 4.

Et quod in omnem euentum cum, vt dictum
fuit dubium diſputetur ad effectum, vt videatur
An Sententia ordinarij Ilcinen. ſit confirmanda,
vel infirmanda, & dicta ſententia expreſsè in eo
fundata legatur, quod Familiæ Originariæ nullũ
32 ius in d. Caſtro competat, † ſufficit d. Familiæ
Originariæ oſtendere ipſam in d. Caſtro ius habe
re ad hoc, vt prædicta ſententia reuocari debeat,
iuxt. not. in cap. ex parte, & in cap. accedens, de cõ
ceſſ. præbend. & in l. ſi is ad quem, ff. de acquir. hæ
redit. Felyn. in cap. inter cæteras, num. 10. & ſeq.
de re iudic. Bart. in l. 1. C. de errore calculi, Anch.
conſ. 207. num. 8. & conſ. 208. num. 8. & in termi-
nis ſententiæ ad fauorem illius, qui dicebatur præ
ſentatus à maiori parte, latè fuit dictum in vna
Pampilonen. Beneficij 15. Decembris 1597. corã
bon. mem. Litta, & alias ſæpius.

Quod autem Familiæ originariæ ius in dicto
Caſtro competat, viſum fuit clarè deprehendi ex
Codicillis Iacobi, in quibus expreſſis verbis in de
fectum lineæ maſculinæ DD. Siluij, & Aeneæ vo
cata, legitur ad ſucceſſionem in d. Caſtro domus
tota, & progenies Piccolominea. Nam hac voca-
tione ſtante fuit abſq; dubio per mortem Scipio-
nis vltimi ex dictis Siluio, & Aenea deſcendentis
acquiſitũ in d. Caſtro ius familiæ, etiam origina-
33 riæ, † ex quo certum eſt ſub his verbis nõ minus
originariam Familiam quam aggregatam com-
prehendi, omnes ſcilicet eadem Inſignia, & no-
men deferentes, Bart. in l. tutelas. n. 4. ff. de cap. di-
min. Anchar. conſ. 152. n. 4. & 5. Corn. conſ. 26. n.
3. lib. 4. Alex. conſ. 213. num. 3. ante med. libro 6.
Gabr. conſ. 132. q. 6. n. 58. & ſeqq lib. 1. Peregr. de
fid. art. 22. num. 27.

Nec vlla ratione ſuaderi poſſe putabant, quod
prædicta verba domus tota, & progenies Piccolo-
minea, reſtringi debeant ad deſcendentes ex ag-
34 gregatis ad d. Originariam Familiam tantũ. † Nã
etiamſi Iacobus ex aggregatis deſcenderit, & re-
gula videatur, quod quando Teſtator ſimpliciter
vocat Familiam, ſiue domum, ſi plures ſint Fami
liæ eiuſdem cognominis, cenſetur ex præſumpta
quadam mente vocaſſe Familiam, de qua ipſe na
tus eſt dumtaxat, Alex. conſ. 213. n. 1. & ſeq. lib. 1.
Pariſ. conſ. 51. nu. 5. & 10. uol. 2. Menoch. conſil.
233. n. 16. & ſeq. lib. 3.

Nihilominus regula iſta in propoſito non appli
catur, non ſolum, quia hic ceſſat illa præſumpta
mens Teſtatoris, ex qua à proprietate verborum
recedi, & verba de ſui natura vtramque Familiã
apta comprehendi ad Familiam Teſtatoris tãtum
reſtringi ſolent, verum etiam, quia apparet de mẽ
te potius contraria, quod. ſ. Iacobus nõ minus de-
cori Originariæ, quam aggregatæ Familiæ proſpi
cere intellexit. Et hæc quidem mens, & intentio
Iacobi colligitur, primò ex verbis eorundemmet
Codicillorum dum præſertim in iiſdem non ſim-
pliciter Teſtator vocat domum, & Familiam Pic
colomineam, ſed cum additione dictionis vniuer
35 ſalis totam, † per quam vniuerſam familiam, at-
que ita etiam originariã vocaſſe præſumitur iuxt.
trad. per Alex. conſ. 195. n. 3. & ſeq. lib. 6. Oldr. cõ-
ſil. 300. n. 6. cum alijs per Tiraq. in l. ſi vnquam in
verb. totum, n. 1. & ſeq. C. de reu. don.

Et ad idem benè facit textus in l. ſicut lana, de-
36 leg. 3. l. pediculis. §. labeo. ff. de argent. leg. † vbi qd
licet lana legata, non veniat lana intincta, quando
tamen eſt adiectum ſignum vniuerſale venit lana
cuiuſcunque coloris.

Secundò, eadem quoque mẽs colligitur ex ver-
bis Teſtamenti potiſſimè, quia Teſtator in c. 74.
ad quod etiam in Codicillis ſe retulit, ut benè ab
informantibus demonſtratur, non ſolum declarat
eius intentionis eſſe, quod ſuccederet in bonis Ca
ſtri Porronæ Domus Piccolominea ex ſtirpe, &
ſanguine Piccolomineorum deſcendẽs, & ſic qui
à ſtirpe, & origine Piccolominei ſunt, ſed inſuper
etiam ad magis detegendum eius animum, quod
vtramque familiam vocare intelligebat, ſubiũgit
hæc verba, & ex ſtirpe; & ſanguine Pij Secundi,
& Pij Tertij, per quæ proculdubio vtramque fa-
miliam vocaſſe; cenſeri debet, cum neque aggre-
gata familia dici poſſit de ſtirpe, & ſanguine Pij
Secundi, qui ab originarijs deſcẽderat, neque ori-
ginaria de ſtirpe Pij Tertij, qui ex aggregatis de-
37 ſcenderat, † iux. vulgarem regulam, quod cui ver
ba, & qualitates diſpoſitionis non conueniunt, nec
pariter diſpoſitio conuenire poteſt, l. 4. §. toties. ff.
de damn. infect. l. ſeruum. §. non dixi. ff. de acquir.
hæredit. Rom. conſil. 442. n. 2. Surd. deciſ. 56. n. 1.

Tertiò, idem, & clarius apparet ex eo, quod Ia-
cobus in teſtamento de anno 1498. condito extin
ctis omnibus ex aggregatis deſcendentibus voca-
uit ſub iiſdem verbis ad bona Caſtri Porronæ to-
tam domum Piccolomineam, nam ſicuti ſtante
aggregatorum extinctione, neceſſario dicendũ eſt
ſub his verbis contineri voluiſſe Familiã Origina-
riam,

Digitized by Google

riam, ita, & pari ratione diei debet ipſam compre-
38 hendi in vocatione, de qua agitur, † cum etiãſi ver
ba eſſent dubia, ex vſu Teſtatoris interpretari de-
berent, Gloſ. in l. ille à quo, §. ſi de teſtamẽto, in ver.
verba. ff. ad Trebell. l. cũ alimẽta, in prin. & ibi Bar.
ff. de alim. leg. Corn. conſ. 243. n. 5. vol. 4. Pariſ. con-
ſil. 50. nu. 19. vol. 4. Ceph. conſ. 451. num. 82. lib. 4.
Quartò, idipſum etiã colligitur ex eo, quod Te-
ſtator poſteaquã plura onera legatarijs impoſuiſſet,
mandauit, vt facilius per eũ diſpoſita exequeren-
tur, & cõfuſio quã multitudo generare ſolet euite-
tur excedentes annum trigeſimũ congregari, ſuãq;
ab ipſis voluntatem exequi, eiſdẽ quoque viduas,
& pupillos, ac pauperes familiæ Piccolomineæ com
mendans, quod vtiq; non leui argumẽto eſt ipſum
vtriuſque familiæ rationẽ habuiſſe, & non minus,
vt dictum fuit decori aggregatæ familiæ, quam etiã
originariæ proſpicere intellexiſſe, præſertim cum
inter aggregatos vix poſſibile eſſet, quod confuſio
generaretur, neque inter eos pauperes exiſterent,
quibus ſubueniendum fuiſſet.
39 † Quintò, ad prædicta plurimum facit obſeruã-
tia ſubſecuta, quæ eſt optima rerum interpres, &
potiſſimè, quod vſque ad hodiernũ diem gens, &
domus Piccolominea tota poſſidet apothecas ſub
porticu Piccolomineorum exiſtentes, & in eodem
Teſtamento toti domui, & progeniei legatas, &
quod eadem aggregata Familia vnà cum Origina-
ria in reparanda d. portien concurrit, cæteraque ab
eodem Teſtatore diſpoſita, & in cap. 75. contenta
exequitur.
Ex quibus omnibus, & alijs ab Informantibus
deductis ſaltem ſimul iunctis viſum fuit Dominis
non ſolum, vt dictum eſt, ceſſare præſumptionem
illam, quod Teſtator ſe ad familiam aggregatã tan-
tum reſtringere voluerit, ſed conſtare etiã de men-
te contraria, & conſequenter Familiæ quoq; Ori-
ginariæ ius in Caſtro, & Patronatu competere.

R. P. D. REMBOLDO
Ilcinen. Iuriſpatr.

Mercurij 22. Iunij 1616.

DOmini ſteterunt in deciſis ſub die 18. Decẽ-
bris 1615. Nã quod ſub legato Caſtri Por-
ronæ à Iacobo familiæ Piccolomineæ facto conti-
neatur quoq; Iuſpatronatus, de quo agitur, viſum
fuit controuerti non poſſe, tùm quia d. Caſtrum le
gatum legitur cum omnibus ſuis iuribus, & perti-
40 nentijs, † quo caſu cenſetur etiam iuſpatronatus
eccleſiæ in eodem Caſtro exiſtentis legatum iux.
tex. in cap. ex literis de iurepatronatus, Bald. con-
ſil. 32. num. 3. lib. 1. Dec. conſil. 49. num. 1. verſ. ſed
tamen his non obſtant. cum alijs in dicta deciſ. al-
legatis.

Tum quia Iacobus teſtator expreſsè diſpoſuit,
quod legatarij tenerentur dictam eccleſiam proui-
Cautio præſtanda non ſuppletur ex clauſula cæterata, num. 6.

Vbi opus eſt facto verba non ſufficiunt, num. 7.

Non ſatisfit ſtatuto offerendo cautionem, ſi de facto non detur, num. 8.

Clauſula ſola facti veritate inſpecta non excludit ea, quæ ſunt alio ſtatuto in ſpecie prouiſa, num. 9.

Nec concernentia formam, ſeu ſolennitates, num. 10.

Stylus eſt formaliter probandus ex conſtit. Rotæ Bonon. ſub eod.

Nullitas ſequeſtri in carceribus ſanatur per approbationem ſequentem, num. 11.

Plus eſt facto, quam verbo approbare, num. 12.

Voluntas, quæ ex facto colligitur non ita extenditur, vt quæ expreſsè, num. 13.

Approbatio non inducitur ex facto, niſi doceatur de plena ſcientia, num. 14.

Vbi eſt caſus legis non eſt vlterius hæſitandum, nu. 8.

In expenſis condemnatur, vbi quis in prima ſuccubuit, maximè ſi ex eiſdem actis, num. 16.

Et etiam ſi fuit cauſa nullitatum, & inutilium expenſarum, num. 17.

Priuilegio renunciatur per non vſum, vel contrarium vſum, num. 18.

Seu eligendo viam iuris Communis, num. 19.

Digitized by Google

DECISIO II.

D. Antonius Bondius in Curia Mercatorum
obtinuit, recommendari in Carceribus D.
minum Cæſarem de Occella in eis ad inſtantiam
aliorum creditorum iam detentum, à quibus cum
mox fuiſſet D. Cęſar ex decreto Excellentiſs. Do-
mini A. G. liberatus ſub cautione de concordando
cum parte, aut alias de redeundo ad carceres infra
menſem, idem D. Cęſar iudicio contra dictum D.
Bondium perſonaliter inſtituto, petijt declarari di-
ctum ſequeſtrum nullum, nec ipſum, nec cautionē
præſtitam moleſtandam, tam quia in actu ſeque-
ſtri non fuiſſet ſeruata forma ſtatutorum dictæ Cu
riæ *ſub Rubr. delli ſequeſtri §. Ancora habbiamo ſta-
tuito, & in §. dichiariamo ancora*, quam etiā ex pro-
ducto in actis priuilegio Sanctiſſimi prohibente,
moleſtiam perſonalem Dictus D. Aud. Gener. de-
clarauit iuxta petita actoris, & condemnauit reum
in expenſis, Quæ ſententia fuit per nos confirma-
ta, Moti quia non vidimus in dicto actu ſequeſtri
ſeruatam fuiſſe formam prædictam, dum ex quin-
que requiſitis à ſtatuto, parum aliud quam iuramē
tum calumniæ legeretur, cum clauſula cæterata re
petita, præſertim verò deficeret cautio per eūdem
inſtantem ſequeſtrati præſtanda, quod potuit ex ip
1 ſamet inſpectione † per quam huiuſmodi negati-
ua ſolet optime probari Crauett. conſ. 313. ſub nu.
5. ſub verſ. nono dicta. Surd. conſ. 151. numero 36.
conſil. 223. num. 3. Natt. conſ. 45. num. 3. Bart. in l.
2 hi qui ad Ciuilia ſub numero 4. C. de appell. † Vn-
de inferret, quod forma eſſet ſeruanda, & quod nō
ſeruata actus corrueret, & eſſet nullus iuxt. Bald. in
l. comparationes in 3. oppoſit. in fin. C. de fid. inſtr.
cum alijs cumulatis per Onded. conſil. 27. num. 2.
3. lib. 1. Barz. deciſ. 87. num. 6. & in ſpecie ſequeſtri
3 Grat. conſ. 28. num. 3. & ſeqq. lib. 1. † id quod for-
tius procedere dicebatur in caſu noſtro, vbi dicta
cautio non concernit ſimpliciter ordinatiua pro-
ceſſus, ſed ſubſtantialia ad Onded. d. conſ. 27. n. 27.
4 & ſeqq. lib. 1. † & etiam quia ſtatutum dum prohi-
bet fieri, niſi modo prædicto ſeruato, inducit for-
mam, in tantum, vt tametſi non procedat vlterius
annullando, attamen actus dicta forma non ſerua-
ta nullus iudicetur, vt ait Oſaſc. in deciſione 163.
num. 14.

Nec obſtare viſum fuit quod diceretur per clau
5 ſulam cæteratam ſuppleri, † quia dictum fuit di-
ctam clauſulam non ſupplere ea, quæ requirūt par
ticularem expreſſionem, ſeu quæ ſunt de forma a-
ctus ſubſtantialis, Bar. deciſ. 118. nu. 51. Menoch.
conſ. 288. num. 18. lib. 3. Ant. Sol. in antiq. Sabaud.
decret. tit. de tabel. decreto falſitatibus gloſ. vlt. nu.
6 8. Plot. ad l. ſi quādo. §. nono. ſub num. 7. † & in ter
minis cautionis, eam non ſuppleri ex dicta clauſu-
la, dicit Alex. in conſil. 28. ſub num. 6. lib. 2. & po-
7 teſt eſſe ratio, † quia vbi opus eſt facto verba non
ſufficiunt, vt per eundem Alex. in terminis quoq.
8 in conſ. 21. num. 7. lib. 1. † vbi quod non ſatisfit ſta
tuto offerendo cautionem, ſi de facto non detur,
hic autem ne oblatio quidem interceſſit.

Nec etiam obſtare dixerunt Domini, quod dice-
batur non eſſe attendendos huiuſcemodi defectus
ſtante cognoſcendi facultate, ſola facti veritate in-
9 ſpecta, † quia dicebant hanc clauſulam non ſuffra-
gari quoad ea, quæ ſunt ex alio ſtatuto in ſpecie
prouiſa, ſeu conſtituta, vt in term. ſtatutorū Bono.
Patiſ. conſil. fin. num. 14. & ſeqq. lib. 1. Oſaſc. deciſ.
10 1. ſub num. 21. † nec quoad concernentia formā,
ſeu ſolemnitates. Natt. conſ. 579. ſub num. 11. &
in conſil. 15. num. 11. & 12. de ſtylo verò in contra-
rium non conſtabat ex fide in calculo ferendæ ſen-
tentiæ exhibita, quia erat formaliter probandus ex
conſtit. Rotæ. c. 112. ad quam remitto.

Nec etiā quod dicebatur, dictā nullitatem fuiſſe
ſanatam ex ſequenti approbatione eiuſdem D. Cę
11 ſaris † dum conſentit cauere, & cauit de concor-
dando, aut de redeundo ad carceres ad l. pacta no-
12 uiſſima, C. de pact. Natt. cōſil. 262. nu. 13. † plus
eſt. n. facto quam verbo approbare, l. ſi tamen 48 §.
ei qui. ff. de ędilic. edict. l. reprehendenda vbi DD.
C. de inſtit. & ſubſt. l. Paulus reſpondit ff. rem rat.
hab. quia ad hoc. Reſpondebatur.

Primò hoc dictum pati multas difficultates, in
13 ſpecie dicebatur, † quod voluntas, quę ex facto col
ligitur non extēditur, vt alia, quæ ex verbis expreſ-
ſis. Nat. conſil. 67. num. 15. Surd deciſ. 23. num. 12.
deciſ. 100. num. 4 conſ. 164. num. 47. & ſeqq. hinc
autem extenderetur, quod eſſet contra dd. iura
14 † immo verò approbatio, & ratificatio non indu-
citur ex facto, niſi doceatur de plena ſcientia eius,
qui prætenditur ratificaſſe, Menoch. conſ. 561. nu.
12. & ſeqq. præſertim, num. 17. & ſeqq. lib. 6. vbi
latè ad hanc materiam.

Secundò ſe offerebat reſponſio reſolutiua omni
no in promptu ex conſtitutione Illuſtriſs. Card. Iu
ſtiniani ſub Rubr. 9. num. 7. ibi *quę Nullitas per prę
ſtationem fideiuſſoris non cenſeatur reiecta, nec appro-
15 bata ſequeſtratio.* † Nam vbi eſt caſus legis non eſt
quicquā vlterius hæſitandum l. ancillæ. C. de furt.
Surd. conſ. 58. nu. 3.

In expenſis autem ipſum D. Bondium condem-
16 nauerunt Domini, † tum quia ipſe D. Bondius ſuc
cubuit in prima, & ex eiſdem DD. in l. properandū
§. ſin autem alterutra, C. de Iudic. Aufret. ad Cap-
pell. Toloſ. deciſ. 222. verſ. ſin autem ſententia. col.
17 2. in fin. † tum etiam, quia ipſe fuit harum nullita-
tum cauſa, & inutilium expenſarum, meritò pęnā
luere debuit, Ant. Sol. in nouis decret. lib. 3. tit. de
legitimat. perſon. in Iud. gloſſ. 2. num. 2. Cagnol. in
l. quod quis. num. 2. de regul. Iur. A ſin. de executio.
§. 3. cap. 74. num. 12. vbi in ſpecie de nullitate cau-
ſata ex non ſeruata forma ſtatuti, & expenſis ob id
refundendis, ex quibus, &c. omiſſo fundamēto de-
ducto ex præfato priuilegio Sanctiſſimi, quia non
18 erat tutum. † Maximè quia per non vſum eiuſdē
priuilegij opportunè, & in tempore immo per fa-
ctum contrarium, quatenus cautio fuit electa pro
exeundo à carceribus, ſtatim ipſe D. Cęſar ſibi præ-
iudicauit, quominus ei in præſentiarum ſuffragari
poſſet dictum priuilegium ad latè Menoch. præ-
ſumpt.

ſump.41.lib.6.Seraph.de priuil.Iuram. priuil.102.
19 num.15. † Vbi priuilegiatus, eligendo viam iuris
Communis,cenſetur renunciare viæ ſibi competē
ti ex priuilegio,per l.fin.C.de pact. & alios ibid.ci-
tat.& hæc me referente,& cauſæ cognitore die 30.
Octobr.1615. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Non licet viam publicam in aliam mutare ſine Principis licentia, num.1.

Solum viæ quoad proprietatem eſt publicum, ſub eodem numero.

Non licet ſine Principis licentia viam claudere, occupare, vel alienare, num. 2.

Cuilibet licet agere interdicto, ut via in priſtinum reducatur, num.3.

Maximè ubi via noua eſt deterior, num. 4.

Mutatio viæ publicæ in aliam debet fieri cum informationibus, nu. 5. 18.

Via publica quomodo probetur, vel præſumatur, numero 6. & 8.

Priuatæ viæ alienari poſſunt, nu.7.

Vſus viæ ſubrogatæ permultum tempus argumentum eſt ratificationis, num.9.

Maximè, quia habet tractum ſucceſſiuum, non momentaneum, nu.10.

Nemo præſumitur iactare ſuum, nu.11.

Qui emit, vel vendit ſub nomine Officij, non præſumitur de proprio ſoluiſſe, nu.12.

Conſenſus, qui non requiritur pro forma, ſed tantum rōne præiudicij, poteſt ſuperuenire quandocunque, numero 13.

Diſtinctio conſenſus à licentia, & authoritate remiſſiuè, num.14.

Cōſenſus ratione preiudicij requiſitus iuuat etiam ſuperuentus lite pendente, nu.15.

Eſt in poteſtate cuiuſquam renunciare iuri ſuo quandocunque, num.16.

Defectus in mutatione viæ debent probari, ut tunc, cum fiebat mutatio, nu.17.

Cum tempus eſt de ſubſtantia debet præciſè probari, num.19.

Verba redactum eſſe ad talem ſtatum tempus poſt ſequutum, & alterationem ſucceſſu temporis ſubſequutā indicant, nu.20.

D E C I S I O III.

Aduerſus mutationem viæ in aliam viā alias de anno 1591.factam per ſolum Maſſatium, tunc temporis Montis Longhi, lite mota de anno 1612. oppoſitum fuit per contradictores nomine Communium infraſcriptorum. Scilicet.

Montis Longhi prædicti
Plebis de Pinu
Aruognani } *Comitatus Bononienſis.*
Paderni, &
Gaibolæ.

1 † Quod non licuerit ſoli Maſſario viam publicā
mutare, & aliò transferre ſine Principis, vel Ciui-
tatis licentia, cum illius ſolum quoad proprietatē
ſit publicum, l.2 §.viam publicā. ff. nequid in loc.
publ. Cepol.de ſeruit.Ruſtic.præd.cap.3. & de ſer-
uitute viæ, quæſt.7.num.16.17.& q.8.num.19. &
2 q.10.num.21. † Vnde non liceat ſine prædicta licē
tia viam claudere, & eius ſolum ſibi appropriare,
occupare, aut alienare, d.l.2.in prin.& §.ait, Prętor.
& l.1.& ibi gloſ.ff.de loc.& itiner.pub.l. 1. §. ſiquis
in ſpecie, ff.de via publ. Ang.conſ.18. ſub nume. 2.
verſ.quia dicta via. Cæpol.de ſeruit.viæ, quæſt.14.
num.27.verſ.aut non interuenit, & num. 28. verſ.
vnde cum ſit via. Franciſ.March.deciſ. Delphinal.
3 596.num.1.Bero.conſ.136.num.3.vol.3.† & cuili-
bet permiſſum ſit agere interdicto, vt reſtituatur
in priſtinum, & in d.§.Prætor ait. Cepol. d. cap.3.
num.27.d.verſ.aut non interuenire, & nu.29.verſ.
ego plus dico, & n.30. verſ. ſi autem March d.deċ.
596.num.1.in fin.

Et tanto magis prædicta procedere in præſenti
ſpecie dicebātur, quia probatum fuiſſet per teſtes
agentium ex clauſura antiquæ viæ, & ſubrogatio-
ne nouæ redditum fuiſſe vſum illius deteriorem, et
4 tranſitum difficiliorem, & anguſtiorem, † quo ca-
ſu interdictum reſtitutorium facilius intraret ad
dict.l.2. dic. §. Prætor ait, ff.nequid in loc. public.
5 † Vnde debebat fieri mutatio viæ ſumptis prius
ſummarijs informationibus ſuper vtilitate com-
modo, vel incommodo Reipublicę, aut neceſſitate
mutationis vocatis vicinis, & alijs quorum intere-
rat, March.d.deciſ.596.in fin.& deciſ.592. & ſeq.
num. fin.par.1.quod non fuit per dictum Maſſariū
obſeruatum, & concludebatur per interuenientes
pro dictis Communibus pronunciari male iudica-
tum per D.Iudicem à quo, dum abſoluit reos con-
uentos.

Verum ex aduerſo pro parte DD. de Ciammē-
ghis, & Totellis eorū conuentorum, & primæ viæ
ad culturā redactæ poſſeſſorū replicabat, nō cōſta-
6 re, quod dicta prætenſa via fuiſſet publica, † quia
non fuiſſet probatum, vel ſolum eſſe publicum, &
viam ab eo conſtructam fuiſſe, qui ius haberet, vel
ſaltem, quod poſt hominum memoriam dicta via
eſſet habita pro publica ex traditis per March.de-
ciſ. delphinal.593.num.3.& 4.d. Laderch. conſilio
124.ſub num.4.verſ.quod verò ad alterum perti-
7 net, Surd.deciſ.42. ſub num. 3.& ſeqq. † priuatas
autem vias alienari poſſe eadem deci.ſub num.16.
verſ.hæc autem reſultabat, & ideo bene fuiſſe ab-
ſolutos.

DD. tamen non habuerunt hoc fundamentum
pro tuto, ex quo conſtabat, dictam viam incipere
8 à via publica, & in viam publicam deſinere, † quo
caſu ſemper præſumitur iuris publici, niſi probe-
tur, memoriam extare, quod ea fuerit conſtituta
ex fundo vicinorum per tex. in l.vlt. in princ. ff. de
loc.& itiner.publ.bene Riminal.Sen.conſ.431.nu.
22.Funct.num.20.& 21.ante vol. 3.ſequitur alijs
relatis Maſcar.de finib.concl.1404.in verbo via, &
prǽſumptio hæc remanebat corroborata per teſtes
agen-

agentium qui depoſuerunt, dictam viam ſemper
reputatam fuiſſe publicam, &c.

Item alia adducebantur pro conuentis, ſed DD.
mouebantur ad eorum abſolutionem, ſequendo ſẽ
tentiam D. Iudicis, à quo. Primò, quia in tanti tem
poris ſpatio, quod à tempore dictæ mutationis vſq;
ad tempus motæ controuerſiæ intereſt, annorum
circiter viginti, omnes indiſtinctè homines etiam
prædictorum Communium agentium paſſim, &
ſemper vſi ſunt dicta via ſubrogata, tacuerunt, nũ
quam conquæſti ſunt, vel aliquid contradixerunt,
9 † id quod fuit Dominis maximum argumentum,
quod dictam mutationem dicta Communia ratã
habuerint, iuxta Crauett. conſ. 276. ſub numero 6.
conſil. 261. ſub num. 3. conſil. 106. ſub num. 2. 3. &
4. vbi plura de ratificatione vniuerſitatum indu-
cta ex facto ipſo, id quod in præſenti caſu maximè
10 procedit, † quia dictus vſus viæ habet tractum ſuc
ceſſiuum non momentaneum, quo caſu propter
tollerantiam cenſentur dicta Communia ratificaſ-
ſe etiam quoad delicta, fortius ergo in caſibus per-
miſſis, ad Maſcard. de probat. concluſ. 1413. n. 16.
Excellentiſſimus *D.* meus Senator meritiſſimus *D.*
Loſeus in ſuo eleganti tract. de iure vniuerſitatum
par. 4. nu. 23. vbi concord.

Augebat verò hanc coniecturam ratificationis
ſubſequutæ pro parte dictorum Communium, quod
prima via vendita fuit libris triginta bononen. tan-
tum, & terrenum emptum pro altera via libris cen
tum, non eſt autem veriſimile, quod Maſſarius vo
luerit ſoluere de ſuo illud plus, quod conſtiterat ſi-
bi terrenum prædictum, in quo altera via fuit fa-
11 cta, † nemo. n. præſumitur iactare ſuum. l. cum de
12 indebito. §. 1. ff. de probat. † Et præterea emit, &
vendidit, vti Maſſarius. & ideo non de proprio ſol
uiſſe, ſed de pecunia dictorum Communium cen-
ſendus eſt, eo ipſo quod eorum nomine rem geſſit
ad Natt. latè conſ. 641 per tot. & ad Surd. conſ. 19.
num. 31. & 33. & deciſio. 119. numero 12. vbi a-
lia iura.

Demum ceſſabat omnis difficultas, quia lite pẽ-
dente ſuperuenit conſenſus principijs dictam mu
tationem approbantis, ad effectum in ſpecie tollen
13 di hanc litem, † conſenſus. n. qui non ex forma,
ſed ratione præiudicij tantum requiritur, vt in præ
ſenti caſu, ſufficit, quod quandocunque etiam poſt
actum interueniat, tex. eſt in l. ſi autem. in fin. ff. de
aq. pluu. arcen. Crauett. conſ. 11. num. 4. Natt. con
ſil. 651. num. 1. 2. Oſaſc. conſ. 75. num. 7. & 8. idem
Crauet. in conſ. pro genero ſub num. 263. Dec. con
ſil. 144. in princ. & ad Menoch. conſ. 767. ſub nu. 4.
14 & ſeq. lib. 8 † vbi diſtinguit de conſenſu, licentia,
& authoritate.

15 † Nec refert quod lite pendente ſuperuenerit,
quia etiam hoc caſu iuuat, Sol. in decret. Sabaud.
nou. lib 3. tit. de legit. perſon. in Iud. gloſ. 2. num. 7.
16 ad fin. † eſt. n. in poteſtate Domini renuntiare iuri
ſuo quandocunque, & ſibi præiudicare etiam lite
pendente, & liti finem imponere de proprio con-
ſenſu, ſeu voluntate ad l. poſt quam liti. cum ibi
not. C. de pact. Gabr. de iud. concl. 3. num. 9. vbi
acceſſoria prouenientia à principali ſecundum na-
turam contractus poſſunt pendente iudicio ſuper-
uenire. Et ad alia in deciſ. Flor. 24. num. 7. & ſeqq.
21. & ſeqq. Natt. conſ. 142. num. 3. vbi quod con-
ſenſus poteſt ſemper interuenire, & num. 4. vbi in
omni materia etiam in iudicijs.

Et hanc partẽ etiam libetius ſequebantur DD.
quia non conſtaret de aliquo præiudicio dictorum
Communium, quia vtcunque ad fauorem viæ an-
tiquæ aliqua contra nouam deponerent teſtes præ-
dicti, tamen aduerterunt DD. quod teſtes huiuſ-
modi deponentes de minori latitudine viæ nouæ,
& alijs incõmodis non depoſuerunt præcisè, quod
hi defectus fuerint iam tum, cum permutatio facta
17 fuit, † vt erat neceſſe ad March. deciſ. 596. in fine
18 par. 1. † dum ſupponit, informationes eſſe ſumen-
19 das antequam mutatio fiat, † & per regulam, cum
tempus; eſt de ſubſtantia debet præcisè probari l.
eum actum. C. de negot. geſt. l. eum te. C. de probat.
& vtrobique gloſ. Bart. & DD. immo depoſuerunt
de tempore poſtea, & diuerſo à prædicto, dum di-
xerunt viam redactam fuiſſe ad talem, & talem ſta
20 tum, † quo modo loquendi tempus poſtea ſequu
tum, & alteratio ex temporis alterius ſucceſſu ſub-
ſequuta indicatur l. quod certatum. 4. C. de poſth.
hered. inſtit. l. pen. C. de oper. libert. Ex quibus, &c.
Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Sententia, à qua non fuit appellatum tranſit in rem iudicatam, num. 1.

Inſtrumenta difficulter corruunt ex dictis teſtium, numero 2.

Fides priuatæ, & atteſtationes ſunt prohibitæ ex conſtit. Iuſtin. num. 3.

Teſtamentum in forma authentica firmum, & validum cenſetur, num. 4.

Iudex appellationis, dicitur excedere ſuam iuriſdictionẽ cognoſcens ſuper non deductis in prima inſtantia, num. 5.

Indefinitè dictum indefinitè venit intelligendum, numero 6.

Vox indefinita æquipollet vniuerſali, nu. 7.

Voce bonorum bona præſentia, & futura continentur, num. 8.

Clauſulæ ſalutares proſunt, num. 9.

Nomen debitoris eſt in bonis creditoris, nu. 10.

Legatum non agnitum, an ſit in bonis, nu. 11.

An tranſmittatur, num. 15.

In hyppothecaria opus eſt probare rem in bonis tempore contractus, & ſufficit, etiamſi non probetur de dominio, ſi agatur contra debitorem, ſecus ſi contra tertium, num. 12.

Agnitio eſt neceſſaria in iure hæreditario, ſeu vniuerſali, num. 13.

In legato non agnitio ſola non officit creditoribus, ſed opus eſt repudiatione, nu. 14.

Confeſſio propria probat, & acceptatio, nu. 16.

Qui prior eſt in tempore potior eſt in iure, numero 17.

Et

Et is multò magis præferendus eſt, ſi prius obtinuit tenutam, num.18.
Author, & ſucceſſor pro vna, eademque perſona reputantur, & eodem iure vtuntur, nu.19.

DECISIO IV.

QVoad hyppothecariam per d. Lucium Dul-
phum intentatam in bonis D. Vincentij de-
bitoris contra d. Monterentium pro tornat. 72. cer
tè idem d. Monterentius fuit abſolutus à D. Iudice
1 à quo. † Et quia ex hoc capite non fuit appellatum,
ſententia tranſiuit in iudicatum ad l. 1. & tot. tit. de
re iudic.

Difficultas remanebat quoad alia capita à quib.
Idem d. Monterentius appellauit. Et primò quidē
quatenus D. Iudex appellationis, à quo adiudicauit
iure pignoris, &c. legatum menſtruum trium ſcu-
torum factum d. D. Vincentio debitori à D. Sama-
ritana eiuſdem vxore. Ad cuius ſolutionem tene-
tur D. Monterentius tanquam pater, & hæres eiuſ
dem D. Samaritanæ ex teſtamento, de quo in actis.
Nam opponebat Idem D. Monterentius tripli-
citer.

Primò teſtamentum eſſe nullum: quia teſta-
trix fuerit inducta ad ſic teſtandum, etiam quod ta
lis non fuiſſet eius voluntas, quam in rem produ-
2 ctæ fuere atteſtationes quædam. † Verum reſpon-
ſum fuit, ex eis non ſufficienter colligi tale quid, vn
de poſſet fides dicti teſtamenti corruere, vel vacil-
late, ad ea quæ latè d. Morot. reſp. 39 per tot. Surd.
conſ. 378. conſil 414. & conſil 530 ſub numero 15.
Menoch. conſ. 38 num 16. & ſeqq. lib. 4. Boſſ. tit.
de falſ Cabal. Caſ. crim 183. ex quibus quanta cum
difficultate poſſit inſtrumentorum fides infringi
ex teſtibus, plenè colligi poteſt & ſufficiat ad eos re
miſiſſe. Cum poneret falcem ad radicem in caſu
noſtro, quod productæ eſſent fides, & ſuper eis re-
3 petiti teſtes. † vnde intraret Conſtit. Iuſtin. rubr.
12. num. 1. 2 & 3. qua fuerunt prohibitæ, ita quod
nec teſtes fidem faciant, nec eorum vlla ratio habe-
ri poſſit, & ſi haberetur, acta, & ſententiæ eſſent nul
4 læ ad l. ancillæ. C. de furt. † Quare manebat teſta-
mentum firmum, cum de eo in forma authentica
appareret, ad l. fin. cum ibi not. C. de edic. Diui A-
dria. tollen.

Secundò loco opponebatur per D. Monterentiū
D. Iudicem appellationis, à quo exceſſiſſe ſuam iu-
riſdictionem pronunciando in hypothecaria pro di
cto legato, cum ſuper legato non fuiſſet intentata
5 coram primo Iudice, † quia d. Iudex appellationis
non cognoſcit, niſi ſuper deductis in prima inſtan-
tia, alias dicitur excedere iuriſdictionem ſuā, Surd.
dec. 147. ſub num. 1. 2. conſil. 54. num. 19. conſilio
266 ſub num. 13. 14. Menoch. de retin. poſſ. rem.
5. num. 94.

Reſponſum tamen fuit, quod hypotheca fuit in
tentata etiam ſuper omnibus bonis debitoris, Cū
poſt hypothecam intentatam ſuper bonis nomina-
tis, fuerint etiam compræhenſa bona, indefinitè,
6 † indefinitè n. dictum, indefinitè venit intelligen-
dum l. præſes. 3. ff. de off præſ. l. pen. §. finali, ff. de
7 Iur & fact. igno. † & vox indefinita æquipollet vni
uerſali, citati per Menoch. conſ. 4. numer. 28. lib. 1.
8 † & voce illa etiam futura bona continentur, nedū
præſentia, l. fin. C. quæ res pign. obl. poſſ. l. 1. & ibi
9 Bart. ff. de pignor. † vnde mictis vlterius clauſulis
ſalutaribus res careret omni difficultate, ad latè tra
di per Olaſc. dec. 1. ſub nu. 20. & ſeqq.

Tertiò & vltimo oppoſitum fuit dictum legatū,
licet alioquin ſi fuiſſet agnitum, fuiſſet etiam in bo
10 nis creditoris, † quia nomine debitoris eſt in bonis
creditoris, per l. cum hæredes, § vlt ff. de aq. hęred.
Aretin. in §. quadrupl. num. 39. Inſtitut. de action.
Menoch. conſil. 77. num. 2. lib. 1. eſt text in l. gre-
ge. §. cum pignori. ff. de pignor. & ibi Bart. & idem
in l. nomen C. quæ res pigno. oblig. poſſ. latè Negu-
11 ſant. de pign. par. 2. memb 3. num. 21. † Non tamē
non agnitum erit per Gloſ. Papien. in tor. libel. quo
vxor agit ad donat. verſ pen. num. 3. in antiq. ſiue
12 num. 2. in nouiſſ. † eſſe autem bona in bonis debi-
toris oportet, vt competat hypothecaria, licet de
dominio probari minimè neceſſe ſit Gayl. obſ. 26.
per tot. lib. 2. maximè agendo contra principalem
debitorem, vt h. c. ſtat. de ſalu. interd. inſp. 2. cap. 1.
num. 17. & ſeqq. & num. 29. ſecus ſi contra tertium
Caputaq. dec. 141. num. 3. par. 3. Teſſ. dec. 175. n. 3.
ſtat. d. c. 1. nu. 36.

13 † Fuit reſponſum agnitionem eſſe neceſſariā in
iure hæreditario, ſeu vniuerſali ad. l. 1. & ſeqq. C.
de Iure delib. l. cum in antiquioribus, & ibi Caſtr.
Salic. & Alex C. eod. tit. Surd. conſ. 253. ſub nu. 32.
14 ad fin. † Non in legato, in quo non agnitio ſola nō
officit creditoribus, nec facit quominus legatū in
bonis legatarij non ſit, ſed opus eſt repudiatione l.
alienationis verbum. ff. de verb. ſign. & ibid. bene
explicat Alciat. in gloſ. & ad Crau. conſ. 984. n. 33.
ad fin. vbi in fideicommiſſariis.

15 Nec obſtat Gl. Papien. cit. ſupra num 11. † quia
loquitur in legato in diem, vel ſub conditione quo-
ad tranſmiſſionem, vt patet ibid. & ex iuribus per
eum cit. Nos ſumus in legato puro. Et pręterea par
tes ipſæ fatentur agnitionem dicti legati, dum D.
Dulphus conſentit relaxari ſequeſtrum de dicto le
gato factum ipſi d. Vincentio legatario, præſente. &
16 acceptante ipſo d. Monterētio legati debitore † ad
l. cum te. C. de tranſact. l. 2. C. de Iud.

Quod verò pertinet ad D. Camplonū diximus
non potuiſſe moleſtari ab eodem D. Monterentio
in poſſeſſione domus, de qua in actis, quia d. Cam-
plonus recognoſcit ſuā poſſeſſionem à D. Dulpho,
qui prior eſt ipſo d. Monterentio ex inſtrumento
anni 1597. Cum d. Monterentius niteretur inſtru
17 mento anni 1598. † ad reg. qui prior. ff. de regul.
18 iur. in 6. Natt. conſ. 396. num. 4. † Et prius tenutā
obtinuit, & per hoc etiam multò magis præferen-
19 dus ad Gayl. obſ. 25. n. 15. lib. 2. † Certum eſt aūt,
quod author, & ſucceſſor pro vna, eademq. perſo-
na reputantur, eodemq. vtūtur iure. Surd. dec. 335.
num. 22. ad l. venditor cum materia. ff. de Iudic. ex
quibus, &c. Laus Deo, &c.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIA.

Alimenta prouiſionalia non poſſunt prætendi à nõn coniuncto ſanguine, aut affinitate in iudicijs particularibus, num. 1.

Legatus à latere eſt ita alligatus obſeruationi iuris Communis, vt alius Iudex, n. 2.

Non poteſt iudex præiudicare partibus, niſi cauſa cognita, nu. 3.

Qui iuris ordine non ſeruato procedit, nulliter procedit, num. 4.

Quiſque præſumitur poſſidere ex cauſa præambula, de qua conſtat, nu. 5.

In iudicio ſummario alimentorum leniores probationes ſufficiunt, nu. 6.

Æquum non eſt vti re, & precio, nu. 7.

Pauperi non in genere, ſed eo reſpectu, vt non habeat, vnde ſe alat ſuccurrendum eſt, n. 8.

Alimenta prouiſionalia dari poſſunt, etiam in prima inſtantia, nu. 9.

Mulieri viduæ datur reſtitutio in integrum, n. 10.

Aduerſus omnem actum præiudicialem datur reſtitutio in integrum, nu. 11.

Melius eſt pignori incumbere, quam in perſonam agere, num. 12.

Cautio præſtanda de alimentis ſolutis refundendis ſecundum aliquos, nu. 13.

Contra non eſſe refundenda, vel imputanda, numero 14.

Iudici non licet fimbrias dilatare, nu. 15.

Cauſa huius deciſionis nixa eſt tota in æquitate l. curabit. num. 16.

Ex diuerſis non fit illatio, num. 17.

Omnis diſpoſitio præſupponit habilitatem terminorum, num. 18.

DECISIO V.

POſt introductam etiam ope reſtitutionis integrum intentatæ per Illuſtriſſ. D. Lucretiã Alidoſiam viduam, nullitatem, ſeu reſciſſionem plurium contractuum fideiuſſionum, & alienationum per eam vnà cum D. Galeario filio factarum obtinuerat eadem D. Lucretia in contradictorio decretum ab Illuſtriſſimo tunc Legato prouiſionale de alimentis ſibi interim præſtandis per D. Capitaneum Ioſeph Vizzanum vſq. ad ſummã lib. 700. vnum, & vltimum ex emptoribus, à quo decreto, & alijs quibuſdam ſequeſtris in vim eius relaxatis appellauit D. Vizzanus, & cauſa mihi commiſſa per breue Apoſtolicum de voto Rotæ, omnes exi-
1 ſtimarunt benè fuiſſe appellatum, † quia cum à nõ conſanguinea, aut vlla affinitate coniuncta dicto D. Vizzano reo conuento ageretur, & quidẽ actione perſonali, non intraret prouiſio alimentorũ pendente lite iux. Lap. in cap. per veſtras §. 39. col. 2. in fin. in 1. notab. ampl. 18. & refert, ac ſequitur. Surd. in tract. de alimentis tit. 1. quæſt. 120. num. 14. & q. 119. per tot.

Nec etiam ex alio licuit præfato Illuſtriſſ. Legato ordinare, quod D. Capitaneus Ioſeph reciperet ſibi Domos, quas dederat in ſolutum dictæ D. Lu-
2 cretiæ, † quia etiam Legatus de Latere eſt ita alligatus obſeruationi Iuris Communis, vt quilibet alius Iudex Maſcard. de probat. concluſ. 35. ad fin.
3 † de iure autem nemo poſſit, niſi cauſa cognita, & ordine iuris ſeruato præiudicare conuentionib. partium l. cum hi. § vult igitur, & §. ſi Prætor, ff. de trãſact. l. de qua re. ff. de Iudic. l. illicitas. §. veritas, ff de
4 offic præſid. † alias nulliter procedit, Ancar. conſil. 330. ſub num. 7. Marin. Frecc. de præſent. inſtru. p. 8. q. 3. n. 102. & plurib. ſeqq.

Verum aliquam rationem habuerũt DD. quod ipſemet D. Vizzanus aſſeruerit, ſe eſſe in poſſeſſione dictorum Domorum, licet id dixerit ex alia cauſa, quam ex vi dicti decreti, quia Dominis de alia
5 cauſa legitimè non conſtabat, † vnde interim præſumptio ſtaret contra ipſum, quod poſſideret ex ea cauſa, de qua conſtabat, ſeu ex cauſa præambula Crauett. conſ. 319. ſub num. 13. verſ. decimonono, Surd. deciſ. 137. num. 4. & conſil. 119. num. 15. 16. Accedente præſertim informatione habita per Notarium cauſæ de induſtria miſſum, qui retulit inquilinos dictarum domorum reſpondere de affictibus ipſi D. Vizzano, ex quibus crediderunt Domini ſatis ſufficienter conſtare de dicta poſſeſſio-
6 ne, † quia ſumus in Iudicio ſummario, in quo leuiores probationes ſufficiunt, vt per Surd. in dicto tracta. de alimen. tit. 1. quæſtione 112. ſub numero 20. & ſeqq.

Quare viſum eſt dictum decretum non in totũ approbare, ſed ſequi pro ſumma lib. tantum ducẽtum in ſingulis annis, quia non cõſtabat plenè, vel quod omnes domus eſſent penes D. Vizzanum, vel quanti eſſent affictus, vt poſſet quid certi calculari, ad dictam autem ſummam ſe reſtrinxerũt, quaſi veriſimilem, & quod minus ea vix ſit quod D. Vizzanus exigat ab inquilinis. Vnde intraret be-
7 ne dicta taxatio pro huiuſmodi rata, † neque enim videbatur æquum, vt idem D. Vizzanus frueretur re, & precio ad l. curabit. C. de act. emp.

Accedebat motiuum ad hoc arbitrium, miſeries notabilis dictus D. Alodoſiæ, aliàs quidem egregia dote nuptæ, & nobilis, nunc verò adeo miſerabilis, vt videretur ei omnino aliquo pacto ſuccurrendũ,
8 † cum non eſſet pauper in genere, ſed eo reſpectu, vt non haberet, vnde ſe aleret ad Rot. deciſio. 764.
9 in nouiſs. par. 1. † Non obſtante, quod eſſemus in prima inſtantia, quia etiam hoc caſu fieri poteſt de iure dicta prouiſio, vt latè per Surd. de alim. tit. 1. q. 112. ſub n. 18. cum ibi relatis.

10 † Et vlterius etiam quod in genere reſtitutio in integrum viduæ competere poſſet, Iuxta Garzar. patrocin. 28. per tot. tom. 2. & quod daretur ſummus boni iuris conſtito ex actis de minis, de Blandities, de verberibus filij prædicti, ita quod inducta fuerit huiuſmodi modis, & medijs ad tam variè contrahendum, inter quæ imprimis mouebat Dominos, quod dicta Vidua pro reſiduo precij, conuenti. lib. ſcilicet decem millium, fecit tempus D. Vizzano ſoluendi infra duodecim annos, & nota alio

con-

contractu infra alios ſex adiectos, ita quod ſunt decem, & octo anni, quibus durantibus dicta Vidua nihil eſt conſequutura, quia faſſa eſt habuiſſe ſolutiones anticipatas pro toto dicto tempore, quomodo autem? in parcellis, in quibus continetur recepto precij rebus minutiſſimis, & pluribus vicibus ſolutis, ſeu datis, vt in paci capponum, in tanta palea, in tot ouis, & ſimilibus, ex quibus ſimul iunctis res non benè prima quidem facie olebat Dominis, & videbatur præiudicium quaſi manifeſtũ d. Viduæ, maximè ob præfatam tam longam dila-
11 tionem, † dari verò reſtitutionem aduerſus omnẽ
actum prędiudicialem dicit Aret. in l. 1. in fi. C. ſi aduer. donat. Grat. diſcept. Forenſ. p. 2. c. 233. num. 7. & ſub nu. 58. & 59.

Declarauerunt tamen Domini, ſi ſuccumbat D. Alidoſia, ſummas in cauſa alimentorum receptas, vel recipiendas computandas fore in extinctionẽ pro rata dictæ ſummæ principalis reſiduæ librarũ decem millium, debitarum per D. Vizzanum, aut in extinctionem fructuum etiam pro rata, quatenus, D. Vizzanus poſſederit vigore d. decreti, quia ſatis in hunc modum fuit cautum D. Vizzano abſque eo, quod cautio præſtaretur, quia habet penes
12 ſe, † & melius eſt pignori incumbere, quã in per-
13 ſonam agere, † licet alioquio ſint, qui dicãt cau
tionem præſtãdam Valaſc. conſult. 1. nu. 7. per tot. to. 1. de quo tamen vide Surd. mox citan.

14 Nec ſequendam Domini putarunt hoc in caſu ſententiam eorum, qui cenſuerunt, huiuſmodi alimenta prouiſionalia nunquam eſſe imputãda, quá benigniorem dicit, & defendit Surd. de aliment. tit. primo. quæſt. 124. num. 4. & ſeqq. & ſub num. 8. & ſeqq.

Quia difficultas fuit non exigua ad reſoluendũ,
15 an eſſemus in caſu vbi alimenta decerni poſſent, †
quare non placuit fimbrias amplius dilatare, ad l. voie. cum ibi not. C. de dot. promiſs.

16 Et cauſa huiuſce reſolutionis nixa fuit tota in æquitate l. curabit. C. de action. empt. ad ſupra ſub num. 6. & 7. compenſando affectum damnorũ cum
17 precio dictorum alimentorum pro rata † Quo in
caſu non intrant termini dictæ quæſtionis, & ex diuerſis non fit illatio l. Papinianus exuli. ff. de minor.
18 † & omnis diſpoſitio præſupponit habilitatem ter
minorum, vt in dec. noſt. 6. num. 9. & dec. 1. nu. 82. & alia. 28. num. 1. Florentinarum. Ex quibus, &c. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Statuto deferente Lucrum dotis ſimpliciter intelligitur, ſiue dos ſit promiſſa, ſiue data, nu. 1.
Verba omni caſu, & ſemper omnes caſus comprehendũt. num. 2.
Vbi aliqua parte ſtatuti fit mentio dotis datæ, in reliquis de data tantum intelligitur, nu. 3.
Declara, vt num. 4. & 5.
Ex diuerſis non fit illatio, num. 5.
Per verba ſubſequentia poſita in exequutiuis declaratur ambiguum principalis diſpoſitionis, n. 6.
Facilius datur retentio quam petitio, nu. 7.
Abſurdum eſt ſtatutum eſſe defectiuum, & dignum, quod à ſapientibus reprehendatur, n. 8.
Dare, & promittere plerunque in dotis conſtitutione à pari procedunt, nu. 9.
Per vocem, dictus, quando fiat relatio ad proxima, quando non. nu. 10.
Viri ſunt præmio alliciendi ad contrahendum matrimonium cum Spuria, nu. 11.
Argumentum à communiter accidentibus validum in iure, num. 12.
Lucrum competit etiam mortuo coniuge, terminis ſolutionum nondum maturatis quando ſtatutum etiã dotem promiſſam amplectitur, n. 13.
Vbi eſt caſus legis, vel ſtatuti, ibi non eſt amplius hæſitãdum, nu. 14.
Attenditur ſtatutum loci mulieris ſi maritus conuenerit de ibi habitando, nu. 15.
Et quando contrahentes ſe retulerunt ad illud ſtatutum. num. 16.
Locus vxoris dicitur etiam locus mariti, ſi eò maritus ſuã habitationem deſtinauit, n. 17.
Maritus cenſetur ſe conformaſſe ad diſpoſitionem ſtatuti loci vxoris, ſi eò deſtinauit ſe transferre ad habitandum, nu. 18.
Verba ſunt interpretanda attento eodem loco, numero 19.
Referens ſe ad conſuetudinem, intelligitur de conſuetudine loci contractus, nu. 20.
Conſuetudo pactum, & ſtatutum parificantur, ſub eodem num.
Maritus, qui fecit donationem propter nuptias, lucratur dotem ex ſtatuto lucrum deferente, n. 21.
Etiam ſi donatio non ſit æqualis doti, n. 22.
Aequalitas antiqua fuit contraria conſuetudine ſublata, num. 23.
Ex arbitrio amplo dato arbitro ipſe poteſt præfigere terminos ad ſolutiones fiendas, & onerare quam partem vult ad honorarium ſoluendum, numero 24.
Inter vſuria non ſunt debita marito ſuperſtiti, numero 25.

D E C I S I O VI.

RESolutum fuit in Rota Bonon. cuius votum fuerat requiſitum ex vtroque ſtatuto, ſeu loci Vignolæ, ſeu Montis Feſtini, quod Illuſtr. D. Capitaneus Pompeus Poggiolus lucratus fuerit dimidiam dotis Illuſtr. q. D. Helenæ vxoris in matrimonio prædefunctæ.

Quia incipiendo à ſtatuto loci Montis Feſtini
1 Domicilij Mariti, † cum illud deferat lucrum ſim- 1
pliciter, nulla habita diſtinctione datæ, vel promiſſæ dotis, de vtraque eſt intelligendum ex communi opinione, de qua teſtatur. Gayl. obſeru. 79. lib. 2. & indubitata, teſte poſt Boer. & Campeg. Illuſtriſs. Cardin. Mantica. de tacit. & ambig. lib. 12. titu. 5. num. 8. in fin. ſeruata in iudicando. Oſaſc. deciſ. 21. ſub num. 15. verſ. quid concludendum, & ſub nu. 20. Farinac. deciſ. 27. num. 1. & per tot. quas ſemi-

rás,

2 tas, & nos ſequi eò magis conueniens fuit, † quia
in ſtatuto noſtro eſſent verba, *Omni caſu*, & aduer-
bium, *ſemper* omnes caſus compræhendentia, Bo-
er. de primis verbis in deciſ. 22. num. 34. & de ad-
uerbio. *ſemper*, Rim Iun. conſ. 23. nu. 227. Surd. cõ
ſil. 287. nu. 18. & ſeqq. lib. 2.

Nec obſtare diximus idem ſtatutum in illis ver-
bis, *Si qua Mulier naturalis tantum ex illicito coitu*,
pro qua dos data fuerit à patre, &c. *deceſſerit in ma-*
trimonio ſine liberis, *& ſine teſtamento, tunc, qui do-*
tem dedit, *& ipſius dantis hæredes medietatem do-*
tis lucretur, quibus verbis videtur dos tantum da-
3 ta indicari, † vbi autem aliqua parte ſtatuti, etiam
inter executiua fit mentio dotis datæ, de hac tan-
tum non etiam de promiſſa intelligi debet ſtatu-
tum, iuxt. Bec. in ſpecie conſilio cinquãteſimoter-
tio. num. 7. & 8.

Quia animaduerſum fuit, verba illa fuiſſe ap-
poſita ad determinandum alium caſum ab hoc di-
uerſum, idest ad conſtituendum modum, ſuc-
4 cedendi, † quare ex diuerſis non fit illatio, vt in
termin. Seraphin. deciſio. 248. ſub numero ſecũ-
do verſiculo ad ſecundum, Bec. autem in dict. con-
ſilio cinquanteſimotertio. numero ſeptimo, & o-
ctauo. retento eodem caſu, ſupponit, per ſubſe-
quentia verba poſita in executiuis, vel acceſſorijs,
declarari diſpoſitionem principalem ambiguam,
5 † de quo non dubitabatur ex not. per eum, & ex
Natt. conſilio trigeſimonono. ſub numero ſepti-
mo. Dom. Laderch. latè in conſilio primo, per tot.
in noſtro caſu agitur, non de acceſſorijs ad prin-
cipalem diſpoſitionem, ſed de duabus diſpoſitio-
nibus æquè principalibus, & diuerſis inter ſe ſe,
6 † Vnde dicta regula ex diuerſis, vt ſupra nume-
ro quatro. benè intraret ex leg. Papinianus exuli.
ff. de minor. ad. Menoch. in conſilio 106. nume-
ro 303. & ſequenti, & ſub numero 392. libro ſecũ-
do. vbi benè.

Sed addebatur, quod etiam in dictis verbis,
dos promiſſa ex neceſſitate contineretur, Nam ſi
dantes dotem ſuccedunt in dimidia multò magis
promittentes, quia ij dum ſuccedunt retinent,
7 illos verò petere, ſeu repetere neceſſe eſt, † faci-
lius autem dari retentionem, quam petitionem,
manifeſtum eſt, Menoch. conſilio 60. numero fi-
8 nali. libro primo. † & aliter dicere ſtatutum eſſet
defectiuum, & mereretur à ſapientibus reprehen-
di, quod eſt abſurdum, & inconueniens l. Sal-
uius. de legat. præſt. Menochius de arbitr. Iudi-
cum. quæſtione ſeptimo. numero vigeſimoſecun-
do. Honded. conſilio ſexto numero quinto libro
primo. Barz. deciſio. centeſimanona numero de-
9 cimoquarto. † Vltra quod, dare, & promittere à
pari procedunt plerunque in hac materia, vt per
Peregrin. in ſpecie deciſio. 18. numero decimo-
quinto. ad fin. Quare, & retorqueri poſſe eam
partem ſtatuti, & ceſſare aliam difficultatem di-
cebatur, quæ fiebat in verbis *dictæ dotis*, quate-
nus prætendebatur ex ea voce, *dictæ* fiendam re-
lationem ad proxima, in quibus de dote tantum
data mentio facta eſſet, quam primo ceſſat hoc
præſuppoſitum ſtante declaratione prædicta,
quod etiam de promiſſa intelligi debeat in ea par-
10 te ſtatuti, † & præterea non eſt ſemper verum,
quod fiat relatio ad proxima, maximè quando
principaliter agitur de aliquo, nam tunc fit rela-
tio ad id, quod principaliter agitur, non ad id qđ
incidenter. Ruinus conſilio 13 t. numero ſecun-
do, & quinto. libro ſecundo. Gabriel. conſilio cen-
teſimo decimo ſexto. numero trigeſimo nono. con
ſilio centeſimo vigeſimo primo. numero vigeſi-
mo octauo. libro primo. Surdus. deciſio. 291. nu-
mero trigeſimo ſecundo. conſiliò ducenteſimo. nu
mero vigeſimo ſecundo. conſilio 340. numero vi-
geſimo. ſtatuto noſtro principaliter agitur de lucro
dotis ergo, &c.

Et accedebat aliud inconueniens, quod ducens
ſpuriam in vxorem priuaretur dicto lucro, & dare-
tur occaſio abhorrendi magis, quam ambiendi hu-
11 iuſmodi nuptias, † cum tamen magis præmio
alliciendi forent viri, ad leg. Titio centum 71. §.
primo. verſiculo aliud eſt, & ibi gloſſ. in ver. inui-
tati. ff. de condit. & demonſtrat. & ad Menochius.
cum cit. in conſilio 1083. numero primo. & ſecũ-
do. libro vndecimo, & difficilius inueniant ſpu-
11 riæ viros, quam legitimæ, † vt à communiter
accidentibus probatur, quod eſt validum argu-
mentum in iure. ad Surd. conſilio nonageſimo-
quarto, numero cinquanteſimo ſexto. Euerat. in lo.
à Comm. accid.

Opponebatur, etiam terminis ſolutionum non
13 maturatis, lucrum non competere. † Verum ceſ-
ſat obiectum vbi ſtatutum etiam dotem promiſ-
ſam complectitur, vt ſupra oſtenſum eſt, in caſu
noſtro verificari ad Mantic. de tacit. & ambig.
libro duodecimo, titulo quinto, numero decimo-
quinto. & ſequent. Peregrin. deciſio. trigeſima-
quinta. numero vndecimo, & ſeqq. & quod ma-
gis eſt, etiam in caſu ſtatuti tantum de dote data
diſponentis adhuc pro marito fuiſſe iudicatum ex
eod. Pereg. deci. decima octaua. in fi. ſatis cõſtat.

Hæc quoad ſtatutum Montis Feſtini, ex ſtatuto
verò Mutinæ, ſecundum, quod locus Vignolæ re-
gitur, omnis ceſſat difficultas, dum explicitè vtrã-
que dotem, & promiſſam, & datam complectitur
adeo quod ſimus in claris, & in caſu legis, ſeu ſta-
14 tuti, certo, & determinato, † vbi vlterius non eſt
hæſitandum, ad l. ancillæ. C. de furt. Surd. conſilio
100. num. 13.

Huiuſmodi enim ſtatutum re vera attendẽdum
fore in hac ſpecie deducebatur. Primò, quia mari-
tus in capitulis matrimonialibus conuenit de habi
15 tando in loco Vignolæ cum vxore, † quo caſu in-
trat vna limitatio ad l. exigere. ff. de Iudic. vt. ſ. ſtatu
rum loci vxoris ſit attendendum, Cag. de Cõmun.
in d. l. exigere ſub n. 14. ſub verſ. ſi verò tempore, et
Couar. in epit. c. 7. n. 7. & 8.

Secundò, quia maritus ſe reſtrixit ad dictum ſta
tutum, dum ad illud ſe retulit, ex reſeruatione ſibi
facta de ſtatuto de dote lucranda, vt in dd. capi-
16 tulis matrimonialibus, † quæ eſt alia limitatio,
vt locus vxoris attendatur, quando contrahentes

ſe retulerunt ad ſtatuta eiuſdem loci, vt per Cagn.
d.l.exigere, numero 22.ff.de Iudic. Peregrin.d.de-
ciſ.18.nu.13. Flamin. de Rub. d. conſilio 49. nu-
mero 57. dicta enim reſeruatio intelligitur facta
ad ſtatutum loci, in quem deſtinatur habitatio, &
17 in quo contractum eſt, † cum ipſemet locus dica-
tur domicilium ipſius viri, vt ait Cagnol. in d.l.exi-
gere num.14.ſub princ. & ſub d. verſ. ſi verò tem-
18 pore, quo ita conceſſo intrat, & illud, † quod cen-
ſeatur ſe conformaſſe cum ſtatuto tali vti ſtatuto
proprij loci, Mantic.de coniect.vlt.volunt. lib.6.tit.
7.numero 4. Menoch.conſil.756.num. 23. 24. lib.
18 8.† & quod verba interpretanda ſunt attento eo-
dem loco, vt in propoſito, per Surd.deciſ. 227. nu-
20 mero 2.† ſicuti, ſi contrahentes ſe referant ad con-
ſuetudinem, intelliguntur de conſuetudine loci cõ
tractus, & pariſicantur, hæc conſuetudo pactum ,
& ſtatutum, vt in ſpecie Flam.de Rube.d. conſ.49.
ſub nu.64. & 65.

21 † Hæc autem fortius procedere diximus, quia
etiam maritus fecit ſuam donationem propter nu-
ptias vxori, ſine qua huiuſmodi lucro fortè locus
22 non fuiſſet, Oſaſc.deciſ. 21.num.21.† & ſufficit ẽt
ſi non fuiſſet æqualis doti Flam.de Rub. d.conſilio
23 49.ſub num.57.† quia æqualitas antiqua fuit con
traria conſuetudine ſublata, vt ibid. Flam.num.61.
& 62. Honded.conſ.48.n. 10. lib.1.

24 † Diximus ſolutiones fiendas, & honorariũ ſol-
uendum ad arbitrium Illuſtr. D. Arbitri, Moti ex
arbitrio ei amplè conceſſo , vt in compromiſſo ad
Peregr.in term.deciſ.vlt.nu. 2. maximè inter ſan-
guine coniunctos.

25 † Et etiam abſoluimus ab interuſurijs , † quia
ſoluto matrimonio per mortem vxoris , ceſſanti-
bus oneribus, talia interuſuria non ſunt marito ſu
perſtiti debita per rationem internam c. ſalubriter
de vſur. & in puncto Peregr. deciſio. 121. num.7.

Fuit accepta ſententia arbitri ex voto ſupra-
ſcripto prolata, & d. Creditor acquieuit honorario
declarato per d. Arbitrum , quo in totum fuit one-
ratus , & etiam datis terminis ad ſoluendum , per
eund.d. Arbit.ſeruato in omnibus voto noſtro &c.
Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Scripturis priuatis datur fides de iure communi , numero 1.
Et ex ſtatutis curiæ mercatorum, ſub eod.
Probatio non concludens de neceſſitate non releuat. numero 2.
Solutio eſt quid facti, quæ non præſumitur, niſi probetur. num.3.
Coniecturæ ſolent admitti ob difficultatem probationis ſolutionis, nu.4.
Compenſatio non intrat, quando ex iuramento ſoluẽdum eſt, num.5.
Qui iurauit ſoluere non poteſt compenſare, nu 6.
Animus compenſandi difficiliùs intrat, quando quid datur non ſimile debito, nu.7.
Præſumptio eſt contra allegantem ſolutionem ſcripturæ, quæ erat in manu ſua vnà cum creditore , numero 8.
Vnuſquiſque in rebus ſuis præſumitur diligens . numero 9.
Quod potui nolui , quod volui adimplere nequiui , numero 10.
Præſumptio eſt contra eum , qui diù tacuit . numero 11.
Maximè cum ſemper fuit in eodem loco , ſub eodem numero.
Et contra eum, qui nõ niſi ſequuta morte creditoris petijt num. 12.
Et petit ab hæredibus non bene informatis , num. 13.
Imputandum eſt ei, qui ſeipſum in anguſtias redegit . num.14.
Ex ſtatut.Bonon.ſub Rubr.de probat.ſolut ſolutio debiti, etiam ex ſcriptura priuata non poteſt probari per teſtes.nu.15.
Vbi non intrat aliâ probatio , multò minus poterit ſtari probationi ex confeſſione proprij oris, n.16.
Libris non regulatis ad formam ſtatut. Curiæ Bonon. nõ datur fides , & verba ſtatuti declarantur , numero 17.
Verba negatiua obligant ſemper , & ad ſemper ſub eodem num.
Alia de efficacia negatiuè remiſſiuè, nu.18.
Statutum antiquum Bonon. circa fidem librorum declaratur, nu.19.
Vbi verba non conueniunt, nec diſpoſitio locum habet, numero 20.
Statutum curiæ mercantiæ Bonon. induxit formam , numero 21.
Nec poteſt fidei librorum per æquipollens ſuppleri , & nullus eſt omnino actus, & nulla probatio , ſub eodem num.
Ius commune circa fidem librorum conſideratur , vt non detur fides libris memorialibus continẽtibus res diuerſi generis, nu.22.
Libris mercatorum non creditur circa non concernentia mercaturam nu.23.
Vt fides libris detur non ſufficiunt teſtes, niſi partitæ etiã ex alijs inſtrumentis publicis, vel libris aliorum verificentur, nu.24.
Fides libro non datur, ſi in productione non fuit iuratum. num. 25.
Si continet inueriſimilia nu. 26.
Secus ſi veriſimilia , dummodo liber ſit bene ordinatus , num.27.
Nec datur fides , vbi ſcribens tractat de ſe exonerando . num.28.
Item non datur fides libro viuentis, nu.29.
Facit tamen qualem qualem præſumptionem , nu.30.
Nec etiam datur fides libro ſuſpecto ex cauſis , vt hic . num. 31.34.
Augetur ſuſpicio, ſi pars requiſita exhibere noluit librũ, & mox ad fauorem ſui producit , nu.32.
Singula per ſe ſe inualida non coniunguntur, ſicut nec teſtes, quando ſunt omnino inhabiles, nu.34.
Eadem ratio plures ſimul repellit , quæ repellit ſingulos . num.35.

D E-

DECISIO VII.

ADuerſus binas Apocas manu ipſius D. Gar-
ganelli debitoris ſcriptas, & ſubſcriptas ad fa
uorem q. Camillæ Corradinæ ancillæ in domo
propria d. D. Garganelli prædefunctæ, opponebat
D. Io. Galeazzius Garganellus patris Franciſcæ fi-
liæ, & hæredi actrici.

Primò dictas apocas fuiſſe ſolutas partim in tan
ta pecunia, & partim in beſtijs vaccinis eidem an-
cillæ per eum emptis, producendo proprios libros
memoriales, & teſtes deponentes de veritate li-
brorum circa quaſdam partitas, & de bona vita,
& fama D. Garganelli, & quod merentur fidem, &
alios de receptione beſtiarum vaccinarum per d.
ancillam a dicto D. Garganello emptarum depo-
nentes.

Excellentiſſimus D. A. G. Iudex à quo executio-
nem conceſſit. Appellauit D. Garganellus, & cauſa
mihi commiſſa, cenſui bene fuiſſe iudicatũ, & ma-
lè appellatum cum expenſis.

Apochæ enim prædictæ fuerunt legitimè reco-
1 gnitæ, † quibus datur fides inter ipſos contrahen-
tes, tam ex diſpoſitione iuris, vt in l. ſcripturas. in
princ. & ibi DD. C. qui potior. in pignor. habeantur
quam ex diſpoſitione d. ſtatuti. in §. *dichiariamo an-
cora fol. 63. verſo*, vbi declaratur vlterius, *che habbia
uigore, forza, & effetto di publico inſtrumento.*

Neque verò viſa fuit probata exceptio per teſtes
ab eo inductos per ſe, vel per librum memorialem
per ſe, vel per teſtes, & librum ſimul iunctos. Nam
quoad teſtes, quatenus depoſuerunt aliqui ex eis
de quibuſdam vaccis emptis per D. Garganellum
dictæ ſuæ ancillæ, non viſi ſunt concludere ad di-
2 ctam ſolutionem, ſeu extinctionem debiti, † quia
per hoc de iure inferri non potuit, quod tales em-
ptiones ceſſerint in extinctionem dicti crediti ad l.
3 neq. natales. C. de probationi. † & ſolutio eſt quid
facti, quæ non præſumitur niſi probetur, & eam
allegans probare debet l. quinquaginta. ff. de pro-
4 batio. † & non habent locum coniecturæ in hac
materia in qua tantum propter difficultatem pro-
bationis ſolent admitti ad Afflict. deciſio. 13. num.
22. verſiculo decimo, & Menoch. præſumpt. 135.
ſub numero finali. verſiculo eſt præterea libro 3.
quæ difficultas in præſenti caſu non urgebat ad in-
fra. num. 8. & ſeqq. faciebat etiam contra hãc acto-
ris intentionem, quia quod emiſſet vaccas, id non
5 fuiſſet ſoluere, ſed compenſare, † compenſatio
autem non intrat, quando adeſt iuramentum, quia
debet iuramentum impleri in forma ſpecifica c. ad
noſtram de Iur. iuran. cum alijs citatis per Surd. cõ
6 ſil. 82. num. 25. † & qui iurauit ſoluere non poteſt
compenſare, vt ibid. ex Alexand. Iaſ. & alijs cumu-
7 latis probatur per Surd. † & etiam, quod difficilius
intrat animus compenſandi, quando quid datur
non ſimile debito Surdus. in deciſio. 119. numero
vndecimo, & ſequent. hic in credito eſt pecunia
8 non aliud, † & demum etiam non parum vr-
gebat, quod Dominus Garganellus habebat, &
creditricem ancillam, & ſcriptam ipſam in domo
in poteſtate ſua, poterat ergo lacerare, & ſi
non fecit, vel animus compenſandi veriſimiliter
9 non poteſt præſumi, † quia vnuſquiſque in re-
bus ſuis diligens præſumitur capitulo niſi de Præ-
bend. Rimin. Iun. conſilio 407. numero decimo-
10 tertio. libro quarto; † vel ſibi imputandum vide-
tur, quod cum potuiſſet voluerit iuxta illud, quod
potui nolui, quod volui adimplere nequiui, ad leg.
multum intereſt. Cod. ſi quis alteri, vel ſibi cum
alijs, vt per Surd. deciſio. 144. in fin. Marſil. ſingul.
11 262. per totam, † quod tandiù tacuerit, ad Crau.
conſilio 148. numero 12. Pariſ. conſilio 137. nume-
ro duodecimo, libro quarto, vbi in eo, qui in eodem
12 loco ſemper fuit, & tacuit, tamen diù, † & am-
plius, quod non niſi ſequuta morte ipſius mulie-
ris creditricis, quæ erat infirmata, ad Socin.
conſilio 89. numero quinto. columna finali. libro
tertio. Rimin. Iun. conſilio 89. numero decimo-
13 quarto. libro quarto. † & contra hæredes non in-
formatos ad leg. qui in alterius. de regul. iur. oppo-
14 nere incæperit, † & in omnem etiam caſum, qua-
tenus ipſe ſe in haſce anguſtias redegiſſet, hoc ſibi
ipſi imputandum eſſet Menoch. de arbitr. Iudic.
caſ. 457. ſub numero decimo. Crauet. conſilio 995.
ſub numero decimo tertio, ad fin. Surd. deciſio. 59.
in fine, & conſilio 141. numero tertio, vbi in ma-
teria ſcripturarum, & probationum, ſed quid in
his immoramur, ſi ex ſtatuto ſub Rubr. de probat.
15 ſolut. cred. † ex ſcriptura etiam priuata ſolutio nõ
poteſt etiam per teſtes probari? ad l. ancillæ. C.
de furt.

Hæc circa teſtes per ſe ſe, Sed nequidem in
libris per ſe ſe aliquod fieri potuit fundamen-
tum.

16 † Primò, quia ſi teſtium probatio non intrat ex
ſtatuto prædicto, multò minus probatio oris pro-
prij l. exemplo. 7. Cod. de probat. iuncta leg. com-
parationes. verſiculo ideoque. C. de fid. inſtrum. &
l. ſcripturas, & auth. ibi ſuppoſita. Cod, qui pot. in
pign. hab.

Secundò, quia libri producti non ſunt regulati
ad formam Curiæ Mercantiæ in Rubr. *in che modo
ſi debba dar fede alli libri* §. *più oltre*, & §. ſequenti.
17 *fol. 62. verſo, &* §. *ancora prouediamo fol. 63. verſo*, †
quibus in locis omnis fides adimitur libris ſecun-
dum eam formam non regulatis per verba nega-
tiua prægnantia obligantia ſemper, & ad ſemper,
18 ad Nat. conſilio 274. numero decimo, † & alia per
me de vi negatiuæ allat. in tract. de interp. inueſtit.
capitulo tertio. ſigno tertio, numero quinto. &
ſequenti. & ad deciſ. Luc. numero. 6. & ſeqq. in
noſtr.

19 † Nec obſtare viſum fuit aliud ſtatutum anti-
quum Rubr. quod ſcriptur. & lib. Mercat. quia lo-
quitur præciſè in libro non mercatoris, cum mer-
catore ipſo campſore, vel artifice, vt ibidem ad
literam loquitur in §. adijcientes. final. quo ca-
ſu voluerunt ſtatuentes æquiparare fidem illius
fidei librorum mercatorum, ibi in verſ. ſicut
daretur libro, ſeu libris talis mercatoris, & cæt.

20 nos ſumus in duobus non mercatoribus, † quare
vbi verba non conueniunt, nec diſpoſitio vulg. l. 4.
§. totiens. de dam. Infect.

Nec etiam viſum fuit intrare ius commune, quo
ex adminiculis poteſt fides adhiberi per ea, quæ
mox dicentur, quia ſublato ſtatuto in dicto §. ad-
ijcientes, tanquam nõ faciente ad caſum noſtrum,
remanet viua diſpoſitio alia ſtatuti Mercantiæ,
21 † quæ induxit formam, vt patet ex illis verbis
negatiuis non poſſit, nec debeat, & ſtante clauſu-
la irritatiua, quibus caſibus non poteſt per æqui-
pollens adimpleri, quinimo actus, eſſet ipſo iure
nullus, latè ad Tiraquel. de legib. connub. gloſſ. 4.
numero 1. & ſeqq. fol. mihi 408. & in term. ter-
min. Prob. ad Ioan. Monach. ad cap. beneficium nu-
mero 4. 5. 6. & 7. de regul. iuris in 6. & ad alia citat.
in deciſ. Luc. noſt. 18. numero 2. & ſeqq. & dec. 40.
numero 18. deciſio. 53. numero 35. & deciſio. noſt.
Bonon. 2. numero 2. & ſeqq. & in term. probationũ
dec. Flor. 17. num. 17.

Addebatur, quod nequidem adminicula aliqua
concurrebant ſufficientia, nõ enim intrabat, quod
quædam partitæ verificatæ eſſent ex teſtibus,
22 † quia hoc adminiculatur in connexis, qui caſus
dari non poteſt in libro huiuſmodi, quia continet
res diuerſi generis, in quibus vna non venit ad de-
terminationem alterius, Rimin. Iun. conſilio 132.
numero 8. & ſeqq. præſertim, numero 22. libro 2.
& conſilio 489. numero 33. 34. ſequitur Nicol. de
Paſſer de ſcript. priuil. libro 4. numero 54. ibi re-
fert Rimin. vbi ſupra, & in conſilio 686. nume. 42.
23 cum ſeqq. † prout, nec libris mercatorum crede-
retur, ſi alia diuerſa à concernentibus mercaturam
continerent, vt ibidem. Rimin. numero trigeſimo-
ſexto, & 37.

24 † Item reſpondetur non ſufficere teſtes, niſi
etiam multæ partitæ in libro deſcriptæ verificaren-
tur per ſcripturas publicas, vel per libros aliorum.
Caſtr. in conſilio 301. ſub numero 4. libro primo.
Iaſon. in l. admonendi. ſub numero 128. ff. de iure-
iurand. Decian. conſilio 62. numero 3. libro 3. &
Rimin. Iun. in dic. conſilio 489. numero 35.

Et generaliter, ne fides poſſit aptari huiuſmodi
codicibus, faciunt alia cumulata per eundem Rim.
d. conſ. 489. in fortioribus.

25 † Primò non fuit iuratum in productione di-
ctorum Codicum, prout oportebat, vt ibid. nu-
mero vigeſimo, 22. vel generaliter, vt numero
23. ſequitur Paſſer. dict. libro 4. numero 56. 57.
& 59.

26 † Secundò veriſimilitudo numero 24. & ſeqq.
quia non eſſet veriſimile, quod in libro extinguere
voluerit D. Garganellus creditor, & in alio permit-
27 tere viuas apocas remanere, † & licet libro priua-
ti continenti veriſimilia plenè credatur, tamen hoc
eſt verum in libro benè ordinato, Paſſ. in d. libro 4.
num. 82. à quo abſumus.

28 † Tertiò, quia D. Garganellus tractat de ſe exo-
nerando, quia niſi ita ſcripſiſſet, ſe ſoluiſſe tenere-
tur ad dictam pecuniam, vnde nullam fidem facis
eius ſcriptura de ſolutione prædicta, vt ibidem.
Rimin. numero 29. & 30.

29 † Quartò, quia non ſumus in libro defuncti ad
30 Maſcard. de probat. concluſ. 973. numero 3. † &
licet alij admittant etiam in libro viui, tamen hoc
intelligitur quoad tantum qualem qualem proba-
tionem, ita Paſſer. d. lib. 4. num. 78. & ita loquitur
Maſc. mox citat.

31 † Quintò, quod ſumus in libro ex oculari inſpe-
ctione ſuſpecto de mutatione cartarum ob diuer-
ſitatem ſignorũ & atramenti, & viſibilem diffe-
rentiam ab alijs cartis contiguis, quoad maiorem,
vel minorem albedinem, & maiorem deturpatio-
nem in nouè appoſitis, ne recentes, ſed vetuſtio-
res, & de antiquo inſutæ viderentur ad Menoch.
conſilio 199. numero 8. & ſeqq. conſilio 619. nu-
32 mero decimo tertio, libro 7. † & augebat ſuſpi-
cionem, quia requiſitus Dominus Garganellus per
partem ad exhibendum non exhibuit, ſed tarda-
uit, quouſque iam nullo inſtante ipſemet ex ſe ſe,
& pro ſe ad fundandam ſuam intentionem exhi-
buit, & produxit ad Menoch. conſilio 539. nume-
ro nono. Surdus. conſilio 173. numero 2. 7. 9. 20.
33 † Non creditur autem libris priuatis, vbi alias
crederetur quando aliqua eſt ſuſpicio Farinac. de-
ciſione 43. parte 2. vt in vna Romana de ferratinis
19. Iunij 1600. & in alia Romana pecuniaria 9.
Octobris 1602. Coram Illuſtriſſimo, & Reueren-
diſſimo D. Ludouiſio Archiepiſcopo Bonon. Car-
dinali ſummo cum omnium applauſu, dum com-
ponendis præſentibus bellicis tumultibus nunciũ
meritiſſimum ageret, creato à Summo Pontifice
Paulo V. quem D. O. M. vt finem ſanctiſſimum
aſſequatur, diuque fœliciſſimum conſeruet
rogo.

Hactenus de teſtibus per ſe ſe, & libris per ſe ſe,
ſed nec vtriſque ſimul iunctis potuit fides accom-
modari ob eaſdem rationes, & quia prohibita
eſt probatio huiuſmodi, & quia æquipollens non
iotrat, & denique etiam quia ſingula ſunt de per
34 ſe inhabilia, vt patet ex prædictis, † quare non
poſſunt coniungi, vt dicimus de teſtibus, quan-
do ſunt omnino inhabiles, quia non poſſe coniun-
gi ad faciendum probationem, dicit Alexand. in
l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. ff. de edend. Et Surd.
cum concord. in conſilio 151. numero 83. libro 2.
35 † quia eadem ratio plures ſimul repellit, quæ re-
pellit ſingulos, vt dicit Anchatanus in conſilio
142. numero ſecundo, & latius Surdus in conſi-
lio 61. numero 56. & ſequent. adde deciſin.
noſtr. Florentin. vigeſimam, numero
trigeſimo quinto, trigeſimo ſex-
to. Ex quibus, & cæt.
Laus Deo, &
cæte-
ra.

S V M.

S V M M A R I A.

De ſtatuto, quod ſcriptis priuatis non ſubſcriptis à teſtibus non detur fides poſt annum. nu. 1.

Non habet locum, vbi in ſcripta eſt clauſula iuramenti, ſeu habens vim iuramenti, nu. 2.

Statuta non comprahendunt actus iuratos, numero 3.

Statutum, ſi quis non petierit intra tale tempus cadat à iure ſuo, non habet locum in debito iurato, numero 4.

Iuramentum eſt illud, quod tollit vim ſtatuti, non autẽ ipſamet partes, quæ per ſe non poſſent ſtatuto derogare, num. 5.

Clauſula iuramenti, ſeu habens vim iuramenti importat verum, & reale iuramentum, per quod incurritur periurium, & eſt neceſſaria abſolutio. num.

Variè iuratur, etiam abſque verbo Iuro, nu. 7.

Per clauſulam iuramenti eadem vis tribuitur cõtractui, ac ex ipſo iuramento reſultaret, ſub eod.

Sicuti præſcriptio ſtatutaria non curreret ſtante reali iuramento, ſic idem erit ſtante dicta clauſula, ſub eodem.

Ratio eſt, quia clauſula iuramenti non tendit ad derogandum ſtatuto, ſed ad renunciandum eius beneficio per æquipollens, quod poſſunt contrahentes, numero 8.

Statutum non habet locum in debito iurato, quia iuramẽtum habet vim litis conteſtationis, nu. 9. & continuæ interpellationis, nu. 10.

Clauſula iuramenti præſcriptionem ſtatuti excludit, non quaſi tollendo aliquid de ſtatuto, ſed quia æquiparata iuramento reali habet, & ipſa vim litis conteſtationis, & continuæ interpellationis, ſub eodem num.

Quando adeſt iuramentum non dicitur tolli præſcriptio, ſed non incipere propter fictam litis conteſtationẽ, & continuam interpellationem, ſub eod.

Aequiparatorum idem eſt iudicium, nu. 11.

Clauſula iuramenti habet eandem vim, ac iuramentũ in omnibus. nu. 12.

Per litis conteſtationem interrumpitur præſcriptio, ſub eodem.

Iuramentum non requirit formalitatem verborũ, vel tactum ſcripturarum. nu. 13.

Et ita obſeruatur, num. 14.

Statutum prædictum non habet locũ in muliere, quia plerunque contra propria commoda laborat. nume.

D E C I S I O VIII.

1 IN† eadẽ cauſa quæſitum etiã fuit, an intraret præſcriptio, de qua in ſtatuto Curiæ mercantię in tit. *in che modo ſi debbe dar fede alli libri §. i quali ſcritti.* f. 61. verſo vbi poſt aonũ ſcripturis priuatis non ſubſcriptis per teſtes amplius fides nó datur, & ex eis agi non pót. Cum apocę predictæ eſſent à ſolo D. Garganello ſcriptæ ſine teſtibus.

Et fuit dictum, & reſolutũ non obſtare dictũ ſtatutũ, nec intrare oppoſitionẽ de eo factã p D. Garganellum; Et quidem, cum apocæ duæ ſunt, dicebatur, quoad vnam apocam, oppoſitionem non intrare, quia D. Garganellus confeſſus fuit, ſe
2 nomine depoſiti retinere pecuniam, † quæ cauſa depoſiti fuit excepta eodem ipſo ſtatuto in §. *& ſaluo ancora* fol. 61. verſo, & quoad aliam reſpondetur, quod in ſcriptis adeſt clauſula iuramenti, ſeu habens vim iuramenti, ibi *che habbia forza di publico, e giurato inſtrumento rogato, &c.* ſtatuta autem noo compræhendunt actus iuratos, plenè Seraph.
4 de priuil. Iuram. priuil. 22. numero 41. & ſeqq. † & in puncto, ſi extet ſtatutum, quod ſi quis non petierit debitum infra certum tempus, cadat à iure ſuo tale ſtatutum non vendicare ſibi locum in debito iurato, ibidem. oumero 54. & Gabriel. de ſtat. concluſ. 11. num. 5. & ita fuit iudicatum, vt per Surdum. deci. 158. per tot.

5 † Non obſtat, quod dictum iuramentum non ſit reale, ſed fictum, vode maneat vis ſtatuti, quæ non tollitur, niſi ex iuramento, quod ſolum tollit ſtatuentibus poteſtatem, non autem ipſe actus priuati per ſe, & citra actuale iuramentum, ad Surd. in deciſ. 154. ſub num. 16. verſ. & fortè, & ad l. oeque. ex prætorio. ff. de reg. iur.

6 † Quia reſpondetur primo. Immo dictam clauſulam importare verum, & reale iuramentum, ita quod incurratur periurium, & abſolutio à iuramento neceſſaria ſit, Polid. Rip. obſer. 29. num. 3. quem refert, & ſequitur Ruginel. pract. quæſt. cap. 7. ſub num. 17. ad Didac. Coua. io cap. quamuis. in prima
7 par. init. in ſio. de pact. fol. mihi 225. † vbi quod variè iuratur etiam abſque verbo, iuro, iuncto etiam num. 1. & ſeqq. & num. 4. & 5. & §. 1. numero 1. & ſeqq.

Reſpondetur ſecundò, qui vult contractum valere eodem modo, ac ſi iuratum fuiſſet, tribuit eũdem effectum cõtractui, qui reſultaret ex ipſomet iuramento, ex hoc autem præſcriptio non curreret, quare nec ex illo, hoc enim non eſt tollere ſtatutum, ſed renunciare eius beneficio per viam iura-
8 menti, vel per æquipollens, † quod vnuſquiſque poteſt l. ſiquis in conſcribendo. C. de pact. l. paciſci. ff. de pact. Papien. in for. lib. contra plur. reos debẽ. verſ. ſtatutis. ſub nu. 2.

9 † Reſpondetur tertiò, ideo ſtatutum non habere locum in debito iurato, quia iuramentum habet vim litis conteſtationis l. nam, & poſtea. §. ſi is qui temporali, & ibi Doctor. ff. de iur. iur. Gabr.
10 dic. concluſione 11. ſub numero 2. de ſtatutis, † & continuæ ioterpellationis Theſ. deciſio. 270. ſub numero 25. Menoch. conſilio 153. numero 23. & ſeqq. vbi declarat libro 12. Seraph. de priuil. Iuramen. priuileg. 47. numero 1. ergo, & clauſula iuramenti excludet præſcriptionem ſtatutariam, non quia dicatur tollere aliquid de ſtatuto, ſed quia habet vim litis conteſtatæ, ad inſtar iuramenti veri, & realis, cui dicta clauſula æquiparatur
11 & ita per regulam quæ habet, † quod æquiparatorum idem eſt iudicium, vt latè in ſpecie per Ruginel. d. quæſt. 7. num. 12. 13. & ſeqq. & Surd. de aliment. tit 9. queſtione 24. ſub prin. & num. ſeqq.

12 Burſat.conſil.306 nu.12.lib.3.† vbi quod clauſula iuramenti idem operatur, quod ipſum iuramentum in omnibus, & plures citat; hoc autem non eſt lædere, in aliquo tangere ſtatutum, vel præſcriptionē tollere, ſed eſt effectus iuramenti, quod dum habet vim litis conteſtationis, impedit eius initium, prout impediret, vel eam interrumperet ipſamet litis conteſtatio, ad l.2. C. de annal. præſcript. & l. 2. C. 13 Vbi in rem act. exerc. deb. † Et hæc tanto magis, quia iuramentum requirere formalitatem verborum, & quod tangantur ſcripturæ falſum eſt, Seraph. de Priuil. iur. d. priuil. 22. num. 116. & ſeqq. Surd. decif. 159. ſub num. 18. Menoch. conſilio 37. 14 num. 48. & ſeqq. † quicquid dicat tract. de aſſecurat. gloſ. 35. num. 7. vbi tamen contrarium eius, quod ipſe dixit, obſeruari teſtatus eſt, & augebatur adhuc difficultas contra Dominum Garganellum ex eo, quod dicunt Doctor. † d. ſtatutum lo-15 quens de præſcriptione in creditore non extendi ad fœminas propter fragilitatem ſexus, quia mulier plerunque cõtra propria commoda laborat, vt per Bou. de ſtatutar. vrb. præſcript. gloſ. 3. numero 34. & ſeqq. & numero 42. 43. Ex quibus, & è merito A.G. ſententia fuit confirmata.

Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Impenſas factas in purgatione foſſarum, an ſoluat colonus, vel conductor. nu. 1.

Impenſæ, quæ fiunt ad ipſius rei vtilitatem, ſed pro tempore pertinent ad colonum, vel fructuarium, numero 2.

Non eſt æquum, quod locator ſoluat impenſam, è qua ſolus conductor vtilitatem recipit, n. 3.

Conductor, & emptor fructuum circa ſolutionem impenſarum æquiparantur, nu. 4.

Via publica eſt reficienda ab vſufructuario, vaſſallo conductore, &c. ſi ex edicto ſuperioris ſit reficienda. num. 5.

Conductor tenetur ad tributa, ſi locatum fuit ad penſionē percipiendam in pecunia, nu. 6.

Collectæ impoſitæ perſonis pro rebus ſolui debent à fundi domino, vel poſſeſſore. nu. 7.

Non à conductore fundi, qui tamen ſi ſoluit, repetit, numero 8.

Nec ab eo, cui relictæ ſunt certa corpora fructuum, numero 9.

Captio inter contrahentes vitanda eſt, nu. 10.

Quando etiam à conductore, vel fructuario oneria, vel collectæ ſoluantur declaratur, nu. 11.

Vbi onus eſt reale ſub eod. In quo caſu loquitur Bart. ſit intellectus per Soc. nu. 12.

Aliter intelligendo opinio Bartol. non eſſet tuta. numero 13.

Iniquum eſt colonum teneri, quando non grauatur pro ſuo lucro fructuum, vel traffico. numero 14.

In quæſtione habente difficultates, vt eſt iſta materia, ſtandum eſt ſpecialibus deciſionibus, numero 15.

De conſuetudine notoria ſumi poſſunt informationes in camera, num. 16.

Conſuetudo in collectis exigendis ſeruanda eſt, numero 17.

D E C I S I O IX.

Illuſt. D. Ioannes Baptiſta de Angelelis debitor aſſignauit Illuſt. D. D. Camillo, & Carolo fratribus de Zambeccarijs creditoribus in ſolutũ fructus vnius ſui prædij vndecim annorum. Cũ pacto, quod ſi contingerit aliquos ex fructibus auferri ipſe D. debitor pro rata ablatorum teneatur, & prout vberius in inſtrumento, de quo in actis.

De mandato ſuperiorum fuit impoſita collecta pro reſtauratione viarum habentibus prædia cum vijs confinantia pro rata cõfinium, ſeu viciniæ. Inter cæteras fuit excauata, & reſtaurata via propè dictum prædium, & pro expenſis factis fuerunt ſequeſtrati fructus eiuſdem prædij.

Cuius occaſione orta eſt cõtrouerſia, cuius onus ſit ſoluere dictas expẽſas. An debitoris, an verò creditoris fuit per D. Iudicem à quo iudicatũ, eſſe creditoris, abſoluto debitore. Et videbatur dicendum quod rectè ex doctrina, quæ videtur in term. Bart. 1 in l. impenſæ. ff. de impenſ. in reb. dot. factis, † Vbi quod impenſas factas in purgatione foſſarum, vt ſunt cauamenta facta de præſenti in dictis vijs, interim colonus, vel conductor ſoluit, licet finita locatione repetat à locatore, non abſolutè tamẽ, ſed ita demum, ſi commodum ſentiat dominus, & pro ra2 ta commodi ſunt æſtimandas, † & videtur eſſe terminus caſus traditus à Menoch. in materia benè diſtinguens in conſil. 64. ſub num. 17. verſ. tertia eſt ſpecies, vbi quod impenſæ, quæ ad ipſius rei vtilitatem fiunt, ſed pro tempore, vt canalis, vel aquæductus reparare ad colonum, vel fructuarium pertinent, et ibi ante num. 18. cit. Bart. in d. l. impenſæ, & ſub3 dit rationem, num. 19. † quia nõ eſt æquum, quod locator ſoluat ipſe impenſam, è qua vtilitatem ſolus conductor recipit, qui vltra quod loquitur nominatim in fructuario, ſat eſt, quod etiam de colo4 no, aut conductore loqueretur, † quia quod dicitur de conductore in hac materia, idem dici poteſt etiã de emptore fructuum, quia ambo æquiparantur teſte Crau. conſil. 145. num. 21. & de receptore fructuum in ſolutum, quia datio in ſolutum æquiparatur venditioni in dec. noſtra Bon. 1. ſupra ſub nu. 36. & Surd. deciſ. 162. num. 41. l. ſi prædium. C. de euict.

Videtur hanc ad fauorem D. Angeleli debitoris decidere quæſtionem. Surd. in conſilio 155. nu5 mero finali, libro ſecundo. † vbi quod viam publicam ſi ex edicto ſuperioris quiſque cogatur reficere, venire reficienda ab vſufructuario, vaſallo, colono, conductore, emphyteota, liuellario, & ſimilibus. Et allegat iura in propoſito, & numero 25. vbi quod emptor fructuum tenetur ad collectas omnes.

6 † Et et valde in eandem ſententia videtur vigere gloſſ. & Bartol. in l. 1. Cod. de Annon. & trib. lib. 10. num. 3.

num. 3. ibi Nota ex gloſ. mirabiliter, quod ſi quis locauit fundum ſuum in penſionem percipiendam in pecunia, ita quod fructus omnes remaneant penes conductorem, quod dominus ad tributa nõ tenetur, & Theſ. deciſ. 116. per tot. præſertim, nu. 13.

Quibus tamen neutiquam mouentibus nobis viſum fuit pro dominis creditoribus iudicare, & ſententiam primam infirmare, hoc in primis fundamento collocato, quod eſſemus in caſu collectæ, ſeu oneris de iuſſu ſuperiorum impoſiti perſonis pro rebus, ideſt pro poſſeſſoribus viarum reſpectiuè contiguis, vt de hoc conſtitit nobis ex fide Camplonerij & Notarij dictarum collectarum,
7 & etiam aliunde. † Ad huiuſmodi autem collectarum ſolutionem tenetur is, qui vel prædij dominus eſt, vel poſſeſſor, vel faciens iure proprio fructus ſuos, Bart. in l. quæro, ff. de vſufr. legat. Alexan. conſ. 53. col. 3. lib. 4. Roman. conſ. 73. num. 5. Natt. conſ. 36. num. 2. Feſtaſ. de æſtimat. & collect. par. 2. cap. 1. num. 36. Crau. d. conſ. 145. ſub d. num. 21.
8 Quare conductores, quibus, vt dictum eſt, æquiparantur fructuũ emptores ad dictas collectas non teneri, & ſi ſoluant repetere à dominis poſſe, tenẽt communiter Doct. Bart. in l. 4. num. 3. C. de agric. & conſ. lib. 11. Bal. in l. 1. C. de iure emph. Alexand. d. conſ. 35. num. 12. lib. 4. Iaſ. conſ. 109. colum. fin. lib. 1. Bero. in ſimilibus propè term. conſ. 146. per tot. lib. 1. Ruin. conſ. 77. num. 6. & ſeqq. lib. 1. Bello. conſ. 27. num. 10. Natt. conſ. 409. nu. 5. & ſeq. Rolan. conſ. 79. num. 13. 15. lib. 4. Oſaſc. deciſ. 83. numero 6. 7. Franc. deciſ. Neap. 107. nu. 5. D. Morot. reſp. 76. num. 3. & ſeqq. Feſtaſ. d. tract. de æſtimat.
9 & collect. par. 2. cap. 4. num. 38. † & vbi ſunt relicta certa corpora fructuum non teneri ad onera, vel collectas Menoch. conſ. 330. num. 6. lib. 4.

Secundum fundamentum conſiſtit in pacto ſupra deſcripto, quod ſeruandum eſt, & res dicitur clara ad cit. in dec. noſtra Flor. 51. num. 50. & deciſ. 13. num. 17. & ſeqq. & ad Barz. dec. 19. num. 12. dec. 36. num. 28. dec. 63. nu. 23. late Surd. dec. 261. num. 12. Maximè, quia eo non ſeruato ſequeretur captio manifeſta contra contrahentium mentem, & intentionem, neque enim verum eſſet, quod DD. Creditores haberent integros fructus iuxta
10 promiſſa, † & captio eſt inter contrahentes vitanda deciſ. noſt. Flor. 15. num. 17.
11 † Ad contraria vno verbo reſpondetur, ea procedere in caſu ſuo, ſcilicet ſi nulla de publico ſit impoſita collecta perſonæ pro rebus, ſed ſponte pro ſuo quiſque intereſſe priuato faciat impenſas, & reparationis, aut alia in via, aut prædio iuxta cit. in primo contrario, vel vtcunque ſit de publico ordinata ſit tamen realis, & onus reale, in quibus term.
12 loquuntur cit. in ſecundo & tertio contrario, † vt ſic Bart. in ſpecie intellexit, Soc. ſen. in conſil. 119.
13 num. 2. lib. 1. & ad cit. ſupra num. 7. & ſeqq. † aliter enim opinio Bart. non eſſet tuta, vt ait Oſaſc. in d. deciſ. 83. num. 5. in fine, ſic Theſ. in d. deciſ. 116. ſub num. 14. verſ. ad authoritatem, admiſit opinio-
14 nem Natt in conſil. 409. ſupracit. † dicens, quod quando grauantur non pro ſuo lucro fructuũ, vel traffico, ſed pro poſſeſſione, & prædio, tunc cum prædium, & poſſeſſio non ſit coloni, iniquum eſt, ſi compellantur ad collectas, etiam ſi eſſent coloni laicorum; hæc Theſ. Surd. autem in d. conſil. 162. num. 25. dum generaliter loquitur eſt reſtringendus, vt non procedat dictum eius generale, vbi in contrarium ſunt ſpeciales deciſiones, vt in præſen-
15 ti ſpecie per prædicta; † nam in quæſtione habente difficultates, vt hæc eſt iuxta Theſ. d. deciſ. 116. in princ. ſtandum eſt ſpecialibus deciſionibus, vt in dec. noſt. Flor. 50. num. 34. & 35.

Et hæc vltra fidem Notarij prædicti atteſtãtis de conſuetudine, quod conductores ſoluunt de affictibus ad computum domini, & videbatur noto-
16 ria, † de qua potuimus ſumere informationes etiã in Camera, vt in dec. noſt. Flor. 46. num. 47. & ſe-
17 quen. & dec. ſeq. num. 32. † Conſuetudinem verò in collectis exigendis eſſe ſeruãdam, dicit Oſaſ. d. deciſ. 83. in fin. cum cit. & Theſ. d. deciſ. 116. ſub num. 10.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I V M.

Facti ſpecies proponitur, num. 1.

D E C I S I O X.

1 EXcellentiſsimus Iur. Conſ. D. Hercules Peregrinus, & fratres, mortuo Illuſt. D. Equite Federico de Peregrinis eorum patruo, egerunt cõtra D. Catarinam Parauianam eius vxorem, & cõtra D. Bernardinum Burdonum hæredes teſtamentarios d. Equitis ad bona fideicommiſſi quondam D. Ioan. Baptiſtæ de Peregrinis in perſonis ipſorũ Dominorum Fratrum purificati, & tam contra dictam Parauianam, quam contra Iacobum Antonium filium ætate minorem, & heredem d. D. Bernardini ſententiam obtinuerunt condemnatoriã ad relaxationem dictorum bonorum cum fructibus perceptis, vt in prima ſententia, ſeu etiam cũ fructibus, qui veriſimiliter percipi potuerunt, vt in ſecunda.

Dimiſſis actualiter bonis per ſupradictos heredes, de liquidatione fructuum pro parte actorum, ac etiam de liquidatione detractionum circa impẽſas funeris, dotes, & meliorامenta pro parte conuentorum quæſtiones remanſerunt, de quibus in præſentiarum.

Apparet liquidatio fructuum D. Peregrini ex relationibus peritorum ab eo tantum electorum, & ex ſententia confirmatoria huiuſmodi liquidationis, & mandatum executiuum relaxatum.

Moxque ſucceſſit alia ſententia liquidatoria valoris fructuum perceptorum annis 1581. vſque ad 1585. ad rationem quantiplurimi, annorum ſummæ Cariſtiæ 1590. & 1591.

Cum his excellentiſs. D. Peregrinus obtinuiſſet tenutam in bonis Ill. D. Philippi Muſſetti, & Sancris Pinciarij tanquam quæſitis à d. Iacobo Antonio Bardino pendente lite, ſideiuſſore pro eiuſdem

ne Ill.

ne Ill. D. Antonio Futio cauſam pro ſuo intereſſe defendente, quæ tenuta, ſeu quæ executio fuit confirmata per duas ſententias primas, deinde annullata per duas alias poſteriores, demum reformata per vltimam reducendo ad quantiplurimi intra triennium, & declarando fieri melius liquidationem, ſecundum modum ab ea præſcriptum, diſſentiente tamen excell. D. Raimundo vno ex condelegatis, qui nullitatem actorum defendit, & ab hac ſententia fuit per excell. D. Peregrinum reclamatum, & cauſa cómiſſa excell. D. Anſelmo Ciolio Auditori Turroni, cum voto excell. D. Alexandri Iuſti Aud. Rot. & meo.

Ex facti ſerie ita propoſita, duæ cauſæ reſultãt, vna liquidationis contra principales ipſos prætenſos debitores Parauianam, ſcilicet, & Burdonum, altera tenutæ, ſeu executionis contra D. Muſſortum, & Pinciarium, ſiuè D. Futium fideiuſſorem, & ad defenſam comparentem, & in vtraque diſſentiendo à prefatis excell. DD. meis, cenſui nulliter inualidè iniuſtè, & quidem inſanabiliter hactenus fuiſſe proceſſum, vel ſententiatum,

S V M M A R I V M.

Capita principalia ſequentium Deciſionum, num. 2.

2 † Nullitates autem oſtendentur hoc ordine.

Primò, circa liquidationem ipſorummet fructuum.

Secundò, circa liquidationẽ valoris eorundem fructuum ad rationem quamplurimi.

Tertiò, circa declarationem mandati executiui pro huiuſmodi, vel fructibus, vel valore.

Quartò, circa legitimationem perſonarum, & comparitionem in Iudicio ſolius excellentiſs. Domini Herculis.

Quintò, circa tenutam contra tertios.

S V M M A R I A.

Citatio non debet eſſe generalis, & qualis eſſe debeat, numero 3.
Citatio facta de minore eſt nulla, num. 4.
Minor validè citatur in principio litis, ut legitimè compareat, non autem poſt, num. 5.
Minor non ſit contumax. num. 6.
Statutum, quod in contumaciam quis non audiatur, intelligitur de eo, qui ritè eſt contumax, num. 7.
Reaſſumptio actorum conualidat acta, vel non conualidat, & quando, num. 8.
Appellans ex neceſſitate acta grauaminis producit, numero 9.
Defectus citationis ad certum diem, & horam pro acceſſu vitiat relationem, num. 10.
Citatio ad productionem relationis periti eſt neceſſaria, quando peritus non fuit electus de conſenſu partium, num. 11.
Citatio de curatore excludit ignorantiam, quod is non ſit minor, vel curator, num. 12.
Aetas probatur ex fide Baptiſmi, num. 13.
Citatio ad diem, & horam certam euaneſcit, & circumducitur ex nouo Iudicis decreto diuerſo, num. 14.
Et vbi ad audiendam voluntatem interim non poteſt pronunciari ſub eod.
Non eſt veriſimilis ignorãtia principalis facientis acta, quod alius eo inſcio pro ſe comparuerit, immo eſſet ſupina, num. 15. 17.
Argumentum à veriſimili validum, num. 16.
Ratificatio geſtorum intelligitur facta, ſi à geſtis per procuratorem non fuerit reclamatum, & lis fuerit proſequuta, num. 18.
Tarda productio redditur ſuſpecta, num. 19.
Et producens condemnari debet in expenſis, num. 20.
Dictum vnius periti non ſufficit in re non leui, & vbi alij haberi poſſunt, num. 21.
Conſtitutio, quod ſtetur vnius relationi in contumaciam partis non eligentis, non procedit in minore citato non comparente, num. 22.
Ex ſtatuto, quod poſſit procedi ſola facti veritate inſpecta, termini ſubſtantiales non cenſentur ſublati, numero 23.
Etiam in ſententia Principis, num. 24.
Fructus percepti quomodo probandi ſint, num. 25.
Conſtitutio Rotæ, num. 390. & ſeqq. declaratur, vt non procedat, niſi in caſu in quo loquitur, num. 26.
Vbi non conueniunt verba, nec diſpoſitio, num. 27.
Conſtitutiones municipales non debent extendi vltra caſum ſpecialiter expreſſum, nec ad caſum, de quo nõ loquuntur, num. 28. 29.
Locatio eſt optima fructuum, vel penſionum liquidatio, num. 30.
Ad fructus ſequeſtratos competit victori actio contra ſequeſtrarium, num. 31.
Sententia, ſeu relatio contra ius litigatoris debet retractari, num. 32.
Iudices debent ſopire quoad poſſunt lites, num. 33.
Iudicum arbitrium eſt multum in æſtimando, & liquidando, num. 34.
Iudices poſſunt ex officio rem inſpicere, & veritatem inueſtigare, num. 35.
Damnum eſt imputandum ei, qui eſt in culpa, num. 36.
Sententia ſe referens ad acta nulla, ea eſt pariter nulla num. 37.
Et etiam ſi contineat errorem iuris expreſſum, num. 38.
Si ſententia prima eſt nulla, cæteræ eius confirmatoriæ ſunt pariter nullæ eodem vitio durante, num. 39.
Iudex non poteſt ſequi relationes nullas, nec informationes capere tanquam priuatus, & alia ad idem, numero 40.

QVOD igitur pertinet ad liquidationem ipſorummet fructuum, vel penſionum media relatione I. Gaſparis de Correllinis in Peritum nominati per D. Peregrinum ſic opponitur,

Primò, quod Anno 1591. 28. Ianuarij citatus fuerit Burdonus minor, & Parauiana generaliter, non autem ad actum in ſpecie eligendi peritos, &
3 ſic nulliter, † quia citatio non debet eſſe generalis, & incerta vaga, & indiſcreta, ſed debet continere cauſam, ob quam quis citatur, quinimo, &

cauſam

cauſam cauſæ, Rom. conſ.369. num.8. Ferret.
conſ.95.nu.3.lib.1. latè Vant.de nullit. ex defect.
citat.num.50. & pluribus ſeqq.& eſt tex. notus in
l.de vnoquoque, ff.de iudic. & ad Caputaq.deciſ.
108.par.1. vbi in fortioribus term. Rot. in nouiſs.
deciſ.151. num.1.2. par.2.

Itē quatenus fuit citatus Burdonus minor, quo
4 caſu hęc citatio de minore eſt nulla, Caſtr.in l.4.in
fin. viden.C.ſi aduerſ.rem iudicat. & ibidem Bald.
ſub num.6. Ruin.in conſ.36. ſub nu.4.lib.5. & eſt
de mente ſtatuti tit.qual. proced.ſi ſuper ætat.con-
tend.dum diſponit, non poſſe vitiari proceſſus ra-
tione ętatis, ſi pręceſſerit pronunciatio Iudicis, per
ſonas fuiſſe legitimas, vt ibid. in princ. & verſ.ra-
tione ætatis, quæ pronuncia non eſt in actis, ideo à
contrario ſenſu ſtat ipſummet ſtatutum contra
hæc acta.

5 † Nec obſtant, qui dicunt minorem poſſe citari
in Iudicio, quia loquūtur in principio litis, ad hec,
vt legitimè compareat cum curatore, ſi habet, vel
ſi non habet vt petat ſibi prouideri, vt in his termi
nis loquitur gloſ.in l.ſi minor, ff.de bon.auth. Iud.
poſſid. Bald.in l.non eo minus. in fin. C.de procu-
rat. Dec.conſ.509.num.2.verſ.non obſtat. Hic au
tem non eſt caſus noſter.

Neque etiam intrat cōſideratio, quam facit ex-
cell. D.Fontana in ſua deciſ. verſic.nō obſtat, quod
nūquā comparuerit, quod lex, ſeu conſtitutio Iuſti-
niani ſuppleat, dum mandat ſtari electioni vnius in
contumaciam alterius; quia reſpondetur, non per
hoc habilitari minorem, immo dictam diſpoſitio-
nem de minori verificari non poſſe, conſtare ex eo
quod deſiderat contumaciam, quæ qualitas in mi-
6 norem non cadit, quia † minor non fit contumax
Addent.ad Afflict.dec.262. verſ.adde ad materiā,
7 & † vbi ſtatuto cauetur, quod in contumaciā non
audiatur aliquis, loquitur de eo, qui ritè eſt contu-
max, Barr.in l.4 §.condemnatum, num.5. de re iu-
dic. Vltra quod hæc conſtitutio tunc nondum edi-
ta erat: quaſi nihil ad rhombum.

Nec obſtare viſa fuit allegata reaſſumptio acto-
rum per ipſum minorem maiorem factum, quia
8 Reſpondetur reaſſumptionem haberi in conſidera
tione, ſi fiat ad finem conualidandi actus nullos an-
tea factos, vt in his terminis loquuntur Dec.conſ.
549. ſub num.3.& 4. Caſſad.de reſcript.deciſ.8.in
fin. Afflict.deciſ.262.num.7.& 8. non autē quan-
do ad finem impugnādi, vt in caſu noſtro, vbi ſem-
per fuit appellatum, & reproductio actorum, ſeu
reaſſumptio venit ex neceſſitate, ſiue in neceſſariā
9 conſequentiā, † quia acta grauaminis ſunt produ-
cenda per appellantem ad latè tradita per Surd.de-
ciſ.327.per totam, & præterea hæc non eſt ea reaſ-
ſumptio, de qua Dec.& alij mox cit.

Secundò principaliter augetur nullitas, quia ſub
28. Februarij 1591. nec minore, nec alio pro eo cō
parente D.Peregrinus elegit ſuum peritum, ſcili-
cet Gaſparem de Cortellinis, nec D.Iudex ſuper
ea decreuit, ſed ſimpliciter dixit, ſi, & in quantum,
quæ electio eſt nulla tanquā in abſentia partis non
contumacis facta ex iam dictis.

Tertiò, quia ſub tertia Martij eiuſdem anni ite-
rum citatur Minor, & Parauiana pro die, & hora
acceſſus, & Iudex mandauit accedi die 15. eiuſdē
cum intimatione minore, ſcilicet, & Parauiana ab
ſentibus, ſed in continenti comparente Procurato-
re Parauianæ, & petēte reuocari decretum huiuſ-
modi, & copiam ſibi dari petente, Iudex ſuſpendit
10 decretum, & mandauit dari copiam, † Vnde eua-
nuiſſet citatio antecedens, ad certum diem, & ho-
ram, & deficiente hac citatione, relatio eſt euiden-
ter nulla, vt in term. D. Lupus, dū dicit, quod aliàs
poſſet annullari proceſſus propter hunc defectū ad
l.2.num.151. de pact.inter empr.& vend. & Barz.
viden.in deciſ.Bonon.22.num.36. & ſeqq. & licet
appareat alia citatio ad diem veneris proximi pro
dicto acceſſu ſub 18. Martij, tamen ea minori
abſenti non nocuit iuxta præd. num.4.

11 Nullitatis cauſa, eſt in defectu citationis ad pro-
ductionem relationis periti, quæ ſanè requiritur,
quando non fuit facta electio de conſenſu partium
vt hic Maſcard. de probat. concluſ.653.num.2. &
concluſ.190.num.21. Farin.conſ.70.nu.16. Coſta
de re integr. diſt.36. num.5.

Grauat hæc omnia actus ſub prima April.1591
vbi citatur Scipio Caſarius, tanquam curator mi-
12 noris ad videndum produci citationem, † ex quo
excluditur omnis pretextus, quod ignorauerit pars
vel minorem eſſe, vel curatorē habere ad Seraph.
deciſ.1169.Bald.& Ang.in l.cum te. C.de probat.
13 † Vltra, quod de minori ætate conſtat ex fide
Baptiſmi, per quam probatur ætas ex ſtatuto Bon.
Rub. qualiter procedatur ſuper ætate, & ex tunc
Communi latè Maſcard. de probat. concluſ. 672.
per tot.

Quo verò ad electionem, & relationem D.An-
tonij Almini, alterius periti electi per D.Peregri-
num circa alios fructus, & penſiones non liquida-
tas per d. D.Gaſparem opponitur.

Primò, quod ſub 1591.17. Iunij in eodem actu
D.Peregrinus nominat in peritum d. D.Antoniū,
comparente pro Parauiana eius procuratore, & op
ponente de nullitate decreti ſuper tali electione, &
minore abſente, licet citato, Iudex nihil ſuper ele-
ctione ordinauit, ſed admiſit, ſi & in quātum, &c.
Item ſub die 23. Auguſti in contumaciam Burdo-
ni minoris, & Parauianæ dicitur dies acceſſus pro
4 Septembris cum intimatione, quæ fit tantum die
2.eiuſdem, qui actus corruunt, ex defectu ætatis,
quatenus fuit citatus, minor, ſed additur, quod di-
cta intimatio ad 4.Septembris fuit circumducta,
quia ſub 9.Octobris D. Gratus pro D. Peregrino
fecit citari pro die, & hora acceſſus, & contradicē-
te D.Medices, vti curatore minoris, & Parauiana
D.Iudex monuit ad audiendam voluntatem, & ac
14 commodari proceſſum, † vnde ſtat quod propter
hoc nouum, & poſterius decretum diuerſum, &
virtualiter ſuſpenſiuum dicta citatio ad diem, &
horam certam euanuerit, & fuerit circumducta
l.& poſt.ff.de Iud.l.ad principem, ff.de appellat. &
erat nouus ordo dandus, vel expectādus ad Lepid.
dec. Luc.11. verſic.additur ex abundant. Cortat.
deciſ.80.

deciſ.80.numero 9. vbi interim non poſſe pronun-
ciari.

Nec intrare cenſui oppoſitionem modernam
excell. D. Peregrini, quod D. Gratus non eſſet ſuus
15 procurator, primò, quia non eſt veriſimile, quod
idem D. Peregrinus hunc actum ignorauerit maxi
mè, cum (vt notorium eſt) ipſemet cauſam agat
omnino, licet identidem interpoſitis perſonis, quæ
tamen nihil aliud dicunt, vel faciunt, quam quod
16 ipſe quippe Iuris doctor iuſſerit, & † validum eſt
argumentum à veriſimili l. non eſt veriſimile, ff.
quod met. cauſ. Maſcard. de probat. concluſ. 1402.
17 per tot. † & eſſet ſupina ignorantia in hoc inſiſte-
re, nequaquam ferenda, l. nec ſupina, ff. de iur. &
fact. ignor. ſed quod conuincit omnino illud eſt,
quod non apparet, eundem D. Peregrinum, tunc
ab actu facto per D. Gratum reclamaſſe, immo ve-
18 rò cauſam fuiſſe proſequutum, † quo caſu intrat
ratificatio geſtorum. Vant. de nullit. cap. vlt. nu. 94.
& ſeqq. & num. 103. Theſ. deciſ. 7. per tot.

Vlterius non bene olebat quatenus ſub 4. Maij
1593. duobus circiter annis poſteà à prædictis, præ
ſentata fuit relatio per D. Peritum, nec inductum
quidem, nec citata parte; Vnde vltra nullitatem
ex defectu citationis adeſt, & tarditas huiuſmodi
19 productionis, † quæ reddit productionem ſuſpe-
ctam ad Marſ ſingul. 284. Crauett. conſ. 75. nu. 9.
20 conſ. 131. num. 17. † & propter quam ſolet produ
cens condemnari in expenſis l. non ignorat. C. de
fruct. & lit. expen. Iaſ. in l. properandum, §. ſin auté
alterutra, C. de Iudic. Sol. de term. prob. artic. gl. 1.
num. 2. 3. Immo verò nullo pacto attendenda, quia
producta longè poſt omnem terminum probato-
rium. Accedant etiam aliæ nullitates ſingulis hi-
ſce peritis Communes.

Prima ſit quatenus durum eſt, quod vnius ſo-
lius teſtimonio ſtetur, ſeu relationi, & in hoc ma-
chinam totius proceſſus probatorij fundatam eſſe,
21 cum non agatur de re leui, † Vnde non ſufficere
dictum vnius periti, maximè in loco (qualis eſt Bo
nonia) vbi de facili alij haberi poſſunt probauit d.
Lup. in l. 2. Comment. 2. §. 5. num. 146. C. de pact.
int. empt. & vendit. egregie Mandoſ. ad Rom. con-
ſil. 20. in verb. dictum littera H.

22 † Nec dicatur ſtandum eſſe dicto vnius electi in
contumaciam partis ex conſtitutione antiqua fori
Rub. 5. num. 18. § & ſi de electione per tot. quia re-
ſpondetur, non dari contumaciam in minore, &
propterea eſſe extra cauſam ſtatuti, ex dictis ſupra
num. 5. verſ. neque etiam intrat; ſumus magis in
caſu finalium verborum eiuſdem ſtatuti, ibi ſi peri
torum electio non benè facta fuit debent periti ha-
beri pro non electis, vel aſſumptis, dum ex prædi-
ctis non benè fuiſſe factam electionem, conſtat eui
denter.

23 † Nec etiam opponatur de alio ſtatuto de arbit.
poteſt. in cauſ. vid. quo ſola facti veritate inſpecta
proceditur in cauſis pupillorum minorũ, & vidua-
rum, quia non per hoc termini ſubſtantiales reſpi-
cientes defenſiones partis, vt citationis, legitima-
tionis perſonarum, & ſimilium, quæ deficere in ca-
ſu noſtro oſtendimus, intelliguntur ſublati iuxta
Oſaſc. plenè deciſ. 1. num. 20. & ſeqq. ſub num. 30.
ex Rot. Roman. Iaſ & alijs, Gramat. deciſ. 19. n. 15.
24 Vbi quod † etiam ſententia Regis ſubiaceat nul-
litati ex defectu citationis, quia ſit defectus iuris na
turalis, & quod ſententiæ executio impeditur.

25 † Secunda nullitas ſit quatenus liquidatæ fue-
runt penſiones, & fructus, tam percepti, quam qui
veriſimiliter percipi potuerunt, cum tamen ſenté-
tiæ eſſent tantum quoad fructus perceptos confor-
mes, & ideo non per relationes peritorum ex veri-
ſimili, ſed per teſtes, qui de vera perceptione depo
nerent, & de uera quantitate deductis expẽſis, erat
facienda liquidatio, & probatio, vt ſignanter per
Caputaq. par. 2 dec. 30. incip. fructus percepti, vbi
quod alioquin agens ſuccumbere debet.

Neque obſtat quod diceretur, ſententiam ſecun
dam, quæ condemnauit ad fructus, qui veriſimili-
ter, &c. tranſijſſe in iudicatum non obſtante appel
latione propter lapſum quadriennij ex conſtitutio-
ne Rotæ, num. 390. & ſeqq.

26 † Quia dicebatur non conſtare de calculis, pro-
ut ipſe nullos vidit: deinde dicebatur, dictam conſti
tutionem loqui præſuppoſito biennio antecedente,
& executione conceſſa ſecundum qualitates in ea
adiectas, quorum nullum verificatur in præſenti
20 ſpecie, & ideo † vbi non conueniunt verba, nec
conuenit diſpoſitio l. 4. §. toties de dam. infect. nec
28 † debent huiuſmodi conſtitutiones municipales
extendi vltra caſum ſpecialiter expreſſum, l. ſi ſer-
uum, §. ſed non dixit Prætor, ff. de acquir. hæredit.
29 l. conſtitutionibus, ff. ad municip. † nec ad eum, de
quo non loquuntur Crauet. conſ. 210. ſub num. 4.
& conſ. 254. ſub num. 2.

Tertia nullitas colligitur ex iniuſtitia dictarum
relationum. Prima enim relatio æſtimauit penſio-
nem domus nouæ ſcutis nonaginta auri pro quoli-
bet anno, cum tamen ex locatione in actis produ-
cta appareat penſio longè minor, ſcilicet ſcutorũ
quinquaginta, vel circa, † locatio enim eſt optima
30 fructuum, vel penſionum liquidatio, Bald. cõſ. 323.
in fin. lib. 3. conſ. 53. in fin lib. 1. Rot. diuerſ. deciſ.
377. num. 7. lib. 1. & deciſum fuit in vna bonorum
fideicommiſſi de Mangiolis coram R. P. D. Cocci-
no 19. Nouembris 1611.

Altera verò relatio retulit de pẽſionibus domus
nouæ de annis 1581. 82. 83. quibus tamen tempo-
ribus ipſemet D. Peregrinus reperitur locauiſſe di-
ctum domum, & penſiones habuiſſe, vt in ſcripto,
de quo in regiſtro A. fol. 16. & quoad domum Ma-
ſcarellæ conſtat partem penſionum fuiſſe ad RR.
Moniales ſorores d. D. Equitis ex ſententia con-
tra ipſoſmet fratres de Peregrinis lata, vt in Reg.
10. fol. 83. & per eas exactas, vt in receptionibus
Regiſtro A. fol. 22. & quoad fructus anni 1585. ſe-
queſtratos per eundem D. Herculem adhuc hodie
penes ſequeſtrarios exiſtunt, vnde non poterant li-
quidari contra conuentos, cum eos non haberent,
31 † & contra ſequeſtrarium tantum actio compete
ret ipſi d. Actori, & victori iuxta l. ſi oleum aliàs eſt
§. Labeo, l. ſi quis affirmauit, & ibi Bart. ff. de dol.

vt de

32 vt de his, & alijs plenius per informantes, † Nec eſt dubium, quod ſententia, nedum relatio peritorum contra ius litigatoris debet retractari, Seraph. deciſ. 251. num. 2. 3.

Nec impedimento fuit, quod negarentur locationes, & etiam opponeretur contra dictam receptionem Monialium, quod eſſet ſcripta priuata, & alia ſimilia. Quia dicebatur, de locationibus cõſtitiſſe ex actis, & in omnem caſum ſaltem tantum ſu mum dari de irrationabilitate liquidationis, vt iun etis præſertim tot nullitatibus, ac etiam ſingularitate peritorum non poſſet tuta conſcientia Iudex inclinare ad credendum dictis relationibus, quo circa ad inſtantiam conuentorum petitæ viſitatio-

33 ni locorum Domini libenter aures præbebãt, † vt longam litem de veritate rerum benè informati alt quando ſopirent, ex mente Barzi. in d. deciſ. 22. nu-

34 mer. 37. & 38. † Iuncto arbitrio quod in huiuſmo di liquidationibus, & æſtimationibus plurimũ eſt in Iudicibus, & per Surd. deciſ. 282. à num. 36. vſque in fin. & Barz. decil. 23. num. 1. & ſeqq. Verũ excell. D. Peregrino inſtanter reluctante, Domini ſubſtiterunt, me tamen reclamante, & volente, vt viſitatio, & diligens inquiſitio veritatis, inſtãte præ

35 ſertim altera parte, nihilominus fieret, † quod ex officio noſtro poteramus iux. l. ſi irruptione, § . ad officium, ff. fin. regund. iunct. ibi gloſ. pen. & in gloſ penult. in l. eadem de ferijs, obtinere tamen non potui.

Interim dum confirmare non poſſem, liquidationes hactenus factas ex cauſis prædictis, & alijs, vt infra, nec ex alio reformare, quia de cauſa non liquebat, profectò, niſi vnum ſupererat, vt nullitatem declararem, vel innitus: Culpa verò nulli ma-

36 gis aſcribenda quam D. Herculi reclamanti, † cui propterea eſt, quod imputetur non alij, vel longa lis, vel damnum prætenſum ab eodem ipſo e. dam num quod quis. de reg. iur. in 6. l. quod quis ex ſua culpa. de regul. iur.

Hactenus de nullitate liquidationis quoad peritos, & eorum electiones, & relationes: ex qua infertur ad nullitatem ſententiæ D. Lucæantonij ſub 3. Nouembris 1594. dum liquidauit iuxta dd. rela-

37 tiones, præciſè ad eas ſe referendo. † quia ſententia ſe referens ad acta nulla, eſt pariter nulla, Vant. de nullit. ex defect. proceſſ. num. 129. vbi latè, & in

38 punct. Barz. d. deciſ. 22. nu. 36. & ſeqq. † & etiam quia continet errorem iuris expreſſum, quatenus dicitur in ea, dictas relationes factas fuiſſe iuxta for mam conſtitutionem de peritis loquentium, quod tamen non eſt, vt ſupra iam diximus verſic. incip. nec dicatur num. 22. & alijs ſupra, quo etiam caſu ſententia dicitur nulla, vt ait Vant. d. num. 129. vbi dicit hãc eſſe Communem DD. reſolutionẽ Barz. dec. Bonon. 33. nu. 9. vbi inter alia quando ſententia fundatur in probatione à iure reprobata, & ſub num. 6. ante & ſeqq. & ad num. 20. 21. vbi quod re ferens intelligitur ſecundum qualitates relati.

39 † Item infertur ad cæteras omnes alias ſententias iſtius confirmatorias eſſe omnino nullas, vitio præ ſertim primo nunquam ſanato, quia dicuntur eun dem errorem repetere; vt ait Bald. ad l. vnica ſub num. 5. verſic. item ſententia, C. de error. calcul. ſeu eundem errorem continere, vt ait Bartol. ibid. num. 5. & quod ſint nullæ patet plenè ex Gabr. con ſil. 28 per tot. lib. 2. conſil 49. ſub nu. 4. & ſeq. conſil. 45. num. 49. lib. 1. Alex. conſ. 76. num. 3. 4. lib. 2. vbi benè declarat, quando nullitas eſt circa ſubſtãtialia, & reſpicit non ſententiam ſolam, ſed omnia vniformiter acta, vt ſunt probationes, Accedit ad idem Crauet. conſ. 140. ſub num. 8. & conſ. 266. ad fin. & Amat. deciſ. March. 94. num. 2. & in term. fructuum latè Alex. conſ. 53. à nu. 15. vſque in fin. lib. 5. Vbi quod ſententia non poteſt reformari, tãtilper, dum vitium non ſanatur, vt propterea malè huc applicentur, quæ dicuntur, non licere de nullitate plures dicere; quia hoc dictum non procedit durante eadem cauſa nullitatis, vt prædictis liquet, & alter etiam huic obiecto reſpondetur infra ſub verſic. inter tot capita nullitatum, nu. 108. & ſeqq.

Nec excuſat dictam ſententiam quod D. Iudex potuerit ſequi dictas informationes, vel actus extraiudiciales ad informandum animi ſui motum, vt conſiderabat excellentiſs. D. Fontana in ſua deci

40 ſione pro iuſtificatione ſuæ ſententiæ, † quia Reſpondetur non poſſe Iudices hoc facere, ex quo ele cta fuerat via peritorum, nec factæ abſque partis citatione, & alijs ſeruandis attendi poſſent, nec vl lam fidem facerent, quaſi ſumptæ à Iudice nõ tan quam tali, ſed tanquam priuato, vt dicit D. Lup. in l. 2. num. 139. & 140. C. de pact. int. empt. & vend. & in propoſito ſignanter Gabr. viden. conſil. 168. nu. 108. 109. lib. 1. optimè etiam in term. Barz. deciſ. 23. num. 22. & 23.

Nec quoad primum nullitatis caput circa liquidationem fructuum, & circa nullitatem ſententiæ ſubſequutæ, & aliarum poſt eam, eiuſdemq; ſequacium. Laus Deo.

SVMMARIA.

De intereſſe quantiplurimi non intrare ex defectu poteſtatis ex natura rei, & ex defectu cauſæ, num. 41.

Intereſſe non deductum in libello non poſſe liquidari, numero 42.

Intereſſe auctum poteſt attendi in executione ſi fuit petitum, num. 43.

Nec poteſt non petitum liquidari etiam ex ſtatuto, quod ſola facti veritate inſpecta procedi poſſit, & cur nu mero 44.

Intereſſe quantiplurimi de fructibus debitis in genere debetur, num. 45.

Limita, ſi non ſit liquidatum, num. 46.

Intereſſe quantiplurimi de fructibus debitis in ſpecie ex conuentione debetur intra triennium, num. 47.

Poſtea non creſcit, nec decreſcit æſtimatio etiam ex mora ſub eodem.

Promiſſio de ſoluendis fructibus per reum facta in Iudicio non eſt voluntaria, nec productiua intereſſe prædicti, num. 48.

Nec inducit conſenſum, num. 49.

Eſt ac-

Eſt acceſſoria quatenus condemnatio ad fructus ſequatur num.50.
Non intelligitur facta animo nouandi, num.51.
Maximè, ſi fuerit proteſtatum ſub eod.
Proteſtatio ius proteſtantis conſeruat, num.52.
Dicta promiſſio nouum ius non tribuit, ſed eſt modus ad faciliorem executionem, num.53.
Intereſſe quanti plurimi pro fructibus perceptis in ſpecie ex re mea illicitè, ſemper creſcit, num.54.
Etiam in re vel ſpecie debita, num.55.
Et in fructibus liquidatis intra triennium ſub eod.
Imputandum ei, qui ſe in neceſſitatem coniecit eod. numero 55.
Intereſſe quantiplurimi non debitum de fructibus perceptis ex re mea licitè, propter adminiſtrationem, numero 56.
Nec vbi licitè ab eo, qui eſt in bona fide, & iuſtam habet cauſam litigandi, num.57. & ſeqq.
Vbi agitur rei vendicatione ad rem cum fructibus, ſi extant, ſin verò eorum verus valor, num.58.
Intereſſe quantiplurimi nunquam debetur ſub eod.
Qui nixus eſt aliqua iuſta cauſa, non dicitur in dolo, immò benè facit litigare, & ſe defendere, quia nemo debet ius ſuum indiſcuſſum relinquere, num.56.
Ex ſola interpellatione non cauſatur mora, quando debitum non eſt liquidum, num.60.
Malefidei poſſeſſor ex litis conteſtatione quis fictè fit, & quoad moram cauſatiuã reſtitutionis fructuum vel valoris, tantum, num.61.
Non quoad aliam moram doloſam generantem quanti plurimi, num.62.
Quia alioqui ſequeretur abſurdum, quod eſt euitandum, num.63.
Afflictis non eſt addenda afflictio, num.64.
Nec quiſquam eſt duplici damno afficiendus, num.65.
Aliud pati damnum fructuum, & aliud pati damnum intereſſe, quia fructus, & intereſſe ſunt diuerſa, numero 66.
Aliud eſt æſtimatio vera aliud intereſſe, num.67.
Aeſtimatio intelligitur ſubrogata loco fructuum, non intereſſe ſub eod.
Impoſſibilitas excuſat à mora, num.68.
Valor fructuum conſumptorum verus eſt in debito, numero 69.
Pecuniæ debitæ non conuenit quantiplurimi valor, numero 70.
Pecunia non æſtimatur, ſed ipſa alia æſtimat, & eſt omnium rerum menſura, num.71.
Ratione pecuniæ intrat quæſtio de intereſſe, vel lucri ceſſantis, vel damni emergentis, num.72.
Mobilium conſumptorum valor quantiplurimi debetur poſt eorum liquidationem. num.73.
Fructuum perceptor debet eos diſtrahere, vel conſumere, alias ſuum eſt periculum, num.74.
Ex diuerſit non inſertur, num 75.
Diuerſa ratio reformat pactum, num.76.
Cauſa intereſſe quanti plurimi eſt mora doloſa, numero 77.
Mora, & dolus aliquando æquiparantur, eod.
Fallit in pluribus remiſſiuè, num.78.
Mora datur ſine dolo, num. 79.
Ex ſola mora dolus non naſcitur, num.80.
Qualibet cauſa excuſat à dolo, & ab intereſſe quantiplurimi, num.81.
Etiam leuis, num.83.
Abſolutio ab expenſis facit præſumi iuſtam cauſam litigandi, excuſantem ab intereſſe, num.84.
Mora impeditur, ſi quis habeat legitimam exceptionem num. 85.
Standum eſt Doctrinis in puncto, num.86.
Incertitudo eſt legitima excuſatio à mora, num.87.
Imputandum ei, cuius cauſa liquidatio retardatur, numero 88.
Mora non intrat ſi libellans non obtulit detrahere detrahenda, num.89.
Intereſſe non intrat, vbi plus petitur, num.90.
Nec excuſatur plus petens ex legitima cauſa litigandi pro parte ſua, num.91.
Nullitas actorum excuſat à mora, num.92.
Nullitas eſt exceptio defenſionis, num. 93.
Vbi quis offerre non tenetur, nec ad intereſſe tenetur, nec in mora conſtituitur non offerendo in illiquidis, numero 94.
Opinio quod attendatur etiam Cariſtia inſolita eſt rigoroſa, & contra eam tentum, num.95.

DECISIO XI.

41 SVccedit caput ſecundum principale nullitatis, circa liquidationem valoris quantiplurimi.

Hæc liquidatio facta eſt in ſententia D. Bonatelli Aud. Generalis 27. Martij 1608. Hæc autem peccat in duobus.

Primò, quatenus à prima ſupradicta tanquam à primo mobili trahitur eodem motu nullitatis.

Secũdò verò quatenus, & ipſa proprio motu nullitatis laborat: dum ad rationem intereſſe quanti plurimi calculauit, quod quidem facere non poterat ex infraſcriptis.

Primò, ex defectu poteſtatis.

Secundò, ex natura rei.

Tertiò, ex defectu cauſæ.

42 † Ad primum deficiebat poteſtas, quia tale intereſſe quantiplurimi in libello non fuerat deductum, & ideo non poterat liquidari, D. Caball. conſil. ciuil. 30. per tot. præſertim num. final. volum. 1. Capic. deciſ. 19. in fin. Io. de Anan. conſ. 5. in princ. & ibi addit. Bolognet. Boer. deciſ. 68. ſub num. 3. verſic. quoniam, vt vult Bald. & ſub num. 4. per totum eleganter, & num. 5. & 6.

43 † Quare non obſtat idem Bald. à parte oppoſitus in l. vinum num. 23. ff. ſi cert. per. vbi quod Iudex executionis æſtimat intereſſe auctum pendente executione, quia ſupponit petitionem de eo factam, & ita eum intelligit Boer. mox cit. quod ſuppoſitum deeſt in caſu noſtro.

44 † Nec etiam inttare poteſt, quod Iudex poſſit æſtimare ad dictam rationem quantiplurimi ex vi clauſulę ſola facti veritate inſpecta per tit. de arbit. poteſt. in cau. vid. quia extat aliud ſtatutum Bononiæ titul. de vocat. in iure, vbi ſtatuitur, dandam eſſe qualem qualem petitionem, quo caſu, ſi non fuerit data, dicta clauſula, nihil operatur, vt in ſpecie Pariſ. conſ. 131. fin. nu. 14. & ſeqq. lib. 1. Oſaſc. deciſ. 1.

deciſ. 1. ſub num. 21. qui loquuntur in puncto horum ſtatutorum Bonon. Rota Ian. deciſ. 6. n. 20.

Ad ſecundum, vt facilius intelligatur rei naturã repugnare, ne in terminis noſtris locus ſit d. intereſſe quantiplurimi, diſtinguendi erunt caſus prout infra.

45 † Primus Caſus ſit quando agitur de fructib. debitis in genere, in his enim cadit dictum intereſſe quantiplurimi, ad DD. in l. vinum, ff. de reb. cred. verum contendunt DD. an intra trienniũ tantum an verò etiam vltra, quouſq; fiat ſolutio, Nã Surd. in dec. 81. defendit tantum intra trienniũ, & latius Gratian. diſceptat. Forenſ. p. 2. c. 243. à n. 56. vſque in fin. viſa eſt inclinare Rota, licet nihil reſoluerit apud Seraph. in dec. 1252. ſub num. 2.

Alij verò etiã vltra triennium, & quouſque fiat ſolutio per rationẽ, quia genus perire non poteſt, vt per Nat. poſt alios conſ. 599. ſub n. 4. & 5. vbi elegãter, & hæc opinio obtinet in tribunalib. vt patet ex Surd. d. deciſ. 81. vbi Senatus totus in hanc ſententiam deſcendit.

46 Quę tamẽ limitatur, vt non habeat locũ, ſi fortè aliquid liquidandum ſit, quia non niſi à liquidatione facta incipiet currere dictum intereſſe, iux. Affl. deciſ. 205. per tot. nullus horum eſt caſus noſter.

47 Secundus caſus ſit, ſi fructus ſint debiti in ſpecie ſed ex conuentione, quia promiſſi puta ex tali fundo tuo, hoc caſu intrat poſt diẽ conuentum, qui interpellat pro homine, & ideo poſt morã, dictum intereſſe iux. Buer. in d. deciſ. 68. ſed intra triennium tantũ, adeo quod poſtea æſtimatio non creſcat etiã ex mora, vt optimè per Nat. d. conſ. 599. nu. 5. & 6. Surd. d. dec. 81. per tot. Grat. d. p. 2. c. 243. d. n. 56. & ſeqq. nec hic eſt caſus noſter, quicquid ſententia D. Fõtanæ hoc trienniũ amplexa ſit in caſu noſtro.

48 Neque enim obſtat, quod Burdonus lite pendente promiſerit ſoluere huiuſmodi fructus, quia reſpondetur, hanc promiſſionẽ non eſſe voluntariã, & ſimplicẽ, ita quod promiſſor voluerit ſimpliciter ex ea teneri, ſed eſt neceſſaria, & pendet ex futuro euentu ſententiæ ferendæ, quare nõ facit ad propoſitum, cum DD. loquantur in promiſſione volũtaria, & ſimplici, nec dependente ab alio, vt patet ex Nat. & Surd. ſupracit. & vlterius ex Alciat. ex aduerſò allegato in cõſ. 140. n. 8. quod ſecundũ aliam impreſſionẽ eſt conſ. 37. n. 8. & 9. lib 8. Differentiæ ra-
49 tio eſt manifeſta † quia d. promiſſio Iudicialis fuit facta inſtãte parte, vt caueretur ex tit. vt legat. non. Caueat. quę nõ inducit cõſenſum March. dec. 1055
50 n. 1. † & eſt acceſſoria quatenus condẽnatio ad fructus ſequeretur, vnde aſſumit naturã eius, cui accedit, & nihil operatur ex ſe, ſed vis debiti fructuum pendet ab ipſamet ſenten. Frãch. dec. 400. ſub n. 10.
51 † Nec intelligitur facta animo nouandi, & conſtituendi principalẽ obligationẽ ad Marcũ. dec. 1602. n. 3. & ſeqq. Vbi benè in propoſito, vt dignoſcitur, quia nõ fuit receſſũ per hoc à lite; itẽ, & quia facta eſt cum repetitis proteſtationibus, quod ea fiebat magis ad inſtantiã, & importunitatem partis, & ne daretur maior occaſio litigãdi, vel cauillandi, & citra conſensũ, & citra prę iudicium ſuorũ iuriũ, &c. per quæ ius ſi quod erat ex aduerſa promiſs. nõ fuit
52 amiſſum, † quia proteſtatio iura proteſtantis conſeruat, iux. Pinell. in auth. niſi tricẽnale. n. 43. C. de
53 bon. mater. Becc. conſ. 104. n. 13. & ſeqq. † Nec parti acquiſitũ fuit nouum ius quoad ſubſtantiã debiti, ſed eſt modus ad faciliorem executionem cõparatus iux. Franch. dec. 208. ſub n. 3. 4. quare fruſtra de tali promiſſione opponitur per prædicta, nec eſt obligatoria quoad pariendum d. intereſſe.

54 † Tertius caſus ſit, quãdo agitur de fructib. perceptis in ſpecie, ſeu ex re mea, ſed illicitè, quia dolus ineſt ab initio, putà vbi furtũ commiſſum eſt, quod in muliere eſt iudiciũ rerum amotarũ, vt in l. ſi cõcubina, §. nõ ſolũ, ff. rerũ amot. vbi tex. quod actio non ſolum cõpetit pro extantibus, ſed etiã pro non extantibus, aut vbi inuaſiſti rẽ, vt in l. mala fide. iũcto caſu ibi poſito, C. de cond. ex leg. aut deniq. vbi ſine cauſa, vel tit. aut rũ iniuſta cauſa, fructus percepiſti ex re mea, iux. Rub. & tot. d. tit. C. de cond. ex leg. & ſine cauſ. vel iniuſt. cauſ. iuncta ibi gl. fin. per tot. præſertim verò in fin. in huiuſmodi itaq; ſpeciebus procedit dictũ, quod poſſit creſcere æſtimatio etiã poſt illos conſumptos per rationẽ, quia etiã non extantes finguntur extare odio moroſi, vt ex tex. in l. re furtiua, §. ſi ex cauſa furtiua, C. de cõdic. furtiu. vbi licet I. C. loquatur vbi debita eſt res nõ
55 fructus, † tamen hoc in caſu ambo eod Iure cẽſentur, prout in term. iſta æquiparando diffinit hunc caſum Alex. in l. diuortio, §. ob donationes, ſub n. 6. verſ. Itẽ prædicta, ff. ſol. matr. & ad DD. in l. quod te. ff ſi cert. pet. l. ſi ſeruum, §. 1. & §. fin. ff. de verb. oblig. Cagn. in d. l. quod te. n. 11. & 12. Iaſ. n. 2. verſ. tamẽ in hac leg. & nu. 28. Caſtr. n. 2. & 3. Rip. n. 12. Burrigel. n. 4 idẽ in l. vinum, n. 54. ff. ſi cert. pet. Iaſ. in l. nemo, n. 3. ff. de verb. oblig. Aſin. poſt Rub. per eum ad verb. relatũ in tract. de execut. §. 7. c. 116. n. 25. 26. iura ſanè per excell. D. Peregrinũ in informatione incip. rem notoriè, n. 12. & 13. & alia n. 19. nõ bene applicata caſui noſtro, quia nec hic eſt adhuc caſus noſter. Ampliari poſſunt prædicta, vt intereſſe quantiplurimi intrare poſſet, ſi condẽnatio, & liquidatio fructuũ fuerit terminata intra ipſummet triennium à die ipſius liquidationis vſque ad id. quod ſupereſt eiuſdẽ triennij, quia hęc mora dicitur doloſa, quippè nulla prorſus legit. excuſatione ſuffulta, aut n. extant fructus, & de dolo euidenter apparet eos extantes nõ ſoluentis ad l. in Iure ciuili, ff de reg. iur. quia data condẽnatione, & liquidatione trãſactis in iudicatum, iam ceſſat quilibet prætextus, quod fructus retineat ſui alicuius iuris conſeruandi cauſa, per quem dolus excluderetur, iuxta Crauet. conſ. 847. nu. 12. Menoch. conſ. 107. num. 9. aut nõ exiſtant, & ſibi eſt imputandũ, quia per annum reſpectiuè nec trienniũ poterant cõſeruari, & nullũ eius periculũ erat in conſeruando, vt dicetur inf. n. 74. Imò per dictũ tẽpus fructus præſumuntur extare vt ait Grat. diſcept. Forenſ. par. 2. cap. 243. num. 27. Vnde intrat illicitæ retentionis pręſumptio, quę dat cauſam d. intereſſe, vt dicetur Infra num. 81. & ſeqq. & eo ipſo quod non ſoluit fructus huiuſmodi, quos ſoluere potuiſſet, & de-

buiſſet, actor cogitur nouum proceſſum facere ſu-
per probatione valoris, fundatom ſuper mera cul-
pa ipſius non ſoluentis, quare ei imputandum eſt,
per quem ſtetit l. hæc venditio, § 1. ff. de contrah.
empt, nec ei ſuccurritur, qui in neceſſitatem, vel an
guſtias ſeipſum redegit Men. de arbitr. Iudic. caſu
457. num. 10. Surd. deciſ. 59 in fin. & conſ. 141. n. 3
ſed nec hæc quadrant caſui noſtro.
56 Quartus caſus ſit quando agitur de fructib per-
ceptis in ſpecie, ſeu ex re mea, ſed licitè, vt mari-
tus, procurator, tutor, curator, & ſiqui ſint alij, qui
tanquam adminiſtratores, vel negociorum geſto-
res perceperint ex re eorum, quorum negociũ geſ-
ſerunt, aliquos fructus, hic certum eſt huiuſmodi
perſonas non teneri ad reſtitutionem fructuum cõ
ſumptorum, ſed ad veram eorum æſtimationẽ tan
tum, quia vlterius poſt conſumptionem nõ poteſt
creſcere, neque decreſcere æſtimatio, vt benè de-
clarat Alex. in d. §. ob donationes d. num. 6. l. diuor
tio, ff. ſolut. matr. Bart in d. §. ob donationes, & ibi
Iaſ. nu. 6. Rom. nu. 17. & idem Bart. in l. eum qui, ff.
de his quibus vt indign. & rectè excell. D. Peregri-
nus hoc dixit aliquibus relatis in d. informatione
rem notoriè, num. 18.
57 † Quintus & vltimus pro nunc caſus ſit, quãdo
agitur de fructib. in ſpecie perceptis ex re mea, ſed
licitè alio tamen modo, quã ſupra mox tacto, ideſt
ab eo, qui ab initio fuit in bona fide, putà quia ha-
buit tit. aut aliquam iuſtam cauſam credẽdi, ſe bo
num ius habere iux. l. qui bona fide. 23. ff. de acqu.
rer. dom. & l. bonæ fidei emptor. 48 ff. eod. cum ſi-
mil. hoc caſu, in quo propriè in præſentiarũ verſa-
mur, reſoluitur intereſſe quantipluſimi nunquam
intrare ac ne intret rei naturam repugnare.
58 Probatur primo ex cõiter recepta traditione,
& praxi, quod quando agitur ad reſtit. rei in actio-
ne rei vendicationis publiciana, vel ſimili, concludi
tur ad reſtitutionem fructuũ, ſi extant, ſin ſecus ad
verũ ipſorum valorem Bart. cõmuniter allegatus
in l & ex diuerſo, §. vbi autẽ, nu. 8. ff. de rei vendic.
Abb. in c. grauis, n. fin. per tot. de reſt. ſpol. Men. cõ-
ſil. 741. ſub n. 4. & ſeq. lib 8. pract. Pap. in libel. act.
real verſ. & ſi non extant, Surd. conſ. 293. ſub n. 12.
lib. 2. & in term. fideic. Maluaſ. conſ. 221. n. 22. & 23.
Peregr. de fideic. artic. 47. ſub n. fin. & ar. 49. nu. 144.
eſt in hanc rem notabile d. Angel. in §. ſiquis à non
domino, ſub n. 3. ad fin. verſ. vnum tamen inſtit. de
rerum diuiſ. in hæc verba, *Vnum tamen circa hoc no
ta perpetuò in practica, quod quando fructus ſunt con-
ſumpti, & ſic tenetur quis ad æſtimationem fructuũ,
quod non poteſt peti æſtimatio quantiplurimi, & ſic
ceſſat materia l. vinum, ff. ſi cert. pet. ſed omni tempore
debetur dicta quantitas æſtimationis, nec aliquo tem-
pore creſcit, quod nota, hactenus Angelus.*
59 Secundò probatur, quod quando quis aliqua io
ſta cauſa nixus eſt, non dicitur eſſe in dolo, ſi litem
proſequatur, vel ſe defendat, immo benefacere di-
citur, quia nemo debet ius ſuũ indiſcuſſum relin-
quere, Ang. in d. §. ſiquis à non domino, ſub nu. 3.
verſ. de perceptis inſtit. de rer. diuiſ. Natt. cõſ. 599.
n. 1. dolo autẽ excluſo nullum d. intereſſe ad id poſ-
ſere poteſt, vt infra ſuo loco latius oſtendetur, in-
ſertim cum tamen non benè inferri per D. Peregr.
vel ex interpellatione, ſeu proceſſu inſtrumentali,
vt in informatione incip. iria prætendũtur n. 1. vel
ex vlteriori proſequutione litis per reos conuentos
cõtrahi morã, ex qua dictũ intereſſe cauſetur, quia
vt infra pariter videbitur, iuſta cauſa fuit litigandi,
& nunquã rei conuenti fuerunt in mora doloſa, &
ex ſola interpellatione nõ cauſari moram, quando
debitũ non eſt adhuc clarũ, & liquidum pluribus
relatis, conſtat ex Men. conſ. 1027. num. 8. lib. 11.
60 † Et verè cum in his terminis huius vltimi caſus
propriè verſari caſum noſtrum ſemper exiſtimãre
rim, eam quoq; in ſententiam deſcendi, vt rei na-
tura reſiſteret, quominus dictum intereſſe vnquã
intrare poſſet, ſiue conſiderato initio, ſiue fine li-
quidationis factæ & perfectæ. Nã ab initio peti nõ
poteſt dictum intereſſe, quo fit, vt concludatur, vel
ad fructuũ reſtitutionem, vel ad valorem eorũ, vt
61 ſupra probatum eſt, nec etiam deberi, † quia licèt
per litis conteſtationem quiſq; fiat malæ fidei poſ-
ſeſſor, tamen id intelligitur fictè tãtum, quoad mo-
ram cauſatiuam reſtitutionis ipſorum fructuũ, ſeu
eorum valoris, vt eſt in l. certum, C. de rei vendic.
& ibi gloſ. l. ſed & ſi lege, §. ſi ante, ff. de petit. hæ-
red. Iaſ. in l. apud Iulianum, §. 3. n. 4. de leg. 1. vbi de
62 mala fide ficta agit in propoſito fructuum, † non
quoad moram doloſam generantẽ dictum intereſ-
ſe quantiplurimi, quia iuſta cauſa litigandi ab ea ex
cuſat, vt in gloſ. l. in hac in verb. moræ poſt prin.
d. gloſ. ff. de tritic. Alex. conſ. 179. ſub num. 2. & ibi
addit. lib. 2. cum alijs citatis per Nat. in cõſ. 599.
63 † Alioquin magnum inconueniens fieret, quod
ſemper à lite cõteſtata intraret d. intereſſe, quod ta
men repugnat diſpoſitioni iuris cõis, de qua ſupra
n. 58. vbi & petitio, & condẽnatio, & liquidatio fru
ctuum fit, ad l. nam abſurdũ, ff. de a per. lib. vel ſe-
64 queretur aliud abſurdius, † quod rei cõuenti tene-
rentur, & in fructib. ipſis, & ad intereſſe pro eorũ,
contra regulã, quod afflictis non eſt afflictio addẽ-
da, c. ex parte de cler. ægrot. l. diuus, in princ. de off.
65 præſid. † Nec duplici damno quiſquã afficiendus,
66 ad Surd. cõſ. 205. n. 30. † aliud enim eſt fructuum
damnum pati, & aliud intereſſe, prout hæc ipſa fru
ctus, & intereſſe ſunt diuerſa ad Cum. in l. ſi filiuſ-
famil. §. cũ fundum ſub n. 4. & ſeqq. de verb. oblig.
Fulgoſ. in l. ratio, §. ſi emptor in fin. de act. empt. &
67 † aliud etiã eſt æſtimatio ipſa fructuũ non extan-
tiũ vera, & aliud intereſſe, Menoc. de recup. poſſeſ.
rem. 3. n. 287. prout æſtimatio cenſetur ſubrogata
loco fructuum, & vnum, & idẽ cum illis cenſetur,
Maluaſ. conſ. 121. nu. 22. 23. Grat. diſcept. Forenſ.
p. 1. c. 243. n. 67. intereſſe verò non ſolum fructuũ
ipſorũ habet rationẽ, ſed etiã vlterioris præiudicij.
Sed hanc naturalem reſiſtentiam conſiderari
in eſſe etiam in fine ſuppoſitæ, ſcilicet liquidatio-
ne facta, & perfecta; id verò ex conuincibili, vt pu
to, ratione, quia ex tali liquidatione nõ propterea
fit, quod fructus ipſi ſint debiti omnino aut, quod
68 iã conſumpti, poſſint ſolui, † per quã impoſſibilita
tẽ excuſatur debitor à mora, & à d. intereſſe Plus.

de in

de in lit. Iuran. §. 4. ſub num. 72. in fin. & num. 73.
69 † ſed eſt re vera in debito valor ipſe fructuum ſe-
cundum citatos infra verſ ſequitur tertia, num. 96
hic autem valor, vel ſoluitur ſtatim poſt factam li-
quidationem, vel non ſoluitur, ſi ſoluitur ſatisfit li-
quidationi, & omnis præſito intereſſe via occludi-
70 tur, ſi nō ſoluitur † abſurdum eſt dicere, quod vbi
eſt pecunia in debito pro ea ſoluatur intereſſe quā-
71 tiplurimi, † quia pecunia non æſtimatur, ſed ipſa
æſtimat alia ad l. 1. & ibi DD. ff. de contrah. empt.
l. pretia rerum, & ibi etiam ſcribētes, ff. ad l. Aquil.
eſt omnium rerum menſura Surd. deciſ. 35. nu. 17.
72 † bene quidem intrat, quod pro ea non ſoluta de-
bitum aliquod, vel ratione lucri ceſſantis, vel dam-
ni emergentis intereſſe prætendi poſſit ad l. ſi ſteri-
lis, §. cum per venditorem de act. empt. l. curabit,
C. eod. tit. l. 1. 2. . C. de vſur. rei iudi . c. conqu ſtus
de vſur. hoc autem cum ab illo toto cæl diſtat, cla-
ra eſt naturalis reſiſtentia ſupra conſiderata.
73 † Neque verò, vt obiter hoc etiam tangatur, ob
ſtaret, quod mobilium conſumptorum debitus cē-
ſeatur valor quātiplurimi ex D. Caballi conſ. Ciuil.
78. per tot. lib. 2. quia differentia eſt inter ſpeciē cer
tam, in quibus terminis loquitur d. Caballi, & in-
ter fructus, de quibus eſt præſens quæſtio, & ratio
diff. rentiæ eſt, quia in mobilibus verificatur culpa
ea non con ignant s, cum conſignare debuiſſet, &
conſeruare n n diſtrahere, aut aliter conſumere,
& ſi non fecit finguntur extare odio eiuſdem ad di
cta ſupra verſic. tertius Caſus eſt num. 54. quæ ra-
74 tio ceſſat in fructibus, † quia poſſeſſor interim, dū
ius ſuū indi cu m on tenetur dimittere, nec di-
mittit obligat s, non eſt eoſdem fructus in propria
ſpecie onſeruare, quinimo tenetur, v onſume-
re, vel diſtr here alioquin periculum ſuum fuiſſet
gloſ. in l. vlt. §. fin ff. de adminiſtr. tut. Gratian. diſce
ptat. Forenſ. par. 2. c. 143. num. 62, 63. & 64. Quare
neceſſitas hunc excuſat in caſu iſto, quæ tamen in
75 alio ceſſat, † Vnde ex diuerſis non inferri rectè ſe
76 quatur l. Papin. exuli, ff. de minor. † & etiā quod di
uerſa ratio reformet pactū, l. interpoſitas, C. de trāſ.
Quapropter ſententiam DD. meorum ſequi nō
potui, dum eis placuit à ſententia D. Lucij ſub pri-
ma Decembris 1604 & ſic ab annis 24. vel circi-
ter poſt conſumptos fructus ęſtimare eorum valo-
rem ad rationem quantiplurimi, quia huiuſmodi
fructus in ſpecie debiti non recipiunt functionē in
genere ſuo, vnde nec valor aliquis poſt cōſumptio-
nem poſſit applicari, vt ait Abb. in cap. grauis, ad
fin. de reſtit. ſpoliat. idque etiā præſuppoſita liqui-
datione dd. fructuum vigore dictæ ſententiæ, quia
non entis nullæ ſunt qualitates, l. eius qui in prouin
cia, ff de reb. credit. vltra quod dicta ſententia re ve
ra finalem liquidationem non continet, quia inter
cæteras extat ſententia excell. D. Fontanæ, quæ eſt
poſterior, per quam fuit declarata alia liquidatio fa
cienda, & fuit confirmata per DD. meos ad ...tis
etiam alijs adhuc liquidandis, quare ineſt repugnā-
tia in præſupponendo liquidationē ex d. ſententia
fa a, & in declarando aliā adhuc fiendam ad l. vbi
repug ... a, ff. de reg. iur. Nec ex alio (quaſi fructus
præſumerentur extare odio moroſi) potuiſſe defen
di d. ſententiā cēſui, cū non eſſemus in caſu, vt ſup.
oſtenſum eſt, & adhuc in ſequenti melius patebit.
77 † Supereſt enim tertiū & vlt. ex defectu cauſæ,
cauſa enim intereſſe quantiplurimi eſt mora dolo-
ſa Aſin. de execut. §. 7. c. 216. ſub nu. 25. verſ. aut eſt
in mora Plot. de in lit. Iuran. §. 27. n. 3. Nā quicquid
mora, & dolus aliquādo æquiparentur, vt per Plot.
78 in co. tract. §. 11. n. 19. † tamē quia hoc fallit in plu
ribus, iuxta Sadolet. in l. quod te. n. 84. ff. ſi cert. pet.
ideo inſiſtendū eſt Doct. in ſpecie, & in term. in ca-
79 ſu noſtro, ſic vt ſup. definientibus, prout † moram
dari ſine dolo habetur ex Bar. in l. ſi inſulā, 84. n. 13
80 ff. de verb. obl. & † ex ſola mora dolū non naſci d.
eit Vſill. in §. præterea, ſub n. 74. inſt. de act. & Plot.
ipſe in d. §. 27. ſub n. 3. & ceſſant per hęc dicta D. Pe
regrini in inform. incip. tria prætenduntur, n. 4. &
8. vbi quod mora eſt delictū, quod non datur ſine
dolo, quia ſunt circuitus nimis à longe.
81 Hoc firmato reſultat hinc alia concluſio, quod
quælibet cauſa excuſat a dolo, & ... à quanti
plurimi Crau. conſ. 320. n. 2. Ant. ſola ad antiq. S b.
decret. tit. de cenſ. fol. p. 4 gl. vn. ſub n. 2. Ond. coſ. 4
82 n. 69. li. 2. † ēt leuis Men. d. conſ. 1027 n. 10. lib. 11.
83 † etiā iniuſta idem Men. conſ. 381. n. 46. 47. lib. 4.
Et plures emergunt Cauſæ exactis noſtris.
84 † Prima quatenus rei cōuenti fuerunt abſolutia
expenſis, quo caſu præſumi iuſtam cauſam litigan
di præceſſiſſe, excuſantem à tali intereſſe in term.
Natt. d. conſ 599. n. 1. 2. 3. quem refert, & ſequitur
Sol. ſub d. nu. 2. Sadolet. in repet. l. quod te, ff. ſi cert.
pet. & in puncto præcisè D. Morotius in Reſp. 81.
num. 9. par. 1. planè, ſi libeat, vidend.
Secunda quatenus fuit oppoſitum de detractio-
nib fiendis, vt ſup. in verſ. Incip. Maximè hæc, Nā
85 † impeditur mora, ſi quis habet legit. exceptionē
Caputaq. dec. 108. n. 10. lib. 2. Rot. Ian. dec. 4. n. 24.
vltra Solam ſupracitatū, & in term. detractionem
fiendarū, & in fructibus fideicōmiſſi, idem Morot.
in d. reſp. 81. nu. 6. 7. 8. iterū moneo, viden. ob diffi-
cultatē reperiendi Doct. in hac materia loquentes
86 in puncto, † quibus ſtari conueniens eſt, & paſſim
ſolitum eſt ex conſ. Fel. in c. Rodulphus num. 3. in
fin. de reſcript. Magon. deciſ. Flor. 66 num. 21.
Tertia quatenus etiā nunc incertum eſt quid ve
87 rè ſit in debito, † Nam incertitudo eſt legit. excu-
ſatio à mora Rot. Ianuen. dec. 144. n. 17. Plot. d. §. 4.
ſub n. 71. ver. 11. non tenetur, Ond. cōſ. 30. n. 2. li. 1.
conſ. 5 . ſub n. 24 25. & 35. li. 1. Surd. dec. 179 per
tot. vbi quando nondū fuit perfecta liquidatio Se-
raph. Deciſ. 941. n. 3. vbi quando adhuc non fuit li-
quidatus valor, & maximè quando eſt imputandū
parti, vt hic D. Peregrino videtur imputandū, ſiue
conſiderata liquidatione fructuū, ex eo quia nulli-
ter facta per eū fuit, ſiue conſid. rata liquidatione
valoris, dum per inſiſtentiam ... quantiplurimi tā-
tā, & adeo indebitā cauſauit, ne adhuc hodie de va
lore inquiri potuerit, uel um liquidatum ſtabiliri ad
Rot. Ian. deciſ. 118. num. 3. Sola in d. gloſ. vnic. ſub
88 num. 5. & 6. † Vbi imputatur ei, cuius cauſa liqui
datio retardatur, & videtur augeri hæc culpa ex

eo qu[illegible] d D Peregrinus [illegible] bello non [illegible] detta
96 [illegible] detrahenda, † vnde [illegible] e mora tacitai, Peregr. de fideicom.art.49.ſub [illegible].86.in fin. Marzar.de fideicom. par.3. q.64. Guid. pap. q 4[illegible].per tot.

Quarta, quatenus ex qu[illegible] tuor frat[illegible] ibus ſolus ex [illegible] D. Hercules egit in ſolidum ad duas partes cũ
90 tantum quartam præt[illegible] ndere poſſ[illegible] † quia non intrat intereſſe quã [illegible] ; vbi plus debito petitur Plot.d.§.4 ſub num.7.verſ.decimo non tene
91 tur † nec excuſatur quis ex legitima c[illegible] uſa litigãdi pro parte ſua, vt ait Anchar. in conſ 245. per tot. præſertim ſub num.1.ſub v[illegible] rſ.ſimiliter,& num. 2. & ad Menoch.de arbitr. Iud.cap.[illegible] num.15. & in term. Guid.pap. d q 496.
92 † Denique nullitas l[illegible] dationis, & a [illegible] rom ſu la ſuffeciſſent ad [illegible] xcuſa[illegible] mora, per [illegible] lla, ff.de regul.iur. Marz.de fide[illegible] m. [illegible] onſ.[illegible]7. nume
93 ro 117 conſ.58.nu.55. † quia nullitatis exceptio eſt defenſionis ſpe[illegible] s, Afin. in Prax. Iud[illegible] §.3 t. cap [illegible] num.2. quanto ma[illegible] is [illegible] ſi [illegible] tiunctis, eiuſdem [illegible] quam v[illegible] rlar[illegible] um foret, e[illegible] ſtima[illegible] quod r [illegible] plicab[illegible] ur, ideo teneri ennuentos ad di[illegible] ctum intereſſe, quod in tantõ tempore ne obolum
94 quidem [illegible] btul [illegible] unt, † quia nec teneb[illegible] atur pendente adhuc liqui dati[illegible] ne, eaque no[illegible] perfecta ſuper p[illegible] ætenſionibus hinc inde, & ſtante cum rouer ſia ſuper omnibus, nec in aliqua mora, vel dolo con ſtituti ſunt, Neguſ.de pigno. 2.par.3.memb.5.par. princ.num.5 per tot.ſol.mihi 197. Afin.de execut. §.7.c[illegible] 82.ſub num.11.& ſeqq. Surd.deciſ.6.n.6. & ſeqq. [illegible] nded.conſ.10. ſub num.36.lib.1.
95 Certe vltra prædicta ſententia D. Bonarelli rigorem ad nimiũ incidet, quia quicquid ſi[illegible] de veritat[illegible] quæſtionis an attendat tæſtimatio inſcitia ad Afin. de[illegible] xecut.§.7.cap.216.num.11. & ſeqq. negari tam[illegible] non poteſt, quin affirmatiua fuerit ſupremis tribu[illegible] alibus exoſa, vnde contra eã tenuiſſe Senat.M[illegible] d[illegible] l.bis teſtator addit.ad Albam conſil.666.[illegible].4 verſ.primu[illegible] otio[illegible] enter, & Plot.in d.§ 4.n.69.de in lit.iurand. reliquas, licet magis rẽ peratas,[illegible] qui non potui ex num.& qualitate iuriũ prædictori[illegible] n vim mihi contra eas facientium.

Hæc qu[illegible] fecundũ caput nullitatis circa liquidationẽ va[illegible] is ad rationẽ [illegible] uãs plurimi. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Mandatum executiuum pro fructibus conſumptis non dandum, ſed pro valore, num.96.

Datur a[illegible] d valorem nõ ad fructus conſumptos, n.97

Aliud dec[illegible] are executionem, aliud mandatum executiuum concedere, num. 98.

Mandatum e[illegible] utiuum non poteſt concedi, niſi iure omnino [illegible] qu[illegible] to ſub eod.

Et cont[illegible] ll[illegible] nullum tanquam iuris ordine non ſeruato, n[illegible] 9.

Vbi Iudex de[illegible] aliquid facere cum cauſæ cognitione, & non facit, nulliter procedit ſub eod.

Ad calculum non [illegible] ucnitur, ni i præſuppoſita certitudine ſummarum, ad quam per liquidationem deuenitur, num.100.

Super [illegible] quido debet interponi ſententia, num. 101.

Maximè quando fides continent diuerſa pretia, & tempora, vnde probatio manet velata, ſub eod.

Modus probandi valorem, aut intereſſe quanti plurimi quis, remiſſiuè, num.102.

D E C I S I O XII.

Sequitur tertia cauſa nullitatis quatenus ſententia prima D. Lucæantonij [illegible] ceſſit mandatum executiuum pro fructib. molitis iam antea an-
96 ni[illegible] onſumptis, † qu[illegible] d erat imp[illegible] ſſibile, cum eſſet m[illegible] pr[illegible] val[illegible] re pr[illegible] ia eius liquidatione [illegible] ceedẽ du[illegible] n, Seraph.dec.1113.nu.fin.& dec.1168.[illegible] 6. in hæc verba.
97 † P[illegible] ſt tre[illegible] nium quo fru[illegible] ctu[illegible] præſumuntur [illegible] ſ[illegible] n datur amplius actio ad [illegible] ẽ, ſed a[illegible] pre c[illegible] [illegible] annorum d[illegible] c[illegible] ſ[illegible] ũ, qui va[illegible] e[illegible] quid. dn[illegible] & ad Abb.[illegible] n.hu. de [illegible] p[illegible] Surd.conſ.293.ſub n.12 & Grat[illegible] di
98 ſ[illegible] 1.F[illegible] nſ.d.p.2.c.243.nu.56.65. † Aliud [illegible] co[illegible] dec[illegible] re executi[illegible] nẽ, aliud mandatum executi[illegible] ſi[illegible] exe[illegible] onem actualem facti cõcedere, p[illegible] nu[illegible] ẽ [illegible] oteſt fieri a[illegible] e liquidationem, ſecund[illegible] m v[illegible] n[illegible] n pe[illegible] eſt, n[illegible] ſi pri[illegible] [illegible] dat[illegible] iure, S[illegible] ſen[illegible] onſ.89.ſ[illegible] b n.1. ve[illegible]
99 lib.3. Aret.[illegible] ſ.21.nu.4.in fin. † Et eſt n[illegible] quã n[illegible] iuris ordine, [illegible] xt[illegible] præci[illegible] & per M[illegible] n.Fr[illegible] de præſent.[illegible] p 8.q.3.n.102.103 ſub 106. 1[illegible] 21. [illegible] b145.[illegible] b 163.[illegible] b 167.& ſub 174.quia vb[illegible] liqu[illegible] l Iudex facere [illegible] bet cũ cauſę co gniti[illegible] ne,& non facit, nu[illegible] liter p[illegible] dit.l.cum [illegible] §. ſi prætor, ff.de tranſ. Anchar.in[illegible] m.calculo tu.n. conſil.330.ſub num.4.& ſub num.7.

Plus animaduertendũ putaui, ſententiam D.Bonarelli non continere liquidationẽ, ſed magi[illegible] calcu
100 lum quendam † ad quẽ tamen nunquam d[illegible] ue[illegible] tur, niſi præſuppoſita certitudine ſummarum calculandarũ, quæ ex præuia fit liquidatione, ſeu cauſæ cognitione, aut probatione Marin. Frec.d[illegible] præſent.inſtr.p.8.q.2.n.43.& ſeqq.& ad Affl.d[illegible] ſub n.3. Sola in antiq. Sabaud.decr.de min[illegible] quiſitionẽ, gl.3.ſub n.32.& ſeqq. nullibi a[illegible] huiuſmodi liquidatione antecedente apparu[illegible] re nullitas huius ſent.[illegible] alculatoriæ eſt c[illegible] ara, [illegible] br.cõſ.43.in fi.lib.1. & ad Marin. Frec.de præ[illegible]
101 inſt[illegible] p.8.q[illegible] nu.9. vbi † quod ſuper illiquido [illegible] bet interponi ſententia, & pars citari, per iura cit.q.2.n.[illegible] & plurib.nu.ſeqq. vbi late exornat & n.35.& 41. Maximè, quia fides productæ c[illegible] ntinebant diuerſa pretia, & tẽpora, vnde probat[illegible] erat relata, quo caſu præcipuè Iudicis declaratio pr[illegible] dete debebat, ad cuius precij, ſeu temporis rati[illegible] ineundi eſſent calculi, & liqu[illegible] ati eſſet firmand ad Abb. in c. verum ext.d.f[illegible] pet. vt p[illegible] Marin. d.q.2.n.21.& etiã quia non erant attẽdendę [illegible] verò erant reijciẽdæ huiuſmodi priuati[illegible] f[illegible]

Primò, vnius qui ten[illegible] n[illegible] m valoris victua[illegible] m ad ſingulos annos.

S[illegible] cundò, alt[illegible] rius vni[illegible] Mercatoris, q[illegible] libri eius producti fuerunt a[illegible] oſtende[illegible]

tum Mercator ipſe emerit, & vendiderit Canepes, & ſimilia, quia huiuſmodi probatio non eſt legitima, non enim fides fidem facit, etiam ſi eſſet officialis publici, maximè inter alios, Maſcard. de probat. concluſ. 1654. numero 4. & 5. Farinac. deciſ. 3. numero 6. Didac. Var. reſol. capit. 13. numero 6.

102 Item, quia modus probandi valorem eſt præſcriptus à lege, & Doctoribus ideſt, quod per teſtes, vel peritos, & plenius prout per DD. in l. pretia rerum, ff. ad l. Falcid. Angel. in term. quantiplurimi, & valoris corbium frumenti Bononiæ in §. ſi quis agens. ſub numero 4. verſic. capio tertium, vel numero primo in fin. inſtit. de action. Put. deciſ. 418. par. 3. Caſſan. conſ. 21. num. 61. 62. d. Lup. ad l. curabit numero 166. & ſeqq. de act. empt. Maſcard. de probat. concluſ. 658. & 660. Surd. deciſ. 27. numero 7. vbi eſſe producendas probationes in forma, & adhuc in terminis intereſſe quantiplurimi, Afflict deciſ. 316. numero 5. & ſeqq. ex quibus ſiuè vnam, ſiuè aliam ſententiam inſpicias, cauſam non fuiſſe tunc eò deductam, vel taliter liquidatá, vt executio facti deliberari poſſet, ſatis ſuperq; reſultare viſum eſt. In omnem caſum vltrà fides erat de qualitate fructuum probandum, vt congruum precium etiam per relationem ad dictas fides poſſet aptari.

Hæc quoad tertium caput nullitatis circa mandatum executiuum.

Laus Deo.

SVMMARIA.

Vnus ex pluribus hęredibus non poteſt, niſi pro ſua parte agere, num. 103.

Defectus mandati reddit iudicium nullum, numero 104.

Et non oppoſitus, num. 105.

Coniunctus, vt pro coniuncto poſſit comparere, quæ ſint neceſſaria remiſſiuè, num. 106.

Qui agit tanquam hæres, aut tanquam talis debet hoc monſtrare in actis non oretenus, num. 107.

Sententiæ nullæ nunquam tranſeunt in iudicatum, numero 108.

Nec merentur nomen ſententiæ, num. 109.

Nec executionem, num. 110.

Et poteſt appellari, non obſtante ſtatuto de præcep. fiend. & de nullitate cognoſci à Iudicibus, quibus fuit commiſſa cauſa, maximè ſi reſtitutio in integrum petita fuit, num. 111.

Sententia non dicitur liquida, quando pendet appellatio, num. 112.

Ex ſententia declarante appellationem non deuoluere nō inducitur conformitas, etiam mandato executiuo per eandem relaxato, num. 113.

Reſeruatur ius melius agendi, vel liquidandi, ne fiat præiudicium bono iuri, ſi quod ſit Agentis, n. 114.

DECISIO XIII.

103 SVpereſt quarta nullitatis cauſa, † quia cum D. Hercules non poſſet liquidationem, vel executionem prætendere, niſi pro parte ſua, & tanquá vnus ex quatuor fratribus cohæredibus fideicómiſſarijs l. 1. C. de hæredit. act. l. 1. & 2. C. ſi vnus ex pluribus hæredibus. egit tamen in ſolidum ad

104 duas quartas, nullibi cóſtito de mandato, † cuius defectus reddit Iudicium nullum, quandocunque fuerit oppoſitus l. licet, C. de procurat. latè Vant. de nullitat. ex defect. mand. num. 59 & ſeqq. & præ-

105 ſertim ſub num. 63. † & etiam ſi non fuiſſet oppoſitus, Iudex ſupplere poteſt Amat. deciſ. March.

106 21. num. 79 80. † nec de aliqua cautione præſtita, & alijs ſeruandis ad hoc, vt coniunctus pro coniuncto admitti poſſet iuxta ſtatutum Bononien. ſub Rubr. de eo qui. vener. ad def. al. alic. nec etiam apparet quod alicuius eorum fortè prædefunctorum fuerit hæres, & quod tanquam talis

107 cóparuerit † oportebat autem de his cóſtare ěx actis, non autem oretenus tantú ex Ruin. conſ. 102. num. 4. in fin. lib. 5. Bart. in conſ. 90. dilecto Domino num. 13. vol. 1. Menoch. conſ. 75. nu 101. lib. 1. conſ. 301. nu. 3. lib. 4. & Surd. deciſ. 104. nu. 1. & 2.

Inter tot capita nullitatum nullam rationem habendam putaui, adeo vociferatæ pro parte Domini Peregrini ſententiarum, ſeu rerum iudicatarú

108 multiplicitatis, † quia reſpódetur, quod ſentétiæ nullæ, & iniuſtę nunquam tranſeunt in rem iudicatam l. eaquę, C. quomod. & quando Iudex. Onded.

109 conſ. 79. n. 4. lib. 2. † Nec merentur nomen ſenté

110 tiæ, l. 4. §. condénatú, & ibi DD. ff. de reiud. † Nec executioné, Alex. conſ. 104. n. 1. lib. 4. & ſub nu. 15. quicquid D. Peregrinus in inform. incip amplectédo n. 4. & ſeqq. & ſub n. 9. & in alia incip. rem notoriè num. 6 7. & 8. dixerit, à duabus ſententijs primis contra tertios, & Parauianam latis non licuiſſe appellare, vel de nullitate etiam notoria dicere, ná

111 † ſub d. nu. 9. allegat ſtatutum in Rub. de præceptis fien. in Conſcl. §. item dicimus, quod tamen non facit ad rem, quia vt patet ex §. eo autem antecedenti, ad quem ſe refert, loquitur ſtatutum de contradictore meliora iura prætendente, ſeu de cóncurſu creditorú, nos ſumus in mero tertio poſſeſſore ſe defendente in ſua poſſeſſione, præterea allegat alios, & præſertim Surd. in conſ. 405. nu. 15. & ſeqq. lib. 3. qui tamen, nec ad rem facit, quia loquitur in mero exequutore, nos autem ſumus in iudicibus appellationis ex commiſſione, qui poſſunt in vim interpoſitæ appellationis ſententiá retractare, vt ex eodem Surd deciſ. 175. ſub num. 10. & 11. Cęphal. conſ. 180. num. 17. & ſeqq. lib 2. vbi id multò magis procedere dicit, quádo vt in caſu noſtro, reſtitutio in integrum fuit petita, & obtenta, nam

112 † & aliàs ſententia non dicitur, liquida, ita quod exequi poſſit, quando péder appellatio Marin. Frec. de præſent. inſtrum. par. 8. quæſtio. 1. numero 23. & in Rota noſtra in vna Marij de Michelinis reuocatæ fuerunt plures ſententiæ, etiam non obſtá-

te breui Apoſtolico eum clauſula patito Iudieato.

Secundò, Reſpondetur præſuppoſitum ceſſare, vbi idem vitium nunquam ſanatum fuit ad ſupra num. 39. vt in pręſenti caſu.

Tertiò, Reſpondetur negando aſſumptũ, quia quoad condemnationem fructuum, qui veriſimiliter percipi potuerunt, vnica tantum adeſt ſententia D. Elefantuzzij, & quoad liquidationem valoris quantiplurimi, in quo ſtat hodie pondus totius ferè cauſæ, non adeſt alia ſentẽtia, quam vna D. Bo
113 narelli, † quia ſequens D. Martinelli declarando appellationem non deuoluiſſe, nec deuoluere nõ fecit conformitatem, etiam ſi mandatum executiuũ relaxauerit, vt benè per Menoch. conſ. 345. ſub numero 55. 56. lib. 4. de alijs enim ſententijs latis contra tertios, plures ſtare pro eis euidens eſt, quia duabus primis demptis fauorabilibus D. Peregrino, duę mox ſequentes fuerunt pro nullitate, tertia D. Fontanæ reformauit, ita quod D. Peregrinus ab hac appellauerit, & tertij bis, ille verò ter fuerit appellans, & eſt pręterea votum vnum excell. D. Raimundi pro nullitate ſimpliciter.

Quare non aliter votari poſſe putaui quam producta nullitate eum condemnatione D. Peregrini in expenſis per iura in ſequenti deciſione ſub finem afferenda, & hęc quoad Parauianam, & Bur-
114 donum principales † reſeruato tamẽ iure melius agendi, vel liquidandi excell. D. Peregrino in alio iudicio per l. Bebius, in fi. ff. de pact. dotal. d. Cabal. conſ. ciu. 120. num. 2. tom. 2. Ex quibus ſaluo, &c. Et ita fuit poſtea ſecundum meum hoc votum ordinatum, vt infra in calce ſeq. deciſ.

Laus Deo.

S V M M A R I A.

Sententiæ latæ contra principales in actione perſonali nõ ſunt exequendæ contra tertios ſine nouo proceſſu, numero 1. & 3.

Nec ex tenuta fuit translata poſſeſſio, nec ius retentionis competit, num. 4.

Niſi alienatio facta ſit in fraudem paratæ executionis, num. 4.

Dolus eſt probandus per actorem ſub eod.

Tertij ſunt audiendi, quia poſſunt opponere omnes exceptiones, & nullitates, quas, & ipſimet principales num. 5.

Non obſtat ſtatutum de præceptis fiendis, quòd declaratur, num. 6.

Nec ſtatutum de eo, qui alien. ſeu poſſed. & c. quod pariter declaratur, num. 7.

Nec ſtatutum de inſtrum. & Laud. execut. quia Reſpondetur, num. 8.

Nec ſtatutũ de vocat. in iur. & non venient, quod etiam declaratur, num. 9.

Statuta concedentia executionem ſententijs, intelliguntur de validis, non de inualidis, num. 10.

Sententiæ nõ poſſunt dici liquidæ, ſi poſſibile eſt aliquam poſſe opponi exceptionem, num. 11.

Sententiæ non liquidæ non poſſunt executioni demandari, num. 12.

Fructus in fideicommiſſo à die litis conteſtatæ debiti, numero 13.

Melioramentorum cum fructibus debet fieri pro rata compenſatio, num. 14.

Singulæ culpæ faciant, quod ſententia cum alijs lata non noceat ijs, quibus aliàs nocere poſſit tantò magis ſimul vnitæ, num. 15.

Si aliqua culpa adſit, num. 16.

Si negligentia, num. 17.

Si contumacia, num. 18.

Si imprudentia, num. 19.

Si inhabilitas, num. 20.

Iudex non poteſt ad iudicium habilitare, num. 21.

Si indefenſio, propter quam acta contra minorem ſunt nulla, num. 22.

Sententia aliàs nocibilis non nocet, vbi aliqua eſt ex prædictis culpis, num. 23.

Regulæ ſtandum donec ſpecialis diſpoſitio in contrarium non appareat, num. 24.

Mitius agendum eſt cum tertijs, quia agunt de damno vitando, & alieno morbo laborant, num. 25.

Excuſatur quis à mora eo eo, quia ſcire non poterat, niſi ex omnium calculatione, num. 26.

Si liquida ſint malè calculata non eſt ſententia exequenda, ſed dandus terminus opponenti, ad docendum de errore, num. 27.

In expenſis condemnandus eſt, qui dedit cauſam nullitatibus, & inutilibus expenſis, num. 28.

Qui fuit cauſa tardatæ productionis, num. 29.

Qui minus legitimè comparuit non edocto, ſe talem eſſe in expenſis, & damnis condemnandus eſt, num. 30.

D E C I S I O XIV.

CEnſui tenutam in bonis Illuſt. D. Muſſotti, & Pinciarij captam per excell. D. Peregrinum
1 nullam, & inualidam eſſe, † quia non poterat in vim ſententiarum contra principales prætenſos debitores latarum tecta, & ſine nouo proceſſu fieri executio contra tertios pro quantitate pretij fructuum, de qua in actis, quia ſumus in actione perſonali, vt admittit D. Peregrinus in inform. incip. amplectendo, n. 2. in qua opus eſt reſciſſoria, vt de cõmuni opinione teſtatur Oſaſc. deciſ. 65. ſub nu. 4. per tot. & 5. & in term. tenutæ Rol. conſ. 5. nu. 8. &
2 9. lib. 2. † in tantum quod nec quidẽ poſſeſſio amiſſa fuerit, nec poſſit prætendi retenſio iure pignoris vel hypothecæ, cum poſſeſſores ſemper permanſerint in poſſeſſione, vt declarat ibid. Rol. n. 21. & 22. Quicquid aliter ſcripſerit D. Peregrinus in d. informat. num. 2. ex Bald. in l. ob maritorum, Cod. ne vxor pro marito, num. 8. & in l. executorem, n. 27. C. de execut. rei iudic. Caſtr. in l. à diuo Pio, §. ſi ſuper rebus ſub numero 8. verſ. prædicta, ff. de re iudic. Cyn. in l. 1. C. de alienat. iud. mut. cauſ. fact. nu-
3 mero 11. & Surd. in conſ. 405. num. 10. † quia magis communis opinio eſt, vt indiſtinctè opus ſit reſciſſoria, & nouo proceſſu vt probant Oſaſ. & Rol. & ipſemet Surd. in dec. 256. Vbi prædictos, & alios
4 infinitos recenſet de Cõmuni atteſtantes, † & præterea pręcitati exaduersò loquuntur, vbi alienatio

facta

facta fuit in fraudem paratæ executionis, quod non
eſt in caſu noſtro, vel vbi alienatio facta fuit cum
dolo, qui erat probandus, vt patet præciſè ex Caſt.
præcit. qui tamen non fuit probatus, & ſic retor-
quetur.

5 † Quare erant, & ſunt audiendi dicti tertij, &
cum nono proceſſu, cum poſſint opponere omnes
illas exceptiones, quas potuiſſent opponere, & pro
ſequi ipſi principales, Menoch. conſil. 1187. nu. 16.
& ſeqq. lib. 12. & nullitates, idem Menoch. conſilio
487. ſub num. 141. lib. 5. & in term. tertij conuenti
ex ſententia contra minorem indefenſum lata Sur-
dus deciſ. 108. n. 15. 16.

Non obſtant ſtatuta infraſcripta adducta tam ab
ipſomet D. Peregrino in d. informatione amplectẽ
do ſub num. 2. quam ab Excellent. Domino Sem-
pronio in ſua deciſione Incip. executionem relaxa-
ram verſ. 2. moti fuimus, & verſ. ſeqq. & in alia in-
cip. quoad relationem verſ. 2. quia.

6 † Et primò, quidem ſtatutum ſub Rub. de præ-
ceptis facien. in confeſſ. & conuict. §. & ſiquę debi-
ta. iunctis ſequentibus. §. in realibus autem, & §. ſi
verò deſierit, quia dicti loci, ſi benè inſpiciantur,
vel loquuntur in alienationibus nominum debito-
ris, vt in d. §. ſiquę debita, vel loquuntur in actioni-
bus realibus, vt in d. §. in realibus autem, vel vbi
generaliter loquuntur, amplectuntur tantum alie-
nationes ſequutas ab eo tempore, quoque, ſiuè per
ſententiam, ſiuè per confeſſionem etiam conui-
ctus, vt patet in d. §. ſique debita ſub eis, & in eo,
quod non verificatur in caſu noſtro, vbi nec cõfeſ-
ſio vlla adeſt, nec ſententia, quæ per tranſitum in
rem iudicatam conuiciſſe dicatur.

7 † Nec etiam ſecundo loco aliud ſtatutum ſub
Rubr. de eo, qui alienau. ſeu poſſider. deſier. quia il-
lud procedit in iuribus perſonalibus ad ſpeciẽ cer-
tam, non autem ad quantitatem, in qua nos verſa-
mur, vt ait Gloſs. Monter. ad Rubr. eiuſd. tit. col. 2.
ante fin. ſub verſ. his omnibus, & in gloſſ. ad tex. in
verſ. eo, quia.

8 † Nec etiam tertio loco aliud ſtatutum ſub Rub.
de Inſtrum. & Laud. execut. §. & ſi quia nomina,
quia loquitur tantum in nominibus debitorum.

9 † Nec demum, & quarto loco aliud ſtatutum de
vocat. in Iur. & non venient. §. præterea dicimus,
quia vltrà, quod ſe reſtringit ad rem, vel ſpeciẽ ibi,
vel mixta ad rem, vel ſpeciem, loquitur in contu-
mace alienante, declarando eius alienationem nul-
lam, à quibus terminis longè abeſt caſus no-
ſter.

Verùm etiam alia ratione præfata ſtatuta non
poſſent locum ſibi vendicare in præſenti caſu, quia
ex latè deductis in præcedenti voto conſtat de nul-
10 litate, vel iniuſtitia ſententiarum, & actorũ. † ſtatu
ta autem executionem concedentia ſententijs, in-
telliguntur de ſententijs validis, non de ſententijs
inualidis, & nullis l. 4. §. condemnatum, & ibi Bart.
Caſtr. & alij. ff. de re Iud. latè etiam Roman. conſil.
67. per tot. Felin. in cap. ex tenore, num. 4. & ſeqq.
ext. de reſcript. Surd. ipſe in conſil. 405. num. primo
iuncto num. 7. dum ad euitandum hunc ſcopulum

conatur defendere ſententiam in caſu ſuo eſſe, vt
ipſe ait, iuſtiſſimã, qui propterea citatus, vt ſupra,
à parte etiam retorquetur.

Item adeſt alia ratio, quia conſtitit ex latè dedu-
ctis in eodem voto, ſententias nondum eſſe liqui-
11 das † prout nõ poſſunt dici liquidæ ſi poſſibile eſt,
aliquam poſſe opponi exceptionem, cum hic plures
deductæ ſint ex Marin. Freccia de præſentat. Inſtr.
12 par. 7. num. 4. † ſententiæ autem non liquidæ non
poſſunt executioni demandari, nequidem contra
ipſoſmet principales condemnatos. Bald. in l. 1. &
ibi Angel. C. de edend. cum alijs citat. in dict. tit. de
præſent. Inſtr. par. 8. quæſt. 3. num. 103. multò mi-
nus contra alios, non condemnatos, nec compræ-
henſos.

Item ex alia ratione, quia multi defectus appa-
rent ex parte principalium debitorum in actis cum
eis factis. Primò deſeri appellationes permiſerunt,
ab ea nempe ſententia, per quam fructus, qui per-
cipi potuiſſent declarati erant, & à diè motæ litis,
13 † cum potuiſſet tantum à die litis conteſtatæ, vt
in terminis Viu. deciſ. 262. num. 26. & ſeqq. Raud.
deciſ. Piſ. 25. num. 61. & ſeqq. & num. 70. parte 1.
Cornaz. deciſ. Lucan. 122. num. 55. & ab alijs etiã.
Item ex ſententia D. Lucæ Antonij poterat melio-
ramentorum ad fauorem principalium fieri liqui-
14 datio, † vnde compenſatio cum prætenſionibus
D. Peregrini fieri potuiſſet pro rata iuxta deciſ. ſe-
nat. Pedem. apud ſolam in tit. de Cenſ. ſolut. par. 4.
gloſſ. vnic. in fin. ad antiq. Sabaud. decret. Seraph.
deciſione 1168. numero ſexto, & tamen omiſſa
ſunt.

Item ex non defenſa cauſa liquidationis, tot. ex
capitibus defendibili, de quibus in præcedenti vo-
to, Item ex omiſſa proſequutione appellationis à
ſententia quanti plurimi D. Bonarelli, vnde ſuc-
ceſſit poſterior, appellationem non deuoluiſſe, &
ex alijs multis ſimilibus defectibus, ſiuè per negli-
gentiam, ſiuè per imprudentiam, ſiuè per contu-
maciam ſiuè alia ex cauſa tranſactis ex parte dicto
15 rum principalium, † quæ vel ſingula, & multò ma
gis in vnum, conſpirantia ſufficerent, vt ſenten-
16 tię contra principales latæ non noceant tertijs, † vt
ſi fuerit aliqua culpa principalium eſt in l. ex con-
17 tractu. 44. in ſi ff. de re Iudic. † ſi per negligentiam
l. ſi ſeruus plurium. § 55. §. 1. ff. de leg. 1. l. principa-
18 liter. 19. C. de liberali. cauſ. † vel ſi contumacia,
Marſil. ſingul. 4. Grauet. conſ. 989. ſub numero 10.
19 † Immò ſi vel imprudentia ſola l. ſi per impruden
tiam. §. 1. ff. de euiction. latè de his omnibus in ſpe-
cie noſtra Peregr. de fideicom. art. fin. num. 57. &
ſeqq. & in tract. meo reſolut. feudar. tit. de re Iud.
vbi fusè in omni materia de ſententia inter alios la
ta quando, & quomodo alijs noceat, vel etiam pro-
20 ſit, aut non † quid ſi inhabilitas? vt hic cum minor
citatus fuerit in liquidatione fructuum, cuius tanta
21 eſt inhabilitas, vt † nec Iudex ipſe poſſit cum ha-
bilitare ad Iudicium, vt ait Surd. in deci. 108. n. 16.
& latè per Vant. de nullit. ex defect. mand. num. 38.
22 † quid ſi etiam indefenſio? propter quam omnia
acta contra minorem fieri nulla in compertо eſt l.
cum,

cum,& minores C.ſi aduerſ.rem iudic.l.acta.§.fin.
& ibi D D.ff.de re iudic.
Quare,cum non noceat ſententia tertijs contra
principales lata,ſequitur neceſſariò,nec dicta ſta
23 tuta intrare,nec afficere in caſu noſtro, † per regu
lam quod ſententia alias nocibilis nõ nocet in præ-
dictis caſibus,& in terminis calculorum dixit Sur-
dus. deciſ. 256. numero 14. & ſub num. 17. verſ.
non etiam in fine,nec eſt diſtinguendum, an ex ſta
tuto eſſet nocibilis an aliunde,quia regula eſt gene-
24 ralis, † cui ſtandum eſt, ſi de ſpeciali diſpoſitione
in contrarium non appareat, Bald. in l. ſi tutor. ad
fin. C.de ſer.pignor.dato. D.Moror.reſpon.1.num.
21. 22.
25 † Accedat quod, mitius agendum eſſe cũ ter-
tijs, communiter traditur, quia tractant de dam-
no vitando, & alieno morbo laborant Salyc.in tra-
cta.de Mora q.2.princip.num.37.Oded. conſ.50.
26 num.24.25.& ſub 26.lib. 1.† vbi excuſat tertios,
à mora,& intereſſe,eoquia ſcire non poterant, niſi
ex omnium calculatione, quid ſoluendum foret,
quod ſanè verificatur in præſentiarum, vbi nihil
adhuc certi habetur, & ad Gabr.etiam in term.ter
tij conſil.43.num.45.& ſeqq.lib.1. vbi executionẽ
dandam non eſſe.
Profectò hæc mea fuit ſemper ſententia, vt non
poſſet ſic ex abrupto contra dictos tertios deueni-
ri pro executione ſententiarum contra principa-
les latarum,& reſiſtea re iure communi,& non in-
trantibus allegatis ſtatutis,vt oſtenſum eſt,nec etiã
debuiſſet ſtantibus tot cauſis nullitatum errorum,
& inconuenientium manu,quod aiunt,palpatis,ad
Laneellot.de attent.lit.pend. par.2.cap.4.limit.28.
27 in fin.† vbi ſi liquida eſſent malè calculata, & à
parte allegaretur error eſſet audienda, & dandus
terminus ad docendum de errore, quantò magis
hic, vbi ſumus in probatis nun in probandis.
Ab expenſis autem, & damnis quomodo excu-
ſari poſſet Excellentiſſimus D. Peregrinus non vi-
28 di cum teneretur ad ea,† & ex eo, quod hiſce nul-
litatibus, & inutilibus expenſis cauſam dederit A-
fin.de execut.§.3.c.74.num.12. Cagnol.in l. quod
quis,num.2.ff.de regul. iur. D. Sola. lib. 3. decret.
Sabaud. de legit. perſo.in Iudic. gloſſ.2. num.1. &
29 2. † & ex eo,quod de tarda productione dictę re-
lationis periti fuit dictum ſupra in verſ. vlterius.
30 ſub num.18,& ſeqq. † & ex eo denique,quod mi-
nus legitimè egit, pluſquam ſibi deberetur peten-
do, & pro alijs,de mandato, vel ſe talem eſſe non
edocto,quo caſu eſſe locum non ſolum expenſarũ,
ſed,etiam damnorum refectioni, ait Sol. mox cita-
tus,& Vant.de nullit.ex defect. mand. num.66. ex
Butr. Bartol. Alex. & alijs per eum citatis, &c. Ex
quibus, &c. ſalno, &c. Laus Deo, &c.

Re coram Illuſtr. D. Legato delata, Illuſtriſsi-
moq. Vicelegato commiſſa ad referendum multis iam menſibus, viſaque per Illuſtr. hac deciſione executio obtineri non potuit, non obſtantibus conatibus quam maximis mote ſuo Excellentiſs. D. I. C. Peregrini.

Imò verò cauſa fuit commiſſa Excell. D. Gerio cum voto Excell. D. Quaini, qui quoad liquidationem melioramentorum audiat,& procedat, prout de iure tanquam in prima, & iuſtitiam faciat, & quod fiat, quoad penſiones domnum, & quoad fructus poſſeſſionis quarti, & quoad reliqua totalis liquidatio cum reductione, tam crediti, quam debiti vtriuſque partis ad certam librarum Bonon. ſummam, nec non ad executionem procedat, & hæc vltrà alia decidenda per præfat. Excellent. Iudices,& in præſenti noſtro ſatis latè tacta, & diſcuſſa, ſub eadem commiſſione compræhenſa, mox re delata ad ſignaturam venit decretum commiſſionis cauſæ Reuerend. D. Vicario Archiepiſcopali. Cum clauſula ſi ſint conformes exequatur ſin minus,&c. Idem in effectu, vt ſupra.

S V M M A R I A.

Sententia nulla, & notoriè iniuſta non eſt exequenda. num. 1.

Et iudex etiam ex officio debet deſiſtere ab executione. num. 2.

Laudum nullum non meretur executionem. numero 3.

Sententia eſt concipienda in perſonam principalis, non acceſſoriè comparentis, nu. 4.

Declara, vt num. 23.

Per ratificationem geſtorum acta ab initio inualida conualidantur, nu. 5.

Quod meo nomine geſtum non eſt, ratum habere non poſſum, num. 6.

Si qualis, qualis petitio danda ſit ex ſtatuto, clauſula ſola facti veritate inſpecta ab ea non ſaluat, numero 7.

Alioqui fieret fraus ſtatuto, & pacto, nu. 12. & 13.

Non eſt plus in copia, quam in originali, nu. 8.

Quod ex vi clauſularum ſalutarium poſſit inchoari ab articulis, intelligitur, dummodo in articulis clarè exprimatur prætenſio, nu. 9.

Generica reproductio non dicitur clara, vel ſpecifica, numero 10.

Et ob id generalis petitio non admittitur, n. 11.

Parti eſt danda copia, vt deliberare poſſit, vtrum cedere, vel contendere velit. num. 13.

Reproductio petitionis dicitur continuata non noua, numero 14.

Et quæ debet regulari ad modum principalis iudicij, non ex ſemetipſo pendere, n. 15.

Declara, vt ſit noua, quando accedens venit principaliter non acceſſoriè, nu. 27.

Procurator in iudicio principali non poteſt interuenire in executione ſine nouo mandato, n. 16.

Fal. niſi fuerit conſtitutus procurator vſq. ad executionẽ incluſiuè. nu. 28.

Ingreſſus, & profeſſus religionum cenſetur mortuus ciuiliter, nu. 17.

Morte ciuili finitur mandatum, nu. 18.

Fal. niſi res deſierit eſſe integra per litis conteſtationem, num. 29. 30.

Et quando mandans ſatis dedit de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, nu. 31.

Bona

Bona acquiſita poſt defunctum, eiuſdem fuiſſe dici nõ poſſunt, nu. 19.

Fal. niſi fuerint quæſita de ordine, & re defuncti, quia dicuntur hæreditaria, & cedant fideicommiſſo, & alienata reuocantur n. 32. 33. & 36.

Sublimita, vt nu. 34.

Emptum de pecunia hæreditaria non dicitur hæreditarium, nec cadit in fideicommiſſi reſtitutionem, nec agitur contra tertium, nu. 20.

Fal. vt num. 34.

Defectus iuris agentis reddit ſententiam nullum, & iniuſtam etiam ſi non fuerit exceptum, nu. 21.

Sententiæ, quæ tranſiuit in iudicatum executio eſt relaxanda, nu. 22.

Duo creditores contendentes de hypothecâ eiuſdem rei, dicuntur principaliter iudicio adeſſe, n. 24.

Certum id dicitur, de quo conſtat per relationẽ ad aliud. num. 25.

Tertius poteſt quandocunq. comparere, & cauſam defendere, nu. 26.

Alex. reprobatur, ſub nu. 34.

Etiam in particularibus poteſt quid ſpecificè loco alterius ſubrogari, nu. 35.

DECISIO XV.

CONtra executionem ſententiæ de immittẽdo Illuſtr. DD. Vliſſem iuniorem, & Brandeliſiũ in poſſeſſionem torn. 67. terræ, de quibus in actis, & de alijs de quibus in dicta ſententiæ, petitam à prædictis DD. Vliſſe & Brandeliſio fratribus de Go
1 zadinis, oppoſitum fuit eam denegandam, † quod dicta ſententia eſſet nulla, & notoriè iniuſta, ad Gabo conſil. 43. ſub num. 47. lib. 1. Surd. conſ. 379. nu.
2 32. † Vbi, quod Iudex etiam ex officio poteſt deſiſtere ab executione, & ad alia, vt in dec. noſt. ſupra
3 13. num. 108. & ſeqq. † ſicut nec laudum nullum non meretur executionem, vt in dec. Luc. 53. n. 16. & ſeqq.

Nullitas autem adducebatur ex eo, quod ſententia fuerit concepta in perſonam, etiam D. Vliſſis,
4 cauſam, & d. D. Brandeliſium, defendentis, † cum tamen non in eius perſonam, ſed in perſonam principalis fuiſſet concipienda, Bal. in l. liberto. §. fin. ff. de nego. geſt. Imo. in l. à ſententia. num. 1. verſ. ſi autem comparet pendente, ff. de appell. Natt. conſilio 630. ſub nu. 3. & nu. 4.

Nec obſtare, quod proceſſus ex mandato eiuſdẽ D. Vliſſis ſuperueniente in perſonam D. Brandeliſij cum ratificatione geſtorum fuerit poſtea vtrinſq. nomine formatus, & inſtructus, ad l. licet. ff. de Iudic. l. fi. C. ad Maced. & ad Vant. tit. quib. mod. ſent.
5 nul. def. poſs. num. 101. † Vbi omnia acta ab initio inualidè ſubſecuta conualidatur. Quia omnia acta antecedentia erant facta tantum ſub nomine d. Brã
6 vt mox dicetur, † ergo eadem exceptio ſpolij competet, & ipſi Ceſſionario, gl. in term. ſpolij in l. licet. C. de excep. Et ib. Bald. in fi. & idem Bald. in conſil. 309. in fi. lib. 3. Men. pulchrè in conſ. 758. à num. 1. vſq. ad nu. 9. incluſiuè. Vbi cumulat iura, quib. vtitur Ceſſionarius perinde, ac faceret ipſemet cedẽs.

Et conſtare dicebatur de ſpolio, quia Maſſarius, & homines conſilij in ſuis ſtatutis non habent aliquam facultatem priuãdi ab officio, ſed ſpectat ad ſuperiorem, qui cognouit de delicto, & debuerat ẽr
7 ſententiare ſuper priuatione officij, † nam licet infamia repellat quem à dignitatibus habẽdis, vt no.
8 in l. infamibus C. de dign. † non tamen repellit à dignitatibus quæſitis, niſi dicatur in ſentẽtia. ita not. Bal. in l. C. de hær. inſt. Gul. de Cun in l. cunctos populos. n. 5. & ibi apoſt. in verſ. à dignitate C. de ſum. trin. & fid. Cath. cum plurib. alijs relatis in addit. ad Dyn. in cap. infamibus. in add. incip. Adde quod voluit. verſ. Aduerte. de reg. iur. in 6.

9 † Et quicquid poſſint vniuerſitates ordinare, & ſtatuere, tamen id procedit in ijs, quæ in beneficiũ, & pro regimine vniuerſitatis neceſſaria ſunt, ſecus in alijs, vt declarat Vinc. de Frãc. in dec. 2. ſub n. 33. reſpondendo ad obiectum traditum n. 30. Et magis in ſpecie facit, quod idẽ Franc. ſub n. 33. ex Bar.
10 in l. fi. ff. de Colleg. illic. n. 20. † dicit quod illis de collegio non licet facere aliquid, per quod alijs præiudicetur, vt eſſet in caſu, de quo agitur. Et quod dicit
11 Bart. d. n. 20. † quod vniuerſitates poſſunt facere ſtatuta ſuper ijs, quę pertinent ad artem ſuam, non ſuper alijs, &c. & vt ibi per eum.
12 † In omnem caſum non poterat ſic de facto priuatio fieri, debebat citatio partis, & probatio delicti procedere, aliàs intrat ſpolium. Rot. Rom. in nouis. 1087. p. 3. dec. 118. inter relat. à ſtatil. de ſalu.
13 interd. & alia dec. 72. n. 3. † Imò non per ſeſe poterat id facere, ſed erat adeundus ſuperior Iudex cõpetens. vt in ſimili quando agitur de remouẽdo aliquo putà Syndico tanquam ſuſpecto, ponit Crau. conſ. 132. ſub nu. 8. & 9.
14 Non releuante ſententia prætenſa, † tũ quia eſt res inter alios acta, quæ alijs non pręiudicat tot. tit. res int. alios act. &c. l. ſępè ff. de re iud. tum quia ea non comprehendit in ſpecie dictam priuationẽ ab officio, vt, ad hoc quod afficeret, neceſſe erat, iuxta
15 ſup n. 8. Tum demum, quia ipſa de per ſe ſine actis exhibitis non probat Maſcat. de prob. concl. 1383. n. 17. Gab. tit. de ſent. li. 2. concl. 4. n. 3. Barz. dec 37.
16 n. 4. & 5. ſtat. int. dict. dec. 28. n. 12 & 13. † Vbi quod ſententia ſine actis non probat, niſi in antiquis ex Caſtad. dec. 3. de prob. ego de interp. inueſt. c. 3. p. 1. obſ. 3. ſign. 3. ſub n. 53. 54.
17 † Vnde ſuccederet, quod in primis, & ante oĩa ſpolium eſſet purgandum, ita ut contraria pars niſi eo integrè vſq. ad obolum purgato, non eſſet audienda tex. in c. conquęrente. de reſt. ſpol. Gabr. de reſt. ſpol. li. 6. concl. 5. Surd. plenè conſ. 166. per tot. & conſ. 189. n. 26. 27. Meno. conſ. 758. n. 11. & ſeq. lib. 8. conſ. 1002. n. 44. lib. 11. cõſ. 847. n. 1. & ſeq. li. 9.
18 † etiam ad fauorem Ceſſionarij, ſiuè tanquam talis, & nomine cedentis, vt in term. Men. d. cõſ. 758. à n. 10. vſq. in fi. lib. 8. ſiue etiam nomine proprio,
19 quatenus non admittitur, † & non admiſſus etiam ſpoliari dicitur, Alex. conſ. 133. n. fi. lib. 1.

Et licet ſuia plenè, & integrè non reſtituerit d. Chriſtoph. Reſtituit tamen cum temperamẽto tali, quo fuit vtriq. conſultum, & ei, cui .ſ. Ioanni de Medic. fuerat datus locus, dum fuit in eo confirmatus, & eidem Chriſtoph. dum de loco vacaturo fuit
20 ei prouiſum, † nam recipienda eſt prouiſio, per quã vtriq. parti cõſulitur noſtra dec. Luc. 21. n. 19. Flor.
21 1. nu. 81. † ſic dicimus quod in ambiguis media via eſt eligenda dec. Flor. 12. num. 23.
22 † Pręſertim quia aliàs iam erat admiſſus, vnde multa facta tenẽt, quę fieri prohibẽtur. l. pat. ref. furioſo ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. ne dedecus ei eſ-
23 ſet, † quia turpius eijcitur, quam nõ admittitur hoſpes dec. Flor. 24. n. 36. Et multò magis quia Illuſt. Legat. iam manũ appoſuerat, dũ electionẽ eã cõfir-
24 mauerat, † vnde cautius agẽdum erat, & maiori cũ circumſpectione ob reuerentiam, & honorẽ Princi-
25 pis, Inn. in c. cum parati. de appel. † cuius authoritas ſp cenſetur excepta c. veniẽtes. de iureiur. l. fi. in
26 prin. ff. de adm. tut. † facit quod aiunt laycos cęteris

magis

magis conſueuere parere principi ſuo ſeculari, vo-
canri laicum ad aliquod munus, quàm Epiſcopo,
& alia relata per Alex.in conſ.124.num.3.lib.1.hic
autem eſt primo confirmario Illuſtriſs. Legati, &
deinde alia in cótradictorio Illuſtriſs. Vicelegati im
ponentis dicto Chriſtophoro perpetuum ſilētium,
quę licet videatur ſuſpenſa propter recurſum eiuſ-
dem; Tamen apud Iudicem non parum potuiſſe
debuit hiſce vijs mentem Illuſtriſſimorum pene-
traſſe, & cui inſeruiendum foret, Non expectata
27 iuſſiune Principis, † quia nutus, & rogationes do-
mini, & Principis præcepta ſunt, vt dixit gloſ in l.
1.in princ. in ver. quemadmodum, ff. Quod iuſſu.
vbi Paul.de Caſtr. Bald. in l.ſi mandator. C. quod
cum eo.&c. Iſern. in §.ſi quis miles,num.1.in fine.
de feu.ſine culpa non amitt. refert & ſequitur Ale-
xan.in d.conſ.124. num.4. & ibi alios addit addit.
in ver.iuſſu.lit.d. lib.1.

Et dictum temperamentum, vt in dicta ſenten-
tia, eſſet nocibile ſolum ipſi Chriſtophoro, qui cū
ſtatim fuiſſet reſtituendus nec fuit reſtitutus, ſed
dilatum ei beneficium in futuram occaſionem, &
ipſe contentatus de hoc eſt; Non potuit Syndicus
ei opponere ſtatutum, de quo infra num.43. quia
vt non fuiſſet locus ſi fuiſſet Chriſtophorus plenè
ex nunc reſtitutus; tantò minus erit, vel eidem, vel
querelę Syndici locus in altero caſu, in quo longè
28 minus damnum ſocietatis verſetur, † neque enim
cui,quod plus eſt licet,non debet,quod minus eſt,
29 non licere;l.non debet.ff.de reg.iur. † & actus nul
litas ab eo ſolo poteſt allegare ad cuiusfauorem ſtat
nullitas, vt hic dicti Chriſtophori, non alterius, vt
putà Societatis aduerſariæ, Surd.dec.179.num.17
18.& in conſil.1.num.84.& pluribus ſeqq. libro 1.
30 † Nec poteſt allegari ab eo, qui eius eſt cauſa Me-
noch.conſ.366.num.33.lib.4.ex facto enim Socie-
tatis prouenit,ne Chriſtophorus, vt nunc admitte-
retur,propter alterum ab eadem iam admiſſum,&
31 in conſ.367.num.15.& ſeqq.eod.lib. † & eſt gene
rale, quod ſi nullitas aliquo caſu inducatur, ea ita
demum procedat,ſi alteri parti placuerit,& annul-
latio; & quod nullitas non poteſt allegari à tertio,
& quod vbi res concernit fauorē determinatæ per
ſonæ, tunc ſuperueniente illius conſenſu actus con
ualidetur,vt plenè Surd.dec.70.nu.25.& 26. Hæc
ſententia ſi nulla,aut iniuſta fuit, id fuit, quia plenè
non reſtituit,locum ad tempus diſtulit,hoc erat dā
noſum ipſi Chriſtophoro, qui tamen acquieuit, &
ex ſuperuenientia occaſionis ex obitu vnius de col-
legio ſententiæ prædictæ executionem implorauit,
ideoq; eam qualis qualis eſſet per proprium cōſen
ſum ratificauit: malè ergo ſocietas ipſa uidetur tra
here ad ſe exceptionem nullitatis, aut iniuſtitiæ di-
ctæ ſententiæ, quaſi contra formam ſtatuti de quo
32 mox, † quia in præſentiarum, vbi agitur de ſpolio,
non facit ad propoſitum, cum eius allegatio magis
conferat ad merita petitorij, quam ad præſentem
33 ſpolij exceptionem,† quam,vel ipſum litis ingreſ-
ſum impedire notum eſt, Menoch.d.concluſ.847.
num.2.lib.9. cum alijs citat.ſupra num.17, 18.19.
& præterea ſtatutum loquitur in loco vacante: nos
ſumus in loco non vacante reſignato, ſeu certo:
34 † Quare ex diuerſis non infertur l.Papinian.exuli
ff.de minor. quæ licita eſt ex eiſdemmet ſtatutis.

Demum videtur bene fuiſſe iudicatum,etiā ex
35 alio, † quia in hac rerum dubietate, & perplexita-
te potuit d.Iudex, à quo ſequi benigniorem partē,
& æquiorem, Men.conſ.96. num.26.lib.1. cū per
eum relat. At qui dubium non eſt, quin hoc in ca-
ſu eſſet magis æqua, & magis benigna electio, quā
36 reprobatio huius hominis,† quia illa dicitur beni-
gnior pars,qua pronunciatur in dubio,aliquem eſ-
ſe cooptandum in collegium, & numerum aliorū,
per rationem,quod ſi coopretur nemo læditur,imò
collegium ampliatur, quod fauorabile eſt, vt egre-
giè per Menoc. in eod. conſ.96. num.27. & ſeqq.
37 † & eò fauorabilius,quod cōtinuatur honor in ea-
dem familia Vinc.de Franr.dec.2.ſub num.23. ibi
38 ſub verſ. Item Iacob.de Belu. † & quod actus iſte
electionis,ſeu aggregationis eſt conformis diſpoſi-
tioni iuris communis,rationabilis, vtilis cōſuetus,
ad eund.Franr.ead dec.2.ſub d.num.23.27. & 28,
Quare videbatur dicta ſententia omnino confir-
manda ex prædictis.

Quibus tamen non obſtantibus fuit reſolutum,
malè,& nulliter iudicatum fuiſſe,& nulliter quidē,
quatenus cauſa per breue Apoſtolicum fuit intro-
ducta in Rota: licet enim quoad intereſſe d.Ioānis
de Medicis, & de illius conſenſu fuiſſet facta com-
miſſio eidem d.Iudicanti ſoli,& extra Rotam, &
abſque datione dubiorum, vt in commiſſione ſub
39 die 22. Octobris 1613. † Nihilominus quoad in-
tereſſe ſocietatis (de quo ſolo hodie agitur) cauſa
erat Rotalis; & in qua ſummus Pontifex appoſue-
rat manum,non poterat exinde auocari per inferio
rem,maximè ſine citatione,& citra conſensū eiuſ-
dem Societatis,cap.vt noſtrum ext.de appellat.Iaſ.
in l.more.ſub nu.66. & ibid. Dec. ſub nu.34. ff.de
Iuriſd.omn.iud.amplè Lancel.de Attent.par.2.ca-
40 pit.10. titul.de attent.poſt aſſociation.per tot. † Id
quod adeo verū eſt, vt nec Legato de latere liceat
ſe intromittere,cap.ſtuduiſti.ext. de offic.leg. Gi-
gas conſ.86.num.2.Zuchard.conſ.10.n.39.Hond.
conſ.27.num.15. vol.2. & per hæc fuit iudicatum
nulliter pronunciatum in rota Luc. apud Lepid.in
dec.55.in princ.vbi amplè per tot. dec.de materia.

Malè verò; Quatenus nō fuit in poteſtate dom.
Iudicantis concedere,ſeu aſſignare locum vacatu-
41 rum in præiudicium ſtatutorū ſocietatis,† ad quo
rum obſeruantiā Iudices omnino tenentur ad de-
42 ciſ. Luc.24.num.2. † Nec poſſunt intrare in iura
partium,& ea tollere, vel in aliquo eis præiudicare
ad Flor.dec.23.n.30.& dec.24.num.47.
43 † Statutum verò Societatis in capit.6. verſ. (&
peruenuto) fol.7. Cantat quod vacante loco conſi-
ſilij debeant ad ſcrutinium eligi in conſilio, & duo
ex illis debeant porrigi Illuſtriſs. Regimini, vt alte-
rum ex illis eligat,& ſubroget in loco vacāte; Cui
formæ, & ſtatuto ex diametro repugnat adiudica-
tio vnius Iudicis loci vacaturi,quare non potuit ſu
44 ſtineri huiuſmodi ſententia, † ad ea, quæ late de
forma ſeruanda,& quod alioqui actus ſit nullus, &
totali-

Digitized by Google

totaliter corruat diximus ſupra in deciſ. Bonon.2.
per tot. Bec.in conſil.12. nu.15.cum plurib. ſeqq.
& præſertim num.24.& eſſet tollere hanc faculta-
tem etiam Illuſtriſ. Regimini,ne dum ſocietati, ſi
45 hæc via aperiretur, † vnde fieret per indirectum
fraus legi, contra cap.cum quid.de reg.iur.in 6. l.in
fraudem, 10.ff.de his quibus vt indi l.fraus,ff.de le
gibus,& læderentur iura vtriuſque, circa quod nul
læ ſunt Iudicis partes, vt mox, num.42.dictum eſt.

Non obſtat ſpolium,& alia contraria. Quia om
nia redigenda ſunt ad vnum caput validitatis, vel
inualiditatis ceſſionis, quia ſi ſit valida difficilior
erit cauſa pro ſocietate: ſicut è contra, ſi inualida,
cætera non reſiſtent, quia ſublato fundamento ceſ-
ſionis, nec ſpolium allegatum, nec cætera intrabũt.

Viſa autem fuit dicta ceſſio inualida, quia poſt
condemnationem ex cauſa furti, iam locus non eſ-
ſet amplius ipſius condemnati, eiuſdemq. & ceden
tis, vnde intraret regula nemo dat quod non ha-
bet, de qua ſupra num.4.

Nec obſtare viſa ſunt adducta exaduerſò, quod
ſocietas non potuerit priuare, & præſertim eo non
citato,& alia, vt in contrarijs ſupra num.9.& ſeqq.
Quia vnica diſtinctione tollitur omnis difficultas.
46 † Quod infamia vna iuris eſt, & alia facti. Infamia
iuris appellatur illa, quæ irrogatur, per ſententiam,
in caſibus illis, in quibus iure cauetur condẽnatum
eſſe infamem, vt patet in eo, qui furti, vi bonorum
raptorum,& ſimilium, de quibus in tit.ff.de ijs qui
not.infam. Ita ad Verbum dixit Dyn.in capit. infa-
mibus, in princ.de regul.iur.in 6. Cuius doctrina cũ
in exemplo tradito de furto ſit in indiuiduo, vt ma
ximè attendenda; Ita ex ea infertur, quod dictus
cedens fuerit ipſo iure priuatus de dicto loco tan-
47 quam infamis, iuxta eand.reg. Infamibus. † Quia
infamia iuris non ſolum impedit à dignitate conſe
quenda, ſed etiam à dignitate habita, facit remoue
re, l.infamia.de decur.lib.10.l. Iudices, C.de dignit.
lib.12. Dyn.in d.reg. Infamibus, ſub num.8.de reg.
48 iur.in 6. & ibid. addit.lit.c.in ver. Infamia. † Vbi
etiam quod priuat ipſo facto ante ſententiam, &
ipſo iure, vt dicit Roman. in ſing.510.incip. fuit à
me quęſitum,& ibi add.vlt. vbi hoc declarat in in-
famia, quæ prouenit ex maleficio, vt in caſu pręſen
ti, & ſubdit alia add. ad d.cap.infamib. apud Dyn.
incip. Adde quod voluit. Hæc de infamia iuris in
caſu noſtro concurrentia,& quia ſumus in ſenten-
49 tia, & quia in maleficio; † Quod autem oppoſitũ
fuit, infamiam nõ priuare dignitate habita hoc pro
cedit in infamia facti, vt declarat eadẽ add. incip.
Adde quod voluit, & in his term. loquuntur Bald.
& alij cit. exaduerſò ſupra num.8. & ita etiam di-
ſtinguit,& declarat Cap. Tholoſ.in quæſt.173.iun-
50 cta ibi add.per tot. † & generaliter traditur, quod
condemnatoria lata in criminalibus facit ius cõtra
delinquentem, quoad omnes ad finem, videlicet,
vt poſſit eum, tanquam infamem, vigore dictę ſen
tentiæ repellere ab ijs, à quibus repelluntur infa-
mes, & ſic quoad conſequentiam ipſius ſententiæ,
prodeſt omnibus, vt ait ad verb. Alexan. in l.ſæpè.
ſub num.38. verſ.tamen aduertendum eſt. ff.de re
iud. & eſt in term. l.furti 6. ff.de his qui not. infam.
51 † Vbi inter famoſos haberi, qui condemnatus eſt
furti, vel alijs famoſis actionibus, & ipſe latius in
tract. meo reſolut feu.tit.de ſent.num.35.
52 † Nec opus eſt noua citatione, ſeu noua declara
toria, cum dicta illa ſententia declaratoria ſit, & om
53 nes afficiat Rot. Gen. dec.2.num.41. † & infamia
ita ſequatur infamem, ſicut lepra leproſum, Surd.
54 conſ.6.num.7.in fin. † in tantum quod, nec pręſes
prouinciæ, ne furti damnatum infamia ſequatur,
efficere poſſit l.non poteſt.65. ff. de furt.
55 † Nec etiam opus fuerit vltra ſententiam etiam
actorum productione iuxta oppoſita exaduerſò nu
mero 15.16. Quia ſumus in notorio facti permanẽ
tis, quod exhibet, & offert ſe oculis omnium, in
56 quo non ſunt quærendi teſtes, † ſic Iudas fuit, cũ
fur eſſet, & nouercam loco vxoris detineret, co-
gnito operè fuit de cętu fraternitatis depulſus, vt
ait cap.manifeſta.17.2.quæſt.1. qui locus procul du
bio eſt in fortioribus, tum, quia non præceſſerat ſẽ-
tentia iuncta cap.manifeſta.15.& cap.ſequen.cum
57 ſuis gloſſis. † explicantibus notorium, & quod or
do iuris non ſeruetur, &c. Vt ibi. ſequitur Hern.ad
tit. Quo temp.mil.&c. §.ſancimus, num.3.& ibid.
Afflict ſub nu.4. ſub verſ.ſecundus caſus. in vſib.
feud. & ad infra deciſ.21. Cedentem fuiſſe exi-
58 lio mulctatum cernebatur oculis, † vltrà quod in
loco hoc notorium eſſe dicitur propter ſolitas pu-
blicationes, ſeu præconizationes, aut pro roſtris po
ſitiones, vt ait d. Caball re ſol.crim.Cẽt 3.Caſ.287
num.8.& 9. Vbi etiam quod non exigitur plena,&
ſpecialis ſcientia, ſed ſufficit ſcientia in genere. Af-
flict. in term. exulati deciſ.318.nu.3. & 4. Nec eſt
veriſimile quod alias Illuſtriſ. Legatus, & Vicele-
gatus confirmaſſent, vt ſupra num.23.& ſeqq. lo-
cum Ioanni de Medices, niſi præſuppoſita certitu
dine, eis nota, de exilio alterius, & eiuſdem incapa-
59 citate; Veriſimilitudo autem, vt cognata naturæ
eſt ſequenda vt dec. Flor.70.num.26. & ſup.deciſ.
60 Bonon.10. num.16. † & vbi incurritur pęna ipſo
iure, non eſſe neceſſariam ſententiam declaratoriã,
61 Natt.conſ.573.num.20.& ſeqq. † Niſi ad aliquã
dam poſſeſſionem Alexan.conſ.103.num.7.lib.1.
62 Balz.de feu.al.per fed.§.inſuper, num.7. † & in prę
ſenti caſu eſt manifeſtum, aliam non requiri, quia
eo ipſo, quod lata fuit ſententia effectus fuit Cedẽs
famoſus, & ſententia traxit ſecum executionem,
quo caſu non requiritur vltrà alia declaratoria, Cra
63 uet.conſ.212.nu.2. † Et factum notorium, & in-
eſcuſabile ſententiæ æquiparatur Boſſ. de ſent. nu-
mero 58. & num. anteced.& ſeqq. & per me latius
de his in tract. reſolut.feu.tit.de alienat.num.32.&
ſequent.
64 † Aequitati verò,& temperamentis allegatis ob
ſtat, quod ſupra dicebamus num.41.42. non eſſe
in facultate Iudicis præiudicare iuribus partium,&
ſtatutis contrauenire.
65 † Item, obſtat quod Iudex debet vti æquitate,
& eam præferre rigori, ſi ſit ſcripta, aliàs nõ ad de-
ciſ. Flor.70.num.33.& 34.& deciſ. Luc.68.nu.34.
& 35. Marſ.ſingul.685.per l.placuit, C.de Iudic.
& ibi

Digitized by Google

66 † & ibi declarat. & æquitas legis non proprij capi
tis eſt ſequenda Oſaſc.dec.147. ſub num.27.
67 † Et quod in dubio iudicandum ſit pro cooptan
dis, id procedit in term. in quibus loquuntur citati
exaduersò ſupra num.36. nempè, vbi ſumus in du-
bio, & vbi eſt neceſſitas, quia alij deficiant aggre-
gandi, prout ita declarant Franc.& Menoch. præ-
cit. quę quidem omnia abſunt à caſu noſtro, neque
enim res eſt dubia, quia dicta ceſſio, in quo tota vis
conſiſtit, non ſuffragatur; non neceſſitas, quia non
deſunt, qui aggregari poterunt; Quare meritò do-
mini ſteterunt in dicta reſolutione contra dictum
Chriſtophorum. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Sententia ex nouiter deductis poteſt confirmari, vel refor mari, num. 1.

Tenuta etiam nulla eſt confirmanda, ſi de nouo eſſet concedenda, num. 2.

Sententia ex iure ſuperuenienti ex cauſa de præterito poteſt confirmari, num. 3.

Ius ſuperueniens ex cauſa de præterito iura actoris confirmat num. eod.

Et fundat actionem ab initio malè intentatam, numero 4.

Conſenſus ſuperueniens conualidat nullum ab initio, numero 5.

Cauſa de præterito dicitur, ſi occaſione facti præcedentis incipit debitum, num. 6.

Suffragia in conſilio alta voce ob reuerentiam domini inſtantis non attendenda, num. 7.

Item, quia forma ſtatuti non ſit ſeruata, num. 8.

Quod non mutatur ſtat, ſeu, cur ſtare prohibetur, numero 9.

Conſenſus ſeruatis ſeruandis ab vniuerſitate datus, idem & ſeruatis ſeruandis tollitur, num. 10.

Vbi eſt conſenſus intereſſati ad reuocationem inhibitionis ibi non læditur ſuperior inhibens, num. 11.

Vnicuique licet liti cedere, & ab ea recedere ſub eod.

Faciens actum, & illud remittens ei, cuius intereſt perficere, renunciare videtur facultati ſibi competenti, num. 12.

Aut indicat ſe remiſiſſe voluntati eius, num. 13.

Qui ſe refert ad aliud, ad idem videtur ſe reſtringere velle, num. 14.

Non eſt præſumendum principem quicquam velle facere vltra & preter ius, & æquum, num. 15.

Poſteriores ordinationes prioribus derogant, num. 16.

Quæ regula procedit in omnibus ità quod non ſit neceſſaria clauſula caſſantes, num. 17.

Quæ fortius obtinet, quando derogando reditur ad primæuum rei ſtatum, num. 18.

Statuta ſocietatum ſunt confirmata per ſtatuta Bononienſia, & ſeruanda à præſidentibus regimini, numero 19.

Statuta in loco ſuccedunt in locum iuris communis, numero 20.

Recuſatio ſuſpecti non attenditur poſt collatam cauſam, & ſententiam ſubſcriptam, & publicari mandatam, num. 21.

D E C I S I O XX.

1 FVit tertio loco dubitatum, an dicta ſententia,
de qua in pręcedentibus duabus deciſionibus,
poſſet ſuſtineri, & confirmari ex nouiter deductis
iuxta l. per hanc, C. de temp. appellat. & alia iura, de
2 qoibus in dec. Luc. 50. nu. 1. † ſeu quia tenuta etiā
nulla eſt confirmanda, ſi de nouo eſſet concedenda
3 vt in deciſio. Luc. 48. numero 36. † ſeu potius ex
iure ſuperuenienti ex cauſa de præterito, quod ius
actoris confirmat l. ſi rem, §. fin. de pignor. act. l. ſi
4 mandauero, ff. mand. † Et fundat actionem ab ini-
tio malè intentatam iuxt. apoſtil. ad d. l. ſi rem, d. §.
ſin. ff. de pignor. actio. refert add. 1. ad pract. pap. in
lib. actio. real. ad verſ. deducendo in præſenti iudi-
cio. fol. mihi 31. colum 4. poſt med. Surd. qui plures
allegat in dec. 6. num. 1. & in deciſ. 44. num. 22. &
23. Maximè quando ius conſiſtebat in cōſenſu ali-
5 cuius, qui poſtea ſuperuenerit, † quia quandocun-
que quid eſt nullum ex defectu cōſenſus, tunc quan
docunque interueniat, ſufficit l. ratam, ff. rem rat.
hab. l. ſi quis mihi bona §. iuſſum, ff. de acquir. hæ-
redit. & hoc in omni materia, ſiuè in contractibus,
ſiuè in delictis, ſiuè in ſpiritualibus, ſiuè in iudicijs,
vt ait Natt. in conſ. 142. num. 3. & 4. & ad dec. præ-
ced. num. 31. & dec. Bon. 3. num. 13. & ſeqq. ſupra,
& dec. Flor. 24. num. 7. & ſeqq. num. 21. & ſeqq.
6 † & dicitur eſſe çauſa de præterito, ſi occaſione fa-
cti præcedentis incipit debitum, vt in caſu noſtro
iux. gloſ. magn. in l. non poteſt. 23. verſ. poteſt dici,
ff. de Iudic.

6 Conſtat autem de nouo conſenſu primo, quate-
nus per d. Cancellarium Illuſtriſ. Senatus de ordi-
ne D. Vexilliferi fuit à ſingulis de ſocietate inſimul
ad hoc conuocatis, & congregatis dictus conſenſus
exploratus, & ad fauorem admiſſionis Chriſtopho
ri declaratus ſub die 16. Maij 1615.

Secundò quatenus apparebat de partito propo-
ſito in congregatione ad ſcrutinium inſtante ſimi-
liter d. D. Cancellario, & de eodem ordine ſub 14.
Iunij 16.5. In quo ſexdecim ſenſerunt contra in-
hibitionem appellationis; & decem & ſeptem pro
inhibitione; Vnde partitum ad fauorem inhibitio-
nis, ſeu appellationis non potuiſſet dici obtentum,
quia non eſſet numerus ſufficiens ad not. ſupra de-
ciſ. 18. num. 34. & ſeqq. & ideo ceſſant inhibitio,
ac appellatio, & inſurgeret conſenſus ad fauorem
Chriſtophori manifeſtus.

Tertiò, quatenus Illuſtriſ. Senatus & Illuſtriſ.
D. Vexillifer ſub 26. Nouembris cōmiſit cauſam
ſuper executione ſententiæ prædictæ, & habilitate
perſonæ dicti Chriſtophori excellen D. Aduocato
Gypſio ad ſibi referēdum: Qui retulit ſub 31. Mar-
tij, Chriſtophorum eſſe admittendum, & ſenten-
tiam eſſe mittendam executioni: Et cuius relatio-
nis virtute Illuſtriſ. Regimen fecit præceptum ſo-
cietati de recipiēdo d. Chriſtophorum in conſilio,
ordinauit eum eſſe in poſſeſſionem mittendum, &
quod DD. Aſſumpti ſequantur dictā relationem.

His non obſtantibus viſum eſt dominis, dictam
ſenten-

ſententiam nullo pacto potuiſſe confirmari, quia
non conſtaret per prædicta legitimè, & ſufficiéter
de conſenſu habili ad conualidandum malè, & nul
liter geſtum.
7 † Nam quoad primum is non erat legitimus,
quia ſuffragia erãt danda per fabas in vrnam ſecre-
tò coniectas, nõ autem ſic ex abrupto ad interroga
tionem d. Cancellarij, & ſic alta voce, vnde fortè
non fuerant auſi, ſic apertè cõtradicere D. Vexilli-
fero, cuius nomine vota exquirebantur, & fortè ex
reuerentia conſenſerunt ad Corn. in conſ. 140. ſub
8 num. 5. lib. 3. † Et quicquid ſit certè forma ſtatuto
rum Volentium ſcrutinium per fabas albas, & ni-
gras non fuit hoc modo ſeruata, quare actus eſt nul
lus Alex. in conſ. 191. ſub num. 3. lib. 6. cum alijs cit.
ſupra antec. dec. num. 44. & dec. 18. num. 44.
Ad ſecundum facilis eſt reſponſio tertio quoad
argumentum; Nam ex quo inhibitio, & appellatio
ad fauorem ſocietatis pontificia iam adeſſet. & ob-
tenta fuiſſet, nullo alio amplius ad eius ſubſiſten-
9 tiam actu, vel conſenſu egebat; † ergo quod nõ mu
tatur cur ſtare prohibetur? l. ſancimus. C. de teſta-
men. Quod egebat cõſenſu, & prouiſione erat diſ-
ſenſus ab appellatione, & inhibitione, & conſen-
ſus ad eius reuocationem ad fauendum Chriſto-
phoro, eumque in conſilium ſuum admittendum,
hic autem cum non in duabus partibus ex tribus;
dicendum eſt partitum non fuiſſe obtentum, quia
ceſſante maiori parte requiſita, vel à ſtatutis, vel à
iure communi, ceſſat partitum ad not. in deciſ. 18.
num. 33. & 43. Multò magis, quia ne dum duę par
tes ex tribus cõſenſerunt; ſed quinimò maior pars
non adhæſit, & contradixit reuocationi inhibitio-
nis: cum hi fuerint numero decem, & ſeptem, illi
verò ſexdecim tantum.
10 † Ad tertium reſpondetur, quod ex quo ſocie-
cietas conſenſit ſeruatis ſeruandis appellationi, &
inhibitioni, contrarius eiuſdemmet Societatis ſer-
uatis ſeruandis conſenſus requirebatur, per l. Ni-
hil tam naturale, l. ferè quibuſcunque, ff. de reg. iur,
11 Surd. conſ. 136 num. 17. & ſeqq. † Quo caſu pro-
ceſſum fuiſſet non quaſi contrauenciendo inhibitio
ni, quod non licet inferiori ad ſupra deciſ. præced.
num. 39 40. Sed quaſi non vtendo, à liteque rece-
dendo, & prætenſioni cedendo, quod cuique licet
ad l. ſi quis in conſcribendo. de pact. l. poſtquam li-
ti. C. eod. tit. & dec. Flor. 3 nu. 7. & 8 Contrarium
totum vbi cauſa ab alio inferiore committitur, &
ſententia exequi mandatur, vt fuit in hoc caſu, nã
hoc directè tendit ad deſtructionem inhibitionis,
quod non licuiſſet ad not. in præced. deciſ. nume-
ro 39 40.
Et prætetea Illuſtriſs. Senatus non conſtitit fir-
mus in ordinatis: dum mox adhuc de nouo miſit
D. Cancellarium ad vota iterum exploranda, & ni-
hil aliud reportauit à ſocietate d. Cancellarius, quã
decem & ſeptem pro inhibitione, & tantum ſexde
cim contra, vt ſupra num. 6. verſ. ſecundo quate-
nus dictum eſt: & ita arguitur, quod aut Illuſtriſs.
12 non poterat ex ſe, & habemus intentũ, † aut quod
poterat, & ſibi præiudicauit, & renunciare viſus
eſt facultati ſibi competenti, ad Bald. in l. 1. nu. 29.
13 C. de ſeru. & acq. † aut ſanè indicauit ſe voluntati
eorum rem remiſiſſe ad l. non quicquid. vbi Bal ff.
de Iud. Surd. conſ. 98. num. 1. & deciſ. 92. num. 8. &
14 ad num. 12. 13. & 14. & ſe referre, † qui autem ſe
refert ad aliud, videtur ſe ad illud reſtringere velle
arg. l. in teſtamento, 27. ff. de cond. & dem. l. 1. ff. de
hæredit. inſtit. Dec. conſ. 63. nu. 6. Oſaſc. dec. 100.
num. 30. Id quod valde veriſimile dicebatur, ne &
iuſtiſſimus Senatus, & obſeruantiæ ſtatutorum ſtu
dioſiſſimus, videretur quicquam vltrà, & præter
15 ius & æquum voluiſſe, aut velle: † quod non eſt
præſumendum ad l. digna vox. C. de legibus. l. prin
16 ceps, ff. eod. tit. † poſteriores autem ordinationes
prioribus derogare, certum eſt, l. ſed & poſteriores
17 ff. d. tit. de legibus Nat. conſ. 262. num. 13. † & hęc
regula procedit in omnibus, ita quod nõ ſit neceſ-
ſaria clauſula caſſantes, aut ſimilis Surd. conſ. 230.
18 num. 8. † & multo magis quando per vltima red-
ditur ad primæuum rei ſtatum Turret. conſ. 1. nu-
mero 104. 105. & ſeqq. lib. 2. & ipſe de interp. inue
ſtit. cap. 3. par. 2. nu. 34. 35. Vt in caſu noſtro, dum
Illuſtriſs. Senatus ſic ſe remittendo ad conſilium,
inueteratam eius facultatem agnouiſſe, eamq. illæ-
ſam illibatam conſeruari voluiſſe ſatis videtur, etiam ſi
primis ordinatis expreſſim non derogauerit, Goz.
conſ. 101. ſub num. 27. verſ. ad ſextum. Vbi quod
ſuperior faciendo contrariam diſpoſitionem abſq;
derogatione tollitur ſtatutum, & fortius hoc proce
dere, cum ita recedẽdo reuertimur ad ius commu-
19 ne, vt hic, † vbi ita remittendo implebunt ſtatutũ
ipſum lib. 6 tit Concl. ſtat. §. ſaluis & reſeruatis. pa
gina 97. iuncto, § Quoad omnia, pag. 92. Quibus
ſtatuta ſocietatum confirmantur, & ſeruari man-
20 dantur etiam per præſidentes regimini. † Statuta
autem eſſe ius commune in loco; & ſuccedere in
locum iuris communis notum eſt; & dicit Surd.
deciſ. 138. num. 17. deciſ. 154. num. 4. deciſ. 272.
num. 19.
Et ideo diximus malè iudicatũ fuiſſe: quicquid
vnus ex DD. cauſa iam collata, imo cedula ſenten-
tiæ, de more, iam exhibita, & per omnes ſubſcri-
pta, & excell. D. Cognitori ad publicandum, vt mo
ris eſt, data, fuiſſet ſuſpectus allegatus, & iuratus,
21 † quia adhoc non attenderunt domini poſt prædi
cta, iam tum ſequuta ad Lanc. de atten. poſt recuſ.
Iud. lim. 9. num. 59. & Viu. dec. 363. num. 8. lib. 2.
& ita fuit ſententia publicata.
Laus Deo.

S V M M A R I A.

Tempus donationis inſpicitur, quis ſit ſtatus bonorum in term. l. ſi vnquam, num. 1.
In infante præſumitur paupertas, num. 2.
Nomen alumnæ alludit ad paupertatem, num. 3.
Probatio paupertatis reſidet in arbitrio iudicis, numero 4.
Qui de ea iudicat etiam ex inſpectione oculari, num. 5.
Sufficit factum eſſe notorium licet Iudici ex proceſſu non ſit Notorium, num. 6.

Sed

Sed contra, num. 7.
Vt relictum cenſeatur ad piam cauſam, ſufficit pauperi relinqui dotem, aut alimenta, citra mentionem, quod ad honorem Dei, vel pro ſalute animæ, numero 8.
Relictum alimētorum pauperi factum cenſetur in piam cauſam, num. 9.
Et etiam relictam dotis pauperi factum, num. 10.
Maximè, vbi non conſanguineæ, ſed extraneæ perſonæ relictum ſit, num. 11.
Eo non obſtante, quod dicatur dari ob dilectionem, numero 12.
Pia cauſa non ex verbis diſponentis, ſed ex paupertate legatarij deducitur, num. 13.
Conſideratur veritas, non forma verborum, numero 14.
In eleemoſynis erogandis etiam magis dilecti eligi poſſunt, nec excluditur cauſa pietatis, num. 15.
Religio eſt pia cauſa, & pia cauſa in dubio fauendum, num. 16.
In dubio præſumitur donatio pro ſalute animæ, numero 17.
Donatio in piam cauſam, vbi remanſerunt donanti bona pro legitima liberorum, ex eorum ſuperuenientia non reuocatur, num. 18.
Ex ſtat. Bonon. in tit. Cond. ſtat. §. poſtremo ordinamus, fuit derogatum l. ſi vnquam, num. 19.
Stat. de dot. reſtit. §. item dicimus quod mulier, de lucro dotis explicatur, num. 20.
Lucrum diei non poteſt, quod poteſt aliquo caſu adueniente reuocari, num. 21.
Verba d. §. poſtremo ponuntur, num. 22.
Verba ampla derogatoria habent vim ſpecialis derogationis, & in indiuiduo, ſub num. 21. 27. & ſeqq.
Beneficium in corpore iuris inſertum difficilius tollitur, num. 24.
Sed contra non conſiderari difficultatem, ſed mentem principis, an tollere voluerit, num. 25.
Cuius ſola ſcientia ſufficit ad derogationem iuris communis, num. 26. & 29.
Vbi de mente principis conſtat, non eſt opus indiuiduali derogatione, num. 27.
Clauſularum, ſi talia forent, de quibus, &c. Et quorum tenores, &c. effectus, num. 28.
Scilicet ſi ponantur in lege, aut reſcripto principis, numero 31.
Secus ſi in actu priuato, vel ſaltem non adeò certum, numero 30. 31.
Clauſula derogatoria ſimul cumulatæ fortius derogatio nem operantur, num. 33.
Et faciunt quod ſtatuta in contrarijs iuri communi non ſint iuxta idem interpretanda, num. 34.
Donator non poteſt conueniri, niſi in quantum facere poteſt, num. 35.
Fallit ſtantibus dictis ſtatut. ſub cod. & quando fuit iuratum, num. 36.
Beneficio ne conueniatur, niſi in id, &c. non poteſt renunciari, quando competit ob reuerentiam, ſecus inter extraneos, aut vbi eſt debitum ex contractu, numero 37.
Donans qui paulò poſt donationem nupſit, præſumitur de liberis cogitaſſe, num. 38.
Quo caſu donatio tenet, & cenſetur renunciatum beneficio l. ſi vnquam, num. 40.
Ex breuitate, ſeu vicinitate temporum mens qualis antea eſſet arguitur, num. 39.

DECISIO XXI.

Dominus Hieronymus de Pinu introduxit in domum puellam Lucretiam de Turri ætatis annorum duorum tantum, eamq; plures Annos vti alumnam retinuit, quouſque donationem ei fecit de lib. 600. Bonon. & de quibuſdam mobilibus dandis tempore nuptus in ſæculo, vel in Domino, aut ſtatim ſequuta eius morte, vt dicit inſtrumentum: & interim promiſit alimēta, vel in domo, vel ſi extra, promiſit ei dare pro alimentis libros 36. in ſingulos annos, & ità fuit exequutū quouſq, vno, aut altero menſe poſt dictam donationem tractatum fuit matrimonium, & poſtea perfectum cum d. D. Hieronymo, ex quo habita filia, incepit denegare dictæ Lucretiæ donatariæ dicta alimenta ex beneficio, l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. Quo nō obſtante exceptione pluries fuit condemnatus ad præſtandum dicta alimenta, demum cauſa nobis commiſſa, cenſuimus d. l. non obſtare, dictumque inſtrumentum omninò eſſe exequendum. Suppoſita ſunt duo vti vera, & ex actis, & ex diſpoſitione iuris, ſatis iuſtificata.

Primò, Suppoſitum fuit quod de tempore donationis d. Hieronymus habetet in bonis valorem non minus 4000. librarum imò verò plus, ſed ad tantum aſcendere, vt tutius iudicium eſſet conſiderātis conſiderandis inſtrumentis, ſcilicet acquiſitio num productis, & teſtibus pluribus, arbitrati fui-
1 mus. † Tempus autem donationis eſſe attendendum manifeſtum eſt, arg. l. inſulam, 124. ff. de verborum obligat. l. in ratione, ff. ad leg. Falc. l. Iulian. qui & à quibus, &c. & in termin. Tiraquell ad l. ſi vnquam in ver. libertis, ſub num 110. in med. & in fin. & in verſ. omnia, &c. num. 36. C. de reuocat. donat.

Secundò, Suppoſitum fuit conſtare de paupertate puellæ notoriè, tam ex vno teſte legitimè examinato, quàm ex atteſtationib. duorum Parochorum pro tempore etiā ab alijs Parochianis ſubſcriptis, & in Curia Arcbiepiſcopali recognitis, & veritatem continere pronunciatis. Quibus accedebat ocularis inſpectio, ſecundum quam arbitrati fuimus, eam non ſolum pauperem, ſed miſerabilē, quippè vno oculo, ità orbata & altero, ità debilitata conſpiceretur, vt ne victum quærendo ſufficere poſſe videretur, & hiſcè etiam adminiculabatur qualitas perſonæ, de qua conſtabat ex actis, quatenus, ſcilicet, & infans traducta fuerit, in qua facilius paupertatis præſumptio, & veriſimilitudo iux
2 ta † verſus.

Infantem nudum cum te natura creauit,
Paupertatis onus patienter ferre memento,

Adductos ad præſumendā paupertatē per Vrſill. ad Affl. in dec. 378. n. 2. & ad addit. t. ad eundē Affl in
3 deciſ. 179. † etiam nomen alumnæ ipſum ſatis alludit

Iudit ad l.1. iuncta ibi gloſ.1. C. quæ res pign. obl.
poſs.l.ſi quis alumnam iuncta ibi gl.1. C.de Nupt.
profectò, qui habet in facultatibus proprijs, is, vt
ab alijs alatur, opus non habet; Et quatenus demũ
ipſemet donans motus fuit ad donandum in cau-
ſam nuptus. & interim alimenta, quis aliter iudica
turus eſſet, quàm in hanc partem, quòd donans ip
ſe talem putauerit, cui eſſet de alimentis prouiden
dum, cum à ſolitis, id non niſi in pauperibus, &
neceſſitate conſtitutis contingat ad notata in de-
4 ciſ. Bon.5. ſupra per totum; † Et certum eſt pro-
bationem paupertatis totam in arbitrio Iudicis po
ſitam eſſe; Qui inſpecta qualitate facti, ſeu nego-
tij, & qualitate perſonarum iudicat, quis ſit pau-
per. Alb. conſil 69. numero 6. & ibi plenè in add.
de communi Menoch. conſil.65. numero 7. lib.1.
& de arbitr. Caſ.65.numero 7.in Termin. Dec. in
5 conſil.120.ſub num.3. † etiam ex inſpectione ocu
lati iuxta l. ſi irruptione, ff. fin.reg. Afflict. in ter-
min. paupertatis probandæ deciſ.318. numero 3.
6 & 4. † Vbi etiam ait ſufficere factum eſſe notoriũ,
licèt Iudici ex proceſſu non ſit notorium, & Iaſon.
in l.fideiuſſor, §.qui pro rei num. 10. & 11. ff.qui
7 ſatisd. cog. † Vbi tamen num.12. vult quòd con-
ſtet iudici, vt iudici, à quo alieni non ſumus ſtan-
tibus prædictis, & maximè Teſtibus, quibus etiam
alias minus legitimè examinatis, ac etiam ſingu-
laribus Iudex fidem adhibere poteſt, quatenus ſibi
videatur, Barz.deciſ.Bon.23.num.3. & deciſ. Flo-
rent. 2 num.18. ſupra. Ad hæc duo ſuppoſita in fa
cto ſequitur aliud adhuc ſuppoſitum faciendum in
8 iure, † Quoad ſcilicet, vt relictum cenſeatur in piã
cauſam ſufficiat ſi pauperi ſit data, vel promiſſa
dos, aut alimenta ſimpliciter. etiam nulla facta mẽ
tione, quòd in honorem Dei, ſeù pro ſalute animę,
ad hoc enim alludit dictum Scripturæ ſacræ cum
facis eleæmoſynam neſciat ſiniſtra tua, quid faciat
dextera tua, & alibi pone eleęmoſynam tuam in
ſinu pauperum, & ipſa orabit pro te: Ecce enim
quod facta non verba loquuntur, & ità tenet Na-
uarr.de reddit. beneſ.q 1. monit. 56.num.4. Gril.
conſ.25.num.19.Rot.diuer. par.2.deciſ.74.nu.21.
& ſeqq.

9 † Relictum verò alimentorum pauperi factum
cenſeri in piam cauſam ponit Tiraquell. in pręfat.
10 piæ cauſæ verſ. Item legatum alimentorum; † Et
etiam dotem, ſi pauperi relinquatur ibid. Tiraquel.
in verſic.item cum dos col.2. ad fin. verſ.ſed aduer
te. Barbat. in cap. relatum verſ. idem dicat ext.dè
11 teſtam. Boet.deciſ.94.vbi pariter de comm. † Et
vbi relicta hæc ſunt non conſanguineæ, ſed extra-
neæ, quòd intuitu pietatis relicta cenſeantur, &
hoc communiter tenere doct. dicit Dec. in d.con-
ſil.120. ſub num.3. & num.4. & ità pluribus alijs
citat. fuit iudicatum teſte Farinac. in nouiter No-
uiſſim.deciſ.264.num.6.l.ex his, §.ſi mulier, ff.de
cond. indeb.

Ex iiſdè inferebatur ad caſum noſtrum, quod
eſſemus in terminis piæ cauſæ, quia, & pauperi, &
12 alimenta, & dos eſſent donata; † & ad Men. con-
ſil.1162.nu.5. & ſeqq. lib.12. Neque obſtare cen-
ſuimus quod donãs dixerit, ſe donaſſe ob ſingula-
rem dilectionem, qua ſemper dilexit dictam Lucrę
13 tiam, ad Dec.conſ.120.ſub num.2. † Quia pia cau
ſa non ex verbis diſponentis, ſed ex paupertate le-
gatarij deducitur. Alb. in l.illud, C. de Sacr.ſanct.
Eccl. Tiraquell. in d.præfat. ad piam cauſam, ſub
verſ.ſed hoc intellige, ad fin. ibi alias ſemper, & ſub
princ.verſ.Nam ſi fauore, Dec.ipſe in contrarium
14 d.conſ.120. ſub num.3. † vbi quod conſideratur
veritas non forma uerborum, & præterea conſide-
rabatur, quòd dicta verba non haberent ſe incom-
patibiliter cum ſalute animæ, imò optimè ſeſe cõ-
15 pati poſſe: † Nam & in eleęmoſynis erogandis ha
betur electio, & magis dilecti, plerumque præfe-
runtur, id quod tamen contingit citrà iacturam in-
timæ intentionis pietatem, vel miſericordiá exer-
cendi, ad Tiraquel.in d.præfat.ad piam cauſam ver-
ſic.quod adeò, & ſeqq. Nauar.de reddit. Eccl quę-
ſtio.1.monit.27. num.1. text. eſt in capit.pulchra,
cap.non ſatis, cap.eſt probanda, c.conſideranda.86
diſt. l.ſi quis ad declinandum, l.in Eccleſijs, C. de
Epiſc.& Cler. & intentionẽ ad hanc piam cauſam
arguit etiam donatio, habita ratione ad religionem
in illis uerbis tempore nuptus, vel in ſæculo, aut in
16 domino, † Cum religio ſit pia cauſa, cui in dubio
fauendum eſſe dicit, & Menoch.conſ.454.nu.15.
lib.5.& ad princip.d præfat.piæ cauſæ apud Tiraq.
17 † & vbi eſſemus in dubio præſumeretur donatio
pro ſalute animæ Rip. in l. ſi vnquam num.217.
Nauar. d.mon.27.num.4.

18 Vndè concluditur quod ex quo bona tempore
donationis non donata legitimã longè excedebant,
& quod eſſemus in pia cauſa donatio omninò con
ſiſteret, nec ex ſuperuenientia vnicæ præſertim fi-
liæ reuocari vllo modo poſſet Rip. in l.ſi vnquam
ſub num.216. Tiraquell. ad eand.in verſic.libertis
num.85. dum à num.79. vſque ad num.81. latè di-
ſcurrit pro, & contra, an ſaltem quoad legitimam
poſſit reuocari; nam ſi legitima fuiſſet filijs præſer-
uata non dubitabatur, quin donatio conſiſtere de-
buiſſet, & ità in ſimili cauſa obſeruatum fuit, & iu-
dicatũ Tholoſæ; vt apud Gerard. Maynard. in de-
ciſ.Tholoſ.12.lib.4. & ad Seraph.deciſ.416. nume-
ro 35. Quod ſi re tãtum donatio ſit inofficioſa vſ-
que ad legitimam reuocaretur. Clar. in §.donatio,
quæſt.4.num.2.ergo ſtat firma donatio hęc nõ in-
19 officioſa rè tantum, neque rè, & conſilio. † Præ-
ter hæc conſideratum fuit d.l. ſi vnquam fuiſſe de-
rogatum ex ſtatuto Bonon. in tit. Concluſ. ſtat.§.
poſtremo ordinamus, lib.6.fol.100 quod eſt am-
pliſſimum circa derogationem ad leges prouiſio-
20 nes, & alia contraria ſtatutis antecedẽtibus. † Ad-
eſt verò aliud ſtatutum ſub titul. de dotis reſtit. §.
Item dicimus quod mulier, lib.4.fol.245 quo ſiuè
dos data, ſiuè confeſſata à quocunque etiam ab ex-
traneo, vt ibidem ſubijcit, gloſ. fuerit, eius lucrum
acquiritur mulieri, & poteſt de eò teſtari, & diſpo-
21 nere: † Non eſſet autem lucrum, ità quòd poſſet
de eo liberè diſponere, ſi poſſet aliquo caſu adue-
niente reuocari, puta per ſuperuenientiam libero-
rum ex d.l.ſi vnquam, ad l.ſi quis ſeruũ. Vbi Aret.
ff. de

Digitized by Google

ff.de acq.hæred. exornat Crauet. conſ.102.nu.33.
neceſſariò ergo intrat derogatio d.l. ſi vnquam ma
ximè, quia verba derogatoria ſunt tàm ampla, &
cum talibus clauſulis, vt perindè habendum ſit, ac
ſi fuiſſet ſpecialiter, & in indiuiduo derogatum d.l.
& cuicumq; alij in contrarium facienti. Sunt enim
verba ſtatuti hæc formalia.

21 † Poſtremò ordinamus quod omnia ſtatuta, &
ordinamenta in præſenti volumine deſcripta, &
omnia, & ſingula in eis contenta ſemper cenſean-
tur, & pręſumantur, & ſic ſemper eſſe, & cenſeri
volumus in viridi obſeruantia, ac pleno valore, &
vigore; Non obſtantibus vſu, more, ſtylo, conſue
tudine, vel deſuetudine, & cæteris quibuſcumque
contrarijs, vel diuerſis obſtantibus pręd ictis in pię
ſenti conclusione, & ſtatutorum volumine conten
tis, vel eorum aliquo, legibus, ſeu iuribus commu-
nibus ſtatutis, prouiſionibus, vel ordinamentis etiã
municipalibus, & cæteris quibuſcunque contra-
rijs, etiam de quibus habenda fuiſſet, ſeu eſſet mẽ-
tio ſpecialis, vel expreſſa, quæ volumus non obſta-
re, & quibus omnibus, & ſingulis contrarijs ſupra-
ſcriptis ſpecialiter, & ex certa ſcientia derogamus,
& derogatum eſſe, & cenſeri volumus, & manda-
23 mus: † Vt in minori numero, & in non tam præ-
gnantibus clauſulis ſcripſit Ruland. in conſ.5. nu-
24 mero 34.vol.1. † Nec obſtat, quòd d.l.ſi vnquam
contineat beneficium, ſeu priuilegium clauſum in
corpore iuris, quod difficilius tollitur Menoch. in
conſ.897 in par.vlt.eiuſd.conſ incip In eadẽ cau-
ſa, quòd dictum fuit numero 4 lib.9. fol.mihi 270.
25 Surd. in conſ.325.num 8. † Quia ad hoc reſpon-
detur primo non cõſiderari, an difficilius tollatur,
ſed an mens Principis fuerit illud tollere, quæ qui-
dem mens magis præſumitur extitiſſe quoad inſer
ta, tanquam ab ipſo ſcita, & cognita quam quoad
nõ inſerta, cum hæc ſint facti, & ignorari pręſumã
tur, vt trad. Felyn. in cap.1.nu.12.de reſcript. cum
quo concordat Men. in loco contrario mox citato.
26 † Et quæ ſola ſciẽtia ſufficit ad derogationẽ idem
27 Men.conſ.93.num.32.& ſeqq. lib.primo. † Item
reſpõdetur, id totum regulari à mente Principis,
ità quòd ſi ex verbis appareat voluiſſe Principem
derogare priuilegio etiam habenti clauſulam dero-
gatoriã, iſtud ſufficere debet, nec requiritur quod
ſingulariter, aut in indiuiduo derogatũ ſit tali pri-
uilegio habẽti clauſulam derogatoriã, vt ait Crau.
in conſ.126.n.5 Verba autem dicti Statuti eſſe ta-
lia, quod habeant vim ſpecialis derogationis, &
quod mentem ſtatuentium talem eſſe aperiant, pa-
tet ex not.ab eod. Crau in d.conſ.120.ſub n.6.verſ.
28 ſed tamen in caſu iſto: & n.7. † Vbi de clauſula ſi
talia forẽt, de quib. mentionẽ fieri oporteret, & de
clauſula quorũ tenores haberi volumus pro expreſ-
ſis, & hic vlterius habemus derogationem ad om-
nes leges prouiſiones, & clauſulam ex certa ſciẽtia;
29 † Quæ ſola ſufficeret Men.conſ.475.nu.16.lib.5.
30 † Item reſponſum fuit, quicquid ſit quando dictæ
clauſulæ apponantur in actu priuato ad Men. con-
ſil.71.ſub num.19.& 20.Gram.dec.20.per totum.
31 Vbi magnus eſt conflictus. † In quo tamẽ operari
eundem effectum aliquando certum eſt, ex Crau.
in dicto conſ.126.& Menoch.in conſ.157. nume-
ro 20.21.lib.2. † Quando ęedem ponuntur in le-
ge, vel reſcripto Principis indubitatum eſt operari
perindè, ac ſi totus ipſe tenor contrariarum legum
eſſet inſertus, & eis in indiuiduo derogatum, vt di
ſtinxit, & dixit idemmet Menoch. alio conſil.71.
num.20. lib.1. & melius in conſ.1003.nu.46.47.
48 lib.11. ex Bald. & alijs cit.per Gabr.lib 6.cõm.
concl.tit.de Clauſ.concl.5.num.1.& ex Afſl. Crau.
in d.conſ.126. Tiraquell. & Ruin. vt ibi per eum,
& in caſu noſtro adeſt vlterius clauſula, etiã de qui
33 bus habenda fuiſſet, ſeu eſſet mẽtio ſpecialis. † Et
clauſula ſpecialiter, & ex certa ſcientia derog. quæ
tot clauſulæ cumulatæ fortius operantur, & indi-
cant intentionem ſtatuentium, quòd vellent ius cõ
mune tollere circa ea, quæ eſſent Statutis proprijs
34 contraria; † Ideò non debeant in contrarijs intel-
ligi ſecundum ius cõmune idest (vt in caſu noſtro)
quod lucrum non ſit lucrum ſuperuenientibus libe
ris, ſed ſecundũ propria Statuta ad Surd.conſ.278.
num.17.& ſeqq. & in conſ 477. num.7.lib.4. ple-
nius ipſe hanc materiam explico in Tract.de inter-
pret.inueſt.lib.12. par.prima in formula; non ob-
35 ſtante; † Et per hæc aliud etiam obiectum ceſſa-
bat, quatenus opponebatur quod donator non po-
teſt conueniri niſi inquantum facere poteſt per leg.
Diuus, ff. de regul.iur. Amat. dec.Marcb.16. nu-
mero 20. Surd.de alim.tit. 1.quæſt.78.num.11.12.
ipſe de materia tractans in tractat.reſol.fęud.lib.7.
tit 14.de fructibus poſſ.num.9. Quia, & hoc priui
legium ceſſat ne mulier dote careat promiſſa con-
tra formam, & mentem Statuti prædicti, quæ eſt,
36 vt omninò lucretur. † Vltrà quod donatio fuit iu-
rata, quo caſu non competit beneficium prædictũ
Surd. dicto titul.1. quæſt.78 num.26.27. Seraph.
de iure iur. priu.56.per tot. quia iuramentum ha-
37 bet vim renunciationis, &c. vt ibi per eos. † Nec
obſtat quod non poſſit renunciari huic beneficio;
Quia procedit vbi hoc beneficiũ competit ob reue
rentiã, vt quoad Socerũ, quia eſſet cõtra bonos mo
res, vt ait Capel.Tol. dec.258. Amat.d.dec. Marc.
16.n.54. Non autẽ vbi ſumus inter extraneos, aut
vbi ex cõtractu debitum eſt, Lap.in c.per noſtras,
§.12.num.16. Surd.d.titul.1.d.quæſt.78.num.55.
& præterea non ceſſabat obſtaculum derogationis
ex ſtatuto, de quo mox, num.19.& ſeqq.

Aliquid vltrà hęc mouebat, quod ſtatim poſt do
nationem factam, vno aut altero menſe poſtea tra-
ctauit d.Hieronymus de ſe nubendo, & concluſũ
fuit matrimoniũ, de quo nata eſt filia, cuius occaſio
ne prætenditur per d.Hieronimũ beneficiũ l.ſi vn
38 quã, † vndè veriſimiliter dicebatur de filijs cogi-
taſſe, præſertim cũ eſſet optimę ad generationẽ ęta
tis ad Tiraq. in l.ſi vnquã in præfat.num.69.& 71.
Soc.Sen.conſ.53.num.7.lib.4.Ond.conſ.74.nu.25.
39 lib.1. † Et ex vicinitate, ſeu breuitate temporum
meos qualis eſſet præſumatur, l.ſi ventri, §.fin. ff.
de priu.credit. & ibi gluſ. Bart. & Angel. Alexand.
40 conſ.69.ſub numero 4.& 5 lib.2.† Quò caſu cen-
ſetur renunciatum, l.ſi vnquam, & donatio tenet,

vt communiter tenent D. d. propter iuramentum teſte Soc. ſen. in conſ. 147 num. 17. lib. 1. Ser. ph de priu. iur. priu. 7. num. 14. latè. Ond. conſ. 41. num. 13 & num. anteced. & ſeqq. lib. 1. ex quibus concluſum fuit, donationem ſubſiſtere, & inſtrumentum eſſe exequendum confirmando vltimam ſententiam Excell. D. Aud. Gen. D. Antonij Cicaloiti perſpicaciſſimi Viri. Vicelegati nunc meritiſſimi.

Laus Deo.

S V M M A R I A.

Vbi defertur iuramentum ſuppletiuum non ſit cõdemnatio in expenſis, num. 1.

Fal. ſi fuit plus quàm ſemiplenè probatum, numero 2.

Aut ſic Iudex potuit induci ad credendum talem eſſe veritatem, aut precium arbitrari, num. 3.

Abundans cautela, aut iuramentum abundè delatum nocere non debet, num. 4. 5.

Conſtito de ſubſtantia crediti precium probari poteſt iuramento ſuppletiuo, num. 6.

Officium ſuum nemini damnoſum eſſe debet, num. 7.

Veriſimile quod non eſt, habet imaginem falſitatis, nec attendendum, num. 8.

valor Vini probatur probando, quod idemmet, vinum alijs tanti venditum fuit, num. 9. & ſeqq.

Conſtito de ſolito in alijs eiuſdem generis ei ſtandum eſt, num. 10.

Non apparente pro quanta penſione fuit emphyteoſis cõceſſa, præſumitur pro ea conceſſa, pro qua ſolutum fuit, num. 11.

Precia vini, frumenti, & ſimilium, ſunt prout communiter venduntur in loco, num. 12.

Mendax, vel ſibi contrarius non eſt ab expenſis alleuiandus, quas ſi vſus fuiſſet veritate facere non oportuiſſet, num. 13.

Excuſatur ab expenſis aliquid probans, & non excuſatur nihil probans, aut doli ſuſpicione non carens, numero 14.

Dolus ex mendacio, & alijs arguitur, num. 15.

D E C I S I O XXII.

PEtitum fuit precium lib. 62. Bonon. vnius caſtellatæ vini, Reus non negauit caſtellatam, ſed prima vice negauit concordatum fuiſſe de precio, & mox vice alia, & alibi in actis allegauit concordatum fuiſſe de precio in lib. 52. tantum, quas offerebat: Actor probauit eiuſdemmet loci vinum emiſſe pro lib. 62. & ſic veriſimile non eſſe, quod dare voluerit idemmet vinum pro precio minori, maximè, quia emerat de mandato eiuſdem rei conuenti, ac vt ei inſeruiret: Item probauit fuiſſe alias caſtellatas eiuſdemmet vini venditas dictis lib. 62. excell. D. Aud. Generalis condemnauit ad dictas libr. 62. medio iuramento ſuppletiuo; & in expẽſis, fuit appellatum, ſed maius grauamen prætendeba-
1 tur ex condemnatione in expenſis, † quia vbi defertur iuramentum in ſupplementum non eſt in expẽſis facienda condemnatio, nec habet locum l. cum
quem temerè. ff. de Iudic. vt ait Bald in auth. generaliter, colum. 5. C. de epiſc. & cleric. Salic. in l. eum qui. in princ. verſic. ſed hoc non puto verum, ff. de iureiuran. & ibid. Caſtr ſub num. 2. Roman. nu. 9. Alex. ſub n. 6. & per D. Theſ. deciſ. 236. in prin.

Quo tamen non obſtante viſum fuit benè fuiſſe
2 iudicatum; † Quia de precio conſtabat pluſquam
ſemiplenè ſequuti d. dec. Theſ. 236. num. 3. Polid.
3 Rip. obſ. 228. per tot. maximè numer. 5. † & taliter
quod Iudex potuit induci ad credendum, quod veritas ita ſe haberet, & precium arbitrari ad Maſc.
4 de probat. 1225. in fin. † quo caſu magis ad abundã
tem cautelam, quam ex neceſſitate videtur delatũ
5 iuramentum, † & ideo abundans cautela non præ-
iudicat, quominus expenſarum condemnationi locus non ſit, vt benè per Neuiz. conſ. 94. nu. 10. vbi à num. 7. & infra adfert alias declarationes, & Neuiz. ſequitur Rip. d. obſ. 228. num. 2. & ita fuit iudicatum me referente aliàs in rota Lucenſi, vt deciſ. 49. in fin.

Pluſquam verò ſemiplenè fuiſſe probatũ deducebatur ex infraſcriptis ſimul iunctis; primò quia caſtellata vini non negabatur, & eã fatebatur reus;
6 Quare conſtito de ſubſtantia crediti hoc valet ad
probationem, in tantum quod iuramentum in ſupplementum deferri poſſit dec. Luc. 49. numero 3. Secundò, quia accedebat veriſimilitudo, nec q. enim erat veriſimile, quod mandatarius emerit vinum pro tanto, & quod voluerit eum dimittere mãdan-
7 ti pro minori precio, † aliàs officium ſuũ ſibi fuiſ-
ſet damnoſum, quod non eſt præſumẽdum l. ſi ſer
8 uus 62. §. quod verò, ff. de furt. † Et quod non eſt
veriſimile habet imaginem falſitatis, & veriſimile ſequendum eſt Surd. deciſio. 23. numero 15. conſil. 135. num. 15. & ad alia ſimilia in materia veriſimilis Flor. dec. 70. nu. 19. & dec. Bonon. 10. nu. 16.
9 ſupra. † Tertiò, quia fuit probatum tanti aliàs ca-
ſtellatas eiuſdem vini venditas fuiſſe per ſeipſum, & ideo probauit precium ad l. precia rerũ, ff. ad leg.
10 Falc. † nam conſtito de ſolito in alijs eiuſdẽ gene-
11 tis ei ſtandum eſt ad Nat. conſ. 192. n. 3. † Vbi ſi nõ
appareat pro quanta penſione fuerit conceſſa emphyteoſis, præſumetur pro ea conceſſa, pro qua reperitur ſolutum, & ad Maſc. de prob. cõcl. 658. per
12 tot. † Vbi quod pretia vini, frumenti, & ſimilium
ſunt prout cõiter in loco venduntur, huiuſmodi. n. cõiecturis, intercurrentib. intrat omnino probatio per iuramentũ ſuppletiuũ Rot. dec. 746. p. 1. nouiſ. Exaduerſò reus repertus eſt ſibi ipſi contrarius, & mẽdax, dum prima vice negauit concordiã precij,
13 & dixit fuiſſe concordatum in lib. 52. † Vnde inferret, quod non eſſet alleuiandus ab expenſis, quas ſi vſus fuiſſet veritate facere nõ oportuiſſet, vt ait Neuiz. d. conſ. 94. n. 8. & quia fuit mẽdax Rot. dec. 730. p. 1. nouiſ. Maximè, quia non reuocauit cõfeſſionem, nec quicquã contra eam probauit quaſi erroneam, & nihil demum præſtitit ex parte ſui, vn-
14 de † quæ dicit Neuizau. dicto conſil. 94. ſub nu. 9.
verſ quarto reſpondetur; excuſari reum ab expenſis aliquid probantẽ retorquendo, valde vrgeãt cõtra hunc reũ, quia nihil probauit, & vlterius etiam,

quia

quia à dolo, aut ſaltem à ſuſpicione doli omnino
alienus non videretur ad Menoch. conſ. 1194. nu. 9.
15 & ſeqq. lib. 12. † Vbi dolus ex mendacio, & alijs, vt
ibi per eum arguitur.

Ex quibus, ſententia excell. d. Aud. Gen. fuit confirmata. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Liquidatio crediti cum debitore principali non præiudicat tertio poſſeßori, contra quem agitur hypothecaria. num. 1. & 2.

Declara quoad plenum præiudicium, ſecus quoad quale quale, & quoad præſumptionem inducendam, n. 3.

Quæ præſumptio transfert onus probandi contrarium in aduerſarium, num. 4.

Et facit quod deferri poſſit iuramentum in ſupplementum probationis, num. 5.

Et facit præponderare cauſam, prout facit ſtatera, pro eo pro quo ſtat ſententia, num. 6.

Ita quod pro eo ſit iudicandum, num. 7.

Liquidatio cum debitore nocet tertio nihil in contrarium probanti, num. 8.

Plus petens debet condemnari in expenſis, num. 9.

Qui repetit ſolutum incidit in crimen ſtellionatus, n. 10.

De minimis non curat prætor, num. 11.

Qui ſe retulit ad ſcripturas, non dicitur plus petere, numero 12.

Reus nihil omnino offerens conſtituitur in mora, numero 13.

Et in expenſis poteſt condemnari erga plus petentē, ſtantibus maximè clauſulis ſalutaribus, num. 14.

Immiſſio in hypothecaria pro debito competit, nu. 15.

Pro paruo debito res quamuis magna tenetur, numero 16.

Electio eſt creditoris, quem velit ex pluribus poſſeſſoribus conuenire, num. 17.

Non eſt in poteſtate poſſeſſoris ius hypothecæ diſtrahere, aut diuidere, num. 18.

Quando plus petens teneatur, vel non ad expenſas remiſſiuè, num. 19.

D E C I S I O XXIII.

IN cauſa D. Valerij Faſanini cum Illuſtrib. DD.
de Bonuiſis, primo quæſitum fuit, an liquidatio
crediti per ſententiam latam inter debitorem
Marianum principalem, & dict. D. Faſaninum cre
ditorem præiudicauerit dict. DD. de Bonuiſijs ter-
tijs poſſeſſoribus, vbi actum contra eoſd. fuit hypo
1 thecaria; † & videbatur quod non ad Menoc. ple-
2 nè. conſ. 1187. lib. 12. † & in term. liquidationis,
ſeu calculorum Surd. dec. 256. n. 3. & fin. & per tot.
l ſæpè, & ibi alij maximè Alex. ff. de re iudic. Tentū
3 fuit contrarium; † quia iſtud, quod tertio non præ-
iudicet, intelligitur quoad plenum præiudiciū, ſe-
cus eſt quoad quale præiudicium, & quoad aliquā
præſumptionem inſurgentem ex ſententia, quia
hęc procedunt etiam contra tertium non citatum,
Crau. de ant. temp. p. 1. §. propoſitum, n. 23. & 29.
Couar. pract. qq. c. 13. nu. 4. ad princ. Alex. conſ. 85.
n. 2. lib. 2. Oſaſ. dec. 38. n. 6. alia & alios ad idem cu
mulo in [illegible] ct. meo reſol. ſeu. tit. de ſeut. & re iudic.
n. 24. Vbi plenè declaro.
4 † Quæ præſumptio transfert onus probandi cō-
trarium in aduerſarium Nat. conſ. 160. n. 44. Rot.
5 Gen. dec. 103. nu. 6. & deciſ. 184. nu. 7. † ſeu facit, vt
deferri poſſit iuramentum in ſupplementum pro-
6 bationis, Surd. dec. 103. ſub n. 1. ad fin. † ſeu in pari-
tate cauſa facit præpōderare cauſam eius pro quo
extat ſententia, exemplo ſtateræ cui parum quod
adijciatur ab vna parte, facit quod hæc præponde-
7 ret alteri Natt. conſ. 473. n. 9. † ita ut pro eo ſit iu-
dicandum Crau. conſ. 991. nu. 47. & de ant. temp.
par. 2. §. ex præmiſſis, n. 48. Rot. Gen. in loc. mox ci-
8 tat. † & in puncto quod liquidatio facta cum debi-
tore præiudicet tertio nihil in contrarium probāti,
eſt doctrina Phan. de Inuent. p. 5. §. explicans, à nu-
mero 22. Vſque ad nu. 31. & ita fuit in dicta cauſa
iudicatum [illegible] confirmata ſententia excell. D. Audit.
Gen. Antonij Cicaloti domini mei.

Verùm, quia de numero Variarum partitarum,
vt in d. liquidatione, aliquas non debitas indicaui-
mus eidem d. Faſanino, reformando quoad hoc ſo-
lum dictam ſententiam, incidimus in alterum du-
bium, an eſſet locus cōdemnationi expenſarū tam
primæ inſtantiæ, in quas condēnauerat d. A. G. præ-
9 dictus, quàm huiuſcæ noſtræ: † difficultatem inge
rebat, quia videretur ſaltem ratione dictarum par
titarum petitum indebitum, vel plus petitum, vn-
de condemnandus ipſe petens videretur in expen-
ſis tantum abeſt quod aduerſarius, c. 1. de plus pe-
tit. Alex. conſ. 73. n. 6. lib. 6. Doct. in §. Si quis agēs,
10 & in §. Sed hæc quidem. ibique Iaſ. ad fin. † Vbi di
cit incidi in crimen ſtellionatus, qui iterum petit ſo
lutum Inſt. de actio. [illegible] deciſ. 231. ſub num. 2.

Quo tamen non obſtante fuit reſolutum cōtra-
rium, quia nō intr. [illegible] in hoc caſu [illegible]
mini pluris petitionis, cum tractaretur de ſummis
iam liquidatis per acta, & ſententias, de quibus exe
quendis modò ageretur in bonis poſſeſſis per DD.
Bonuiſios, ideſt in Filatolio, de qu[illegible] in actis & licet
ad fauorem DD. de Bonuiſijs extracta [illegible] erunt di-
ctæ partitæ, tamen ipſæ ſunt exigui momenti, &
parui, aut nihili faciendæ, habita ratione ad reſiduū
11 in quo verè D. Faſaninus creditor remanſit, † &
dici ſolet, quod de minimis non curat prætor, l. ſe-
12 io. ff. de in int. reſt. † Item conſideratum fuit quod
ipſe D. Faſaninus retulit ſe ad dictam liquidationē,
acta, & ſententias, per quam relationem nō poteſt
dici, quod plus petiet [illegible] conſ. 188. per tot. li. 3.
refert, ac ſequitur [illegible] dec. Peruſ. 51. nu. 3. p. 1.

Item fuit conſideratum, quod ex dictis liquida-
tione actis, & ſenten[illegible]ijs intentio d. Faſanini erat be
nè fundata, ſecundum ea, quæ mox, num. 8. diceba
13 mus; Quare erat tantò magis, vel cedendum per
DD. Bonuiſios rei ipſi, quod cum non fecerint etiā
ipſi in mora fuerunt conſtituti, vnde expenſas eui-
tare non poſſent maximè ſtantibus clauſulis ſaluta-
ribus, ſaluo iure, & alijs, vt in actis, vt eleganter ex-
plicat Neuiz. conſ. 94. n. 12. 14. & ſeqq. Cattae. de [illegible]
Gen. 57. n. 3. 6. & ad de[illegible] Auenion. 35. n. 9. per tot.

Qui omnes in fortioribus term. loquuntur, quando
ab initio fuit plus petitum: hic ſumus in credito iã
declarato, & in caſu vbi remiſſio rei in hypotheca-
ria omnino erat faciẽda à poſſeſſore rei hypothecę
14 ſuppoſitæ, † quę pro rata non debiti non poteſtat
denegari, conſtito de alia rata verè debita, cuius ra
tione immiſſio omnino competebat Bald. in auth.
15 ei qui. n. 18 C. de bon. auth. iud. poſſid. † adeo quod
in hypothecaria non procedat, quod pro rata debi-
16 ti fiat immiſſio, vt ait ibid. Bald. n. 10. † & dici ſo-
let, quod pro paruo debito tota res, quãuis magna
tenetur l. quandiu, C. de diſtr. pignor. vt ait Bart. in
17 l. moſchis. 47. ſub nu. 1. ff. de Iure fiſci. † & electio
eſt creditoris, quem vult ex pluribus poſſeſſoribus
pro toto ſuo debito, non debitoris impedire, vt per
18 glo. & Bart. ibid. & Guid. pap. q. 432. nu. 4. † Cuius
non eſt in poteſtate ius hypothecæ, aut diſtrahere,
aut diuidere l. 1. & 2. C. ſi vn. ex pluribus Petr. Pla-
tean. ad tit. de Action. inſt. § Itẽ Seruiana, ſub n. 5.
19 in tract. Var. de actio. fol. mihi 291 col. 4. † Cęterũ
ſi vis ſcire, quando plus petens teneatur, vel nõ, ad
expenſas, & quibus requiſitis vltra Citat. ſupra in
hac dec. Vide ex profeſsò, etiam ſigillatim tractan-
tem Menoch. conſ. 127. nu. 1. & ſeqq. lib. 2. & con-
ſil. 572. lib. 6. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Modus proferendi ſententiam condemnantem ad rei reſtitutionem cum melioramentis, num. 1.

Non eſt neceſſe, quod ſententia in meritis determinet, an ſit reſtituenda res media cautione ſoluendi melioramenta, quando quis non debiuiſt cauere, ſed negauit melioramenta deberi, num. 2.

Oblatio cautionis facit locum articulo, an media cautione ſit relaxanda executio, necne, num. 3.

Retentio rei ob melioramenta poteſt opponi, etiam in executione ſententiæ, in qua ius retentionis non fuiſſet reſeruatum, num. 4.

In Saluiano interdicto ſola oblatio impedit prolationem ſententiæ, num. 5.

Retentio admittitur pro melioramentis liquidis, vel incontinenti liquidandis, num. 6.

Relaxatur executio media cautione ſoluendi melioramenta non liquida, nec de facili liquidanda, numero 7.

Melioramentorum exceptio deducta ante ſententiã indiſtincte impedit executionem, num 8.

Ad liquidationem melioramentorum poteſt ſtatui aliquis breuis terminus, & interim impeditur executio, num. 9.

Et poſſet adhuc alius concedi, ſi primus fuit nimis breuis, num. 10.

Vel officium iudicis poteſt ſe interponere in liquidatione melioramentorum eligendo peritos in arte, numero 11. 12.

Seu oculis rem ſubijciendo adhibito aliquo perito, nu. 13.

Poteſt in ſententia declarari retentio, vel pronunciare cum formula reſectis prius ſub eod.

Materia melioramentorum eſt in arbitrio Iudicis valde poſita, num. 14.

Neceſſe eſt probare melioramenta à ſe facta, vel ab auctore eius, num. 15.

Alioqui non probans ſuccumbit, num. 16.

Item oportet probare, quod facta ſint poſt acquiſitionem aliàs teſtes non deponentes de hoc non probant, numero 17.

Et oportet quod conſtet etiam de ſtatu antiquo, num. 18.

Vt competat retentio pro melioramentis, ea extare probandum eſt, num. 19.

Saltem in genere, num. 20.

Et quod ſint liquida, vel incontinenti liquidanda, n. 21.

Ad probandum melioramenta duo requiruntur, vt probetur, & quantum impenſum, & quantum res facta fuit vtilior, num. 22.

Forma capitulandi melioramenta remiſſiuè, num. 23.

Et qui non probat iuxta dicta requiſita ſuccumbit, n. 24.

Modus æſtimandi melioramenta conſiſtentia in plantationibus arboribus, &c. remiſſiuè, num. 25.

Melioramenta in plantationibus conſiſtentia difficilius admittuntur, num. 26.

Bart. ſaluatur, num. 27.

Nullam vel modicam afferunt vtilitatem plantationes, num. 28.

Nec ſunt reficienda, num. 29.

Declara, vt ſub eod. num. 29.

Probatio dubia non releuat, & contra probantem fit interpretatio, num. 30.

Qui ſuccumbit, num. 31.

Non ſufficit allegaſſe, & non probaſſe melioramenta ad impediendam executionem, num. 32.

Non eſt cauendum de reſtituendis melioramentis ab idoneo, & non ſuſpecto, num. 33.

Immiſſio in poſſeſſionem bonorum fit aliquando de conſenſu partium, etiam ſine cautione, num. 34.

Reſeruatio melioramentorum fit, ne præiudicium fiat excipienti, num. 35.

Quando reiecta exceptio cenſeatur, de qua nil fuit dictum in ſententia remiſſiuè, num. 36.

D E C I S I O XXIV.

DOminus Iudex à quo condemnauit Reuer. D. Vincentium Bouium ad dimittend. pupillo Gaſpari F[illegible] fantuccio cult. 12. vti fideicommiſſo, ad quod pupillus vocatus erat, ſuppoſitas: Appellauit D. B[illegible] uius, & in appellatione deduxit, & oppoſuit de melioramentis in plantationibus, arboribus, vitibus [illegible] pijs, conſiſtentibus: ſuper quibus induxit teſtes adhuc ſecretos parti nõdum publicatos; Rota dictam ſententiam confirmauit, ſaluis melioramentis in executione tam ex deductis, quàm ex deducendis, liquidandis; Nulla erat difficultas ſuper reliquis, ſcilicet ſuper fideicõmiſſo, vocatione dicti pupilli ad illud, qualitate, & identitate bonorum, & reliquis id genus extremis neceſſarijs ad obtinendum; Sola difficultas remanſit: Quia vnus ex dominis volebat, quod in ſententia declararetur ius retentionis competere dict. Reuer. D. Bouio reo c[illegible] nuéto, donec eſſent ſibi ſoluta melioramẽta. Cæteris omnibus dominis contrarium dicentibus, & ita fuit ſecundum maiorem partem ſimpliciter,

prout

prout ſup. ſententiatum, & reſolutum. Mori ex
Pau. de Caſt. in conſ. 47. In cauſa, quæ vertitur,
1 ſub nu. fin ante fin. conſ. p t. † Vbi quod Iudex po-
teſt proferre ſententiã hoc modo, ſ. condẽnate reus
ad reſtitutionem d. Vineæ, refectis eiſdem expen-
ſis, de iure reficiendis nec aliter pro nunc declara-
re, & poſtea in executione diſcu intur iſta, &c. vt
ibi per eum in term. meliorationum, cuius dicta ita
2 ſtant ad Verbum. † Amplius quia actor pupillus
nunquã obtulit cauere, quinimò ſemper negauit,
præſuppoſita melioramenta deberi nequidẽ ſuper
hoc fuiſſet neceſſarium cognoſcere & determinare
3 Magon. dec. Luc. 8 t. ſub n. 7. ad fin. & n. 8. † Nam
eſt oblatio cautionis, ne ſub prætextu meliotamen
torũ retardetur, ſeu impediatur executio, quæ dat
cauſam articulo, An ſit retardanda, vel concedẽda
4 cum cautione, vel ſine. † Vnde dicit Statil. de Salu.
interd. inſp. 2. cap. 2. num. 185. poſſe opponi reten-
tionem, etiam in executione ſententiæ, in qua ius
retentionis ſibi reſeruatum non eſſet, & in dec. 70.
5 n. 3. † quod in Saluiano interdicto ſola oblatio im-
pedit prolationem ſententiæ, iuncto etiam nu. t. in
ead. & omnes Doct. tractant materiam, vel vbi ex
Saluiano prætẽditur executio facti, ideſt immiſſio,
vt mox ex Statil. vel vbi lata eſt ſententia condem-
natoria ſimpliciter; ad cuius executionem, dũ de-
ueniri prætenditur, excipitur de melioramentis,
6 quorum prætextu negatur eſſe dandam † In quo,
vel aliquando non datur, ſed permittitur retentio,
quando melioramenta ſunt liquida, vel de breui,
aut facilè liquidanda Aſſiſ. dec. Peruſ. 58. n. 13. p. 1.
Gayl. obſ. 12. n. 2. lib. 2. Peregr. de fid. ic ar. 50. n. 55.
Magon. dec. Luc. 8 t. n. 4. Lancel. de attent. p. 3. c. 25
nu. 8. 9 Burſ conſ. 60. ſub nu. 3. vol. 1. Vbi, quod did
procedit, etiã ſi offeratur cautio, de Cõ. nunc Ma-
gon. d. dec. 81. n. 10. nouiſſimè plures cõgerit Statil.
de Salu. interd. d. inſp. 2. cap 2. ſub num. 183. & ſe-
7 quen. & alij mox ſtatim citandi. † Vel aliquando
relaxatur executio, ſed media cautione de ſoluen-
do precio melioramentorum, poſtquam fuerit li-
quidatum, quando, ſcilicet ſunt illiquida, nec faci-
lè liquidanda Neguſ. de pignor. 4 mem. 5. par. ſub
num. 10. verſ. tertia concluſio. Burgn. Cauale de-
ciſ. 28. in add. num. 6. par. 1. de Iud. Rot. in nouiſs.
dec. 659. par. 1. Vbi hanc de iure veriorem dicit,
Benint dec. Bonon. 77. num. 5. & ſeqq. Vbi hanc la
tè defendit; prout etiam Contard. impugnãdo de-
ciſ. 17. Capyc. de momen. poſſ. ſ. queſt. 24 verſ. ter-
tius, an appellet nu. 18 & ſeqq. & nu. 26 & 27. Put.
dec. 471. num. 2. & ſeqq. lib. 2. Amat. dec. Mat. 23.
nu. 4. 5. 6. & 7. vbi quando etiam non obſtante obla
ta cautione poſſit executio impediri, diſtinguendo
liquida ab illiquidis, Statil. de Salu. interd deciſ. 68.
Vbi etiam impugnat Capyc & deciſ. 70. nu 3. & 4.
& inſp. 2. cap. 2. nu. 199. & ſeqq Vbi etiam teſtatur
de magis communi, quod fiat executio media cau
tione, quando melioramenta non ſunt liquida, nec
8 de facili, aut in continenti liquidanda. † Niſi fortè
melioramentorũ exceptio fuiſſet facta ante ſenten
tiam; quia indiſtinctè impediretur executio, Licet
ſecus eſſet, ſi poſt ex obſeruantia Sacri conſ. de qua
9 teſtatur Vinc. de Franc. dec. 112. ſub n. 15. † Vel ſta
tuitur aliquis breuis term. ad liquidandum Cõtar.
10 mox cit. n. 28. Put. d. dec. 471. in fin. p. 2. † qui quã-
tenus fuiſſet nimis breuis, poſſet alius adhuc dari,
& impediretur executio non obſtante cautionis
11 oblatione. Rot. dec. 120. in nouiſs. p. 2. † Vel officiũ
iudicis ſe interponit eligẽdo peritos, vt apud Char.
12 dec. gen. 72. nu. 21. 22. Cornaz. dec. Luc. 101. † Vbi
debere eſſe peritos in arte, quod etiam dixerat Car
thar. d. dec. 72. nu. 19. & Maſc. de prob. concl 1037.
13 nu. 14. † Seu rem oculis ſubijciendo, aliquo adhi-
bito perito, iuxta Rot. dec. 398. in fin. par. 1 nouiſs.
Maſcard. d. concl. 1037. num. 17. & 18.

Non negabant domini, quin potuiſſet declarari
retentio, aut accõmodari formula refectis prius me
lioramẽtis, vel conſimilis ad Neguſ de pig. 4. mẽ. 5.
par. ſub n. 10 Cuma. conſ. 102. in fin. Maſc. de prob.
concl 933. ſub nu. 14. ſed dicebant nõ teneri per ſu-
14 prad. n. 1 & ſeqq † præſertim quia iſta materia re-
ſidet in iudicis arbitrio, Aſſiſ. dec. Peruſ. 58. nu. 9.
Cerd q. 24 n. 15. Corn. 2 dec. Luc. 101. n fi. Amat.
dec. Match. 23 n. 6. Ac ne quid non poſſe, nec benè
applicari ad caſum noſtrum per text. ll d. C allegata
contradictorẽ, adducta ex Neguſ. in loco mox cit.
& ſimilibus ad idem propoſitum, non ſolum ex ſu
pradictis, ſed etiam ex inſra dicendis.

In primis, quia de teſtibus ad parte datis non
conſtaret de ſubſtantia melioramentorum luculen
ter, nec quod eſſent facta ab ipſo reo conuento, ſeu
15 auctore eius, † quod tamen, vt deberentur neceſſa
rium erat Men. de recep. poſſ. rem. 15. n. 563. Maſc.
d. concl. 1037. n. 6. Burgn. d. dec. 28 in add. n. 3 p. 1.
de Iud. Ond. conſ. 85 n. 41. lib. 1. Burſ. cõſ. 330. n. 96.
16 lib. 3. † cuius defectu ſuccumbitur vt ait d. Cabal.
conſ. ciu. 45. n. 82. & ſeq. tantum abeſt, vt reten-
tio iam tum potuiſſet declarari, nedum declaranda retentio, vt declarari petijſſet in caſu Cum. conſ 102. in
fin. Maſc. de prob concl. 933. ſub num. 14.

Item, non depoſuerunt de ſtatu antiquo, vt ſci-
retur an melioramenta ſuperuenissent; maximè
quia ſi depoſuerunt de plantationibus arborib &
ſimilibus, conſtabat quod, & aliàs antè acquiſitio-
nem hæc aderant. vt patuit ex inſtrumentis exhibi
17 tis: † Cum autẽ non facilè depoſitũ, quod me
lioramenta fuerint facta poſt acquiſitionem nõ re-
18 leuant teſtes prædicti Char. d. dec. 72. n. 13. † & vbi
non cõſtat de ſtatu antiquo Farinac. in nouiter no-
uiſs. dec 530. num. 1. & multò magis, quia conſtat
de contrario ex inſtrumentis, in quibus aſſeritur
arbores vites & alias plantationes extitiſſe.

19 † Vt autem cõpetat retentio, melioramenta ex-
tare, vt conſtet neceſſe eſt, aliàs non cõpetet arg. l.
diuus. ff. de milit. teſtam. Ceph. in term. cõſ. 213. n. 3
li. 1. Maſc. d. concl. 1037. n. 1. Chart. d. dec. 72. n. 21.
20 Lancel p. 3. c 25. q. 29 n. 8. de attent. † ſaltem in ge
nere Rot. dec. 112. in fi. par. 2. nouiſs. Magon. dec. 81.
ſub n. 9. verſ. vnde. Statil. de Salu. inter. dec. 64. n. 4.
& ſub n. 9. verſ. non obſtat. & inſp. 2. c. 2. n. 197. &
21 198. † Vbi quod retentio competat duo requiri,
primum, quod probetur melioramenta fuiſſe: alte-
rum, quod ſint liquida, vel in cõtinenti liquidãda.

DECISIO XXV.

EX conſtitutione Iuſtin. ſub rubr. 15. numer. 11.
lauda habent executionẽ paratã præſtita cau-
tione, &c. non obſtante appellatione, vel reductio-
ne ad arbitrium boni viri. Vtraque pars appellauit
à laudo in præiudicialibus, & quæ obtinuit laudum
in 400. cum tamen prætenderet longè plus appella
tione mediante a præiudicialibus interpoſita. Inte-
rim petijt exequutionem laudi pro dicta ſumma,
Rota, coram qua dicta appellatio pendebat, & pete
batur dicta exequutio virtute dictæ conſtitutionis,
eam denegauit, ſiuè eſſet ſententia, ſiuè laudum,
1 †contendebant etenim ſuper hoc partes, ex quo eſ-
ſet latum à Iudice ordinario ad l. ſed ſi ſeruum. §. ſi
quis Iudex. ff. de recept. arbitr. iuncta ibi gl. Et Bart.
& ad Spec. de arbitr. & arbitrat. §. t nu 2. & 3. ex
quibus de materia, an Iudex poſſit eſſe arbiter de
iure, & an de conſuetudine, quicquid enim eſſet,
ſemper verum erat, non eſſe locum executioni,
2 † ſi ſententia intrabat ius commune ex tit. Appel-
lat. pend. nil in nou. ſi laudum intrabat, quod non
erat licitum appellare pro parte, & pro parte non,
cum eſſet indiuiduum Vinc. de Franc. dec. 173. per
3 tot. † nec pro parte exequi, pro parte non exequi,
vt ait ibid. Franc. & Mohædan. tit de ſent. & re iud.
4 dec. 10 aliàs 313. † vbi dicitur, id ideo, quia laudũ
æquiparatur tranſactioni, & debet regulari, vt tran
ſactio. Hæc autem non poteſt pro vna parte vale-
re, pro alia non, quia contractus eſt, vltrò, citroq.
5 obligatorius. † Quinimò etiam in ſentẽtia, in qua
datur appellatio à præiudicialibus, & acceptatio
pro vna parte, & pro alia non vt patet ex Fran in
d. deciſio. 173. vbi diſtinguit laudum à ſententia.
6 † Tamen adhuc in ſententia obtinet, vt ſi conti-
neat vnam ſummam, & non valet in totum, nec va
lebit pro parte, quia eſt ſententia non diuiſibilis,
& quia in vnica petitione, & in vnica ſententia om
nis ſumma continetur, ſententia aut debet in totũ
7 valere, aut in totum eſſe nulla, † quicquid eſſet, quã
do ſententia, & petitio haberet clauſulas ſeparatas,
vt declarat gloſſ. in l etiam. §. 1. in ver. audiendus.
ff. de mino. Iaſ. in l. ſi ſeruus plurium. §. 1. de leg. 1.
hæc, & aliã ſignanter per Put. dec. 3 3. per tot. lib. 1.
8 † Et quicquid etiam ſit quoad inducendam con-
formitatem ſententiarum, quia dicuntur confor-
mes in minori ſumma latè deciſ. ſelect. Bonon. 38.
per tot. Ex quibus, &c. Laus Deo, &c.

SVMMARIA.

Captura etiam nulla, vbi conſtat de bono iure eſt confir- manda, nu. 1.
Fal. vbi nullitas prouenit ex defectu in forma. n 3.
Et vbi conſtitutio proceſſit vlterius annullando, n. 4.
Ex conſtitutione Iuſtin. Captus eſt ducendus ad Iudicẽ num. 2.
Clauſula annullatiua annullat ipſo iure, quod in contra- rium geſtum eſt, n. 5.
Actus contra formam, vbi non eſt clauſula annullatiua, aliquando non eſt nullus, n. 6.
Nec actus contra legem, nu. 7.

DECISIO XXVI.

CItationem factam pro incontinenti annullan-
dam ſententiam ad fauorem Iacobi de Arci-
nis capti pro ſuſpecto, nõ obſtante quod videretur
conſtare ex teſtibus examinatis, verè eſſe debitorẽ,
& de bono iure actoris ad Farin. de Carc. & Carc.
q. 27. num 151. Rot. in nouiſſ. dec. 151. num. 5. p 2.
1 cũ concord. † vbi etiã quod captura, & carceratio
eſſet nulla, etiam ex defectu citationis, tamen verè
conſtaret de bono iure, & de debito, tunc deberet
2 ſuſtineri, nec eſſet locus relaxationi. † Quia ex con-
ſtit. Iuſtin. ſub 9 nu. 23. & 25. Captus eſt ducendus
ad præſentiam Iudicis ante carcerationem ſub pę-
na [illegible] num. 24 nullitatis, & alijs an-
tedictis. Quæ præſentatio capti facta non fuit, &
3 ideo peccatum fuit in forma, † & non eſt in poteſta
te Iudicis eã excludere a l latè in dec. Bon. 2 ſupra
4 quæ fortius ſtringunt in hoc caſu, † vbi conſtitutio
proceſſit vlterius annullando, quo caſu nulla eſt
de [illegible]ultas, cap. quodam. in fi. de præbend. in 6 &
ibid. Anch. not. 3. Et Frac. not. 1. Prob. ad Ioan. Mo-
nach in cap. tibi qui. num. 5. de reſcr. in 6. Pariſ. con
5 ſil. 37. num. 3. lib. 4 † quia clauſula annullatiua an-
nullat ipſo iure, quod in contrarium geſtum eſt ca.
pen de præb in 6. & ſcribunt al j cit. per Menoch.
6 conſ. 83. num. 6. 7. 8. lib 1. † quicquid aliquã ſo, vbi
non adſit clauſula annullatiua actus contra formã
non ſit nullus, vt apud Natt. cum per eum citat. in
conſil. 360. num. 46 lib. 3. [illegible] C. de ſent. ex bre-
ui. recit. & ibi not. Salyc. Alex & alij per eum cit.
Ex quibus, &c. Laus Deo, &c.

SVMMARIA.

Sententia non conformis libello eſt nulla, n. 1.
Fal. niſi quid fuerit in ſententia comprehenſum veniens acceſſoriè ad contentum principaliter in libello, nu- mero 2.
Seu quando iuris interpretatione quid reduci poteſt ad re medium intentatum, n. 3.
Intentans remedium expulſiuum contra tertium, hypo- thecata bona poſſidentem, & iunctis clauſulis ſalu- taribus dicitur Saluianum interdictum intentaſſe. ſub num. eod.
Acceſſorium naturam ſequi congruit principalis, nu- mero 4.
In Saluiano interdicto obſtat exceptio excuſſionis non fa- ctæ, num. 5.
Contra de veriori opinione, nu. 6.
Et vbi eſt clauſula conſtituti, nu. 7.
Et vbi quis eſt notoriè non ſoluendo, n. 9. 10.
Hæreditates, quæ repudiantur præſumũtur ære alieno onu ſtæ, aut nihil ineſſe in eis. 9.
Sicut è contra quando inueniunt hæredes. n. 9.
Saluianum interdictum non competit, vbi eſt clauſula cõ ſtituti. nu. 11.
Contra de veriori opinione, nu. 12.

Non

Non valenti agere non currit præſcriptio, nu.13.
Iudex non petenti officium ſuum non impertitur, nu.me-
ro 14.
Nec poteſt impertiri factum ſupplendo, num.15.
Immiſſio ex Saluiano ſuſtinetur pro ſumma verè debi-
ta, n.16.
Solutio partis debiti liberat debitorem pro ea parte, pi-
gnus tamen totum manet, & totum diſtrahi poteſt.
num.17.

D E C I S I O XXVII.

AD fauorem D. Nicolai de Sinijs agẽti aduer
ſus tertium poſſeſſorem ad bona hypothe-
cata pro parte dotium materiarum fuit ex ſenten-
tia Excell. D. A. G. relaxatum præceptum expulſiuũ
imploratum, ad effectum tamen tenendi, & poſſi-
dendi, donec fuerit ſatisfactum d. D. Nicolao de li-
br. 1600. damniſque, & intereſſe à die moræ litis à
qua ſententia appellatione introducta in Rota, fuit
primo dubitatum de eius validitate eo prætextu,
quod non videretur conf[illegible] rmis libello, ſiquidem in
libello concluſum fuerat relaxari præceptum expul
ſiuum ad effectum vendendi pro ſat ſfactione di-
ctæ dotis, ſententia autem dixit ad eff[illegible] ctum ten[illegible]
1 di, vt ſupra, † quare eſt nulla cap. lic[illegible] t Hely. de Si-
mon. clem ſæpè. verſ. verum, quia. de verb. ſig. cũ
alijs, vt per Vant. de null ex defec. proceſs. num. 97.
2 † verum reſponſum fuit, hoc nõ obſt[illegible], q[illegible] rin
cipaliter fuit imploratum præ[illegible] ptum exp[illegible] m,
ad qu[illegible] d ſequitur acceſſoriè eff[illegible] ctus [illegible]
nec, &c. vt in ſententia, ſu[illegible] autem [illegible] n-
d. m [illegible] tam, vt [illegible] qu[illegible] atur
ac[illegible] ſſi ne[illegible] ur virtualiter [illegible] x na [illegible] ac[illegible] is, vel a-
liàs compræh. ndatur, & petitioni ſubſi[illegible] quia iũ[illegible],
quod ſententia ſit extra p[illegible] tita dicitur [illegible] pot[illegible], cũ
ſaltem tacitè infuit, latè Felyn. in d. cap licet Hely.
col pen. vbi poſuit alias limit. & Vãt. d. tit. de null.
ex def. proc dic. num. 97 verſ. erit tamen aduerten
3 dum. † Præter[illegible] à ſatis videtur clare conſtare, quod
fuerit intentatum S[illegible] nium interdictum, eo ipſo,
quod fuit petita immiſſio agentis, ex præcept[illegible] im-
plorato expulſiu[illegible], & eo ipſo, quod adſunt clauſulæ
ſalutares quo caſu etiam quando lib[illegible] llus contine-
ret contraria remedia nihilominus ſuſtiner[illegible] tur, &
conſequenter ſententia. Stat. de Salu. interd. inſp. 1.
cap. 3. per tot. præſertim num. 9 36. & ſeqq. & eſt
indubitatum, quando iuris interpretati[illegible] n contra-
rietas poteſt reduci ad ordinem compatibilem &
ad remedium intentatum ait ibid. Stat. num. 13. [illegible]
ctum autem eſt, clauſulam ad effectum tenẽdi, & c[illegible]
ineſſe tanquam acceſſoriam in dicto præcept[illegible] &
4 ideo ad illud reduci, † quia acceſſorium [illegible] rá ſe-
qui congruit principalis cap. acceſſorium. de reg[illegible].
iur. in 6. videatur etiam Corn. conſ. 8. per tot. [illegible] b. 1.
ad prædicta.
5 † Secundò fuit dubitatum, quod non fuit facta
excuſſio, & ideo an [illegible] btineri poſſet in dicto reme-
di[illegible] dubitationem faciebat, conſ. 89 apu[illegible] Bec cum
alijs plurib. adduct. per Stat. de ſalu. int. inſp. 2. ca. 2.
num. 5. & ſeqq. qui tenent excuſſionem eſſe neceſ-
6 ſariam etiam in Saluiano. † Verum fuit tentum cõ-
trarium ex eod. num. 26 & ſeqq. & ſub nu. 30. vbi
latè, quod non ſit neceſſaria defendit, & hanc opi-
nionem veriorem oſtendit & dixi in dec. Luc. 31.
num. 18. vbi ità tenuit ead. Rot. Luc. & de magis
7 communi ex cit. vt ibi. † & etiam erat indubitatũ
in caſu noſtro ob clauſulam conſtituti in[illegible] rumenti
dotalis ad Stat. ibid. num. 17. eum citat & quod fi-
lius ipſe repudiauit hæreditatem paternam, vnde
hæreditas non præſumeretur ſoluendo à ſolitis ar-
8 guendo, † quod repudiantur hæreditates ære alie-
no [illegible] nuſtæ, vel in quibus non [illegible] eſt ad tit. Anaguat.
vel [illegible] l. & ibi Do[illegible] to. & ad deciſ. Florent. 26. nu 6
9 † ſicut è contra quand[illegible] inueniunt hæredes præſu-
muntur opulentæ ad deciſio. Luca. 31. num. 40 41.
10 † Vnde, & h[illegible] [illegible] liquid faceret ne excuſſionis exce-
pt[illegible] obſtaret, cum n[illegible] n intret vbi notoriè quis ſol-
uendo [illegible] on eſt, [illegible] tat. d [illegible] ſp 2. c. 2. n. 20.
11 † Te[illegible] [illegible] ubitatum, an intraret Saluianum
interdi[illegible] [illegible] nte dicto conſtituto ſiet[illegible]
pro part[illegible] neg[illegible] conſ. Bec. 89. num. 15. cum a[illegible] js
cit[illegible] t. le Salu. int. in p 3. ca. 2. numero 21[illegible].
12 † plac[illegible] [illegible] verò intrare ex veturi o-
p[illegible], [illegible] ex [illegible] auſis, d[illegible] quibus latè Stat. nu. 212.
& [illegible] quia per conſtitutum non
tian[illegible] poſſeſſi[illegible] facti, & actualis, vndè Saluia-
nu[illegible] [illegible] ctum ad eam adip ſcendam optimè
intr[illegible] t.
[illegible] t [illegible] bitatum de præſcriptione, ſed
fu[illegible] ſt[illegible] etum, e[illegible] non intrare, quia à morte
patris qu[illegible] fi[illegible] tuit agere, nondũ erat
13 decur[illegible] nondum de[illegible] urrerat, † quia
non valenti a[illegible] rè non currit præſcriptio, vt dixi [illegible]
deciſio Fl[illegible] r 7 num [illegible].
Quarto, & vl[illegible] vnus ex dominis dicebat, qđ
ex ſtat[illegible] § & quia. ſ[illegible] 263 quod data
[illegible] in apparatus ipſam [illegible] reſtituenda ſunt, non
autem p[illegible] ium, quare n[illegible] p[illegible] ſſ[illegible] concedi imm[illegible]
n[illegible] pr[illegible] tata ſummæ, ad quam aſcendunt ap[illegible]
t[illegible] po[illegible] ſum fuit p[illegible] imo, ex ipſo mer ſtatu[illegible]
ſultare l[illegible] nes ad idem, vnde cum in f[illegible]
hil appar[illegible] p[illegible] ſitum, vel deductũ de h[illegible]
t[illegible] nullæ eſſent partes noſtræ in huiuſm[illegible] di[illegible].
14 † Iudex autem n[illegible] n p[illegible] tentibus offi[illegible] um ſ[illegible] ó
15 [illegible], Surd. dec. 32 . num. 17. 18. † Ne[illegible] p[illegible]
teſt im p[illegible] factum ſupplendo tit. C. vt quæ d[illegible]
a[illegible] uo. part. & c. l. [illegible] ritas § veritas. ff de e[illegible] ff præſ l. 2.
ff. [illegible] ferijs. Item reſponſum fuit ſtatutum non be-
nè applicari caſui noſtro, [illegible] uia in
caſu [illegible] præ[illegible], [illegible] uibus fuerunt æſt[illegible] mati appa-
rat[illegible] s, fuer[illegible] [illegible] n dotem computata, qui caſus eſt
ex[illegible] p[illegible] à ſ[illegible] uto, & venit precium ipſum non ap
paratus, ibi in illis verb. *pro veſtibus, & apparati-*
bus ſeu alijs iocalibus in dotem non computandis. iun
cta ibid. gloſ. Monter. in lit. 6. d. verb. *Computandis.*
16 † Item fuit reſp[illegible] nſum, quod immiſſio ex S[illegible] luia-
no ſuſtineretur [illegible] mni modo pro ea parte, quæ indu
bitàt[illegible] (vltra apparatum, qui eſt minor pars totius
ſummæ p[illegible] tæ, eſt debita pro dote, & nomine do
tis iuxta l. mol. his. & ibi gl. & Bartol. ff. de iur. fiſc.
17 & ad dec ſupra 23. num. 15. & ſeqq. † & licet ſolu-

tio

ſi partis debiti liberet debitorem pro ea parte. tamē manet pignus in totū, & in totū pōt diſtrahi. l. quādiu. C. de diſtr. pig. l. ſi unū. §. ſi cre[...] ff. de pi[...] act. l. ſi neceſſarias. § ſi vnus. ff. eod. tit. Gozad. conſil. 8. ſub num. 4. ad fin. Ex quibus, &c. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Poſſeſſorium retinendæ, & petitorium cumulari poſſunt quando actor agit petitorio, & reus excipit de poſſeſſorio, num. 1.

Al[...]as non num. 10.

In incorporalibus fit cumulatio, nu. 2 1.

Poſſeſſio probatur ex titulo præcedenti, & ad titulum refertur, unde oritur, nu. 2.

Poteſt pronunciare ſuper poſſeſſorio retinendæ, in ſuſpenſo relicto petitorio, n. [...] & 14.

Quando prius conſtat de turbatiua, n 4.

Iudex udicando de liquido priuſquam de nō liquido, procedit recto ordine, nu. 5.

Legatus [...] Latere non poteſt derogare ſtatutis auctoritate Apoſtolica confirmatis, n. 6.

Non poteſt tertijs præiudicare, n 7.

Nihil poteſt contra formam iuris, n. 8.

Ita alligatur iuris obſeruationi, ut quilibet Iudex, numero 9.

Quæ conſiſtunt in conſuetudine formiter ſunt probanda. num. 10.

Legatus de Laterè poteſt omnia, quæ non ſunt reſeruata Sedi Apoſtolicæ in ſignum ſpecialis priuilegij. num. 11.

Quæ Sedes Apoſtolica ſibi non reſeruauit, videntur conceſſa, nu. 12.

Quando de proprietate dicatur non liquere. numero 13.

In dubio præſumitur, quod prius conſtiterit de poſſeſſorio, quam de petitorio, n. 15.

Declaratio, gratiam eſſe exequendam, ſonat in merita cauſæ, nu. 6.

Nemo de facto eſt ſua p[...]ſſeſſione priuand. s, n. 17.

Nec turbari turbatione extraiudic ali, n. 8.

Quando vnus p[...]ſſidet alter non, alteri eſt inhibendum, num. 19

Factum non dicitur, ubi aliquid ſupereſt peragendum. num. 22.

Incompatibilitas eſt cauſa, ne poſſeſſoria, aut petitoria cumulari poſſint, n. [...]

Verba petitionis ſunt intelligenda, prout eſt utilius petēti. nu. 4.

Etiam ſi petitio ſit generalis, cuius declaratio peti debet à parte, nu. 25.

Alioqui ſtandum eſt declarationi petentis, numero 26.

Ex relatione ad acta ſententia dubia declaratur, numero 27.

Propria formula in remedio manutenendæ numero 28.

Duo in ſolidum poſſidere non poſſunt. n. 29.

Quod non eſt, poſſid[...] non poteſt. nu. 30.

Agi poteſt ad transferendam poſſeſſionē, ubi eſt promiſſio, aut ad intereſſe, n. 31.

Plus, & minus non faciunt differre ſpecie. numero 2.

Ex pluribus impedimentis, uno ſublato remanet alterū. num. 33.

Ex pluribus remedijs vno ceſſante alterum manet. numero 4.

Geſta per metum non ſunt nulla ipſo iure, ſed egent reſciſſione, nu. 35.

Metus iuſtus requiritur, ut afficiat, nu. 36.

Quod æſtimatur, & probatur ex arbitrio Iudicis, ſub numero eod.

Metus ordinatus ad exequutionem iuſtitiæ non dicitur factus ex cauſa metus, & dicitur laudabilis. numero 37.

Probari debet qualitas, quod coactus, & quaſi oppreſſus [...], nu. 38.

Probanda eſt ſp[...] nu. 39.

Et quod quis [...] exequi minas, etiam in magiſtratu, vel [...] principe, nu. 40.

Iuſtitia m[...] agnoſcitur in eo, qui ſe iuſtè timere profitetur, nu. 41.

Interpretatio excluſiua delicti eſt accipienda, numero 4[...].

Non q[...] iniurioſa, & tenderet ad iniuriam principis. nu. 43.

Verbum præcipuè ſignificat alijs ex cauſis etiam motum. num. 44.

Sententia cum verbo maximè ſignificat Iudicem etiam alijs ex cauſis motum, n. 45.

Clauſula (nemine diſcrepante) indicat liberiorem conſenſum, nu. 46.

Expreſſ[...] [...]cent, non expreſſa non nocent. numero 4[...]

Subditi d[...] animo obe[...]iendi, & ita præſumi[...] prob[...], nu. 48.

Vt Me[...] affi[...] eſt [...] menſio de eo per modum proteſtationis, ut n. 49.

Adiunctum m[...] naturam verbi, & conſtituit illud in alia ſpecie, nu. 50.

Pactum pro infecto haberi non poteſt, n. 51.

[...] quod poſ[...] eſſio data non ſit data, eod.

Quia poſſ[...] in incorporalibus non acquiritur ſine patient[...] al[...] eius, contra quem acquiſitio poſſeſſionis [...], nu. 52.

Declara, [...] num. eod.

Et fal. ubi po[...] expreſſim conceſſa, ſub eod.

Ex vnico actu cum patientia, & ſcientia aduerſarij trāſfertur poſſ[...] in incorporalibus, n. 53.

Expreſſè venientia d[...] runt a tacite tantum venientibus, nam illa plenius, hæc ſtrictius interpretantur. num. 54.

Aliud eſt poſſeſſio aliud emolumenta, n. 55.

Acceſſorium ſequitur principal[...], nu. 56.

Acceſſorium ſunt emolumenta, quia ſunt effectus poſſeſſionis, nu. 57.

Qui habet poſſeſſionem debet habere, & emolumenta. num. 58.

Conceſſa poſſeſſione rei principalis putà caſtri, cenſetur in incorporalibus quaſi poſſeſſio reliquorum iurium conceſſa, num. 59.

Actus

Actus executiuus eiuſdem cenſetur naturæ, at actus mãdantis exequi, & ad eius tendit perfectionem, numero 6.

Nec ab eo differre dicitur, num. 61.

In incorporalibus ex poſſeſſione vnius actus rei vniuerſalis, infertur ad vniuerſ[...]m, nu. 62.

Ad acquirendam poſſeſſionem vniu[...] fundi non eſt neceſſe circumire omnes glebas, n. 63.

Ad acquirendam poſſeſſionem incorporali[...]m ſufficit vnum, aut alterum actum exercere, non omnes actus, dummodo ſint eiuſdem per generis, n. 64.

DECISIO XXVIII.

CVm per obitum Chriſtofori de Salamonis vacarent in vnin[...] ſitate p[...] llacanorum 25. pelles Illuſtriſs. Cardin. Ba[...]b[...] in[...] Legat[...] eas [...]ceſſit Ioanni Dominico Ruineto ſupplicanti, vt in reſcripto eum derog[...] tione [...] [...]rum artis, & ex præcepto eiuſdem Illuſtriſs. Legati tranſmiſſo pęnali, vt in eo, homines [...] ietatis ſimul legitimè congregati nomine([...] ait actus ipſe) diſcrepante dederunt actualem poſſeſſionem dicto Ruineto in conſilio faciendo eum ſedere in ſedili ad hoc ſolito, & cætera in forma.

Verùm, quia antea ſocietas aggregauerat Ioannem Baptiſtam de Alexand. de an[...] 161[...] a. & mox de anno 1614 Ioannem B[...] tiſtam Vign[...] eum [...] ſetuat[...] ne[...] pr[...] [...] de pelibus, v[...] dum [...] tet nou[...] gen[...] tali[...] ſtibutio, vel in prima vacat[...]ne. H[...] [...]erunt Exc[...] llent A. G. petentes [...] ſſ[...] dict[...] [...] ob[...] tum dicti Salomo[...] tes & g[...] m factam dicto Ruin[...]ro de[...] nullam, & ſubr[...] am. Accedente cũ [...] d[...] ipſa v[...] ad cauſam. Excipiente verò ip[...] Ruineto & pet[...] manuteneri in poſſeſſione, in qua & gratiam exequi.

Excel. A. G. p[...]onunciauit, gratiam eſſe exequendam, à qua appe[...]runt prædicti de Alexandris, Vign[...] & ſ[...]cietas ad Rotam, vbi Ruinetus petijt dictam ſententiam in primis, & ante omnia eſſe exequendam eamque confirmari, vel reformari prout melius, &c.

Rota declarauit eundem Ruinetum eſſe manutenendum in p[...]ſſeſſione in qua, & in meritis ad vlteriora, &c & ſic benè, vel malè fuiſſe iudicatum, aut [...]ppellatum.

Mota ex eo, quia eſſemus in eo articulo, vbi actor primo egit petitorio, & Reus excepit de poſſeſſorio retinendæ in iure incorporali, & in quo actor non eſt in aliqua p[...]ſſeſſione, ſed eſt reus, qui poſſidet, ſeu quaſi, & petit manuteneri in poſſeſſione, ſeu quaſi in qua eſt, & in qua moleſtatur, ſeu turbatur ab eadem ſocietate, quæ poſſeſſionem, ſeu
1 quaſi conceſſerat, ſeu à prædictis. † Hoc etenim caſu vtrunque iudicium procedit, & petitorium ex parte actoris, & poſſeſſorium retinendæ ex titulo, vti poſſidetis, ſecundum l. ſiduo. §. item videamus. ff. vti p[...]ſſid. & Bart in l. naturaliter. §. nihil c[...] mmune. num. 26. ff. de aq[...] hæ[...] [...]e [...]tur[...] [...]c[...]t[...]. & benè declarata in term. poſſeſſionis, ſeu quaſi terũ,

ſeu iurium incorporalium Menoch. de retin. poſſeſſ. remi. 3. n. 134. per tot.

Et in poſſ[...] [...]to tantum fuit iudicatum, quia de hoc ſol[...] liqueret ex actu ſocietatis ſupra [...] lato ad
2 Bald. in conſ. 161. ſub nume. 2. col. 1. in med † vbi poſſ[...]ſſionem probari ex titulo præcedenti, quia ſemper poſſeſſio referatur ad titulum, vnde oritur, & etiam plenè [...]pud Maſcar. de probat. cõcl. 1196. per tot. cum ex aduerſo de iure petitorij non plenè
3 c[...]nſtaret, † & ideò potuit Rota ſuper eo pronũ[...] re[...]tero in ſuſp[...] [...]ore[...] cto melius liquidando pro proce[...] ad vlteriora, M[...]noch. d rem. 3. de retin. p[...] [...]um. 8 to. verſ. Quintus eſt caſus. praet. Pap. in for[...] pro [...]b. poſſ. verſ. Ad [...]ſſandum, & deſiſtendum uum. [...] 1. Contard. de ma[...]m. poſſ. lim. 2. §.
4 Qu[...] tus, num. 28 † vbi quod ſi agens in interdicto retinendæ prob[...] [...]tentionem ſuam, putà vim turbatiuam, & prius conſtet de turbatione erit pronũ[...] [...]ndum ſuper [...] interdicto retinendæ ad hoc, v[...] ceſ[...] ſet [...] [...]bari, & ſubijeit. num. 10 19 in fi.
5 † [...] [...] [...]dic[...]nd[...] de liquido priuſquam de [...] [...] [...] [...] d[...] recto ordine ex l. ſi C. de Cõp[...] [...] ſt nu. 14.

Quod autem nondum liqueret quoad merita, [...] bat, [...] [...]n[...] [...]tra dicebatur, Illuſtr. Legatum non p[...]tu[...] [...] ve[...] [...]e ad der[...] gationem ſtatutor[...] ſ[...]cietati[...] [...] ſicut dum quæ dicitur Ruinetus, e[...]at[...] [...] pa[...] quia eſſent [...] auctoritate Apo
6 ſt[...] [...]ae [...] [...], † vnde Legatus à Latere nõ potuiſſet [...]s d[...] [...]gare, Roman[...] conſ. [...]7 ſub num. 2 ad fin. R[...] conſ. 16[...] num. 3 v[...] l. 4. m[...]x [...]mè in pręiudicium d[...] tertium duorum l[...]gitimis modis aggre-
7 [...]atorum, † quia Leg[...]us à L[...]tere non poteſt ter-
8 t[...]js præiudicare. Thob. Non. c[...]ol. 55. nu. [...]. † nec aliquid poteſt contra f[...]rmam iuris Alex. in term. Legati Bonon. conſ 17. nu. 14. lib. 4. Butr. conſ. 62.
9 Crau. conſ. 103 n[...]m. [...] † & alligatur, ita iuris obſeruationi, vt qu[...] ber Iudex Ma[...]c. de-pr[...]b. concl. 35 ad fin. Alia ad hæc, Menoch. conſ. 47 [...]. num. 11. & ſeq. lib. 5.

E contrà verò reſpond[...]batur quicquid ſit de iure, [...]tos eſſe Legatos B[...]noniæ d[...] [...]gare legibus, & ſtatutis, & dabantur exempla, è contra verò ad[...]uc per alia contraria exempla demonſtrate [...]nantibus aduerſarijs, ita tamen, quod non tal[...] ter b[...]uc inde eſſent in [...] tus redacta, vt ſuper eis firmiter in[...]ſiſt[...] te p[...]ſſ[...] R[...] ta, quæ in maturiori, & proceſſu, & iu[...] [...] pus ſuiſſe huiuſmodi in re, magni ſanè mom[...] [...]xiſtimauit Rota, ne vel partibus, præiudicium, vel tantæ ſublimitati nota, quod abſit, à no
10 bis [...] [...]r b[...] mill[...] ſinfer[...]etur. † Cum pręſertim quæ conſi[...] [...] conſuetudine firmiter probãda ſint, iuxta glo. in l. 1. C. quæ ſit longa conſuet. Bart. in l. de quibus. ff. de legib. & in d. l 1. C. quæ ſit longa. cõne. Card. Thuſ. concl. 794. & 795. ipſe in tracta. de interpret. inueſt. capitulo 2. gra. 2. poſit. 5. per tot.

Item dicebatur in facultatibus, Papam procedere p[...] viam particularium exceptionum, in quibus non vult Legatum habere iuriſdictionem, concedendo plura, quæ de iure non competunt legatis.

Non

Non obſtantibus conſtitutionibus, ſtatutis, ordina
tionibus locorum, ac ciuitatis, exemptionibus, In-
dultis, &c. motu, &c. ex certa ſcientia, &c. cum de-
rogatoriarum derogatorijs &c. quorũ tenores, &c.
11 Vnde inſurgerit concluſio, quod poſſit omnia, quę
non ſunt reſeruata Sedi Apoſtolicæ in ſignum ſpe
cialis priuilegij cap. per translationem. Vbi gloſſ. in
12 ver. reſeruata, & ibi Doct. de offic. leg † & quæ Se
des præfata ſibi non reſeruauit videntur conceſſa
cap. ſuper de ſent. excom. Spec. de legato. §. nũc oſtẽ
dendum, n. 53. vbi latè.

Et tamen ſicut de vſu, vel conſuetudine ſatis
Rotæ non liquebat, ſic nec de facultatibus prædi-
ctis, ſicut nec etiam de alijs, quæ ſocietas adducẽ-
bat ex proprijs ſtatutis, & de prætenſo publico pręⸯ
iudicio, & alijs id genus, vnde intraret dictum Cõ-
tard. in d. tract. de mom. poſſ. lim. 2. §. quintus ſub
13 num. 27. † in hæc verba, *Poteſt enim eſſe, quod de
proprietate non liqueat, quia fortè ſuper ea teſtes non
ſunt recepti, vel ſi ſunt recepti, non ſunt diſcuſſæ, ſeu
14 examinatæ eorum atteſtationes. &c.* vt ibi per eũ, †
ſubdens quod tunc poteſt poſſeſſorium prius expe
diri ſuſpenſo petitorio, vt pulchrè declarat Imo. in
c. 2. de cau. poſſ. & ad ſup. n. 5.

15 † In dubio verò præſumendum eſt, quod Iudici
prius conſtiterit de poſſeſſorio, quam de petitorio,
vt ait ibid. Contard. n. 30.

16 † Non approbauit Rota formulam ſententiæ à
qua, &c. eam. ſ. gratiam eſſe exequendam, quia hęc
clauſula reſpicere videtur merita, quæ tangere no-
luit per prædicta, dixit eſſe manutenendum in poſ-
17 ſeſſione tam per dicta num. 3. & ſeqq. † quã quia
nemo de facto eſt ſua poſſeſſione priuandus, nec li-
cuit dictæ ſocietati ius ſibi propria auctoritate dice
re, denegando poſſeſſionem iam conceſſam, de fa-
cto, dum lis pendet, & eſt determinatio fienda per
Iudicem ad l. 1. C. Ne quis in ſua cau. &c. Martil.
18 ſing. 405. † turbatione extraiudiciali, vt ait Menn.
de retin. d. rem. 3. ſub d. num. 534. verſ. verum ſi re
19 ctè, † & quando vnus poſſidet, alter non, inhiben-
dum eſt non poſſidenti Bal. in l. 1. ſub num. 3. verſ.
& al a C de prob. ſeq. pec. add. ad pract. Pap. in for.
lib. pro turb. poſſ. verſ. ad ceſſandum. ſuper verb. v-
terque, & eſt ſecunda add.

Et hæc non obſtantibus contrarijs, quæ adduce
bantur, & in primis quidem, quod Ruinetus petijt
gratiam exequi, & ſic ingreſſus fuit merita petito-
rij, & licet etiam petierit manuteneri, tamen cõtra
20 eum faceret, † quod non poſſent hæc duo remedia
cumulari petitorium, & retinendæ poſſeſſorium;
eleganter Contar. de mom. poſſ. lim. 2. §. Nonus. n.
17. & ſeqq. Bero. conſ. 110. num. 9. eo. lib. 3. dec. ſe-
lect. bon. 74. n. 14. 15.

21 † Reſponſum fuit, Nos verſari in re, ſeu iure in-
corporali, cuius cauſa admittitur cumulatio, latè
Menoch. d. rem. 3. retin. num. 539. & ſeqq. Papieñ.
in d. for. turb. poſſ. verſ. ad ceſſandum, numero 8. &
ſub num. 16. maximè in caſu præſenti ad nu. 1. ſup.
& vbi non fuit contradictum.

Vltrà quod petitio exequutionis gratiæ non ex-
cludit ſimpliciter petitionem manutentionis in
poſſeſſione, in qua mediante gratia fuit repoſitus
Ruinetus, quatenus enim ſunt adhuc pelles exoluẽ
dę, gratia non poteſt dici exequuta ſaltem de facto,
22 † quia factum non dicitur, vbi aliquid adhuc ſupe
reſt peragendum l. cum Syllanianum. in fi. C. de his
qui vt indign. Ioan. de Plat. in l. cum procuratores.
C. de metal. & metal. lib. 11. Quare ſtant iſta ſimul
poſſeſſionis, ſeu quaſi conceſſio, cui reſpondet pe-
titio manutenerí, & poſſeſſionem de facto denegatam cõ-
tra reſcriptum, & poſſeſſionem iam conceſſam, cui
reſpondet petitio exequutionis, ad poſſeſſionis da-
tæ plenam manutentionem, quare nulla adeſt hoc
23 modo incompatibilitas. † quæ eſt cauſa ne petito-
rium vel poſſeſſorium in quolibet remedio, vbi ca
ad. ſt. cumulari poſſint, vt patet ex Bart. pract. Pa-
pienſ. Menoch. & alijs ſupra cit. & à DD. ct. omnes.
in l. naturaliter. § nihil commune ff. de acq. hęred.
24 Alberic. in l. incerti C. de interd. † & verba petitio-
nis ſemper intelligenda ſunt prout eſt petenti vti-
lius, & ſecundum intentionem proferentis. l. ſi quis
intentione. 66. ff de Iud. pract. Pap. in lib. Act. hyp.
verſic. mutuo. numero 22. Natt. conſil. 84. num. 2.
25 † etiam ſi petitio ſit generalis, quia licet parte oppo-
nente debeat poſtea declarari iuxta l. 1. ff. de edẽd.
26 Crau. conſ. 153. ſub num. 4. † tamen debet peti, a-
liequi ſtabitur ſemper declarationi proferentis, iux
ta. Bald. in l. qui ſe patris. ſub num. 1. C. vnde lib. &
ipſe latius de interpr. inueſt. c. 2. gra. vlt. obſ. 1. n. 18.
& ſeqq.

Et per hoc poſſet defendi dicta ſententia, quaſi,
quod poſſet dici lata etiam in poſſeſſorio declaran-
27 do eam ſecundum prædicta, † & habita relatione
ad acta, ex quibus ſententiæ dubietas, aut perplexi-
tas tollitur, vt dixi. in dec. Bon. 1. num. 24. ſupra, &
Flor. dec. 12. num. 20. & plenius. d. obſ 1. num. 33.
28 & ſeqq. quicquid ſit ſufficiat prima reſponſio, † &
quod Rota propria formula adhibita ad Menoch.
de retin. rem. vlt. num. 44. cum ſimilibus, omnem
tollere voluit, quoad hoc pertinet, difficultatem,

Secundo loco obijciebatur, agi de præiudicio di
ctorum duorum antea aggregatorum, ſed fuit re-
ſponſum, quoad præſens poſſeſſorium non poſſe
prætendere aliquod præiudicium, quia per ius in
ſpe, & conditionale nulla fuit translata in eos poſ-
29 ſeſſio, cum alius eſſet in poſſeſſione, † & duo inſo-
lidum poſſidere non poſſunt, l. ſi vi certo. §. ſi duo-
bus. ff. commod. l. hæreditate. §. pater peculij. ff. de
caſt. pec. Vacan. lib. 4. decl 57. ſub num. 12. nec tale
ius adhuc eſſet formatum tempore aggregationis.
30 † & quod non eſt, poſſideri non poteſt Natt. conſil.
106. in fi. Imò verò nec fuerit intentio transferẽdi,
niſi demũ, aut in alia vniuerſali diſtributione, aut
loci vacatione, quo caſu interim nulla translata eſt
31 poſſeſſio, † quicquid agi fortè poſſet ad eam trãſ-
ferendam, aut ad intereſſe iuxta tit. cum ibi ſcrib.
qui ſucceſſ. feu. dar. ten. & tit. qui ſucceſ. ten. in vſi.
feu. In omnem caſum hęc reſpiciunt petitorium,
& merita cauſæ, in qua etiam fortè excludi pote-
rit prætextus huiuſmodi præiudicij. Nã ſicuti duo
illi admiſſi ſunt, nec intelligũtur ſe ipſos impedire
per concurſum. Idem caſus dari poteſt etiam inter

tres,

Digitized by Google

32 tres,† quia plus,& minus non faciunt diff. rte ſp-
cie.l.ſio.ff de fun.inſt.& prꝗterea aggregatio facta
eſt cum reſeruatione alternariua,vel io diſtributio-
ne voiuerſali,vel in loci vacatione, tolletur autem
præiudicium eis prouidendo per viam diſtributio
nis voiuerſalis,ſi non poſſunt per hanc, quia locus
33 vacans fuit collatus.† nam, vt ex pluribus impedi-
mentis vno ſublatu remanet alterum. Surdus. deci
ſio.38 numero 25.deciſio.77.num.fin. conſil. 50.
num. 27. ſic è contrà vno tantum ſuperueniente,
34 alterum non tollitur, † & ex pluribus remedijs v-
no ceſſante.alterum manet titu.de leg.§.noſtra au
tem.Inſt.l.ſi quis iuſiurandum. § ſi quis autem. ff.
de iureiu.Oſaſ.dec.97.n 9. & ſeqq.

Tertiò objciebatur dictum Ruinetum non ac-
quiſiuiſſe verè poſſeſſionem ex actu illo meticulo-
ſo, de quo conſtat ex eodem met actu, fuit reſpon-
ſum primo loco, etiam dato metu, non ob id non
35 fuiſſe tranſlatam poſſeſſionem, † quia geſta per
metum oon ſunt nulla ipſo iure, ſed egent reſciſ-
ſione tot.tit.ff.quod.met.cau.& ita Surd. in conſil.
37.numero 19.& 20.libro 1. Id autem pertinet ad
merita.

Secundò fuit reſponſum metum prætenſum pa
ti multas exceptiones hactenus non euacuatas,
36 † primo metus iuſtus requiritur Alexand. ad l. qui
in aliena.§ fin.ſub num.6 ff.de aquir.hæred. Surd.
conſilio 513. ſub numero 36.& deciſio. 194. num.
30. Maſcard. de probat.concluſ. 1051. numero 21.
& concluſ.1052.num.11.& probatur arbitrio Iu-
dicis, vt ibid. Id autem videtur pendere ex eo, an
potuerit Illuſtriſs. Legatus præcipere, vel non,ſub
pęnis ſocietati ad aggregandum dictum Ruinetũ,
37 quia ſi potuit non intrabit metus iuſtus,† quia me
tus ordinatus ad executionem iuſtitiæ, vt propriæ
iuriſdictionis non dicitur factus ex cauſa metus, &
dicitur laudabilis, Amar.dec.Mar. 24. numero 32.
ſi non potuit difficilior eſſet quæſtio, propter ſe-
quentia.

Accedebat enim approbatio ipſorummet homi
num de conſilio præcepti pęnalis per viam metus
iuſti,& rationabilis, dum ei paruerunt, non quaſi
coacti ex eo metu, & quaſi oppreſſi, quæ qualitas
nondum fuit probata, & ideo ſemper reincidimus
38 in rem non adhuc ſufficienter digeſtam,† cum eſ-
ſet tamen probanda Alexand.in proximis termin.
39 conſilio 16. ſub num.9.lib.3. † & probanda etiam
in ſpecie. Maſcard.de probat.d.concluſ. 1051. nu-
40 mero 12. † & quod eſſet ſolitus quis exequi mi-
nas num.6.vbi in magiſtratu, vel principe, quorũ
ne minimum quidem adhuc verbum.

41 † Sed quaſi agnoſcentes iuſtitiam metus ibi in
illis verb. *quas iuſtè timere debent*. ad l. iuſtè. ff. de
aq.poſſ.& ad definitionem iuſtitiæ à qua illud ad-
uerbium proficiſcitur, accipiendo in dubio in ſen-
42 ſu excluſiuo delicti, † prout ita facienda eſt inter-
pretatio Oſaſc.conſ 64.num.52.53.54. & ſeqq. cõ
ſil.65.num.14.in fin.& num.15.39.& ſeqq. & ex-
cluſiuo iniuriæ, vt hic, vbi ſi aliter fieret interpreta-
tio hæc eſſet iniurioſa,& tenderet ad iniuriam prin
43 cipis,† quæ pariter interpretatio euitati dẽt in du-
bio.Crau.in term.verborum prolatorum in princi
pem.conſ.988.ſub num.41.conſil.9.nu.20.& ſeqq.
conſ 144.ſub num.4.& 5. Alia ad hæc plura per me
de interp.inueſt.cap.2.gra. vlt. ubſ. 2. numero 13.
& ſeqq.

Amplius, & quaſi ſubditi obedientes,dum non
ſub prætextu metus iuſti, ſed alijs de cauſis motos
44 fuiſſe oſtenderunt,cũ eo aduerbio, *pręcipuè*, †quo
alijs etiam ex cauſis motos indicatur tex. in l. 1. &
45 ibi glo.in ipſomet verb. ff. de teſtib. † ſicut etiam
dicimus de ſententia vtente verbo. Maximè, qua
alias etiam cauſas complecti, quam expreſſam eo
verbo datur intelligi, Vant.de null.ex defec.proceſ.
ſub nu.123.verſ.idem foret.

Immò plus,& quaſi ſubditi libenter obediẽtes,
46 & ſatisfacere volentes menti Illuſtr. † quod vide-
tur exprimi in ea clauſula nominatim poſita. *Nemi
ne diſcrepante* emphaſem habente ad not. Vinc. de
47 Franc.in dec.2.num.20.& ſeqq.† iuncto axioma-
te expreſſa nocent,non expreſſa non nocent.l.non-
nunquam.ff.de cond.& dem.l.expreſſa.l. actus legi
48 timi.ff.de reg.iur. † & iuncta demum iuris præsũ
ptione, quod animo obediendi feciſſe dicãtur ſub-
diti,eo ipſo quod contrarium non probatur,maxi-
mè in ijs quæ in faciendo conſiſtunt,vt in caſu prę
ſenti. Ioan.in c.cum olim.il 3.num.2. circa prin. &
ad verſ. Idem etiam dicit.de reſtit.ſpol.quod hacte
nus præſtitum non fuit,& interim manent oẽs, de
quibus ſup.mox,pro Ruineto præſumptiones.

Maximè, quia mentio metus non fuit facta per
modum proteſtationis concludentis in declaratio-
nem,quod actus futurus fieret per metum, & non
49 aliter quod liberè,& de conſenſu fieret,†prout re-
quiritur ad hoc,vt metus afficiat, vel præſumatur,
Maſc.d.concl.1051.num.11.Surd.conſ.513.n.36.
& ſub n.44. immo nec veſtigia quidem vlla appa-
rent proteſtationis, ſed ſunt verba ſimpliciter, &
enunciatiuè tantum poſita iuncto dicto aduerbio,
præcipuè,quod aduerſatur proteſtationi de ſolo me
50 tu,† quia adiunctum mutat naturam verbi, & po
nit illud in diuerſa ſpecie l.ea tamen adiectio. ff. de
leg.3.l.ſed etſi adijciatur.13.ff.pro Soc. Surd.conſ.
321.nu 12.& ſeqq.

Nec oppoſitio per viam appellationis interpoſi-
tæ à præcepto prædicto corã honeſtis perſonis am-
51 plius ſuffragata eſt ſocietati, † quia eo tempore iã
poſſeſſio data erat, vnde factũ pro infecto amplius
haberi non potuit,l.in bello.§ factæ.& ibi gl.in ter.
ff.de capt.& poſtli.reu.plenè Tiraq.de Conſt. poſſ.
p.3.lim.7.n.1.& ſeqq. quatenus verò ex dicta appel
latione oſtenditur diſſenſus illorum de ſocietate,id
ipſum quid facere poſſit, aut poterit erit cognitio
in meritis ad vlteriora procedendo.

52 † Quarto objciebatur, quod in incorporalibus
quaſi poſſeſſio non acquiritur ſine patiẽtia alterius,
contra quem acquiſitio poſſeſſionis prætenditur,
Affl.deciſ.67.n.2.Pur.dec.281.lib.2. Seraph. dec.
1017.n.6. Reſponſum fuit hæc eſſe extra ter. noſt.
nam loquuntur, quando ex aliquo actu particulari,
putà ſolutionis, penſionis ſemel factæ, prętenditur
acquiſita quaſi poſſeſſio in tutum, & negant ipſi

quate-

Digitized by Google

quatenus ille actus primus fuit fictus ex metu A-
chil. de Graſſ. ſec. tit. de penſ. & alij ſupracit. Nos ſu
mus in caſu, vbi nec metus eſt hactenus, nec prętē-
ditur quaſi poſſeſſio ex particulari facto virtualiter,
ſed quia fuit expreſſim, & formaliter data, ſeu con-
ceſſa, & ſic in patientia præſtita, & conſumata per
actum facti, ſcientibus, patientibus, immittentibus
53 volentibus ipſis de ſocietate, † & ſi ex vnico actu
cum patientia, & ſcientia aduerſarij trāfertur poſ-
ſeſſio in rebus incorporalibus Dec. plenè conſ. 134.
quātò magis, vbi ipſa totalis poſſeſſio ab eodē trāſ-
54 ferretur, vt hic ab ipſamet ſocietate? & longa eſt
differentia inter ea, quæ expreſſim veniunt, & ea,
quæ tacitè, nam illa plenius interpręrantur, illa ſtri
ctius, & illud ſolum quod continent afficiunt, non
ad alia extenduntur, ad Natt. conſ. 77. n. 15. Surd. cō
ſil. 164. n. 47. & ſeqq. & latè per me de interp. inueſt.
c. 2. gra. 2. num. 6. & 7.

Quartò, & vltimo opponebatur eſto, q̄d fuiſſet
tranſlata illa poſſeſſio, non tamē quoad pelles, quia
55 hęc diuerſa eſſent, † quia aliud eſt poſſeſſio aliud
emolumenta Contar. de mom. poſſ. opp. 5. n. 10. &
multos eſſe, qui habēt dictā poſſeſſionē ſinè pellib.

Reſponſum fuit quod, quicquid ſit, ſi quis cōten
tus ſit ſola poſſeſſione etiam abſq. pellibus, vt pōt
contingere, qui etiam de voluntate poſſunt haberi,
vt ſeparata, & diſtincta poſſeſſio, & emolumenta,
56 vt ait Contard. in præcit. loco. † Regulariter, & vbi
nihil in contrarium actum eſt acceſſoriū ſequi prin
57 cipale c. acceſſorium. de reg. iur. in 6. † Acceſſorium
ſunt emolumēta, quia ſunt effectus poſſeſſionis vt
58 ait ibid. Cunrard. n. 9. † & quod fructus, & emolu-
menta ſequuntur poſſeſſionē, & qui habet poſſeſ-
ſionem habere debeat, & emolumenta dixit Bald.
in conſ. 161. n. 2. ante fin. lib. 3. Vinc. de Franc. pro-
ximè in ter. noſt. d. dec. 2. ſub n. 11. 12. & n. 28. Imò
ex illa conceſſione poſſeſſionis, fuit etiam illico ac-
59 quiſita poſſeſſio, ſeu quaſi, pellium, † quia in iurib.
incorporalibus conceſſa poſſeſſione rei principalis,
vt caſtri, cenſetur etiam conceſſa poſſeſſio iurium in-
corporalium, vt iuriſdictionis, quādo maximè qua-
ſi poſſeſſio erat apud concedentem, & in conceſſio
ne conſenſit, vt ait Alex. in l. 3. ſub n. 22. vbi benè
declarat, & cōiter. ibi Doct. ff. de aq. hær. & hoc de-
cidit caſum noſtrum, quia homines de ſocietate cō
ceſſerunt, poſſeſſionem in executionē reſcripti gra
60 tioſi, in quo ſpecificè erat facta mentio pellium, †
quare eiuſdem naturæ debet cenſeri actus exequu
tus, quia debet intelligi ſecundum actum, ad cuius
exequutionem venit, & ad eius tendit perfectionē.
61 Surd. dec. 93. n. 25. † non ab eo differre dec. 188.
62 n. 33. & 34. † & præterea in incorporalibus ex poſ-
ſeſſione vnius actus rei vniuerſalis infertur ad vni-
63 uerſum, Vrſil. ad Affl. d. dec. 67. n. 1. & 2. † Nec. n. vt
de corporalibus dicimus, ad acquirendam poſſeſſio
nem totius fundi oportet circumire omnes glebas,
64 † In incorporalibus oportet omnes actus exercere,
ſed ſufficit vnum, aut alterū, vt in fortiorib. term.
quando actus ſeparatim conſiderantur, dummodo
ſint eiuſdem generis, ita arguit Natt. in cōſ. 98. ſub
n. 36. ſequitur alijs pluribus cumulatis, Surd. conſ.
419. n. 43. lib. 3. add. ad deciſ. Bon. 138. ver. à patre.
Cum nos ſimus in actu poſſeſsionis adeptæ princi-
pali, ad quod acceſſoria facilius conſequuntur, vt ſu
pra ex Alex. nu. 59. probatum eſt.

Non fuit tamen declaratum in ſententia. Quia
viſa eſt in præſenti occaſione ſufficere ſimplex de-
claratio manutentionis, vt ſup.

Poſtea Illuſtriſs. D. Legatus DD. Cardin. Cappo
nius incredibilis prudētiæ vir, & iuris peritiſsimus
Dominus meus, in cōtradictorio declarauit, pelles
eſſe concedendas, & fuit decretū in ſignatura apud
Sanctiſsimum confirmatum, Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Laudum ex Conſtit. Iuſtin. habet executionem paratam. num. 1.

Fal. quando ex ſe non eſt liquidum, n. 2. & ſeqq.

Inſtrumenta dum liquidantur nō habent executionem paratam, nu. 3.

Nec ſententia egent liquidatione, nu. 4.

Nec, vbi eſt opus extrinſeca probatione, ex Conſtitut. Iuſtin. nu. 5.

Creditor non poteſt eripere debitori alternatiuè obligato ad valorem, vel ad rem facultatem ſoluendi, quod vult, agendo ad vnum tantum, n. 6.

Appellatio à ſententia nouum grauamen inferente rectè datur, num. 7.

D E C I S I O XXIX.

Latum eſt laudum, quod legitima detrahi dēat
de poſſeſsione quadā in loco Marani ſita poſt-
quam mulier eius fundi Vſufructuaria deceſſerit.
Et quod Trebellianica detrahatur in bonis, aut in
valore, & alia, vt in eo. Vt decedit dicta mulier Vſu
fructuaria filij Annibalis de Toballis, qui dicebau
tur ſpurij, & quorum fauorem reſpiciebant legiti-
ma, & Trebellianica adiudicata, petierunt tenutam
in medietate dictæ poſſeſsionis in exequutionē lau
1 di, † quod vt diximus dec. Bon. 25. in princ. ſup. hēt
ex conſt. Iuſt. paratam executionem, Excell. D. Iud.
à quo executionem conceſsit. Rota verò in appella
tione malè iudicatum pronunciauit duplici funda-
mento, & primo quidem quia nōdum fuiſſet liqui-
datum, nec initi calculi ad quantum aſcenderet cer
2 titudinariè, & præciſè quantitas legitimæ, † quo ca
ſu laudum non dicitur de ſe liquidum, nec habet lo
cum ſtatutum, quod lauda inſtrumenta, aut ſimilia
habeant exequutionem paratam, Alex. conſ. 119. n.
2. & ſeqq. li. 1. Surd. conſ. 248. n. 12. li. 2. conſ. 38. nu.
13. 14. 15. & in dec. 179. nu. 14. & 15. & ſignanter
3 dec. 27. n. 7. & ſeqq. † vbi quod inſtrumenta, dū li-
quidantur, non gaudēt beneficio ſtatuti, ſed demū
4 gaudent, cum eſt pronunciatum ea liquida, † & idē
in ſententia. Id. Surd. in conſ. 186. nu. 17. 21. 24. &
5 ſeqq. lib. 2. & conſ. 410. n. 56. & ſeqq. † & in ſpecie
huiuſmodi caſus aliquam extrinſecus liquidationē
requirētes, ne ſit locus executioni prouidet eadem-
met conſt. Iuſt. rub. 15. & ideo ſumus in claris.

Secūdò mota fuit Rota, quia ſaltē quoad Trebellianicā nō poterat tenuta, ſic abſolutè intētari in bonis, nā cū eſſet in facultatē debitoris ex dicto laudo
6 ſoluere, vel in valore, vel in bonis. † nō potuit Creditor agendò ad bona hāc debitori quaſi pręripere facultatem, vel vt ait Iuſtin. hanc debitori eripere electionem, inſt. de act. §. Huic autē. Rot. Gen. dec.
7 144. n. 8. & 9. † & ſententia nouum grauamen intulit confirmando tenutam, cuius cauſa intrat rectè appellatio Barz. dec. 55. n. 7. cum ſimilibus. Ex quibus, &c. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Tria ſunt requiſita ad hoc vt ſit locus attentatis, n. 1.
Attentaſſe non dicitur, qui poſſedit ante litem motam, num. 2.
Statutum ius concedens, non dat quaſi poſſeſſionem eius iuris, nu. 3.
Quaſi poſſeſſio in incorporalibus non acquiritur ex ſimplici non vſu aduerſarij, ſed ex non vſu propter aliquā inhibitionem, quæ effectum habuit, n. 4.
Spolium ſupponit poſſeſſionem, qua quis ſit ſpoliatus, num. 5.
Priuatio præſupponit habitum, ſub eod.
Non dicitur amiſiſſe poſſeſſionem, qui eam non habuit. ſub eod.
Continuans ſuam poſſeſſionem non attentat, & licet ſperneret inhibitiones, nec opus eſt appellare, n. 6.
Quia nō turbat, nec ſpernit, ſed bene dicitur turbari, n. 24.
Attentare non dicitur, qui ius ſuum proſequitur, n. 7.
Etiam ſi poſſeſſor diceret, ſe nullum ius habere, n. 8.
Etiam ſi præſumptiuè tantum probetur poſſeſſio, n. 9.
Poſſeſſio noua non excuſat ab attentatis, n. 10.
Declara hoc habere locum, quando alius eſt in poſſeſſione, qui ſtatim occurrendo perſeuerat in ſua poſſeſſione, num. 11.
In ſummariſſimo poſſeſſorio ſufficit iniuſta, & violenta poſſeſſio, n. 12. 22. & ſeq. & n. 42.
Ex curſu temporis non amittitur quaſi poſſeſſio, n. 13.
Sed retinetur ciuilis, unde capiens naturalem non attentat, nu. 14. 21.
Præceptum Iudicis non operatur amiſſionem poſſeſſionis. num. 15.
Nec poteſt fieri ei, qui eſt in poſſeſſione, n. 16.
Nec ſpoliat poſſeſſione eum, qui poſſidet, n. 17.
Sed turbaſſe dicitur, nu. 18.
Et poſſeſſor turbari, num. 24.
Iurium appellatione venit etiam poſſeſſio, n. 19.
Præceptum, ſeu inhibitio poſſeſſionis, cum clauſula, Citrà pręiudicium partium, *non aufert poſſeſſionē. num. 30.*
Attentata non dantur in ſummariſſimo poſſeſſorio retinendæ. n. 22. & ſub n. 37.
Remedium attentatorum non habet locum, niſi poſt litē conteſtatam fuerit innouatum, n. 23.
Facta pro infectis haberi non poſſunt, n. 25.
Violentia facta parti per Iudicem non tollit poſſeſſionē. num. 26.
Appellatio reponit appellantem in eo ſtatu, in quo erat poſt litem conteſtatam, n. 27.
Declara, vt num. 28.
Appellatio ſuperueniens ſuſpendit effectum ſententiæ, & manet ſtatus antecedens, n. 29. 30.
Nemo debet ius ſuum dimittere propter aduerſarij contradictionem, vel appellationem, n. 31.
Tua, vel mea appellatio non fuit, quin ſi antea poſſidebā nunc non poſſideam, num. 32.
Qui habet ſe pro ſpoliato, renūciat poſſeſſorio retinēdæ. num. 33.
Iudex poteſt quandocunque decretum proprium retractare, num. 34.
Remedium retinendæ non tollitur ex remedio reintegrandæ cumulato ſtantibus clauſulis ſalutaribus, n. 35.
Subordinata petitio admittitur in libellis, ſub eod.
Et inter remedia contraria, ſub eod.
Ratione mixturæ datur appellatio, & impeditur executio, & attenditur ſententia in petitorio principaliter declarato, non in poſſeſſorio ſecundaria veniente, num. 36.
Declara, vt non habeat locum, quando ſententia ſecū trahit executionem, n. 37.
Et quæ exequi poteſt authoritate propria, eod.
Mandatum de manutenendo de nouo conceditur appellati, ſub eod.
Poſt appellationē licet facere, quæ antea licebant, n. 38.
Et iure ſuo uti. num. 39.
Etiam ſi continuatio fieret per modum recuperationis. num. eod.
Non dicitur innouari, quod lege permittente conceditur. num. 40.
Si non habeo ædificatum altius in meo, aduerſarius poſſeſſor eſt, nu. 41.
Secus ſi habeo ædificatum, quia ego ſum poſſeſſor, n. 42.
Datur poſſeſſio etiam Aſinina, & quam vocant detentionem, nu. 43.
Eſt manutenendus, & præferendus, qui habet antiquam poſſeſſionem cum momentanea coniunctam, n. 44.
An ſtante prioritate in apotheca ad vſum tinctoriæ, alteri poſteriori, ius verè ſit quæſitum remiſſiuè, n. 45.
Priuilegium conceſſum vni loco videtur cæteris prohibitum, num. 46.
Poſteros etiam recipit priuilegium vni loco ſemel conceſſum, num. 47.
In attentatis confert de bono iure in meritis deguſtaſſe. num. 48.
In dubio pronunciandum non extare attentata, n. 49.

D E C I S I O XXX.

VNiuerſitas tinctorum habet ſtatutū in ca. 22. quo prouidetur, ne alius poſſit operire apothecam, niſi procul ab alia iā aperta per quinquaginta perticas, Maſinus cum aliàs hēret apothecā ad vſū tinctoriæ, ceſſauit ab hoc vſu, & ad aliū diuertit per annos 7. Interim verò D. Bochius aperuit ſuā intra dictas perticas 50. Mox venit in animum dicto Maſino aperire iterū dictam apothecam ad primeuū vſū tinctoriæ, & aperuit. Cui ſe oppoſuit D. Boch. & alij litis cōſortes, eo prætextu quod non adeſſet legitimū interuallū ſupradictū à ſua, & obtinuerūt præceptū, redactū tamē ad vim ſimplicis citationis, & interim nihilominus Iudice iubēte, & miſſo Maceſio remāſit clauſa dicta apotheca, cū declaratiōe tñ eiuſd. Iud. citrà præiudiciū iuriū partiū, qui D. Iudex

demum

demum pronunciauit Maſinu licuiſſe, & licere te-
nere apertā apotbecam ad dictū vſum, & eſſe ma-
nutenendū in ſtatu, in quo, &c. ſic Maſinus ſtatim
iterum aperuit vſuſq. eſt apotheca ad vſum prædi-
ctum. At ſuperueniente appellatione D. Boſchij, &
litis conſortium cum inhibitione, & ipſo nihilomi-
nus Maſino continuante ſuam poſſeſſionem, dictū
fuit de attentatis, & quæſitum, an intrarent, Rota
reſoluit non intraſſe, nec intrare in hoc caſu.

1 † Etenim materiam attentatorum perſtringen-
do. Ad hoc, vt eis ſit locus tria requiruntur, primū
quod lis penderet, ſecundū, quod aduerſarius poſſi-
deret, tertium quod fuerit ſpoliatus, Surd. dec. 160.
nu. 19. litis pendentia nulla erat, quo tempore vſus
2 eſt apotheca ad artem tinctoriæ, Maſinus, † quia
ante litem iam aperierat, vnde attentaſſe non dici-
tur, conſtito de poſſeſſione ante litem motā Lācel.
de Attent. lit. pend. c. 4. decl. 4. n. 55. & lim. 1. n. 100.
ſ. mihi 116. in nuuiter impr. aliàs eſt n. 78.

Poſſeſſio ex parte aduerſarij nulla eſt, quia quod
ipſe ſit in quaſi poſſeſſione eius apothecæ, id nō fa-
cit, quod ſit in quaſi poſſeſſione meæ apothecæ, ſta
3 tutum enim dat ius, non dat quaſi poſſeſſionem, †
quæ in incorporalibus non acquiritur ex non vſu
ſimplici aduerſarij, ſed ità demum, ſi nō vſus fuerit
propter inhibitiones ex parte tui, quæ effectum ha-
buerint, vt ait Caſt. in l. ſi prius. ſub n. 4. ff. de op. no.
nunc. & in l. qui hominibus. ſub n. 2. verſ. ſed in ſer
uituribus. in fi. verſ. ff. de ſeru. vrb. præd. Menoc. de
retin. tem. 3. num. 10. vbi diſtinguendo caſus dicit,
4 † quod ea ſeruitutis ſpecies, per quam in alienū ni-
hil fit, vt eſt in præſenti caſu, in huius quaſi poſſeſ-
ſione non dicitur quis eſſe, niſi aduerſarium volen
tem in ſuo facere prohibeat.

Succeſſiuè nō pōt adeſſe ſpolium, † cum nūquā
pars fuerit in poſſeſſione, quā ſpoliū ſupponit tot.
tit. de reſt. ſpol. prout priuatio præſupponit habitū
l. decem. ff. de verb. obl. & latè Surd. cōprobat in d.
conſ. 160. n. 38 & ſeqq. & eſt in propoſitu gl. in l. de
pup. §. meminiſſe. i ver. neceſſaria. ff. de op. no. nūc.
vbi dicit non amitti poſſeſſionem, quam non hēt ſi
alius in ſuo quid faciat, q ſibi officiat. ſucro ibi. tex.

Et ex tjs non ſolū negatiua, quod non fuerit attē
6 tatum probatur, † ſed ēt affirmatiua reſultat, quod
continuans non attentat, nil noui facit, non obſtāti
bus præceptis, & inhibitionibus, etiam ſi ab eis non
eſſet appellatum, quia licitum fuerit ea ſpernere, vt
latè proſequitur ib. Surd. d. conſ. 160. n. 40. vſq. ad
7 n. 44. † Attentate. n. non dicitur, qui ius ſuū proſe-
quitur, continuando. ſ. poſſeſſionem, & eodem mō
quo ante, vt dicit Amat. dec. Marc. 3 n. n. 12. Gayl.
obſ. 147. n. 1. li. 1. Lācel. ēt latè de Attent. lit. pē. p. 2.
c. 4. lim. 1. per tot. & tit. de attēt. app. pen. c. 12. li. 26.
& de att. poſt īhib. c. 20. lim. 9. & p. 3. c. 24. q. 1. n. 69
8 † vbi id ēt procedere, tametſi poſſeſſor diceret, ſe
nullum ius habere. & q. 20. & ēt. c. 26. n. 35. 51. 52.
9 † vbi, ēt ſi præſumptinè tantū probetur poſſeſſio, pu
tà ex anteriori fructuū p aliquot annos pceptione.

Per hęc, cum res videretur ſatis clara, vnus tamē
ex dominis oppugnando, remoratus quidem fuit,
ſed tamen impedire non potuit vnanimem, com-
munemque aliorum dominorum reſolutionem.

Dicebat primo Excell. Collega, dictā quaſi poſ-
ſeſſionem eſſe nouam, vno, aut altero die tantū an-
te litem motam, præceptumq. parti factū fuiſſe ſta
tim de non tenendo apertam dictam apothecam in
10 dictū vſum tinctoriæ, † & iō non excuſari ab attē-
tatis, qui prætextu nouę poſſeſſionis vtitur Lancel.
d. c. cap. 4. de atten. lite pend. lim. 1. num. 111. 112. &
113. in nouiſs. aliàs eſt, n. 87. & 88.

Verùm facilè fuit reſpondere hoc locum habere,
11 dato quod alius ſit in poſſeſſione, † quia ei non no-
cet poſſeſſio illa noua, qui ſtatim occurrēdo dicitur
perſeuerare in eius poſſeſſione, poſtquam non hēt
eā pro derelicta, vt declarat Borgn. Caualc. p. 2. cōt.
dec. 23. n. 110. in fi. & n. ſeq. & in his term. loquitur
Lancel. Hic autem non eſt caſus noſter, in quo ſup.
probauimus. n. 3. 4. Aduerſarium non poſſidere, vel
12 quaſi. † Item reſponſum fuit, nos eſſe in iudicio sū
mariſſimo, in quo ſufficit iniuſta poſſeſſio, ac violē
ta tempore moti iudicij. Ceph. conſ. 19. in fi. Lader.
conſ. 95. ſub num. 4. & ſeqq.

Item reſponſum fuit huiuſce Maſini quaſi poſ-
ſeſsionem non eſſe nouam, ſed antiquam, quia nō-
niſi à ſeptennio citrà ſuperſedit ab hoc vſu, cum ta
13 men antea apotheca eſſe tinctoriæ, † vnde non fuit
amiſſa ea quaſi poſſeſſio ex curſu tēporis, l. licet poſ
14 ſeſſio. 4. & ibi gl. fi. C. de aq poſſ. † quia fuit retenta
ciuiliter, & dicitur poſſeſsio ciuilis, quæ ſufficit ad
excludendum attentata, non ſolū naturaliter capta
ante litem ſed, quod magis eſt, ēt lite pēdente, Lāc.
d. c. 4. de att. lit. pend. lim. 1. n. 82. & ſeqq.

Dicebat ſecundo, quod d. Maſinus fuit priuatus
ſūa quaſi poſſeſsione mediante præcepto D. Iudicis
prędiero, iuncto Macerio, qui clauſit Apothecam,
& ab inde poſtea, lite in prima inſtantia pendente,
non fuit ad dictum vſum aperta.

15 † Reſponsū fuit præceptū non operari amiſsionē
poſſeſsionis. Bal in l. 2. n. 16. C. de iu. emph. Alex. in
l. quemadm. n. 3 ff. de aq. poſs. Rui. cōſ. 58. n. 6. li. 4.
16 Nec dare poſſeſsionē alteri ad ſup. n. 23. † Nec po-
tuiſſe fieri ei, qui erat in poſſeſsione, Caualc. d. dec.
23. n. 18. 19. p. 2. contr. vbi refert ità fuiſſe iudicatū.
17 † Nec ſpoliaſſe poſſeſsione eū, qui poſsidebat, Lā-
cel. de att. lit. pend. c. 4. decl 4. ſub n. 20. & ad n. 17.
Lader. ad hæc. d. conſ. 95. num. 7.

18 † Sed turbaſſe tantū Men. de ret. poſſ. rem. 3. ſub
n. 487. & in hoc caſu erāt īdubitatū, quia factū erat
19 *citra præiudicium iurium partium*, † quo noīe iurū
venit ēt poſſeſsio, Meno. de ret. d. rem. 3 ſub n. 273.
20 & in ter. q ea clauſula oſtēdat Iudicē non intēdiſ-
ſe auferre, poſſeſsionē habenti, vel in aliquo ei piu-
dicare, dicit Alex. Stiar. ī ſua prax. c. 12. n. 4. Amplius
dicit. Pariſ. conſ. vlt. num. 13 & ante, & poſt. lib. vlt.
21 † quod habens ciuilem, & capiens naturalem, non
22 attentat, † & quod non dantur attentata, vbi agi-
tur ſummariſſimo iudicio retinendæ, & latius Bor
23 gn. d. dec. 23. num. 118. p. 2. contr. † vbi quod ſi re-
medium attentatorum non habet locum niſi lite
conteſtata aliquid ſit innouatum, ergò præſuppo-
nit alterum non eſſe in poſſeſſione tempore moti
iudicij, & litis conteſtatæ, quod totum contrariū, di

cit,qui defendendo ſe dicit,nihil innouaſſe, ſed ſuã,
24 continuaſſe poſſeſſionem,& num. 119. † vbi non
dicit facere contra inhibitionem,qui ſuam cõtinuat
poſſeſſionem,quia non turbat,nec ſpernit, ſed benè
dicitur turbari,& moleſtari ab illo, qui petit attentata
reuocari,præceptum,& inhibitionem fieri,
etiam ſi ignoraret à principio, quo ipſe cępit poſſidere,
alterum poſſediſſe, & ideo iudicaſſe ait, non
valuiſſe præceptum, & eius ſententiam fuiſſe confirmatam
per Rotam Romanam.& ad Capyc.dec.
72. Aſſiſ. dec. Peru.69 n.8.9. Caput.dec.51.p.1.

Necobſtat,quod vltra præceptum acceſſerit, &
factum ipſum, quatenus miſſo Macerio à Iudice
fuit clauſa dicta apotheca, & retenta clauſa lite pen-
25 dente,† facta autem pro infectis haberi non poſſe,
26 vt dixi in propoſito ſupra dec. Bon. 28.n. 51. † quia
violentia facta parti per Iudicem non tollit poſſeſſionem,
iuxta not.per Bald.in l.1.q.pen. C. Ne vxor
pro mar.pract.Pap.in for.lib.turb.poſſ.verſ.ad ceſſã-
dum.in add.a.incip.vterq. Adde.verſ. & dic quod.

27 † Tertiò dicebat D.Collega,quod Appellatio reponit
appellantem in eo ſtatu, in quo erat poſt litẽ
conteſtatam Lancel.de attent.app.pend. in præfat.
cap.2.nu.93. At poſt litem conteſtatam aderat pręceptum,
& clauſura apothecæ,ergo,&c. Reſpõſum
manet,ex prædictis,quia per hæc non fuit Maſinus
priuatus ſua poſſeſſione,&c. vt mox latè num. 15.
28 & ſeqq. diſcuſſum eſt, † præterea quod appellatio
reponat appellantem in eo ſtatu,in quo erat poſt litem
conteſtatam,intelligitur quoad ipſum, & fauore
ipſius,quatenus fuiſſet, putà ipſe in poſſeſſione,
29 qua per ſententiam priuaretur,† nam appellatio ſuperueniens
ſuſpendit effectum ſententiæ,& manet
ſtatus antecedens.l.1.ff. Nil no.app.pend.ibi. *Integer.n.ſtatus*.
& Lancel.latè in loco mox cit.nu. 88.
& ſeqq. At hic non eſt caſus noſter,quia D. Boſch.
& litis conſortes in nulla fuerunt ante ſententiam
poſſeſſione,qua fuerint priuati, vt ſupra.nu.3.4.5.
30 oſtenſum eſt. Quinimmo retorquetur in patrẽ, †
nam ex quo ante ſententiam fuit Maſinus in poſſeſſione
integer debet ei manere ſtatus antecedens
31 ad eleganter.per Gayl.obſ.145.num.3. † Vbi quod
nemo teneatur,vel debeat ius ſuum dimittere propter
aduerſarij contradictionem, vel interpoſitam
32 appellationem,† neq. .n.tua, vel mea appellatio facit,
quin ſi antea poſſidebam, etiam nunc non poſſideam
iuxta tex.in l.pen.§.ſi fundum. ff. qui ſatiſd.
cog.Gayl.obſ.147.nu.10.lib.1.

33 † Quartò dicebat, Maſinum habuiſſe ſe pro ſpoliato,
& ſic amiſiſſe poſſeſſionem,ex quo in actis petijt
reintegrari ad Rot dec.99.n.3.& ſub nu.8. p.1.
nouiſſ. Reſponſum fuit,terminos non benè applicari,
ex quo non ioterat ſpolium,vt ſup.n.5.probatum
eſt. Secundò fuit petita reintegratio à facto Iudicis,
quatenus per Macerium coegit apothecam claudi,
non à facto partis, qui iudex cauſa cognita factum
34 proprium emendauit, † & potuit quandocunque
decretum proprium retractare Seraph. dec. 1295.
no.5 quicquid ſit non per hoc fuit acquiſita aliqua
poſſeſſio parti, in qua prætendere poſſit manutentionem,
excluſiuè ad Maſinum.

Tertiò fuit petitum manuteneri, & quatenus
35 opus eſſet reintegrari, † vnde ſtantibus præſertim
clauſulis ſalutaribus,remedium retinendæ nõ fuiſſet
ſublatum,Rot.p.1.dec.157.nu.2.6. 8.9. & 10.
ſtat.de Salu.interd.in ſp.1.c.3.ſub num. 56.& ante,
& poſt latè,& ſtante petitione ſubordinata,quę admittitur
in libellis.Natt.conſ.167.n.3. & inter remedia
contraria conſ.509.n.13.

Demũ idẽ Excel. D.Collega,& DD.Informãtes
36 opponebant de Grat.in dec.Marc.60.& 136. † vbi
quod rõne mixturæ datũr appellatio, & impeditur
executio. Sentẽtiã verò D. Iudicis à quo declaraſſe
primo in petitorio,per verba licuiſſe,& licere vti
apotheca ad vſũ tinctoriæ, & propterea eſſe manu
37 tenendũ,&c.priuut in ea † dec. Reſpõſio fuit Grat.
pcedere, vbi agitur de executione fiẽda. Nos ſumus
in ſententia, quæ ſecum trahit executionem, quia
ſumus in incorporalibus,in quibus pars propria authoritate
exequi poteſt,cum vincentis partis negatio
ſufficiat. Aſin.in prax.§.51.amp.4.ampl.3. prin.
& in qua non dantur attentata, & procedunt dicta
ſup.n.12.& ſeqq. & in term.retinendæ, aut ſũmariſſimi
poſſeſſorij,dicit Bero.conſ 45.n.7. in fin &
nu.25.lib.3. Lancel.de attent.pend. tem. ad appell.
p.a.c,11.n.41.& ſeqq. Meno.rem.vlt.n.57.de retin.
Seraph.d.dec.1295.& verè, ſi condẽnatus propter
appellationem adhuc dicitur poſſeſſor, & interim
poteſt in ſua ſe poſſeſſione conſeruare, vt ſup. n.7.
& ſeqq. & fac.dec.187. n.7.apud Farin. Vbi quod
mandatum de manutenendo anteriori poſſeſſori
datum, nequidem denegatur poſt pronunciam cõtra
ſe latam appellanti,quia nulla habetur rõ iſtiuſ-
38 modi pronunciæ ſtante appellatione,† quãtò ergo
magis abſoluto,& qui habuit pro ſe ſententiam,licebit
vti eo mandato in ſententia pro ſe lata,& cauſa
cognita compræhenſo? Nec nõ,& ea oia facere,
quæ ante ſentẽtiam licebant,citra vitiũ innouatio-
39 nis ad Surd.dec.335.n.13. † & propria poſſeſſione
vti,Gayl.obſ.144.in fi.lib.1. & ſi continuatio fieret
per modũ recuperationis, Amat.dec. March.30.ſub
40 nu.13. † quia non dicitur innouari, quod lege promittente
cõceditur.Surd.d.dec.335. nu 14.

41 † Mihi verò faciebat prima facie difficultatẽ locus
à nemine in propoſito animaduerſus.l. etſi fortè
ſignificandum tamen.ff.ſi ſeru. vend. *Vbi ſi fortè
habeã ędificatum altius in meo, aduerſarius meus poſſeſſor
eſt, nam cum nihil ſit innouatum ille poſſidet, &
ędificantem me prohibere poteſt, ſecus ſi patiente eo
ędificauero, quia ego poſſeſſor ero effectus*...

42 † Verũ occurrit ſtatim nos eſſe in alijs term. nẽpe
in iã ędificato, i.in fornacib. ad eũ vſum factis,
apothecaq. ad eũ vſum aperta, quo caſu text. ille à
contrario ſenſu retorquetur, dũ ſupponit nondum
43 fuiſſe ędificatũ,† & ita ſubſiſtit, quod Maſinus ſit
in poſſeſſione ſaltẽ(vt aiunt) aſinina iuxta Borgn.d.
dec.23.n.104.in fi.n.106.paulò ante ſup.a. cõtr.& q̃
vocant detentionẽ, Amat.dec. Marc.30. n.18.Imò
44 verò erat amplius in caſu noſtro, quia cõcurrebat
antiqua poſſeſſio, vt ſup.n.13.14.cum hac momẽtanea,
vnde nullũ dubiũ,qui eſſet manutenẽdus,& pferẽdus
ad eũd.Borg.d.dec.23.ſub n. 29.& n.110.&

tanto

tantò minus intrare poſſent attentata, tam per præ
dicta, quam quia dici poterat iuſta, cũ eſſet poſſeſ-
ſio naturalis fundata in ciuili retenta, vt d.n. 13.14.
45 † Et quod in meritis poſſet non inuerisimiliter
dubitari, an potius ſtante poſſeſſionis ad dictam ar-
tem prioritate huius apothecæ Maſini alteri poſte-
riori in eadem poſſeſſiuue nullum eſſet ius acquiſi-
tum ad Grat.conſ.127.num.18.lib.1.in term.& ad
46 Ruin.conſ.112.n.3.vol.5.† vbi conceſſum vni lo-
co videtur cęteris locis ꝓhibitũ, & ad Fed. de Sen.
47 conſ.32.n.2.in fi. † vbi quod priuilegium ſemel cõ
ceſſum loco poſteros etiam recipit, & ad dec. ſelec.
Bon.79.ſub n.5.& ſeqq. prout acquieſcentia Domi
norum Boſchij, & litis conſortium in nõ continuã-
da lite in meritis, & in patiendo dictam apothecam
ad artem tinctoriæ apertam, ſatis oſtendit, & iuſti-
tiam dictæ declarationis, attentata non extare, & ti
morem de iuribus ſuis in meritis, prout in eiſdem
meliorem eſſe cauſam Maſini, ille vnus Excell. D.
Collega oppugnator profitebatur, licet non fuerit
hic articulus deciſus, quia non erat ſuper eo inſtru-
48 cta cauſa, ſed tantum ſuper attentatis, † de bono ta
men iure deguſtaſſe confert, ad Marcheſ.de cõmiſ.
49 ſuper attent.p.1.c.29.n.47.† prout etiam in dubio
pro non attentatis eſſe pronunciandum ibid. ait n.
44. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Valor fructuum à Iudice poteſt arbitrari, n.1.
Laudum habet executionem paratam ex Conſtit. Iuſtin. num.2.
Receputa ſub ſpe numerationis futuræ non eſt ſoluenda. num.3.
Quicquid fit præter formam mandati eſt nullum, numero 4.
Soluens alij, quàm vero creditori malè ſoluit, numero 5.
Damnum, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi eſt imputandum, num.6.
Exceſſus cognitus præiudicat tacenti, n.7.
Fidei priuatæ nulla poteſt ratio haberi, n.8.
Fides in vno falſa corruit in totum, n.9.
Confeſſio cedentis non præiudicat Ceſſionario, n.10.
Probatio debet concludere per neceſſe, n.11.
Dicenti incumbit onus probandi, aliàs ſuccumbet, numero 12.

D E C I S I O XXXI.

IN hac quæſtione inter Spagnolum, & Elminũ,
An laudum inter eos latum ſit confirmandum,
aut reformandũ, domini ſegeſtrixerunt ad infra-
ſcripta, primo quid eſſet ex cõputandũ de ſumma
lib.335.ſol.5.declarata per dictum laudum ad cre-
ditum Spagnoli, nam dicebatur eſſe ex computan-
das ad fauorem Elmini lib.120.habitas per Spagnu
lum, vt in ſua receputa. Itẽ de lib.87.pro foleis, mar
zadellis, & faſcijs habitis per Elminum ad tantũ in
dicto laudo ęſtimatis, dictum fuit eſſe deducendas
1 lib.17.† facta ęſtimatione dictorũ pro libris 70. tã
ex arbitrio noſtro ad Maſc.de prob.concl. 652. per
tot. quam iũcto conſenſu ipſius Elmini & ad tantum
in cedula ſententiæ nobis de more exhibita ęſtimã
tis, quibus ſummis ità, vt ſupra deductis reſtabat
2 ſumma in lib.198. ſol. 5. † pro qua dixerunt laudũ
exequendum ex conſtit. Iuſt.rub.15.n.51.Grat.cõ-
ſil.34.num.14.vol.1.Lancel.de attent.reduct. pẽd.
cap.16.nu.44 58.
Excluſerũt domini aliam ſummam lib.250. quã
Elminus pręrendebat exburſaſſe fratri Spagnoli,
quia receputa fuerat facta ſub ſpe futuræ numera-
tionis, & numeratio ſequuta non fuit ſaltem de tẽ-
pore, & pro cauſa cõtentis in dicta receputa, & hoc
3 admittebat Elminus, † quare eſſemus quoad hoc
in claris ad l.fin.C.de cond. ex lege. & Iuſtit. de lit.
oblig.& ibi ſcrib.
Difficultas erat, quia Elminus dicebat exburſaſ-
ſe duob. circiter annis poſtea, & pro ſigno dabatur
quod receputa reperiretur penes ſe, & per ſe à ter-
go ſubſcripta, quod exburſauit pecuniam Malchia
uello tanquam mandatario. Verùm reſpõſum fuit,
quod Malchiauellus iam nõ erat mandatarius, quia
excedebat fines mandati, nam receputa cãtabat, vt
exigeret pro affictibus natalis imminentis, quare
hoc tempore tranſacto, & cauſa extinctionis affi-
ctuum natalis ceſſante, iam non licebat Malchiauel
lo exigere, & ſi exegit, nulliter exegerit, nec domi-
4 num obligauerit, † quia quicquid fit vltrà, & pręter
formam mandati, & vbi exceditur mandatum nul
liter fit l.diligenter.ff.mand.c.cum olim.de off del.
nec obligatur dominus Gabr.conſil.155.nu. 10. &
ſeqq. vol.1.Burſ.conſ.395.n.13.Surd.dec.209.nu.
5 6.7.8. † Nec debitori licebat ſoluere, quia ſoluens
alij, quam vero creditori vltrà, vel pręter mandatũ
malè ſoluit, nec liberatur l.ſi ego.ff.de neg. geſto. l.
eius qui.in princ.vbi gl.& Bart.ff.ſi cert. pet. vt in
ſpecie. Idem Surd.dec.187.n.3.4.& 5. & in deciſiſ.
219.n.1.& ſeqq. Nullo pacto excuſandus dictus El
minus, quaſi neſciret exceſſum, quia is erat in ven-
tre ipſius ſcriptæ, quæ, vt ſupra dictum eſt, cãtabat
6 de alio tempore, & de alia cauſa ſoluẽdi, † vnde in-
traret reg.c.damnum.de reg.iur. in 6. l. quod quis
7 ex culpa.ff.eod.† præiudicat.n.exceſſus cognitus ta
centi. Dec.conſ.457.n.3.verſ.3.etiam ſi.Rot.deciſ.
131.num.6.p.2.in nouiſſ. Magon.dec. flor.3. n. 12.
13.Surd.d.dec.209.ſubd.nu.8.
Nec obſtare viſa fuit atteſtatio ipſius fratris
dicti Spagnoli, quod pecunia fuerit exburſata Mal-
8 chiauello prædicto, primo quia ẽ fides priuata, † cu
ius nulla haberi poteſt ratio ſub pęna nullitatis acto
rum ex conſtit. Iuſtin.rubr.12.num 1. & ſeqq.
Secundò quia vacillat, dum dicit, contenta in d.
receputa eſſe vera, & tamen, vel admittentib. par-
tibus, nec vera fuerunt, nec habuerunt effectum, vt
9 ſupra demonſtratum eſt, † quare corrueret in totũ
eius fides.c. ſi ad ſcripturas. diſtinct. 6. c. teſtium.
de teſtibus. Oſaſc.conſil.36. numero 47.
Tertiò quia dicta fides facta fuit à d. fratre cedẽ-
te in odium Spagnoli alterius fratris Ceſſionarij
10 poſt ceſſionem, † itàque non præiudicauit, quia
nec confeſſio cedentis præiudicat Ceſſionario.

Digitized by Google

Surd.qui de communi.conſ 82.num.23. nec cõfeſ-
ſio extraiudicialis tertio. Rum.conſil.170.num.12.
lib.4.

Excluſerunt deniq. domini lib.11.ſol.19.quas di
cebat Elminus ſolniſſe Notario pro mercede iſtru
mentorum locationum inter ipſum.& Spagnolos,
Adducendo, quod inſtrumenta eſſent penes ſpa-
gnolum,ergo debere reſpondere precium. Reſpon
ſum fuit de neceſſitate non concludere Spagnolus
habet dicta inſtrumenta, ergo habet ex mercede
per Elminum ſoluta, potuit.n.habuiſſe, vel gratis,
11 aut dono, vel mediante propria pecunia, † & pro-
batio debet concludere per neceſſe l.non hoc.C.vn
12 de legit.l.neque natales. C. de probat. † & dicenti
incumbit onus probandi intentionem ſuam aliàs
ſuccumbit,l.ei qui de probat. cum ſimilib. Ex qui-
bus,&c. Laus Deo,&c.

S V M M A R I A.

Solutio ſportularum ad partes pertinet litigantes, non ad alios, num. 1.
Soluens coactè auctoritate Iudicis excuſatur, ſi malè ſoluerit, num. 2.
Fal. ſi culpa præceſſerit caſum, nu. 3.
Tempus, quo quid commodè poſſit explicari eſt concedendum, num. 4.
Contrà debitorem, qui ſoluit non creditori nulla facta reſiſtentia malè præſumitur, n. 5.
Imputandum eſt illi, qui cum ſciret non prouidit, nec occurrit, nu. 6.
Seu impedimentum non ſuſtulit, nu. 7.
Fidei officialis eſt credendum, num. 8.
Fal. ne ei credatur in excedentibus eius officium, n. 9.
Summarum, & temporum diuerſitas, ſeu contradictio diuerſitatem, vel obſcuritatem gignit, n. 10.
In re dubia abſolutum ferri iudicium non poteſt, nu. 11.
Reſeruatio iurium ideo fit, vt melius liquidetur, numero 12.
Reſeruatio iurium fit poſt terminos probatorios datos maximè difficultatibus ortis in calculis, n. 13. 14.
Reſeruatio iurium regulariter non fit in vna partium petente, nec probante, n. 15.
Fal. niſi aliter æquitas ſuadeat, vel iuſtum iudice videatur, nu. 16.
Abſolutoria ab obſeruatione iudicij in vnum coincidit cũ reſeruatoria iurium, nu. 17.
Continentia cauſæ non eſt diuidenda, n. 18.

D E C I S I O XXXII.

CVm Elminus, de quo in præc.dec.renũciaſſet
conductioni anni 1611. ſub 29. Iulij eiuſdem
anni, & ſic collectis frumentis; fuit ex dicto laudo
condemnatos ad ſoluẽdum Spagnolo lib. 480. pro
pretio frumenti partis dominicalis ad rationẽ li.12.
pro qualibet corba, reiecta nominatim exceptione
Elmini, quod dictum frumentum fuit venditũ, &
de eius pretio ſolutæ ſportulæ,& aliæ expẽſæ Iudi-
cij,& Notario in cauſa graduationis creditorũ dicti
Spagnoli. Quæſitum fuit an benè vel malè, diceba
tur per Spagnolum quod benè, quia tale iudicium
fuit inter alios;ad quod nequidem vocatus, fuerat,
1 † vnde nec ad eum pertineret ſolutio ſportolarũ,et
expẽſarum huiuſmodi ad tex. in auth. de Iud.nou.
82.c.9.§.ne autem,& in l. is cui commiſſæ. ſin.C.
ſport.vbi ſi partibus interuenientibus ſportulę exi
guntur,& ad tit.Res int.alios,&c.
2 † Nec obſtare quod ſoluens veniret excuſandus
tanquam coactè,& authore pretore ſoluerit.l. cre-
3 ditor oblatam.102.ff. de ſol. Men.conſ.68. n. 14.†
Quia hoc non procedit,quando culpa præceſſit ca
ſum,vt ait Bart.in ſum.ad d.l.102.Hic pręceſſit q̃a
Elminus renũciauit poſſeſſioni,& fructus remitte-
4 re promiſit ſub 29.Iul.† non remiſit tamen cõgruo
tempore,& quo poterat commodè infra tres, qua-
tuor,quinq. demus etiam ſex,dies ad l.diuortio. ff.
de neg.geſt.Nat.conſ.50.n.29.Bec.conſ.105.n.22.
Surd.dec.179.n.12.diſtulit ad nonum vſq.diẽ,quo
ſuperuenit pręceptum Iudicis,& hinc venditio frũ
menti prędicti,ergo fuit in culpa ante caſum, maxi
mèq. eadem grauabatur in Elmino,quod nũquam
territorauit Spagnolum,quod nullam honeſtã reſi-
ſtentiam fecerit, quod nihil geſſit ad fauorẽ ſui au-
5 thoris,† vnde malè de eo pręſumendum fore vide
retur, qui non fecit, quod facere debuerat in occa-
ſione tali ad Barb.conſ.27.n.3.8.10.12.libro 3.Iaſ.
conſ.26.in princ.lib.1.

Amplius fides Gabellarij portæ gallerię habebat
quod corb.frum.22.& marzadellorum corb.4.ſub
6.Aug. & ſic ante dictum præceptum, & aliorum
marzadellorum corb.15.ſub 6. Iul. portatæ fuerũt
ad ipſum Elminum, vnde maior quædam ſuſpicio
inſurgeret contra dictum Elminum.

Qui tamen ex aduerſò dicebat iõ poſſeſſioni, &
fructibus renũciaſſe propter moleſtias ſequeſtro-
rum,quę ei inferebantur in dictis fructib.pro debi-
tis Spagnoli,& id patere, vel ex decreto eodem die
confecto,quo dicta renũciatio. Vnde ſatis ſibi fuiſ-
ſe renunciaſſe,non etiam remouere ſequeſtra,quo
rum exiſtentia efficiebat ne ipſe, etiam ſi maximè
6 voluiſſet,poſſet fructus conſignare,† quare non ſi-
bi,ſed Spagnolo imputandum, ſi non ſtatim occur
rit ſequeſtris, & fructus recepit, vnde interim ſu-
peruenerit pręceptum prędictũ,ad Barz.dec. Bon.
7 110.ſub n.12.& ſeqq. † cum maximè ob dictã cauſã
facta fuiſſet renũciatio,nec ignoraret, ſed ſciret im-
pedimentum Spagnolus,ad Crau.conſ.97.n.4.cõſ.
179.n.5.Surd.conſ.374.n.18.& ſeqq.Rim.iun.cõſ.
224.n.40.li.2. Alex.conſ.52.n.2.vol.6.& Barz. vbi
ſup.frumentum verò pędictum non fuiſſe à ſe, ſed
à Maſſario portatum, quare nihil ad eum.

Domini pro Elmino inclinabant. Verũ quæſtio
8 erat facti an frumentũ reuera venerit ad Elminũ,†
nam fidei officialis videbatur credẽdũ iuxtà Paſſer.
li.4.de libr.rat.gab.ſeu datior.f.291.i trac.de ſcrip.
ptiu. è contrà dicebatur, eſſe quidem ei credendũ
quoad ingreſſum tantum, non ẽt quoad aliud, an
9 ad domum Elmini portatum fuiſſet,† quia hoc ex-
cederet officium Gabellarij in quo non eſſet dãda
fides.vt dic.tit.nu.16.1 21 13. & latius tit. enim ſin-
teced,n.31.& ſeqq. fol.289.

Acce-

Digitized by Google

Accedebat, quod frumentũ venditum pro ſpor
tulis fuit Corb. 20. frumentum in fide prædicta eſt
Corb. 22. & vlterius ſunt marzadella, hæc enim
quo iuerunt, ſi non fuerunt illata ad domum El-
mini ?

Item dictæ corb. 22. frumenti, & dicta marza-
della allata fuerunt ſub 6. Auguſti frumentum vẽ-
10 ditum fuit allatum ſub 9. ciuſdem: † In hac ſum-
matum, & temporum contradictione ab vna, &
aliorum pro Elmino veriſimilitudine ab altera, res
reique veritas in obſcuro adhuc iacebat ad l. quin-
genta; alias quinquaginta. ff. de probat. Menoc. de
11 arb. iud. caſ. 213. num. 5. 11. † Vnde non poſſit ab-
ſolutum ferri iudicium ad cap. fin. 33. diſt. Surd. cõ-
ſil. 160. num. 63. lib. 2. Quare melius liquidẽt par-
12 tes, † adhoc enim iura eis reſeruauerunt domini,
vt in ſententia iux. l. Bebius ff. de pact. dot. Cornaz.
13 dec. Luc. 207. in fin. † Non obſtantibus terminis
probatorijs partib. datis, quia dicebatur haſce diffi
14 cultates inter calculos ortas, † in quibus reſerua-
tio facilius intrat d. Cabal. conſ. ciu. 61. num. 10. p. 2.
15 †. Imò etiam vbi ſumus in vna partium petente,
& non probante, quo caſu reſeruatio non debet re-
gulariter fieri, ſed aut condẽnati, aut abſolui Borg.
par. 1. iud. dec. 7. D. Mornt. de ſecun. cred. offer. nu-
mero 55. d. Cabal. conſ. ciuil. 89. nu. 13. & per tot.
16 d. par. 2. † Tamen vbi æquitas ſuadet, & videtur
iudici iuſtum eſſe reſeruationem iurium faciẽdam
ſuccumbenti ait, Idem d. Cabal. conſ. ciu. 68. nu. 4.
d. par. 2. & extant multa præiudicia in hac ipſs rota.
Barz. deciſ. 42. num. 9. & ſeqq. deciſ. 113. num. 8.
17 dec. 122. num. 7. & alibi paſſim; † dum etiam abſo-
lutoria ab obſeruatione iudicij plerunque ſentẽtia
profertur, quæ in vnum coincidit cum dicta reſer-
uatione Borgn. d. deciſ. 7. par. 1. iudic. & dec. Selec.
Bonon. 23. num. 1.

Et tunc etiam diſcutietur, an ad fauorem Elmi-
ni ſint faciendæ bonæ corb. 5. frumenti, & alia quę
dam per eum deducta, cum hæc ſint inter ſeſe con-
18 nexa, † nec domini continentiam cauſæ diuiden-
dam cenſuerint ad l. nulli, C. de Iud. l. 1. C. Quibus
ex cauſ. ad quã. iud. eat. Arer. in conſil. 29. num. 24.
verſ. ſecundæ autem dubitationi; Vbi ne idem ho-
mo diuidatur in plures, &c.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Reuiſio calculorum regulariter non datur, num. 1.
Niſi docto de errore, num. 2.
Verba ſententiæ, ſeu laudi ad intellectum iuris redigenda ſunt, num. 3.
Et prout ius diſponit, num. 4.
Vt minus quàm fieri poſſit iuri communi derogetur, numero 5.
Ne correctio incontinenti, aut repugnantia inducatur, numero 6.
Vna, & eadem diſpoſitio non debet duos effectus producere vnum productiuum, & alterum deſtructiuum num. 7.
Aequiparantur ſententia, & laudum circa prædicta, ex interpretatione ex iure faciendam, num. 8.
Nullo iure diuino, vel humano ſtandum eſt dicto vnius teſtis, num. 9.
Etiam quauis dignitate fulgenti, num. 10.
Eſt ſpeciale in principe, vt ei referenti credatur abſque relato, num. 11.
Quando referens poteſt diſponere ei creditur abſque relato, ſiuè ſit princeps, num. 12.
Siue ſit alius, num. 13.
Vt detur fides ſcripturæ priuatæ ſufficit nihil ei oppoſuiſſe, num. 14.
Vnico teſti minus legitimè examinato poteſt ex arbitrio credi, num. 15.
Et teſti vnico in officio conſtituto, num. 16.

D E C I S I O XXXIII.

FVerunt coram D. Procuratore pauperum fa-
cta computa inter eundem Elminum, Spagno
lum, & Creditores per quæ Spagnolus remanebat
debitor Elmini libra. 186. pro annis conductionis
1604. 1605. & 1606. Quorum tamen computo-
rum reuiſio fuit ex dicto Laudo ſpagnolo reſerua-
ta, & ideo ipſe ſpagnolus peteret ea reuideri.

Domini quoad reſeruationem eam interpretati
ſunt, non vt ſic diſſolutè, & indiſtinctè procede-
ret, ſed cum aliquo temperamento, ſcilicet propo-
1 ſito, & edocto errore, † prout eſt de iure, vt nõ de-
tur reuiſio calculorum, quia ratio ſimul reddita am
plius reddi non debet l. ſemel. C. de Apoch lib. 10.
2 † niſi docto de errore l. vnic. & ibi ſcrib. C. de err.
Calc. Mar. de ord. iudic. par. 6. verſ. ad exceptiones
oppoſitas aduertatur. num. 68. fol. 322. Sol. in ant.
Sab. decr. de minor. decr. quitationem, ſub nu. 12.
verſ. ad reiterandas, & num. 10.
3 † Nam verba ſententiæ, ſeu laudi ad intellectũ
iuris redigenda ſunt, Crau. conſ. 188. ſub num. 1. 2.
4 8. † & prout ius diſponit Menoch. conſ. 110. 31.
5 32. † ac vt minus quàm fieri poſſit iuri communi
6 derogetur, vt ibi per eund. † ne correctio inconti-
nenti aut repugnantia inducatur l. non ad ea. 89. ff.
de cond. & demonſtrat. Oſaic. dec 23. nu. 40. quæ
hic eſſet dum fuerunt eodem laudo obſeruata, &
approbata dicta computa, & data reuidendi facul-
7 tate ſimpliciter reprobari viderentur, † vnde, vna,
& eadem diſpoſitio duos effectus produceret, vnũ
productiuum, & alterum deſtructiuum, quod eſt
8 impoſſibile ad Grau. conſ. 985. num. 89. † Aequipa
rantur autem in prædictis ſententia, & laudum, vt
in ſpecie Decian. dicit ſubſcribendo ad Menoch. in
conſ. 123. num. 1. & 2. lib. 2.

Et licet diceretur non conſtare de dictis cõpu-
tis ex ſola aſſertione ipſius D. Procuratoris paupe-
9 rum † per reg. quod nullo iure diuino, vel humano
ſtandum eſſet dicto vnius cap. fin. 35. quæſt. 6. Fa-
10 rin. q. 63. num. 2. † etiam quauis dignitate fulgen-
ti c. licet ex quadam, & ibi gloſ. in lit. g. de teſtibus
Farin. d. q. 63. num. 3.

Tamen dictum fuit non vti teſtem ſimpliciter,
ſed vti delegatum aſſeruiſſe, & ad dicta computa
proceſſiſſe, vt conſtabat ex actu, in quo mandantur
compu-

computa præſentari per eundem D.Procuratoré
iuxta ordinata, qui probat mandatum, licet aliter
11 de eo non conſter, † cum ſit ſpeciale in principe,
vt ei credatur referenti, licet aliter non conſter de
relato, Alex. Dec.& alij in auth. Siquis in aliquo, C.
de eden. Dec.conſ.152.col.2. verſ.nó obſtat quod
dicta priuilegia,& multò magis, quia Illuſtriſs. Le-
gatus, qui ſe retulit ad ordinata, potuiſſet de nouo
ita ordinare, quando alius ordo adhuc non præceſ-
12 ſiſſet, † quo caſu non ſolum in principe, vt apud
13 Oſaſc.conſ.68.ſub nu.5. † Sed etiam in alijs pro-
cedit dictum, quod poſſit credi referenti abſq; pro-
ductione relati, quando referens potuit ſuper rela-
to diſponere Crau.conſ.987.nu.65. Menoch.con-
ſil.459.ſub num.21.lib.5.& eſt notorius mos Illu-
ſtriſs. Legati, vel Viceleg.committere etiam ſi aliàs
non ſcribatur commiſſio.

Item fuerunt dicta computa approbata in Lau-
do ab Arbitro, in petitione executionis eiuſdé lau-
14 di à Spagnolo, † & non opponere ſcriptæ aliàs pri-
uatæ ſufficit, vt ei detur fides contra non opponen
tem Surd.dec.199.num.9.ergo facere actum poſi-
tiuum in contrarium, & approbatiuum multò
magis.

Vltrà quod agebatur de procuratore verò lega-
liſſimo, & omni exceptione maiore D.Ioanne Ba-
priſta Roſſiò, & in officio propriè ad ſimilia conſti
15 tuto; † Si enim eſt in arbitrio Iudicis vnico teſti
credere etiam minus legitimè examinato Barz.de-
ciſ.Bonon.23.num.3.& ad Menoch.de arbitr.iud.
16 caſ.90. num.6.† quid erit in tali viro, & in officio
prædictu, vt in ſpecie dicit Menoch. de arbitr.iu-
dic.caſ.99.num.2.& ſeqq.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

Allegans contraria non eſt audiendus, num.1.

Semel approbatum non debet amplius reprobari, & ab eo recedi, num.2.

Finis compromiſſi, & laudi eſt imponere finem litibus, num. 3.

Renunciantibus non datur ad iura renunciata regreſſus, num. 4.

Vbi laudum grauat datur reductio ad arbitrium boni viri, num.5.

Reductio non remittit ad prima iura, ſed vel infirmandum, vel reformandum, vel confirmandum eſt laudum, num.6.

Iudex reductionis non poteſt iudicare, niſi ſuper contentis in reductione, num.7.

Allegans impoſſibilia non eſt audiendus, num.8.

Inſtrumenta non dicuntur liquida, dum liquidantur, nec habent executionem paratam ſtatuti inſtrumentis conceſſam, num.9.

DECISIO XXXIV.

DEmum idem Spagnolus rediens ad primæ-
uam petitionem petebat exequi inſtrumen-
ta locationum dictis,& computis,& laudo,& eiuſ-
demmet executione per ipſum petita non obſtan-
tibus: dictum fuit locum non eſſe huic petitioni,
1 Primò, quia modo executionem laudi, modò in-
ſtrumentorum petere eſt contraria allegare, vnde
non eſſet audiendus l.1. C.de furt.ff.de condict. &
demonſtr. l.Titius, maximè, quia approbatio laudi
2 præceſſit, † & ſemel approbatum non debet am-
plius reprobari,& ab eo recedi ad Bero. in termin.
laudi conſ.32.num.1. & ſeqq.lib.3. & ad dec. Luc.
3 45.num.7. & 8.† quia finis compromiſſi, & laudi
eſt imponere finem litibus Corn. conſ.49. nu.9. &
ſeqq.lib.2. Contrarius effectus ſequeretur, ſi iterú
ab ouo eſſet inchóandum, obſtante etiam promiſ-
ſione iurata in compromiſſo de ſtando laudo, cum
4 alijs renunciationibus, † per quas iam ad renuncia
ta non datur regreſſus l.vlt.C.de remiſſ.pign.l.quæ
5 ritur,§.ſi venditor,ff.de ædil.edic. † Et in caſu gra
uaminis aliud remedium eſt adinuentum, nempè
reductio ad arbitrium boni viri, non obſtantibus
cautelis quibuſcunque Menoch conſil.406.nu.33.
6 lib.5.dec.Luc.52.num.11.& ſeqq. † hoc auté non
eſt ad primæua iura redire, ſed laudum ipſum emé
dare ſi opus ſit, aut aliàs confirmare ad Menoc. de
arbitr.Iud.quæſt.70.num.16.& 17. Menoc.& dec.
7 Luc.ſupra cit. † In tantum quod extra iuriſdictio-
nem, & nulliter iudicaretur, aliter iudicando, quá
ſuper reductione ad Surd. deciſ.147. ſub num.1.2.
conſ.54.num.9.conſ.266.ſub num.13.14. Menoc.
da retinen.poſſeſs.rem.5.nu.94. Commiſſio enim
exhibita de cognoſcendo ſuper executione inſtru-
mentorum prætenſa nihil aliud fecit, quá dare po-
teſtatem cognoſcendi de iure, de iure autem in-
8 trant prædicta, † quæ reddunt petitionem de iure
impoſſibilem, vnde etiam intraret, quod allegans
impoſſibilia non ſit audiendus l.confeſſionibus. cú
alleg. in gloſ.ff.de inter.act. l.inde Neratius, §.fin.
& ibi gloſ.ff.ad leg.aequi.

Accedebat aliud obſtaculú, quia petitio primæ-
ua contineret executionem inſtrumentorum præ-
dictorum pro affictibus decurſis, & decurrendis,
& notulam priuatam aliarum prætenſionum, vn-
de nec inſtrumenta eſſent de ſe liquida, & notula
multo minus,& quod per proceſſum ad vlteriora,
& ad computa, & ad laudum prædicta opus fuiſſet
extrinſeca probatione apparebat, hiſce auté in ter-
minis non habent locum ſtatuta executionem pa-
9 ratam Inſtrumentis concedentia, † quia intelligú-
tur de inſtrumentis liquidis, liquida autem nó ſunt
dum liquidantur, vt bene per Surd.deciſ.27. nu.7.
& ſeqq.& etiam deciſ.179.num.14.15.in conſ.38.
num.13.14.15.lib.1.conſ.248.num.12.lib.2. Alex.
conſ.119. num.2. & ſeqq.lib.1. & ita ſe explicat in
indiuiduo Conſt.Iuſtin.rub.15.nu.12.Vbi eſt text.
ad literam.

In reliquis, præter reformationes, de quibus in
ſententia, & in deciſionibus præcedentibus, fuit
laudum confirmatum, tanquam iuri conſentaneú,
& propterea dictum fuit benè, vel malè fuiſſe reſpe
ctiuè laudatum, vel recurſum propter varia capita
in laudo contenta confirmata, vel reformata reſpe
ctiuè, vt in dd.ſententia,& deciſionib. Laus Deo.

S U M M A R I A.

Debitor bonus, vel exigibilis quis dicatur, num. 1.
Non qui habet ſaluum conductum, num. 3.
Non qui difficulter exigendus eſt, num. 19.
Venditio, & datio in ſolutum æquiparantur, num. 2.
Bonum, & exigibile conuertuntur, num. 4.
Exigibile adiectum bono plus operatur, & declarat, numero 5. 13.
Verba plerunque geminantur, vt plenius quis ſibi prouideat, num. 6.
Verba (fatti gli atti di ragion reale) explicantur, nu. 7. & ſeqq.
Aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt, numero 8.
Exequutio in perſona, & in re ſimul fieri poteſt ex ſtat. Bonon. num. 9.
Si non fiat in perſona euitatur culpa ſtante dicta clauſula, (fatti, &c.) num. 10.
Si non poſſit fieri executio realis, aut excuſſio ob ſaluum conductum ſtipulatio eſt commiſſa, & rediri poteſt ad cedentem, num. 11.
Exceptio in caſu excepto vitiat regulam, in reliquis magis confirmat, num. 12.
Stante dicta clauſula (fatti, &c.) non tenetur quis, niſi ad actus reales, non autem ad perſonales, numero 14.
Saluum conductum ab initio validum fuiſſe ſufficit, vt committatur ſtipulatio, num. 15.
Conditio ſemel deficiens non poteſt reuiuiſcere, num. 16.
Et deficit etiam diſpoſitio irreuocabiliter, nec amplius impleri poteſt, num. 17.
Iuſta cauſa ſaluiconductus ſtat potiſſimum in impoſſibilitate, vel difficultate ſolutionis faciendæ per debitorem, num. 18.
Excuſſum eſſe, & excuti non poſſe ſunt paria, numero 20.
Quando per ſe non ſtetit, euitatur culpa, num. 21.
Ceſſionarius non redit contra cedentem niſi oſtenſa diligentia exigendi debitorem ceſſum, num. 22.

D E C I S I O XXXV.

DOminus Brunetus tanquam debitor d. Bonacoſſæ de libr. 406. ei aſſignauit nomen debitoris nondum maturum ſolutioni, cum iſtis verbis *Et il ſopradetto Sig. Bruneto lo mantiene bono & eſigibile, & non potendo eſſo Bonacoſſa, ò chi preſenterà il preſſente ſcritto eſſer pagato, però fatti gli atti di ragione reale, promette immediatè ſenza eccettione, & contradittione alcuna di pagar del ſuo.*

Vigore cuius ſcripti Bonacoſſa inſtituit iudiciū contra dictum nomen debitoris, & executionē relaxari obtinuit, quam tamen conſumate non potuiſſe dicebat propter ſaluum conductum eiuſdem nominis debitoris: Quare Bonacoſſa redijt ad ſuū primum debitorem, & obtinuit ſententiam, executionem contra eum relaxandam ab excell. Audit. Gen. quæ fuit reuocata per d. Iudicem appellationis, & nunc coram nobis fuit quæſitum, vter benè, vel malè iudicauerit, incidimus in eam ſententiam, vt benè per primum, & malè per ſecundum.

1 † In contrarium tamen videbatur facere Men. conſ. 778. num. 1. & ſeqq. lib 8. Vbi diſtinguendo caſus, facere videtur caſus tertius, num. 3. vbi ſi cōſtat debitorem eſſe ſoluendo, ſed tamen eſſe duræ exactionis, non teneri venditorem efficere, vt is debitor ſit exigibilis, quod enim de venditore dicitur
2 etiam in dante in ſolutum verificatur, † quia æquiparantur l. ſi prædium. de euict. & deciſ. Bonon. 1. ſub num. 50. ſupra,

Quo tamen non obſtante contrariū viſum fuit in hoc caſu, quia non ſolum bonum, ſed etiam exi-
3 gibile promiſſum fuit nomen, † non eſt autem exigibile ſtante ſaluo conductu, ſub quo eſt tutus debitor ad Theſ. dec. 186. Natt. conſil. 591. per nos in dec. Flor. 49. & præciſè in ſpecie iſta per dec. Gen.
4 156. ſub num. 10. † & licet bonum, & exigibile cō-
5 uertantur, vt per Barz. dec. Bonon. 110. n. 4. † tamē adiectio exigibilis ad bonū aliquid plus operari debet, aut ſanè mentem cōtrahentium efficacius indicat eam fuiſſe, vt diſpoſitio magis attenderetur, & ſeruanda omnino eſſet, & ſtrictius operaretur
6 ad Crau. conſ. 70. num. 30. † Vbi idem plerumque geminari verba in inſtrumentis, vt plenius quis ſibi prouideat. Felyn. in capit. ſolitæ, de maiorit. & obedien.

Item, (& hoc quidem magis mouebat,) quia exceptus vnicus tantum fuit caſus à contrahenti-
7 bus, nempè quod fierent actus *di ragion reale*; † quæ verba cenſuimus nil aliud importare poſſe, quam vt iudicium moueretur contra dictum nomen, & perficeretur vſque ad executionem realem, ſi fieri poſſet, aliàs vſque ad excuſſionem, & vtriuſq. ſuū eſſe effectum, & ſuam etiam, ita conueniendi cauſam: Nam quoad executionem dubium eſſe poterat, an qui recepit ſcriptum nominis debitoris intellexerit ſibi etiam poſſe ſolui in rebus, cum eſſet in
8 ſcripto tantum pecunia, † & aliud pro alio inuito creditore ſolui non poſſit l. 2. § mutui datio. & Iaſ. Rip. & alij, ff. de rebus. cred. ſublata eſt difficultas, quia conuentū eſt, vt fiant actus iuris realis. Quoad verò excuſſionem dubium eſſe poterat, an ea facta, & non inuentis bonis, teneretur, qui ſcriptum, & nomen debitoris in ſolutum accepit procedere contra perſonam, & ad capturam perſonæ, ſeu an non
9 procurata captura, (etiam ſi eſſet in bonis, † ex ſibi data facultate procedendi ſimul, & in re, & in perſona per ſtat. ſub tit. de præcept. & 1. verſ. Quo
10 termino elapſo) † poſſet ei imputari negligentia, vel culpa iuxta trad. Menoch. ſupracit. num. 1. ſublata eſt difficultas, ex quo ſufficiunt acta *di ragion reale*, vt dixerunt, conueneruntque contrahentes.

Ergò ſi vnicus hic caſus fuit exceptus, in alijs for-
11 tius eſſe inhærendum regulæ dicebamus, † quod ſcilicet, vbi nec executioni reali, nec excuſſioni poſſet eſſe locus (vt hic propter ſaluum conductum) commiſſa eſſet ſtipulatio, vt ait deciſ. Gen. 156. ſub d. num. 10. ita quod poſſet reuerſio fieri ad princi-
12 palem debitorem, † Siquidem exceptio in caſu excepto vitiat quidem regulam, in alijs verò magis

eam

eam confirmat, & declarat vt in deciſ. Flor. 1. n. 45.
& Cagnol. ac alij ad l. 1. ff. de reg. iur.
13 † Quare ex prædictis non obſtare diceretur Me
noch. ſupra num. 1. cit. Quia, vltra quod loquitur
in caſu, vbi aſſignatum fuit nomen debitoris bonū
non autem vlterius exigibile, vt in noſtro caſu, nos
ſumus in caſu, vbi exceptio oppoſita mentem in re
liquis contrahentium magis declarauit.
Item, non obſtare dicebatur, quod dictus ſal-
uus conductus poſſet de facili euitari per dictū cre
ditorem in ſolutum accipientē, opponendo de non
obſeruantia eorum, quorum occaſione ſaluus con-
ductus fuit obtentus.
14 † Quia non tenebatur creditor ad hæc, nec ad
huiuſmodi oppoſitiones faciendas, quia non tene-
batur ea conuentione inita, niſi ad actus iuris rea-
lis, huiuſmodi autem exceptiones tranſcendunt hu
iuſmodi actus, & concernunt perſonam, & ſunt
perſonales, quæ in neceſſariam conſequentiam fue
runt excluſæ per dictam clauſulam complectētem
actus tantum iuris realis, ad l. cum prætor. ff. de
Iudic.
Item, dicebatur quod dictus ſaluus conductus
fuit obtētus citato eodemmet D. Bruneto debito-
re aſſignante, qui debebat certiorare ipſum ceſſio-
narium, & non certiorauit, qui fortè ſi fuiſſet cer-
tioratus, potuiſſet dictum ſaluum conductum im-
pedire: Vnde, vel eſſet ſibi ipſi imputandum hoc
damnum, cap. damnum, de reg. iur. in 6. vel ipſius
periculum eſſet tanquam adhuc creditori, & con-
15 ſentienti ad not. in l. 3. C. de nouat. † & in omnem
caſum illud euitari non poterat, quin ſaluus condu-
ctus ab initio eſſet validus, per ea quæ traduntur in
deciſ. Florent. 49. num. fin. & per tot. quare quic-
quid contingere potuiſſet, vt propter inobſeruan-
tiam non eſſet inobſeruanti non obſeruandus ad
Dec. Bonon. 38. num. 1. & ſeqq. ſupra, ſufficit quod
momento temporis extiterit cōditio ſcilicet, quod
per ſaluum conductum ab initio validum, fuerit ſe-
mel illatum impedimentum, quominus poſſet ad
actus iuris realis procedi, & quod ſemel fuerit com
16 miſſa ſtipulatio, † nam conditio, quæ ſemel defe-
cit non poteſt reuiuiſcere, Caſtr. in l. 1. num. 4. C.
17 de iuſtit. & ſubſt. † & cum ſemel defecit conditio
defecit etiam diſpoſitio irreuocabiliter, ita quod nō
poteſt de cætero implere. Bal. in l. totius, ff. de excu-
ſat. tut. Surd. alios cumulans in conſ. 157. num. 19.
20. 21. lib. 2.
Accedebat quod, qui dicit ſaluum conductum
in neceſſarium antecedens præſupponit difficulta-
tem, vel impoſſibilitatem ſolutionis faciendæ ex
18 parte debitoris illum obtinentis, † nam in hac fun
datur iuſta, & licita cauſa eum concedendi Theſ.
19 deciſ. 186. nu. 2. verſ. ſed hoc non obſtante. † Non
eſt autem exigibile, quod difficulter exigitur, &
ita fit, vt ad concedentem reditus fieri poſſit, ad
Barz. d. deciſ. 110. num. 13. & ſeqq. Certè quicquid
ſit de cauſa, ipſemet ſaluus conductus redegit exe-
cutionem, vel excuſſionem ad difficultatem, imò
verò ad impoſſibilitatem, ſaltem conſiderato ini-
tio, ita quod debitor aſſignatus executi non poſſet,
20 vnde paria ſunt excuſſum eſſe, & excuti non poſ-
ſe, vt ait Bald. in l. 2. in fine. princ. ff. qui ſatisd. cog.
at facta excuſſione licuiſſet redire ad aſſignantem
per pactum expreſſum, ergo idem ea nō facta, quia
fieri non potuit: Vltrà quod multum laborauit Bo
nacoſſa, vt declararetur, ſaluum conductū ſibi non
nocere, ita quod eo non obſtante poſſet contra de-
bitorem ſibi aſſignatum executio conſumari, nec
vnquam tamen potuit obtinere declarationem:
21 † Vnde per ſe non ſtetit, culpam, ſeu negligentiam
etiam, vbi opus non erat, euitauit ad l. in iure ciuili.
ff. de regul. iur. Vnde Menoch. in d. conſ. 788. retor
22 queretur, dum num. 4. dicit, † Ceſſionarium non
poſſe agere contra cedentem, quod non potuerit
exigere ipſum debitorem, niſi prius oſtēdat, ſe ad-
hibuiſſe omnem diligentiam, vt exigeret. Et ita cō
cludebatur in hac cauſa; licet excell. D. Ferrānte
Martino procuratore, & I. C. Patritio meo audien
te motiua, & iuri, vti ſolitus eſt, libenter cedente,
fuerit de communi conſenſu factum decretum co
rām me, quo concordatum fuit, vt Brunetus ſuus
clientulus ſolueret facta illi commoditate tempo-
ris per Bonacoſſam ad ſoluendum.
Laus Deo.

SVMMARIA.

In ſummariſſimo poſſeſſorio, & in interdicto de itinere, actuque priuato non quæritur de iuſtitia, vel iniuſtitia poſſeſſoris, num. 1. 2.

Ceſſat remedium extraordinarium, vbi eſt ordinarium, num. 3.

Requiſita ad obtinendum in interdicto de itinere, &c. numero 4.

Iudex debet conſeruare partes in ſtatu, in quo ſunt cum ad eum veniunt, num. 5.

Poſſeſſio eſſentialis ab apparenti diſtinguitur, num. 6.

Etiam in quaſi poſſeſſione incorporalium, num. 7.

Summariſſimum poſſeſſorium viæ, & dictum interdictum nō diſtinguitur ex iuſtitia, vel iniuſtitia poſſeſſoris, ſed à fine, num. 8.

Summariſſimum poſſeſſorium habet hunc finem, vt moleſtiam cohibeat, num. 9.

Interdictum prædictum, vt de poſſeſſione, & de iure definitiuè iudicetur, num. 10.

In dicto interdicto datur libellus, & petitur manuteneri in ea poſſeſſione mediantibus requiſitis acquiſita, & quis obtineat in eo, num. 11.

In ſummariſſimo datur libellus principaliter pro alio, & interim petitur manutentio incidenter, & vocatur interim, vt in term. viæ, num. 12.

Præſens ſtatus eſt vltima poſſeſſio, vel quaſi, & hæc attendenda, num. 13.

In iure præſentandi vltimus ſtatus attenditur, num. 14.

Vbi eſt ſeruitus diſcontinua, vt de ſeptennio in ſeptennium vltimus ſtatus eſt vltimum ſeptennium, numero 15.

Cæſa

DECISIO XXXVI.

CAeſa Sylua quolibet ſeptennio euacuata fuit
ſeptennio antecedẽti, & alijs etiam ante hoc
ipſum per fundum vicinum: Dominus fundi no-
uiſſimè oppoſuit, ius non eſſe domino Syluæ eua-
cuandi eundi, ducendivè per ſuum fundum; qui do-
minus replicauit, interim eſſe manutenendum,
1 † Quæſitum fuit an pro itinere actuq; priuatò da-
retur ſummarijſſimum poſſeſſorium; & videba-
tur dicendum quod non: quia ſi in ſummarijſſimo
poſſeſſorio non quæritur, an iure, vel iniuria quis
poſſideat; ſed tãtum an poſſideat, vel detineat, etiã
ſi eſſet prædo, ad Menoch. de retinen. poſſ. rem. vlt.
num. 15. 18. 21. latè etiam Borgn. deciſ. contr. 23.
num. 33. & ſeqq. num. 110. & ſeqq. par. 2. Domi-
2 nus meus Laderch. conſil. 95. per tot. † Idem eſt, &
in interdicto de itinere actuque priuato. l. 1. §. hoc
interdicto, ff. de itin. actuque priu. Menoch. de reti-
3 nen. poſſeſs. remed. 5. nu. 38. in fin. † Quare ceſſat
remedium extraordinarium, vbi eſt ordinarium,
vt in Flor. deciſ. 20. num. 60. & deciſ. 18. num. 25.
extraordinarium enim eſſe ſummarijſſimum poſ-
ſeſſorium patet ex mox cit.

4 † Quod ſi ita eſt non fuerunt probata requiſita
ad obtinendum in dicto interdicto de itinere, &c.
& in ſpecie, an itinere, actuque hoc anno vſus ſit,
vt eſt in d. §. Hoc interdicto, & alia requiſita recen-
ſet Menoch. d. rem. 5. de retin. cum ſeptem tranſie-
rint anni, quibus itinere illo vſus non fuit domi-
nus Syluæ.

His non obſtantibus contrarium fuit deciſum,
& tentum in vna D. Elephanturij cum Menghino.
5 † Debet enim Iudex conſeruare partes in eo ſtatu,
in quo ſunt, cum ad eum veniunt, ita vt ſua cuique
poſſeſſio ſalua ſit in plenario iudicio, nec vlla fiat
mutatio, vt eueniret, ſi præferre vellet poſſeſſioné
iuſtam iniuſtæ, vt eleganter per D. Laderch. d. cõ-
ſil. 95. ſub num. 6. verſic. debet enim, & ibi per tot.
6 † Doctiſſimè in hac materia diſtinguendo poſseſ-
ſionem eſſentialem ab apparente, & quod ſola ap-
parens attendatur in hoc iudicio, & num. 4. ante.
7 † Quæ quidem etiam in poſſeſſione, ſeu quaſi
ſeruitutum, & aliorum iurium incorporalium pro-
cedunt, vt per Menoch. d. rem. vlt. de retin. nu. 12.
ſub num. 21. 22. Couar. pract. quæſt. cap. 17. n. 1. 2.
& 6. Capyc. deciſ. 189. Menoch. rem. 5. retin. n. 50.
& in termin. terminant. Menoch. & Gerard. Ma-
zol. mox citandi.
8 † Non obſtat cõtrarium; quia hoc ſummarijſ-
ſimum remediũ ab illo interdicto de itinere, actu-
que priuato non ex eo dicitur, vel differre, vel con-
uenire, quod vtrobique de iuſtitia, aut iniuſtitia nõ
inquiratur: Sed ex alio, & ex fine; nam diuerſus eſt
finis vnius ab altero; tametſi vtrobique de iuſtitia,
vel iniuſtitia non ſit tractandum.
9 † Remedium extraordinarium ſummarijſſimũ
ex iudicis officio competens habet hunc finem, vt
moleſtiam cohibeat, vt præſentaneam turbationé
tollat, dum ſaltem lis pendet, & de verò ac legiti-
10 mo poſſeſſore contenditur; † Remedium ordina-
rium habet hunc finem, vt de poſſeſſione, & de iu-
re pronunciet definitiuè vt eleganter per Aretin. in
cap. in præſentia, num 38. de probat. Sequitur La-
derch. d. conſil. 95. ſub d. num. 4. Didac. pract. qq.
cap. 17. ſub num. 1. Menoc. de retin. d. rem. vlt. nu-
mero 11. & 12. A fine autem huiuſmodi diſcerni-
tur differentia, quæ eſt inter dicta duo remedia;
11 † quia in interdicto de itinere, actuque priuato da-
tur libellus, & petitur manuteneri in ea poſseſſio-
ne, quam mediantibus requiſitis, de quibus in di-
cto tit. acquiſierit, & qui vult eũ deijcere oportet,
quod agat negatoriã, & probet ſeruitutem ſibi non
cõpetere, quod ſi non probauerit ille, ſiuè iure, ſiuè
iniuria ſit in quaſi poſſeſſione, dum adſint præfata
requiſita, obtinebit per ſententiam diffinitiuam,
quæ ſuper ipſamet poſseſſione, vel quaſi profere-
tur, & in his termin. loquitur Menoch. in d. rem. 5.
num. 38. in fin. de retinen. in contr. allegat. Vbi per
tot. tractat propriè de materia dicti interdicti, &
ponit luculenter requiſita prædicta.
12 † In hoc verò ſummarijſſimo remedio datur
principaliter libellus fortè pro alio, & interim peti-
tur incidenter manutentio ab eo, qui turbatur, &
quæ interim ei conceditur, ſed in fine, & in ſenten
tia ſuper alio iudicatur, & in his term. non loquitur
Menoc. in præcit. loco; Sed alibi, & quidem in con
ſil. 448. ſub num. 15. ad fin. ſub num. 16. & 17. Vbi
in term. vıæ dari hoc remedium poſseſſoriũ, quod
Hiſpani appellãt hoc nomine Interim, & conſ. ſeq.
ſub nu. 74. & ita etiam in term. diſtinxit Gerard.
Mazol. conſ. 91. ſub nu. 42. 43. & 44. vbi nu. ſeqq.
latius de eodem, & de differentijs, an agatur princi
paliter, vel incidenter de poſseſsione, vel turba-
tione.

Hinc inferebatur in hoc ſummarijſſimo poſſeſ-
ſorio nõ opus fuiſse probari requiſita in illo inter-
dicto neceſsaria; nam dum conſtaret de vltimo ſe-
ptennio vltra alios ante hoc ipſum, hoc ſufficere vi
ſum fuit pro probatione alterius extremi, id eſt quo
D. Elephanturius eſset in quaſi poſseſſione, in qua
interim eſset manutenendus, quia ſi præſens ſtatus
13 attenditur, & ſupra num. 1. & 5. dictum eſt, † præ-
ſens ſtatus eſt vltima poſseſſio, vel quaſi, & hæc at-
14 tendenda Crau. conſ. 322. num. 5. † vbi in iure, &
quaſi poſseſſione prætentandi Menoch. conſ. 402.
15 num. 62. & ſeqq lib. 5. † & ita dixit Bart. in l. . §.
Hoc interdicto, ff. de itin. actuque priu. num. 5.
Vbi in iuribus, quæ habent cauſam diſcontinuam,
dicitur eſſe quis in quaſi poſseſſione, ſi illo anno
vſus eſset tempore ſufficienti, adeo quod ſi me tur-
bas poſſum contra te reſiſtere de facto, (& intelli-
ge) ſubdens, quod hic dicit hoc anno, hoc eſt hoc
vno tempore, quo requiritur iſte vſus, vt iſto quin
quennio, vel decennio, vel ſimiliter, vt ibi per Bar-
tol. Cuius dicta multo fortius operantur in hoc
ſummarijſſimo, in quo facilius, etiam citra tot re-
quiſita admittitur manutentio, vt patet ex præcit.
maximè in term. per Menoc. in d. conſ. 448. & 449
ſupra nu. 12. cit. Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVM-

S U M M A R I A.

Damna, et intereſſe ſi petuntur principaliter debent probari ante ſententiam, ſi acceſſoriè poteſt eorum liquidatio reijci in executione, num. 1. & 3.
Requiſita neceſſaria ad probandum damna, vel intereſſe remiſſiuè, num. 2.
Et eodem num. 3.

D E C I S I O XXXVII.

FVit deliberatum ad publicum incantum datiú molendinorum, & Searmaliati D. Franciſco Fracaſſo. Cum inſtrumento iurato per Illuſtriſs. tunc temporis legatum, & Illuſtriſs. D. Veaillifeſum, cum pacto totet cætera prohibente Furnarijs ab Impall irijs vendendi pané. Cui idem Illuſtriſſimus Legatus moa per viam decreti derogauit cóceſſa in contrarium licentia dd. Furoarijs. Datiarius inſtetit remoueri tale impedimentum, aliàs proteſtando, ſe nolle continuare in conductione, & quod poneretur alius, interimque, quod ipsè inſeruiet pro operario, & miniſtro: & magnificam Cameram condemnari ad damna, & intereſſe, &cęt. è contra Camera petente exequi inſtrumentú pro ſumma promiſſa, vt in eo. Iudicauimus primo magnificam Cameram abſoluendam à prædictis dam
1 nis, ſeu intereſſe, † quia ea non fuerunt probata, erant enim probanda cum fuerint petita principaliter, licet aliàs ſi acceſſoriè potuiſſet eorum liquidatio reijci in executione, Natt. conſil 569. num. fin. Oſaſc. deciſ. 129. ſub num. 16. verſ & tenendo. ad fin. Surd. conſ. 293. num. 22. Maſc. de probat. concl. 933. num. 13. tom. 2.
Nnn obſtat calculus productus anterioris anni, quia licet annus anterior reddiderit plus, non tamé ſequitur, quod tantum reddere potuerit alter annus, cum hoc à caſu, & à fortuna potiſſimum pendeat, nec hæc probatio de neceſſitate cócludat, nec aliunde conſtet, quod annus, de quo quæritur, tan
2 tum veriſimiliter reddidiſſet, † nec damna, aut intereſſe aliter fuerint probata ſeruatis ſeruandis, & ſecundum requiſita, vt per Rot. Gen. deciſ. 1. n. 45.
3 46. dec. 150. num. 2. deciſ. 9. num. 16. † Vbi nó poſſe ſententiam ferri ſuper hoc intereſſe, niſi probatis requiſitis, de quibus latè Alex. conſil. 141. col. 1. volum. 5. Dec. conſ. 39. col. 2. vol. 1. Affl. dec. 20. Maſcard. de probat. d. concl. 933. n. 16. & ſeqq. tom. 2. Hæc de primo capite ſententiæ noſtrę. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Licet à contractu recedere ob pacta non ſeruata, nu. 1.
Simul & damna, vel intereſſe peti cum receſſu, num. 4.
Etſi contrauentio ſit in minimo, num. 2. 10.
Propter iuramentum, & eius indiuiduitatem, num. 3.
Etiam ſi princeps locauerit, num. 5.
Petenti executionem inſtrumẽti, quod non obſeruauit obſtat exceptio doli, etiam ſi contrauentio non ſit in cauſa finali, num. 6. 9.
Non datur actio ex eo, num. 10.
Nec agi poteſt ex eodem, num. 12.
Et quando fuit proteſtatum cum proteſtatio ius proteſtanti conſeruet, num. 7.
Conſ. 45. Bec. eſt in fortiorib. term. num. 8.
Princeps poteſt capitula & pacta reuocare, num. 13.
Contra, num. 15.
Declara vt poſſit ex cauſa refuſo tamen precio, num. 18.
Etiam ſi contraueniat per viam legis generalis aliquo caſu dempto, num. 19.
Vniuerſitas poteſt non obſtante iuramento contrauenire, num. 14.
Non tamen in caſu, de quo hic, num. 15.
Derogatio per viam legis generalis fortior, quàm per viam decreti, vel licentiæ particularis, num. 16.
Principi Deus ſubiecit leges, non tamẽ contractus, n. 17
Conductores datiorum non ſunt decipiendi per contrauentionem capitulorum deſcriptorum in proclamate, & conuentorum, num. 20.
Poſteriora prioribus derogant, num. 21.
Ex reticentia, ſeu non certificatione reſultat præſumptio delicti, vel doli, num. 22.
Interpretatio capienda eſt excluſiua deceptionis, damni, eluſionis tertij, delicti, doli, ſiniſtræ ſuſpicionis, vitij, num. 23.

D E C I S I O XXXVIII.

FVit ſecundo loco reſolutum, non eſſe locú exe
1 cutioni inſtrumenti, † quia ob pacta non ſeruata licuerit à contractu recedere, vt in term. locationis Principis, & datij latè per Bec. conſ. 45. per
2 tot. † Vbi num. 10. etiam ſi contrauentio ſit in mi
3 nimo. † Vbi nu. 15. 16. 17. propter iuramentum,
4 & eius indiuiduitatem, † Vbi nu. 20. & ſeqq. quod poteſt ſimul, & à contractu recedi, & dãna, ſeu in
5 tereſſe prætendi, † Vbi num. 25. & ſeqq. etiá quod
6 princeps ipſe locauerit: † Vbi num. 40. & 41. aduerſus petentem executionem contractus pro ſui parte non ſeruati, cópetere exceptionem doli, etiá ſi id, in quo contrauentum eſt, non ſit cauſa finalis
7 contractus: † Vbi num. 43. quando fuit proteſtatum, quia proteſtatio ius conſeruat proteſtanti,
8 † & vt conſtat ex num. 42. loquitur in fortioribus term. cum in caſu ſuo iam fuiſſet electum reſtaurum. Cum in caſu noſtro ſimpliciter receſſus fuerit electus, & imploratus, & Bec. ſequuti ſunt alij, Surd. maximè pluribus in loc. in deciſ. 94. ſub n. 1. in conſ. 563. ſub nu. 3. 4. lib. 4. in conſ 532. ſub n. 8.
9 eod. lib. vbi in term. terminant. † & eſt indubitatú, & communiter receptum, quod ope exceptionis omnis contractus, etiam nominatus, reſcindi poſſit ex capite implementi ab altera parte non ſequuti, Crau. conſ. 192. ſub n. 21. Surd. relato hic etiam
10 Bec. in conſ. 52. n. 37. & conſ. 108. n. 1. & ſeq. † Vbi plus, quod non detur actio, quamuis defectus ſit in minimo, relato etiam hic Bec. & pluribus alijs cu
11 mulatis: † Et carere dubio dicit D. Moror. reſp. 6.
12 n. 23. † nec poſſe agi ex eo inſtrumento, dixit ibid. Moror. num. 22. Quare dicta ex aduerſo non faciebant ad propoſitum, nec ad caſum.

Et ta-

13 † Et tamen, vt aliquid particularius dicatur:
Ad id, quod potuerit Illuſtriſs. Legatus tamquam
princeps capitulum ſupradictum reuocare ex Bald.
14 conſil.333.num.2.lib.1. † Et potuiſſe vniuerſita-
tem non obſtante iuramento contrauenire ex Ber-
taz. in l. ſi quis maior.nu.170.cum ſeqq. C. de tran
ſact. Seraph. de priu.iur.priu.96.ſub nu.8. verſ. ad-
uertendum, & priu.83.num.27.

Reſponſum fuit hæc eſſe extra term. noſtros, in
quibus adduximus iura in contrarium, & in term.
quibus addimus Surd.d.conſ.532.nu.10.& 11. &
15 Men.conſ.34.per tot.lib.1. † Vbi nec domino lice
re poſt venditam cancellariam nouas facere conſti
tutiones, nec Ciuitati quicquam innouare ad præ-
iudicium emptorum, vel conductorum.

16 † Item reſponſum fuit, Bal. loqui in derogatio-
ne per viam legis generalis: Nos ſumus in deroga-
tione per viam decreti, & licentiæ furnarijs cõceſ-
17 ſæ contra formam conceſſionis. † Vbi procedit,
nec Cęſari, nec Duci iure permiſſum eſſe reuocare
cõceſſiones titulo oneroſo factas, & tameſi Deus
ſubiecerit leges poteſtati principum, non tamen ſu
biecit contractus, vt latè per Menoch. conſ.307. à
num.38. vſque ad num.68. pręſertim ſub num.43.
lib.4. vltra allata ex Bec. ſupra num.1. & ſeqq.

18 † Item, fuit reſponſum, quod vbi princeps cum
aliqua cauſa aufert ius tertio, debet ipſe tantundem
refundere, vt plenè Surd.conſ.203.ſub num.17. &
17 ſeqq. † etiam quando auferret per viam legis gene
ralis, niſi aliquo caſu, vt per Menoch. in conſ.701.
ſub num.87.88. lib.8.

Ad aliud verò, quod aliàs idem fuerit executum,
& obſeruatum (non obſtante contractu) cum fur-
narijs, & alijs datiarijs primo dictum fuit, de hoc
non conſtare: Secundò quia, quicquid hoc ità eſſe
20 poſſet, non haberet nocere alijs, † qui dum vident
proclamata cum deſcriptione omnium capitulorũ
deciperentur, ſi ſub prætextu obſeruãtiæ omnium
capitulorum conſcriptorum moti ad offerendum,
talis decipula fuiſſet eis nihil minus cogitantibus,
nec cogitare debentibus adinuẽta, ſeu comparata,
vt dicit in ſimili Bart. in l. ſi vno, §. item cum qui-
dam, numero 3. ff. loc. & proximè ad termin. noſt.
Surd. dicto conſil.532. ad fin. In omnem caſum
non illa anterior præſuppoſita obſeruantia eſſet at
tendenda, ſed hæc manifeſtatio capitulorum, &
21 ſubſequuta conuentio tanquam poſterior, † quia
poſteriora prioribus derogant. l. pacta nouiſſima,
C. de pact. l. ſed, & poſteriores, de legibus, & tan-
22 quam excluſiua delicti, vel doli, † quæ reſultarent
& reticentia, ſeu non certioratione obſeruantiæ
prætenſæ ad l. Iulianus 13. ſub princ ff. de action.
empt. Crauet. conſ.142. numero 18. conſ.192. nu-
mero 4. conſ.83. numero 3. conſ.182. ſub num.7.
Vbi plura, & conſ.1000. pro Gen. num.275. ego ex
profeſsò, & pleniſſimè in tract. de interp. inueſt. ca-
13 pit.2. obſ.1. num.13. & ſeqq. grad. vlt. † Nam in-
terpretatio capienda eſt excluſiua deceptionis, Cra
uet. conſ.186. num.3. Surd. conſ.431. num.46. dam
ni, aut eluſionis tertij, Crau. conſ.269. ſub num.5.
verſic. quinto, reſpondeo, delicti Oſaſc. conſil.64.
num.52.53.54. & ſeqq. doli, ſiniſtræ ſuſpicionis,
vitij, & ſimilium, de quibus ipſe latè d. gra. vlt. obſ.
2. num.11. & ſeqq.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

SVMMARIA.

Per continuationem in conductione iuri quæſito cenſetur reunnciatum, num. 1.

Inferior non poteſt manum apponere, vbi ſuperior manum appoſuit, num. 2.

Maximè ad deſtructionem decreti ſuperioris, numero 3.

D. Iudex Vrſij habet iuriſdictionem ordinariam, ſed limitatam, num. 4.

Procurator ad lites non poteſt citari ab initio cauſæ, numero 5. & 24.

Sed ſi comparuerit tenet iudicium, num. 25.

Conductor recedens legitimè à contractu, ſed continuans dicitur tanquam adminiſtrator continuare, numero 6.

Ei eſt imputandum, qui debuit prouidere, & non prouidit, num. 7.

Conductor facta denunciatione liberatur à damno cui locator occurrere potuiſſet, num. 8.

Nemini iniuriam facit, qui iure permittente facit, numero 9.

Prænia proteſtatio facit vitium clandeſtinitatis euitari, num. 10.

Proteſtatio facta per ſcripturam, dicitur facta palam, non clandeſtinè, num. 11.

Proteſtatio per datiarium coram D. Iudice Vrſij bene fit, num. 12.

Proteſtatio conſeruatoria iuris proprij, ſeu declaratoria eius, quod eſt in mera noſtra voluntate poſitum bene fit coram quocunque, & quocunq; tempore, vel loco, num. 13.

Nec requiritur præſentia partis, num. 14.

Effectus proteſtationis conſeruatoriæ, vel declaratorię eſt tollere conſenſum à ſequenti actu, num. 15.

Scriptura proteſtationis probat diſſenſum, num. 16.

Maximè in actis producta, num. 17.

Per proteſtationem non itur contra decretum ſuperioris, ſed ius ſibi ſaluum eſſe velle declaratur, numero 18.

Non valet argumentum, Syndicus non poteſt citari, ergo, nec proteſtatio ei intimari, num. 19.

Proteſtatio facta Agentibus alicuius valet, & afficit, num. 20.

In numero Agentium poteſt haberi Syndicus, numero 21.

Diuerſitas nominum indicat diuerſitatem rerum, numero 22.

Scientia procuratoris principis ei nocet, quoad concernentiam eius adminiſtrationem, num. 23.

Proteſtatio in notorijs non eſt neceſſaria, num. 26.

Proteſtatio facta prodeſt, ne quis videatur continuare tanquam conductor, num. 27.

Factum ſequens debet intelligi ſecundum proteſtationem antecedentem, quæ ſuſtulit animum à conductione, num. 28.

Expreſſa declarationi magis eſt credendum, quam tacitæ reſultanti ex facto, num. 29.

Proteſtatio poteſt annullationem actus cauſare, numero 30.

Non obſeruanti non obſeruandum, num. 31.

Exceptio contractus non obſeruati repellit à limine iudicij, & eſt exceptio litis finitæ, num. 32.

Eſt ordinarium, vt quilibet adminiſtrator teneatur rationem reddere, num. 33.

Labor non debet eſſe ſine mercede, num. 34.

Non debet quis ſuis laboribus fraudari, num. 35.

Etiam ſi de mercede non fuiſſet conuentum, numero 36.

Maximè, ſi alij danda eſſet prouiſio, num. 37.

Satis petijt ſalarium, qui dixit ſe ſeruiſſe, vt operarium num. 38.

In acceſſorijs Iudex ſupplet, maximè ſtantibus clauſulis ſalutaribus, num. 39.

Conſtito de ſubſtantia debiti poteſt liquidatio quantitatis in executione reſeruari, num. 40.

DECISIO XXXIX.

1 TErtiò fuit dubitatum, an ex quo perſeueratũ
fuit per eundem Fracaſſum in exactione da
tij videatur tacitè, & facto ipſo ſibi præiudicaſſe,
& renunciaſſe iuri ſibi acquiſito ex prædicta con-
trauentione, de qua in ſuperiori dec. per l. excepto.
C. loca. cum alijs vt per Surd. dec. 94. num. 1. & qui
dem dicebatur, quod ſic: quia licet proteſtatus fue-
rit ſe velle continuare, vti operarium, vel miniſtrũ,
dum de alio prouideretur, proteſtatio tamen huiuſ-
ſcemodi arguebatur de nullitate ex defectu iuriſdi-
2 ctionis D. Iudicis Vrſij, à quo emanauit, † quia nõ
potuerit manum apponere, tanquam inferior, ad
decretum à ſuperiore, & principe emanatum ad c.
cum inferior, de maior. & obed. Rot. dec. 103. nu-
3 mero 3. par. 2. Surd. conſ. 58. num. 6. † maximè ad
deſtructionem decreti ſuperioris, cum ſuper hoc
inferiori cognoſcere non liceat; cap. cum veniſſent,
de Iudic. & ibi Abb. & Dec. Anchar. conſ. 224. Ro
4 man. conſ. 116. num. 2. † & D. Iudex Vrſij licet ha-
beat iuriſdictionem ordinariam, habet tamen limi
tatam ad plenè per Vant. de null. ex defec. iuriſdict.
num. 34. cum ſeqq.

Item, arguebatur nulla dicta proteſtatio, quod
non legitimè fuiſſet intimata D. Syndico mag. Ca-
meræ; cum eſſet tantum ad lites, non etiam ad ne-
5 gotia procurator, † qui non potuiſſet citari in ini-
tio cauſæ Ioan. de plat. in l. 1. num. 2. C. de iure reip.
lib. 11. ergo nec ei proteſtatio validè intimari. hæc
dicebant DD. Informantes pro magnifica Ca-
mera.

Contrarium, his non mouentibus, fuit reſolu-
6 tum, † quia dato licito receſſu à contractu ſecũdum
dec. anteced. reſultaret de neceſſitate mutatio mo
di, & qualitatis adminiſtrationis ad Aretin. in con-
ſil. 5 ; colum. 2. verſ. ſecundo probatur. Menochia-
tius in conſil. 246. num. 6. & ſeqq. lib. 3. debebat er-
gò prouidere magn. Camera, iuxta proteſtationem
7 ſibi factam de alio, † & ſi non prouidit ſibi eſt impu
tandum, ad Alex. in l. non ſolum, §. morte, ſub n. 23
verſ. quia reſpondet, & ſub n. 28. ff. de op. no. nunc.
& ad l. item quæritur, §. exercitu. ff. loc. Soc. iun. con
ſil. 120. ſub num. 19. lib. 3. † Vbi quod facta denun
8 ciatione conductor liberatur à damno, cui locator
occurrere potuiſſet, & prouidere, ſequitur Menoc.
conſil. 246. num. 30. 31. 32. lib. 3. † Non autem ip-
9 ſi datiario, dum quod fecit iure permittente fecit,
ideoque nulli iniuriam attulit ad l. Gracchus, C. ad
leg. iul. de adult. probandus verò, quod non conti-
nuò receſſerit, ſeruitiũq; magn. Cameræ non de-
ſeruerit, in periculum non coniecerit, † ſed præuia
10 proteſtatione, vel virium clandeſtinitatis euitaue-
rit, dum per modum prouiſionis operarij, & mini
ſtri nomen ex neceſſitate aſſumpſit, iuxta not. per
Bart. in d. l. non ſolum, §. morte, num. 65. ff. de op.
no. nunc. D. Cabal. Caſ. crimin. 292. ſub num. 13. &
11 ſeqq. Cent. 3. † vbi quod proteſtatio facta per ſcri-
pturam, vt hic, dicitur fieri palam non clande-
ſtinè.

Ad primum contrarium, quod proteſtatio ſit
nulla ex defectu iuriſdictionis D. Iudicis Vrſij: re-
12 ſponſum † fuit in contrarium eſſe Stat. de proteſt.
ſub princ. & §. ſi verò vellet. maximè, quia ipſius
propria eſt datiorum cognitio, vt in conſtitut. Rot.
13 tit. de præt. Bonon. num 21. pag. 3. † & cum ſit pro
teſtatio conſeruatoria iuris ſui, ſeu declaratoria vo
luntatis ſuæ, in his, quæ pendent à ſua voluntate,
potuiſſet fieri coram quocunque, & loco, & tēpo-
re quibuſcunque, quia eſt actus extraiudicialis Iaſ.
in l. non ſolum iam cit. d. §. morte, num. 15. 42. &
14 43. ff. de op. nou. nunc. † nec requiritur præſentia
partis, quando illud à quo per proteſtationem mē
exonero, vt in præſenti caſu, pendet à diſpoſitio-
ne legali abſque facto meo, vt declarat Iaſon. ſub
dicto numero 15. verſic. Secunda concluſio eſt.
Bartol. & alij in l. qui in aliena. 6. §. final. ff. de ac-
quiren. hæredit. add. ad tandem l. in text. nouiſſimè
15 impreſſis: † effectus enim ex huiuſmodi proteſta
tione emanans nullus alius eſt, quam quod tollit
conſenſum, & mentem à ſequenti actu, vt in leg. ſi
mihi, & Titio, §. in legatis, ff. de leg. 2. & in d. §. fi-
nal. l. qui in aliena. ff. de acquiren. hæred. Surd. plu-
res cumulans in conſil. 356. numero 21. & ſeqq.
Hoc autem per nos ſolos etiam abſque interuentu
16 alterius poteſt fieri, ſola ſupereſt probatio, † & hæc
exurgit ex ſcriptura proteſtationis, quæ exhibetur,
& probat diſſenſum, & declarat animum, perinde
ac ſi in præſentia ſit facta proteſtatio, & declaratio,
vt in ſpecie Grat. conſ. 83. numero 15. & 17. lib. 1.
17 † cum fuerit producta in actis Maſcard. in termi.
proteſtationis, de probat. concluſ. 1241. in fin. to-
mo 3.

Quæ omnia conueniunt præſenti caſui, quia da-
ta contrauentione lex dedit facultatem recedendi
à contractu, vt probatum eſt in anteceden. deciſ.
& erat poſitum in mera voluntate datiarij recede-
re, vel non; Quare prædicta bene intrarent. Nec
facerent ad propoſitum allegatæ nullitates ex de-
fectu iuriſdictionis, vel legitimæ intimationis.

Sed magis in ſpecie dicitur ex proteſtatione præ-
dicta

dicta non offendi, ac ne latum quidem vnguem tā-
18 gi iuriſdictionem ſuperioris, † quia contra eam di
rectò non itur, ſed propria iura declarantur, vt ſibi
ſalua conſeruētur ex natura proteſtationis, de qua
in præced. deciſ. num. 7. & ad d. Stat. de proteſt. ſub
princ.

Item ad illud, quod non fuerit legitimè executa
in perſona Syndici, quia Syndicus non poſſet citā-
19 ri: † Reſponſum fuit non valere argumentū, Syn-
dicus non poteſt citari, ergo nec proteſtatio ei inti-
mari, quia in ſubſidium poteſt, vt hic ob difficulta-
tem intimandi congregatis, Iaſ. in d. l. non ſolū, d. §.
20 morte. nu. 33. ff. de op. no. nuncia. † Item proteſta
tio agentibus facta afficit Bec. dicto conſ. 45. nume
ro 44. 45. Menoch. d. conſ. 246. ſub num. 28. verſ.
21 reſpondetur primo. † In numero agentium ha-
beri poteſt, & ſyndicus, hoc nomine fortè dona-
tus, vt aliqua eſſet diſtinctio à mero procuratore,
22 † uam ſi idem cur diuerſa nomina? l. ſi idem. ff. de
Iure Codic. & ad l. 2. §. appellata. cum ibi not. per
Doct. ff. de rebus cred. & eſt notorius eius interuē-
tus ſolitus, & conſuetus cum Illuſtriſs. Aſſumptis
magn. Cameræ, etiam pro multis alijs extra cauſas
23 & lites. † Item, quicquid ſit in procuratore pri-
uati procuratoris principis ſcientia, quæ etiā ex pro
teſtatione cauſatur, nocet circa ea quæ ad eius ſpe-
ctant adminiſtrationem Surd. deciſ. 181. nume-
ro 5. 17.

Sed eſto quod à pari venirent citatio & proteſta
24 tio æſtimanda, † ſanè licet Syndicus legitimè non
citetur in principio cauſæ ex opinione, (quam dicit
tutiorem excell. D. Senat. Loſ. de Iure vniu. par. 2.
ſub num. 63. verſ. non ſufficit. pag. 102. iuncto ver-
25 ſic. Verum meo iudicio, pag. 103. † Si tamen com
paruerit tenet citatio, & iudicium, vt ait Bart. in l. 1.
num. 2. & 3. C. de iure reipub lib. 11. refert, ac ſe-
quitur D. Loſ. d. pag. 103. circa princ. ergò, & dicta
proteſtatio, ex quo comparuerit ſyndicus, & litem
ſemper eſt proſequutus.

Accedebat, quod non erat veriſimile, quod igno
raretur factum ſub eodem tecto, in eodemmet pal
latio, maximè ſtantibus proclamatibus ad fauorem
furnariorum in vim dictæ licentiæ factis, & obſer-
uantia eiuſdem notoria in Ciuitate, multò magis
apud eos, quorum propria erat ſuper (vt ita dicam)
intendentia, & multò minus, quod ſyndicus, vel
in minimis oculatiſſimus, hoc ſolum non parui mo
menti, & cum charta in ſcriptis exhibita ſubticue-
rit, non manifeſtauerit: hæc nobis ſe offerebant,
adeo à veroſimili aliena, vt contrarium omnino
26 diffugioſum, vel falſum videretur; † proteſtatio
verò in notorijs non erat neceſſaria, & non facta nō
nocuiſſet ad Menoch. d. conſ. 246. num. 30. libro 3.
27 Surd. deciſ 4. num. 7. 8. 9. † Licet facta multū pro-
fuerit, ne continuando videretur continuare tam-
quam conductor ad Felyn. in cap. cū M. Ferrarien-
ſis, ſub num. 79. ad fin. verſ. ad idem de conſtit. Ale-
xan. in d. l. non ſolum, §. morte, ſub num. 21. ante
fin. ff. de op. nou. nunc. Maſc. de prob. concl. 1242.
28 num. 23. 27. † Vbi quod factum ſequens debet in-
telligi ſecundum proteſtationem antecedentem,
quæ ſuſtulit animūm à conductione, Surd. deciſ.
29 154. num. 19. & conſ. 513. ſub num. 45. 46. † Vbi
quod magis credendum expreſſæ declarationi, quā
& fecit de voluntate ſua, quàm tacitæ, quæ reſultat
30 ex facto, † & annullationem contractus cauſare
potuit Crauet. conſ. 204. num. fin. & ideo iuri quæ-
ſito ex contrauentione, ſibi noluiſſe præiudicare.

Accedebat demum, quod poſteaquam certiſſi-
mum eſt. & omnino indubitatū ſcitam fuiſſe con-
trauentionem, vt vbi fuit remota? Quare etiam
citra proteſtationem viget viuida contra mag. Ca-
meram agentem exceptio contractus non obſerua
31 ti, † vnde nec ei eſſet obſeruandum ad Bec. dicto
32 conſ. 45. num. fin. † Vbi quod hæc exceptio repel-
lit à limine iudicij, & eſt exceptio litis finitæ Bart.
in l. ſi ſeruus communis Meuij. § fin. de ſtip. Seru.
Mar. de ordin. iud. par. 6. mem. 9. num. 51. fol. mihi
318. è contra verò non poſſet opponi de receſſu ex
continuatione datij, quia proteſtatio ſuſtulit ani-
mum continuandi, vt conductorem, & alium con-
tinuandi, vti operarium, ſeu vti miniſtrum induxit
quod fieri potuit, imò aliter fieri non poterat, vt ſu
pra oſtenſum eſt.

Et in neceſſariam conſequentiam fuit dictum,
quod redderentur computa, ſeu rationes cum reli-
33 quorum reſtitutione, † vt eſt ordinarium in quo-
libet adminiſtratore, Crau. conſ. 218. in princ. con-
ſil. 231. num. 2. 6. & per tot. Menoch. conſil. 863.
libro 9. Cum non ſufficerent hactenus in actis
exhibitæ.

Item, in eandem neceſſariam conſequentiam
fuit dictum debitam fuiſſe D. Fracaſſo mercedem
34 † quia non debet eſſe labor ſine mercede c. ibi adn
uati. 7. quæſtio. 1. capit. charitatem. 12. quæſtio. 2.
35 † Nec debet quis ſuis laboribus fraudari Crauet.
conſil. 296. ſub numero 2. verſic. tertio tacitum.
36 † etiam ſi de mercede non fuiſset conuentū, Surd.
conſ. 42. num. 11. & ſeqq. Menoch. plenè conſil.
37 228. lib. 3. † maximè, quia alij danda fuiſset pro-
uiſio ſolita, & conſueta ad Alex. & alios cit. per Me
noch. ibid. num. 37.

38 Nec obſtat, quod non fuit petitum, † quia ſatis
perijt ſalarium, qui operarium ſe profeſsus eſt per
prædicta, dum diximus quod operam, ſeu laborē
ſequitur merces, cap. acceſsorium, de reg. iur in 6.
39 † & in acceſsorijs Iudex ſupplet, maximè ſtanti-
bus clauſulis ſalutaribus Guid. Pap. deciſ. 405. &
ibi addit. 1. Myſing. obſ. 55. Cent. 5. Menoch. de ar-
bitr. iud. quæſt. 31. deciſ Luc. 25. num. 92. & liqui-
dabitur in executione, fortè oſtēſa prouiſione alijs,
ſolui conſueta, vt fuit reſeruatum in ſententia, quia
40 † conſtabat de ſubſtantia debiti, vnde poſset quā-
titatis liquidatio in executione reſeruari dec. Gen.
163. num. 5. deciſ. 9. ſub nu. 17. verſ. & licet. Maſc.
de prob. concluſ. 933. num. 14. lib. 2.

Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Suppoſita in facto, num. 1.

Vbi loco pecuniæ datur res in ſolutum inducitur nouatio extinctiua primæ obligationis, & receſſus à primo contractu, num. 2.

Ita quod primus contractus intelligatur redactus ad eum ſtatum, ac ſi nunquam fuiſſet factus, num. 3.

Quando partes bis faciunt vnum, & eundem actum, vltimus non tenet, ſed agitur ex primo, num. 4.

Mutatio in ſubſtantia, eſt quando fuit conuentum quod loco pecunia intra tale tempus ſoluendæ, eo elapſo res daretur, num. 5.

An datio in ſolutum ſit in obligatione, vel in ſolutione in contractu conditionali aliquid referat, num. 6.

Et quid in tranſactione, num. 7.

Et quid in venditione, num. 8.

Lex qui bis idem non procedit, quando in ſecundo contractu non deducitur, idem quod in primo, ſub eod.

Eſt nouatio, ſi loco decem, quos mihi debes promittas quindecim, num 9.

Contra Dec. in conſ. 12. quod ſi in elect. debitoris petere pecuniã, vel rem, extant cõis opinio, & iudicata. n. 10

Idem eſt in contractu conditionali, ac in puro, num. 11.

Ratio contra Dec. eſt, quia pactum reſpicit fauorẽ vtriuſque etiam debitoris, dum eius intereſt liberari, & aliud pro alio ſoluere, num. 12.

Caſus noſter oſtenditur diuerſus à caſu Decij, & aliorum & num. 17. num. 13.

Vbi vtrumque eſt in promiſſione, ſeu obligatione ſoluendi, dubitatur an ſit fauor creditoris tantum, vnde eius ſit electio alterutrum petere, num. 14.

An verò debitoris tantum, vnde eius ſit electio pecuniam offerendo executionem in re impedire, num. 15.

An verò vtriuſque ſimul, quo caſu nullius eſſet electio, ſed res omnino loco ſolutionis cedere dicitur, in quo reſidet communis opinio, num. 16.

Dilatio ſolum fauorem reſpicit debitoris, num. 18.

Ceſſat conſideratio Decij, quod fauore creditoris datio rei in ſolutum cenſeatur facta, quando poſt debiti declarationem non ſequitur promiſſio, ſed dilatio, & mox rei in ſolutum datio, num. 19.

Ineptè agitur hypothecaria, vel ſaluiano ex prima obligatione extincta, num. 20.

Et intrat abſolutoria ab obſeruatione iudicij, ex qua poterit iterum bene agi, num. 21.

P V N C T V S I.

1 SVppoſito quon. Iugales de Eccleſia fuiſſe creditores q. D. Com. Vliſſis libr. 4000. pro reſiduo dotis ſoluendarum intra annos decẽ cum obligatione ſpeciali prædij Cerretolæ, vt in primo inſtrumento dotali ſub 2. Ian. 1585.

Et poſt dictum terminum decem annorũ tranſactum, fuiſſe inter cætera datum alium terminum d. Com. Vliſſi ad ſoluẽdum dd. libr. 4000. vſque ad eius mortem naturalẽ, ſi ſine maſculis deceſſiſſet. *Et dicto caſu adueniẽte ex nunc d. Comitem Vliſſem ſpõte, vt ſupra (Formalia enim verba recenſentur) conſtituiſſe ſe nomine dictorum coniugum, & eorum hæredum poſſidere tantam ratam dictorum bonorũ de Cerretulo hypothecatorum, vt ſupra, cum pacto conſtituti de poſſidendo licentia de ingrediendo, cum promiſſione de lite perpetuò non inferenda, mouenda, vel referenda, in, & ſuper dictis bonis, & cum promiſſione ad legitimam, & generalem defenſionem, cum pactis vacuæ poſſeſſionis tradendæ, & manutenendę, ſuſceptioniſq. litis, & libelli, & de euictione in forma, & ſecundum formam prouiſionis Com. Bonon. edit. de anno 1466. ſuper extenſione clauſularum inſtrumentorum,* vt hæc in alio poſtea ſubſequenti inſtrumento tranſactionis ſub 18. Maij 1601.

DD. Actores (vti ſubrogatos in iuribus Frãciſci filij dictorum iugaliũ de eccleſia, egiſſe vigore primi inſtrumenti hypothecaria, vel ſaluiano contra d. Lauram vti poſſeſſorem dicti prædij, (ſed re vera non in totum, ſed pro tornat. 50. vel circiter, cũ prædium ſit tornat. 80.) & poſſidentem quidem vigore adiudicationis inſolutum ſibi factæ pro lib. 10000. dotis conſtitutæ de anno 1602. per dictum Com. Vliſſem patrem.

Eandemq; d. Lauram fuiſſe per excell. D. Iud. à quo abſolutã, & dd. Actores prædictos appellaſſe, & in appellatione produxiſſe dictũ poſterius inſtrumentũ tranſactionis: exaduerſò verò cõſtare de dotibus lib. 6500. matris d. Lauræ ex inſtrumento de ann. 1583. & ſic anteriore ad dictã tranſactionem.

Ego diſſentiens ab alijs fui in voto partes fuiſſe abſoluendas ab obſeruatione iudicij, ex eo quod ineptè actum fuiſſet hypothecaria, & ſaluiano ex primo inſtrumento.

Motus, quia fuerit receſſum à primo promiſſionis inſtrumento per ſecundum tranſactionis, dum fuit loco pecuniæ lib. ſcilicet 4000. res data in ſolutum, ſcilicet rata dicti prędij.

2 Quo caſu inducta fuit nouatio extinctiua primæ obligationis, ſeu receſſus à primo contractu, vt latè Surd. conſ. 145. n. 24. & ſeqq. præſertim ſub nu. 25. in fin. & ſub num. 27.

3 Ita quòd primus contractus ad eum ſtatum fuerit redactus, perinde ac ſi nunquam factus fuiſſet, l. ſi quam, ff. de reſcind. vẽd. eſt caſus in term. apud Surd. in conſ. 217. num. 23. & ſeqq.

4 Vbi quamuis quando partes bis faciunt vnum, & eundem contractum, vltimus non teneat, & ex primo agendum ſit per l. qui bis idem, Vbi Doct. de verb. oblig. & ad conſ. 345. plenè.

5 Tamen ex tradit. ibi per eũ ad quem remitto cõcludit ſub eod. nu. 23. mutationẽ eſſe in ſubſtantia, quãdo primo conuentũ erat, quod ſolueretur in pecunia intra tale tẽpus, eo verò elapſo res daretur, & loquitur in term. tranſactionis, ſubiungẽs ibid. ſub

6 n. 25. vers. nõ etiã, & n. ſeqq. † Illud quod dici poſſet dationẽ in ſolutum non eſſe in obligatione, ſed ſolũ in ſolutione, nõ eſſe in conſideratione, reſpõdendo dationẽ in ſolutum pendente tẽpore ad ſoluendum tanquã conditionalem non fuiſſe in ſolutione, neq; in obligatione, ſed lapſo tempore, & purificata conditione cepiſſe eſſe in obligatione principaliter.

7 Et demum hoc non referre, vbi ſumus in term. tranſactionis, num. 27. & ſeqq. oſtendit, ad quem remitto, quia plenè agit de viribus tranſactionis ad

propo-

propoſitum noſtrum. Et ad Non. in term. venditis, nis, cui æquiparatur datio in ſolutum, in conſil 81. num. 8. & ſeqq. Vbi etiam declarat d. l qui bia idem non procedere quando in ſecundo contractu non deducitur idem, quod in primo; facit in fortioribus terminis dictũ Salyc. de quo in additione ad l. fin.
9 C. de noo. in tex. nouiter impreſſis. † Vbi quod eſt nouatio ſi loco decem, quos mihi debes, promittas quindecim, ſequuntur DD. vt per Miſing. §. præterea, o. ſio. inſtit. quib. mod. tollitur oblig. Surd. cõſ. 145. ſub n. 26. vbi multos refert Iunctis, nu. ante, & ſeqq. Mant. de tacit. & ambig lib 17. tit. 3. nu. 16.
10 Et quicquid dicat Dec. in conſ. 11. cõmunis opinio eſt contra eum, quàm plurimis Iudicatis fulcita Theſ. deciſ. 147. Surd. deciſ. 113.
11 Vbi nu. 6. idem firmat in conditionali, ac in pura, & io d. conſ. 217. num. 27. Caball. conſ. ciuil. 81. n. 7. p 1. Coſta de ratione ratæ, q. 153. num. 5. & 6.
12 Nituntur ea ratione, quod pactum, ſeu promiſſio reſpiciat fauorem non creditoris tantum, vt tenuit Dec. ſed etiam debitoris, quatenus liberatur, & quatenus eius intereſt aliud pro alio ſoluere, vt patet ex præcit. maximè ex Surd. deciſ. 113. n. 10.

Ergo ſi eſſemus io caſu Dec. res eſſet clara pro hac parte per prædicta. Verùm redditur clarior, quia non ſumus in eo caſu, ſed in alio.
13 Nam caſus Dec. Surd. & aliorum, eſt quando vtrunque eſt in promiſſione, ſeu obligatione, pecunia, & res, & ideo dubitarunt Doct. an promiſſio tenderet, vel ad fauorem creditotis tantum.
14 Vnde eius eſſet electio alterutrũ petere ad Natt. in conſ. 496. ſub n. 19. A fin. de exec. § 7. c. 268. ſub n. 19. ver planè, & ſub n. 20. 21. ſub n. 23. 27. per tot.
15 An verò debitoris ſãtum, vnde eius eſſet electio pecuniam offerendo impedire executionem in re ad Surd. d. deciſ. 113. num. 14.
16 An verò vtriuſque ſimul eum etiam debitoris interſit, & aliud pro alio ſolui, & liberari, vt per Surdum d. deciſ. 113. n. 10. cum alijs ſup. cit. quo caſu nullius eſſet electio, ſed rea omnino cederet loco ſolutionis, vt ex cõi poſtea receptũ fuit ſecundũ prædic.
17 Sed ſumus in caſu, vbi nõ pecunia ipſa, ſed eius ſolutio eſt in dilatione res verò in obligatione ſoluendi. Nam dixerunt contrahentes *reſpectu autem lib. 4000. aliàs ſolui promiſſarum per d. Com. Vliſiẽ inf. decem annos iã decurſos, cum ſpeciali hypotheca bonorum de Cerretulo, præd. D. Io. Baptiſta de Eccleſia maritus præd. ac promittendo etiã de rato, vt ſup. ſpontè ex eius mera voluntate, & citra præiudicium aliarum hypothecarum ipſorum Coniugum, & iuriũ competentium, vt ſupra ſtatuit nouum terminum d. Com. Vliſſi &c. ad illas dandum, & ſoluendum, vſque ad diem mortis naturalis ipſius D. Com. Vliſſis eiſdem ſoluendas in euentum tantum in quem d. Com. Vliſſes, quandocunque decederet ſine filijs maſculis, & cæt. & à caſu aduenięte ex nunc d. Com. Vliſſes conſtituit, etc.* dando in ſolutum tantam ratam d. prædij.
18 Dilatio autem ſolum fauorem reſpicit debitoris, l. cum tempus, ff. de reg. iur. l. obligationum ferè, ff de actio. & oblig. & in deciſ. noſt. Luc. 55. ou. mero 6. 2. 18. 19. 21. quare ſumus in claris, & extra conſ. Dec. ad d. Cabal. d. conſil 81. num. 9. par. 2.
19 Vbi ceſſare conſiderationem Decij, quod fauore creditoris ſit facta datio rei in ſolutum, quando poſt debiti declarationem nulla ſequitur promiſſio de ſoluendo in pecunia, ſed immediatè ſequitur, datio rei in ſolutum, quanto magis hic vbi declaratio non ſimpliciter, vt antea, ſed adueniente coditione, & ipſi declarationi ipſius debiti in pecunia, non promiſſio, ſed dilatio adnectitur, mòxque immediatè datio rei in ſolutum, quæ diuerſificat noſtrum caſum ab alijs toto cęlo, & rem in claro conſtituit, quod fauor debitoris merus fuerit conſideratus, & augetur coniectura ex ampliatione diſpoſitionis ad fauorem etiam filiorum maſculorũ, ſi ex eo extitiſſent tempore mortis ſuæ, vt patet ex dictis verbis, quæ adijciunt fauorem fauori.

Ita quod concludi poſſit fuiſſe per tranſactionem prædictam à prima obligatione verè receſſum, eamque fuiſſe extinctam.
20 Et ideo ineptè ex ea actum fuiſſe hypothecaria, vel ſaluiano, vt in terminis hypothecariæ Gabriel. conſ. 37. in princ. & in fine, lib. 1.
21 Vnde intrarer abſolutoria ab obſeruatione Iudicij, ex qua poterit iterum bene agi Statil. de ſaluiano, deciſ. 128. num. 2. & ſeqq. Ex quibus, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Diſtributio punctuorum in ſequentibus, num. 1.
Tranſactionis productio per Procuratorem tenet, n. 2.
Tranſactio Mariti de dote Vxoris, uxori non præiudicat, num. 3.
Tranſactio vnius alteri non nocet, nu. 4.
In cauſa dotis, licet tranſigere ob dubium litis euentum, maximè ſi aduerſarius ſit in poſſeſſione, nu. 5.
Et etiam ſi Mulier non impeditur nubere, vel tardius nubere.
Taciturnitas vxoris cum actibus poſitiuis inducit conſenſum, num. 6.
Vxor poteſt ratificare in cauſa dotis, vel dationis in ſolutum, num. 7.
Obſeruantia ſubſecuta ſupplet defectus inſtrumenti, n. 8.
Et præſumitur ſubſecuta in executionem actus antea geſti, num. 9.
Sufficit ad validitatem tranſactionis, quod lis ſit inter partes, & eo ipſo tranſactio dicitur vtilis, quod à lite receditur, num. 10.
Tranſactio in dubio præſumitur vtilis, num. 11.
Et ſufficit, quod lis ſit de facto non de iure, & quod ſit timor futuræ litis, num. 12.
Tranſactio patris pro filio latè defenſa per Surd. nu. 13.
Tranſactio ſubſtinenda eſt ratione dubij euentus in pacto dotali, & dote, num. 14.
Filius qui habuit bona paterna, & materna dicitur parentum eſſe hæres, num. 15.
Filius hæres parentum non poteſt contra eorum factum, & tranſactionem venire, num. 16.
Nec eius ſucceſſores, num. 17.
Qui producit inſtrumentum, cenſetur illud ratificare, & approbare, num. 18.

Non obſtante clauſula in parte, & partibus, num. 19.
Eadem clauſula non poteſt facere, quin pars eo ſe iuuare poſſit, num. 20.

PVNCTVS II.

1 Firmato ſuprafcripto puncto obiices tollēdi ſunt infraſcripti quatenus obſtare videtur.
Tranſactionem non poſſe attendi.
Dictam tranſactionem non continere dationem in ſolutum, ſed hypothecam.
Quatenus datio ſit in ſolutum, eam eſſe nullam incertitudine loci, & quotæ.
An noceat, quia ſit conditionalis.
An quia non adeſt menſuratio.
An quia defuit traditio.
An quia in tranſactione adſit reſeruatio iurium priorum.
An quia non fuerit exceptum in ſpecie de datione in ſolutum.
An noceat etiam dato, quod eſſet hypotheca non datio in ſolutum.
Vndecimo, obiicibus omnibus ſublatis, nec hypothecariam, nec ſaluianum ex capite vllo competere actoribus aperietur.
Duodecimo, nec rei vendicationem, aut communi diuidendo iudicium.
Decimotertio, & quæ actio, & contra quem verè competat demonſtrabitur.
Decimoquarto, & vltimo, nec ex Clauſulis ſalutaribus dd. creditoribus poſſe eſſe ſuccurſum oſtenderur. Et erunt totius Deciſionis puncti quatuordecim.
2 Ad primum, dicebatur dictam tranſactionem non fuiſſe attendendam, primò quod D. Procurator, qui eam produxit, careret mandato, ſed hæc difficultas ex facto ſublata fuit, conſtito de dicto mandato, vt in actis.
3 Secundò, dicebatur dictam tranſactionē factam fuiſſe à marito abſque interuentu vxoris, qui non potuit præſertim in dote propriæ vxori præiudicare. Hond. conſ. 14. num. 53. vſque ad num. fin. lib. 1. Crauet. conſ. 282. ſub n. 3. verſ. 7. ex alio ſelect. de-
4 ciſ. Bon. 82. nu. 6. Surd. deciſ. 132. n. 9. † Vbi quod tranſactio vnius alteri non prodeſt, nec nocet.
5 Reſpondetur hanc opinionem nō eſſe vndequaque tutam, maximè quia etiam in cauſa dotis, licet tranſigere ex dubio litis euentu, præſertim quādo is cum quo tranſigitur, vt hic d. Com. Vliſſes, poſſideret. Surd. conſ. 451. num. 51. & eſt text in l. ex pecunia duodecima, ibi, (ſi te non tranſegiſſe reperetit,) C. de iur. dot. & etiam quando non impeditur nubere, vel tardius nubere, à quo in cōuenienti abeſt caſus noſter Surd. conſ. 78. num. 6. & 7. lib. 1.
Sed quicquid ſit apparet dictam tranſactionem fuiſſe hinc inde obſeruatam, quia datio in ſolutum pro lib. 5000. fuit ſtatim executioni demādata, iuxta conuenta, lites fuerunt ſopitæ, tenuta capta fuit deſerta, demū dilatio ad ſoluendum vſq; ad mortē d. Com. apparet notoriè ſeruata, aliàs enim iſti creditores nihil poſsēt prętendere, prout prętenderēt.
6 Taciturnitas autem vxoris iunctis actibus poſitiuis ſupradictis induxit conſenſum, Surd. conſil. 290. num. 25. & 26. vbi in term. vxoris.
7 Quam poſſe ratificare in terminis, & dotis, & dationis in ſolutum. Afin. de exec. §. 7. cap. 274. per tot. fol. 242. à tergo.
8 Imò obſeruantia ſubſecuta ſupplet etiam defectus inſtrumenti. Stat. de ſalu. dec. 33. num. 1.
9 Et præſumitur ſubſecuta in executionem actus antea geſti. Rota deciſ. 549. nu. 10. par. 1.
Vltra quod non fuit tranſactum ſuper tota dote, ſed ſuper ea parte, de qua dubitabatur, an verè eſſet dos, & ideo cauſa tranſigendi magis vrgebat, & iuſtificabatur.
10 Et ſufficit ad tranſactionis validitatem id ipſū, quod lis ſit inter partes, nam eo ipſo actus vtilis dicitur, quod à lite receditur, l. 1. C. de pact. l. ſi ea. C. de vſuris.
11 Et in dubio tranſactio præſumitur vtilis, vt inquit Butr. in c. pen. de empt. & vend.
12 Et ſufficit quod lis ſit de facto non de iure, & quod ſit timor litis futuræ, l. cum te, 2. iuncto ibi ſummario, C. de tranſact. latè Surd. conſ. 451. n. 27. 51. & per tot.
13 Vbi in tranſactione patris pro filio, vt hic mariti pro vxore, quantò magis in caſu iſto, vbi iam lites erant inchoatæ, & cauſæ ad fauorem d. Com. Vliſſis, adeo veriſimiles, atque vrgentes, vt ſapientem quemlibet, & prouidum virum non paruiu cōmouere potuiſſent, prout oculatiſſimum D. Audit. Generalem Antonium Cigalottum, quē honoris cauſa nomino, mouerunt, vt in ſententia eius, & in doctiſſimis motiuis eiuſdem impreſſis nobis exhibitis, quod ſolum ſufficere deberet ad oſtendendum, quam rationabile eſſet motiuum partium ad tranſigendum.
14 Et quantò magis intrabunt dicta de tranſactione ſeruanda, atque ſuſtinenda ratione dubij euentus, per l. ſi pater, §. fin. ff. de pact. dotal. vbi in pacto dotali, l. de fideicommiſſo, C. de tranſact. vbi in trāſactione. Surd. conſil. 278. num. 6. & 7. vbi in terminis dotis.
His accedat, quod iſti creditores produxerunt in Iudicio dictum inſtrumentum, tanquam ceſſionarij, ſeu tanquam ſucceſſores in ius Franciſci decoctà filij dictorum Iugalium de Eccleſia, vt apparet ex Regiſtro A. vbi egit tanquam hæres matris, & ex eod. Regiſt. fol. 62. vbi ſub die 5. Nouemb. 1613. renunciat bona habita à patre ipſis creditoribus.
15 Quare non eſt dubitandum de hoc, quin fuerit hæres vtriuſque ad Menoch. præſumptio. 101. ſub num. 72. 73. lib. 4.
16 Sicuti ergo filius prædictus non potuiſſet venire contra factum patris tranſigētis, imò teneretur ex promiſſione paterna de rato, vulgata l. cū à matre, C. de rei vend. l. ex qua perſona, ff. de reg. iur. & in term. tranſact. probat Surd. in conſ. 556. n. 5. lib. 4.
17 Ita nec ipſi Actores, l. aliud eſt vendere. §. ad abſurdum, l. nemo pluſiuris, ff. de reg. iur. Crau. conſ. 984. ſub num. 65. Afin. in terminis dationis in ſolutum, de executio, §. 7. cap. 258. in fin. fol. 243.

Demum

Demum non ſolum mariti, vxoris, & filij, ſecundum prædicta, ſed & ipſorummet actorũ propriũ obſtat factum.

18 Quia producendo inſtrumentum tranſactionis prædictum cenſentur illud ratificaſſe, & approbaſſe Bald. in l. alia, C. de his quibus, vt indignis. Oſaſc. deciſ. 39. num. 23. 24. Statil. de ſaluiano, deciſio. 56. num. 3. maximè quia tranſactio hic non poteſt intelligi ſtare accumulatiuè, ſed extinctiuè, vt præcedenti puncto dictum eſt, & ad infra puncto 7. n. 69 & ſeqq.

19 Et etiam, quia clauſula in parte, & partibus non prodeſt, vt latè Surd. conſil. 151. ſub n. 16. ſub n. 93. & 97. lib. 2.

20 Nec poteſt efficere quin is contra quem producitur poſſit ſe eo iuuare, idem Surd. conſil. 432. ſub num. 30.

Vt propterea concludendum ſit, nihil obſtare quo minus dicta tranſactio ſit attendenda, & ſeruanda ex tot cauſis, quarum vna ſola ſufficeret. Et ita, &c. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Datio in ſolutum non præſumitur, niſi probetur, numero 1.

Non eſt faciendum fundamentum in datione in ſolutum, de qua non conſtet, nu. 2.

Datio in ſolutum inducitur ex coniecturis, n. 3.

Seu per æquipollens, quia in contractibus, quod reuera agitur inſpicitur. nu. 4.

Ad indicandum contractum non tantum nomen, ſed forma, & effectus conſideratur.

Verba ex nunc non præteritum, ſed præſentem verbi actũ futurum effectum ſignificant. n. 6.

Verba non debent ſuperfluò iacere. n. 7.

Proprietati verborum inſeruiendum eſt, n. 8.

Excluſio vnius eſt alterius incluſio, n. 9.

Contractus ab initio ſunt voluntatis ex poſt neceſſitatis. num. 10.

Repetitio non debet eſſe ſuperflua. n. 11.

Aduerbio ſponté libera voluntas indicatur. n. 12.

Verba, vt ſupra, verba, & qualitates antecedentes repetunt. & referunt, n. 13.

Verbum, conſtituo, conſideratur, vt quid diuerſum à clauſula conſtituti, n. 14.

Conſtituere ſeruitutem eſt eam, quæ non erat imponere. num. 15.

Vſusfructus dicitur conſtitutus, cum incipit vti frui poſſe, num. 16.

Feudum conſtituitur cum de allodio, quod antea erat, fit feudum ipſum, nu. 17.

Ab hypotheca ſolet ad dationem in ſolutum tranſitus fieri, nu. 18.

In ſymbolum habentibus facilis eſt tranſitus, n. 19.

Datio in ſolutum eſſe arguitur, quando bona ſubrogantur in locum pecuniæ antea debitæ, n. 20.

Et quando bona dantur pro rata crediti. n. 21.

Pignus plerumque plus valet, datio in ſolutum non, et fit pro rata crediti, nu. 22.

Si mulier pro 700. det ratam bonorum arguitur datio in ſolutum, nu. 23.

Datio in ſolutum pro pretio non congruenti eſt nulla, numero 24.

Hypothecam etiam pro rata verificari, quo caſu intelligatur, nu. 25. & 26.

Vbi animus eſt hypothecandi obligatio extenditur ad totum, nu. 27.

Quicquid ſit in hypothecaria pro legatis, n. 28.

Et ſit immiſſio, in totum, nu. 29.

Verba (hypothecatorum, vt ſupra) habent vim indicandi hypothecam ſimul, & eandem diſſoluendi, numero 30.

Quando princeps concedit bona confiſcata confiſcationem antecedentem indicat ſimul, & diſſoluit, n. 31.

Ex noua forma actus nouatio, & datio in ſolutum introducitur. nu. 32.

Pignus datur ad tempus, donec ſatisfiat, ideo vox perpetuò in eo non verificatur, n. 33.

Tranſacto tempore debitor ad poſſeſſionem ſui pignoris reintegratur, nu. 34.

Diſtinguitur pignus à datione in ſolutum, quod hæc ſit perpetua, illud verò temporale, n. 35.

Verbum perpetuò poteſt ſtare temporaliter, n. 36.

Declara, vt ex ſubiecta materia variè intelligatur. num. 37.

Vbi omnis ſpes luitionis pignoris, deeſt, alienatio eſt non pignus, num. 38.

Etiam ſi res non fuiſſet tradita, nu. 39.

Etiam ſi res pignori ſuppoſita eſſet pro ea ſumma, quam valet, nu. 40.

Verba cum pacto conſtituti, &c. iuncta relatione ad formularium important alienationem, numero 41. & 42.

Referens intelligitur ſe reſtringere ad relatum, quo cum in verbis conuenit, n. 43. & 44.

Mens ex oppoſitis magis datur intelligi, n. 45.

Vbi conſtat de relato dicimur eſſe in expreſſis, n. 46.

Natura relationis eſt natura veritatis patentis ex combinatione ſcripturarum, n. 47.

Reſeruatio priorum iurium indicat dationem in ſolutum. num. 48.

Aliàs eſſet ſuperflua, quod eſt euitandum. n. 49.

Quæ ordinantur ad finem, regulantur ſecundum naturã finis, & quando actus continuatur, præſumitur ineſſe idem motiuum, nu. 50.

Inducta ad augumentum non operantur diminutionem. num. 51.

Fructus pignoris computantur in ſortem, n. 52.

Non fructus rei datæ in ſolutum, qua pinguius creditori prouidetur, nu. 53.

Per dationem in ſolutum omnibus æquè ſatisfit, numero 55.

Satisfit creditori, quia habebit rem ſine mora, numero 56.

Debitoris magis intereſt ſoluere in bonis, quam in pecunia, num. 57.

Eludere finem tranſactionis euitandi lites eſt inconueniens. num. 58. & num. 59.

Ea interpretatio recipienda eſt, per quam omnibus æquè prouidetur, nu. 60.

In dubio datio in ſolutum interpretanda eſt non pignus. num. 61.

Contra Afflict. qui tamen loquitur in term. diuerſ, nu. 62.

a 3

In

In concurſu pactorum, quorum alia pignus ſuadeant, & dationem in ſolutum alia, id attendi debet, in quo ea magis incaleſcunt, num. 63.

P V N C T V S III.

Secunda oppoſitio eſt, quia tranſactio continebat non dationem in ſolutum, ſed hypothecam, quia de datione in ſolutum, nullum verbum appareret in dicto inſtrumento.

1 † Et ideo non præſumitur, niſi probetur, vt in terminis Afflict. deciſ. 373. num. 5. relatus per Menoch. præſumpt. 93. num. 1. lib. 2. & per Afin. in tra ctat. de execut. §. 4. cap. 58. & dicit Cæph. conſ. 686. num. 17. lib. 5.

2 † Quod non eſt faciendum fundamentum in datione illa in ſolutum de qua nihil conſtat, & fides non fit per inſtrumentum, & per Abb. conſil. 742. nu. 1. & ſequentibus.

Quibus tamen, & ſimilibus minimè mouentib. contrarium in hoc caſu tenendum cenſui ex vi verborum, & coniecturarum, de quibus in dicto inſtrumento.

3 † Quia tametſi de datione in ſolutum ſpecialiter non appareat facta mentio, tamen ea benè indu citur ex coniecturis, vt ait Vrſil. ad Afflict. d. deciſio. 373. num. 2. & 4.

4 † Seu per æquipolleus, ex eo quod effectus, & q reuera agitur inſpiciendum ſit in contractibus, vt in puncto Menoch. conſil. 201. ſub num. 25. 26. 27. lib. 3. conſil. 358. num. 6. & ſequentibus, lib. 4. Decian. reſponſ. 35. num. 39. & ſequentibus, lib. 2. Onded. conſ. 34. n. 40. lib. 2. Mant. de tacit. & ambig. li. 2. tit. 2. num. 20.

5 † Et quia ad iudicandum contractum qualis fuerit, non tantum inſpicitur nomen, ſed magis attenditur forma, & effectus, l. Inſulam, ff. de præſcriptis verbis, l. ſi vno, in principio, ff. locati, nouiſſimè in ſpecie hac Merlinus dec. Luc. 33. n. 11.

Ad dationem autem in ſolutum in noſtro caſu trahunt verba inſtrumenti, & coniecturæ infraſcriptæ.

Primò, verba ex nunc conſtituit, nam ſuppoſito, quod idem prædium Cerretulæ erat iam antea ſuppoſitum hypothecæ pro eadem ſumma dotali, & quod ſæpè in eodem inſtrumento, ſed in ſpecie ſub eadem periodo verborum, fuit memorata eadē ſpecialis hypotheca, dicere, quod ex nunc hypotheca conſtituatur, eſſet contra proprietatem, & emphaſim dictorum verborum ex nunc.

6 † Quæ non præteritum, ſed præſentem verbi actum, futurum verò effectum ſignificant Guid. Papa quæſt. 588. ſub num. 1. Marta clauſula 54. num. 7. par. 1.

7 † Et ſtarent ſuperfluo, quod non eſt dicendum, iuxta DD. in l. qui bis idem, ff. de verb. obl. Hond. conſil. 81. ſub nu. 8.

8 † Non erunt ſuperflua, & proprietati eorum inſeruiemus, iuxta l. nō aliter, de leg. 3. ſi aliquid aliud voluiſſe tranſigentes interpretemur, iſtud autē nō niſi de datione in ſolutum, quæ eſt contraria intelli

9 gi poteſt. Ad l. cum prætor, ff. de iud. † vbi quod excluſio vnius, ſit incluſio alterius.

Secundò aduerbium ſpontè, hypotheca iam antea erat ex contractu antecedente, ergo non ſpontè, ſed ex neceſſitate hypotheca repeteretur.

10 † Quia contractus ab initio ſunt voluntatis, ex poſt neceſſitatis, l. ſicut initio, C. de acti. & obl. l. in commodato, § ſicut, ff. commodati. Statil. de ſaluia no, dec. 106, nu. 4.

11 † Aut ſuperflua eſſet eiuſdem repetitio, contra dictam l. qui bis idem, & ibi Doct. ff. de verb. oblig. Honded. conſil. 81. ſub d. num. 8. vtrumque euitatur, ſi dationem in ſolutum admittamus.

12 † Nam, & quia nūc demum, & in hoc initio ſit, ideo, & libera voluntas intrabit eo verbo ſpòtè indicata, vt in puncto ad Afin. de execut. §. 4. c. 4. ſub num. 2. verſ. præterea, ibi quia non cogitur, colū. a. ſub princ. f. 89. & ſuperfluitas euitabitur præfata, applicando ad dationem in ſolutum.

13 † Tertiò, verba, vt ſupra, &c. quæ, & verba, & qualitates antecedentes repetunt, & referunt Pari. conſ. 19. num. 68. conſ. 41. num. 65. vol. 2. Ruinus. conſ. 183. num. 1. vol. 2. Crott. conſ. 13. nu. 45. li. 1. Odd. conſ. 57. num. 3. & ita fuiſſe iudicatum dicit Marta clauſula 201. num. 1. & 2. par. 1. Immediatè verò in antecedētibus d. Com. Vliſſes vſus fuit verbis, dedit, tradidit, & aſſignauit in ſolutum dimidium Hoſpitij pro alia parte dotis libr. 5000. &c. ergo, & hic intelligi debent eadem met verba repetita ex clauſula, vt ſup. &c. per prædicta.

14 † Quartò, verbum conſtituit, quatenus nō clauſulam conſtituti præſefert, vt datur intelligi ex eo, quia eadem clauſula cōſtituti mox ſub eodem ſubijcitur verbo, ſed ipſum per ſe ſtat, totam Orationis periodum regens, & regulans.

15 † Conſtituere autem eſt, id quod non erat facere, vt conſtituere ſeruitutem, id eſt eam, quæ non erat, nunc demum imponere, l. ſi ego 11. §. 1. ff. de publicia. l. omnium, 3. in princ. ff. de vſufr. §. ſi quis velit, de ſeru. ruſt. præd. inſtit.

16 † Et vſusfructus dicitur conſtitutus, cum incipit vti frui poſſe, l. 1. §. dies, ff. quemadmodum vſuſfructus amittatur.

17 † Sic cum feudum conſtituitur de allodio, quod antea erat, fit feudum ipſum tit. quib. mod. feud. cōſtitui poteſt, & tit. de feud. non haben. propriam naturam feud. id quod de hypotheca, quæ antea erat verificari non poteſt, de datione verò in ſolutum, quæ antea non erat, & nunc introducitur commodiſſimè poteſt.

18 † Præſertim quia ab hypotheca ſolet ad dationē in ſolutum fieri tranſitus, iuxta l ſi finita, §. Iul. & ibi Doct. ff. de damn. infect. l. 1. & tot. tit. C. de iure dominij impetrando.

19 † Et in ſymbolum habentibus facilis eſt tranſitus, l. ſi vnus, §. ſi pactus, ff. de pactis, l. an inutilis, §. acceptilatio, l. acceptilatum, ff. de acceptilationibus Morot. reſp. 30. ſub n. 16. p. 1.

Quintò conſtituit ſe poſſidere tantam ratam dictorum bonorum de Cerretulo hypothecarorum, vt ſupra, hic primo animaduerti contingit bona

ſubro-

ſubrogari in locum pecuniæ antea debitæ.

20 † Hoc vero dationem in ſolutum arguit indubitanter. Socin. conſ. 41. ſub num. 20. 21. & ſub n. 29. verſ. & non dicitur, lib. 3. Aret. conſ. 159. ſub n. 16. verſ. 3. hoc deducitur. Surd. conſil. 145. ſub nu. 36. conſil. 217. ſub num. 31. ſub verſ. vlt. ibi ſubrogatũ enim lib. 2.

21 † Deinde animaduertendum eſt, quod bona dãtur pro rata crediti. Id quod pariter dationem inſolutum importat Aſin. de execut. §. 4. c. 4. ſub nu. 2. verſ. præterea.

22 † Et per hoc diſtinguitur pignus, quia plerumq. plus valet, à datione in ſolutum, quæ fit pro rata, vt in ſpecie, Surd. conſil. 243. ſub num. 5. & 6. libro 2.
23 in conſil. 572. num. 43. & 44. † Vbi quod ſi mulier
pro 700. det ratam bonorum arguit dationem eſſe
in ſolutum. His accedat Menoch. conſil. 201. nu. 2.
lib. 3. Crauett. conſil. 327. ſub num. 11. verſic. 4. reſpondeo. Rota diuerſ. idem arguens deciſio. 168. ſub
num. 1. par. 1. Mant. de tacit. & ambig lib. 11. tit. 10.
ſub numero 8. in fin. & ſub numero 13. verſ. neque
etiam.

24 † In tantum, quod ſi alias pro pretio fieret non congruenti datio eſſet nulla Aſin. de exec. §. 4. c. 11. & ſeqq. Surd d. cõſ. 217. nu. 17. Rota diuerſ. dec. 33. n. 6. p. 2. Coſta de ratio. ratæ q. 26.

25 † Cui conſiderationi non obſtat, quod etiam in hypotheca etiam rata verificetur, l. ſi fundus, §. ſi duo, l. debitor, ff. de pignor. Neguſant. de pignor. 2. memb 5. par. num. 31. cum ſeqq. Socin. ſen. conſil. 135. num. 2. lib. 1. Franch. deciſ. 260. num. 5. parte 2. Coſta de ratione ratæ q. 115. quia iſta malè applicarentur, dum procedunt quando vna, & eadem res duobus ſimul obligatur.

26 † In quo tamen ſunt difficultates ad Coſt. de ratione ratæ, quæſt. 90. per tot. qui non ſunt termini noſtri, vbi vni ſoli prædium fuit aſſignatum pro rata.

27 † Cum ſi fuiſſet animus hypothecandi, obligatio ſe extendiſſet ad totum, & in ſolidum ex natura eiuſdem hypothecæ, per l. Moſchis, & ibi gloſſ. Bartol. & alij, ff. de iure fiſc. Gozadin. conſil. 38. ſub numero 4. ad fin. Coſta de ratione ratæ, quæſtio. 105. num. 2.

28 † Quicquid ſit in hypothecaria pro legatis, vt ibidem per tot. & per Abb. conſ. 136. li. 2.

29 † Et ſit immiſſio in toto. Surd. conſil. 209. num. 5. libro 2.

Vlterius ad eundem verſic. notanda aſſumuntur verba illa, hypothecatotum, vt ſup.

30 † Quorum adiectione vnum fatentur tranſigentes, aliud poſtea faciunt.

31 † Non ſecus, ac dum princeps concedit bona cõfiſcata reo, quia hoc ipſo confiſcationem antecedẽtem indicat ſimul, & diſſoluit ad Menoch. conſilio
1137. ſub num. 23. & ſeqq. lib. 12. ſic, & hic dum d.
Com. Vliſſes, conſtituit ſe poſſidere ratam bonorũ,
aliàs hypothecatorũ, quia fatetur hypothecata an-
32 tea, hodie non hypothecata amplius. † Ex nupo actu, quo alia forma introducitur, ſcilicet dationis
in ſolutum, ad Rot diuerſ. dec. 262. n. 16. p. 2.

Sextò, principaliter dicitur omnẽ circa hæc ſcrupulum tollere clauſulam, Cum promiſſione de lite perpetuò non inferenda, mouenda, vel referenda, in, & ſuper bonis, vim faciendo in voce perpetuò.

33 † Quæ in pignore verificari non poteſt, quia datur ad tempus, & donec ſatisfiat, l. item liberatur, ff. quibus modis pign. vel hypoth. ſoluit. l. 1. in fi. ff. de pign. Statil. de ſaluiano inſpect. 4. c. 1. n. 75. & dec. 108. ſub num. 7. 8. & 9.

34 † Et tranſacto tempore debitor ad poſſeſſionẽ ſui pignoris reintegratur Statil. d. inſp. 4. c 1 nu. 84. & ſeqq. ergo intrare poſſent moleſtiæ aliquando cõtra tenorem inſtrumenti.

35 † Et per hoc in terminis diſtinguit pignus à datione in ſolutum Surd. conſil. 243. ſub nu 6. verſic. 4. oſtenditur, & num. 7.

36 † Nec dicatur, quod verbũ perpetuò ſtare poſſit temporaliter ad l debitor, iuncta ibi gloſſ. ff. de pignor.

37 † Quia cum dicta vox ex ſubiecta materia variè intelligatur Alexand. conſil. 60. num. 1. ad fin. lib. 1. Surd. conſil. 123. num. 5. & ſeq. lib. 1. Menoch. cõſil. 706. num. 29. & ſeqq. lib. 8. ſufficit doctrinas in terminis noſtris allegaſſe, & verè ità dicere in caſu noſtro eſſet nimis literam, & ſubiectæ materiæ rationem violare.

38 † Accedat ex vi dictæ Clauſulæ omnem ſpẽ luitionis fuiſſe ſublatam, vt ex prædictis cõſtat, quo caſu alienatio cenſetur inducta excluſa hypotheca. Neguſ. de communi teſtans in tract. de pignor. 2. membr. 3. par. num. 27. & ſeqq & ita fuiſſe ſæpius iudicatum Menoch. in add. nouiter impreſſ. ad præſumpt. 150 num. 11. lib. 3. Pacian. conſ 147. nu. 44. & ſeqq. refert etiam Coſta de ratione ratæ, quæſt. 58. num. 9. & in Indice, in verbo hypothecaria, verſic. vlt.

39 † Et hoc procedit etiam ſi res non fuiſſet tradita Neg d. memb. 1. p. 3. n. 30. ad fin.

40 † Et etiam ſi conuentum fuiſſet, vt res pignori ſuppoſita eſſet pro ea ſumma, quam valet. Statil. de ſaluiano, deciſio. 108. nu. 6. & 7. qui omnes loquũtur quando ſub nomine pignoris cõtrahitur, quod non eſt in caſu noſtro, vbi de pignore nullum veſtigium, & ideò fortius antedicta locum ſibi vendicabunt.

41 † Secundò omnem etiam difficultatẽ tollit clau
ſula, Cum pacto conſtituti licentia de ingrediẽdo,
&c. quæ ſequuntur, iuncta ijs relatione, ſeu remiſ-
ſione ſpecifica ad formularium anni 1466. in quo
formulario dictæ clauſulæ important, quod Poſſeſ-
42 ſio detur vacua, libera, & expedita. † Quibus alie-
natio includitur, vt patet ex gloſſ. Monterent. ad ip
43 ſum formularium, tit. de pact. conſtituti in vend. †
Ad quod ſe reſtrinxiſſe tranſigentes apparet, qua-
tenus vſi ſunt eiſdem penè verbis, non aũt ad aliud
formularium precarij, vel hypothecæ tit. pact præ-
44 ſent. pign. inter ſtat. Bonon. lib. 6. ad fin. † Cum quo
verba contrahentium non conueniunt, & ideo nec
diſpoſitio, l. 4. §. toties, ff. de damn. infect. quæ rela-
tio eò magis haberi debet in conſideratione pro in-
telli-

Digitized by Google

telligenda voluntate contrahentium, quia in eodẽ
inſtrumento factæ ſunt diuerſæ relationes ad diuer
ſa formularia, iuxta diuerſitatem capitum, ex quo
magis datur intelligi nõ caſu, ſed conſideratè fuiſ-
45 ſe relationes ſactas. † Iuxta illud quod mens ma-
gis datur intelligi ex oppoſitis, l. vnica, §. & cum tri
plici, in princip. C. de caduc. tollen. & §. ſin autem
ad deficientis, Crauet. conſil. 293. ſub num. 9. ver-
ſic. 3. retorquetur. Menoch. conſil. 845. num. 20.
21. lib 9.
46 Quare cum ſimus in relatione, & conſtet de re-
lato dici poteſt, quod ſumus in claris, & in expreſ-
ſis, quia expreſſum dicitur, quod ſe refert ad aliud,
de quo conſtat, l. ait prætor, § t. de re iudic. l. aſſe to
47 to, ff. de hær. inſtit. Oſaſch. dec. t 28. num. 2. † Et na
tura relationis eſt natura veritatis patentis ex com-
binatione ſcripturarum, vt ait Vant de nullit. ex de
fect. cit. num. 137.
48 Augetur coniectura ex reſeruatione priorum iu
rium, vt in inſtrumento, quia ſi creditor in caſu no
ſtro habuiſſet intentionem continuandi primã obli
gationem, & contrahendi pignus, & non dationem
in ſolutum, vtique non reſtrinxiſſet obligationem
ad caſum tantummodo euictionis, & moleſtiæ re-
ſeruarum, immò apponendo dictam clauſulam ap-
paret clarè intellixiſſe contrahentes de in ſolutum
datione non autem de pignore, nam creditor appo
ni voluit, quia ſciebat per dationem in ſolutum,
quam contrahere intendebat, fuiſſe innouatam pri
mam obligationem, & pro maiori eius cautione vo
luit, quod innouationi derogaretur in caſu tantum
euictionis, vt formaliter dixit d. Franciſc. Merlin.
deciſ. Lucenſ. 33. ſub num. 14.
49 Alias dicta reſeruatio eſſet ſuperflua, & reijcien
da ad punct. 8. numero 42. quæ ſuperfluitas euita-
tur per interpretationem, quod ſit datio in ſo-
lutum.
Confert non parum, & illud, quod refertur in ip
ſo inſtrumento tranſactionis, nempè eoſdem Iuga
les de Eccleſia pro ſatisfactione dicti ſui crediti ob-
tinuiſſe tenutam Iudicialem in d. prædio Cerretuli
ad hũc finem, vt ſibi adiudicaretur in ſolutum pro
rata crediti, reſpondebunt vltima primis, ſi in ean-
dem dationem in ſolutũ reincidiſſe creditores ad-
miſerimus, vt in terminis, Surd. d. conſil. 217. n. 30.
50 † Vbi quæ ordinantur ad finem regulantur ſecun-
dum naturam finis, & quando actus continuatur
præſumitur ineſſe idem motiuum ex Bald. & Becc.
vt per eum.
51 Sed, & illud quoque abſurdum, & inconueniens
euitabitur. Quatenus ſi dicamus pignus inducta ad
augmentorum operarentur diminutionem, contra
l. legata inutiliter, ff. de adim. legat. & Nat. in term.
conſil. 496. ſub num. 14. verſic. non obſtat, nam di-
minutio eſſet de pignore, quod erat in toto, reduci
ad partem.
52 Item ſi ſit pignus, fructus quos contingeret per-
cipi adueniente conditione abſorberent ſortẽ prin-
cipalem, vt conſiderat Menoch. lib. 3. præſ. 150. n. 1.
Merlin. d. dec. 33. nu. 14. in fi. & ad Surd. deciſ. 218.
num. 13. & ſeqq.

53 E contra verò ſi ſit datio in ſolutum, quia ex ea
pinguius creditori dicitur prouideri, vt patet ex
mox præcitatis, quibus addo Corne. conſil. 296.
ſub princip. lib. 1. Menoch. conſil. 201. num. 16. li. 3.
vbi per hoc arguit in ſpecie dationem in ſolutũ eſſe
non pignus.
54 Item vrgere videtur, non parum quod interpre
tando dationem in ſolutum omnibus æquè erit ſa-
tisfactum.
55 Et quidem coniugibus creditoribus, quatenus
rem datam in ſolutum conditione adueniente ha-
bituri erant facilius, & ſine mora, vt arguit Surd.
d. conſil. 217. ſub num. 31. ſub verſiculo vltimo
non obſtat.
56 Quam ſi eſſet pignus, vbi ad prima, & ſecunda
Decreta deueniendum eſt maioribus laboribus, &
impendijs ad Aſin. de execut. §. 4. c. 82. & ſeqq. fol.
108. & §. 7. c. 268. col. pen. ſub n. 27. ſ. 240. Statil. de
ſaluiano, dec. 115. per tot.
57 Debitori vero quatenus eius magis intererat ſol
uere in bonis, quam in pecunia, iuxta Surd. deciſio.
113. ſub num. 10.
58 Et omnibus ſimul quatenus finem intentum, &
in tranſactione explicatum facilius obtenturi erant
in euitando occaſiones litium, & controuerſiarum
conſiſtentem.
59 Quem eludere eſſet inconueniens, iuxta Surd.
in d. conſil. 217. ſub num. 24. & ſub nu. 30. & 31. vbi
eleganter.
60 Eam verò interpretationem eſſe faciendam, &
recipiendam, qua omnibus æquè prouidetur, certũ
eſt, & ait Crauet. in conſil. 149. nu. 13. conſil. 203. n.
28. conſ. 202. num. 16.
61 Demum etiam in dubio, cum tamen (vt ex præ-
dictis conſtat, hic ſimus in claris) datio in ſolutum
non pignus interpretanda eſt Soci. conſil. 9. ſub nu.
fi. lib. 1. Areti. conſil. 159. verſ. ex his infertur, ſub n.
12. Menoch. conſil. 201. num. 18. 19. 20. lib. 3. conſ.
338. nu. 6. & ſeqq. libro 4. Rota diuerſ. deciſio. 168.
62 p. 1. † Qui omnes cum loquantur in terminis no-
ſtris dationis in ſolutum ex contractu non eſt curã-
dum, de Afflict. in deciſio. 373. qui loquitur in alijs
terminis, & quem etiam ex profeſsò refellit Meno.
præſumpt. 150. per tot. lib. 3. & ab eo recedit ipſe Vr
ſil. ſtantibus coniecturis, quibus in præſenti ſpecie
ſatis, ſuperquè abundamus.
63 Adeo quod ſi in concurſu pactorum, quorũ alia
pignus ſuadeant, dationem vero in ſolutum alia, id
attendi debet, in quo ea magis incaleſcunt, vt in ter.
Surd. conſ. 244. in fi. & ad num. 39. lib. 2. quid hic
erit dicendum, vbi pro pignore, vel hypotheca, nec
in nomine veſtigium, nec in effectu ſignum vllum
apparet, quod concurrere poſſit cum multitudine
coniecturarum, & rationum ad fauorem dationis
in ſolutum ſimul conſpirantium ſupra addu-
ctarum?
Et ita me hanc partem defendentem ſecuti erãt
alij omnes vno ſolo, qui ante me dixerat, diſſentien
te, & ita concludebatur per DD. Laus Deo, &c.

SVMMARIA.

Datio in ſolutum iu certitudine loci, & quotæ eſt nulla, nec tollit iara primeua, na. 1.
Ceſſat receſſus à primo actu, quando ſecundus eſt nullus. nam. 2.
Datio in ſolutam nulla non eſt datio, nec extinguit actionem de dote, n. 3.
Incertitudo loci, & quotæ eſt qnando datur tanta rata vnias prædij alio non addito. aa. 4.
Incertitudo loci, & quotæ vitiant contractum. n. 5.
Et eſt commanis opinio à qaa non eſt recedendam ia iudicando. n. 6.
Quicquid Gozad. contrarium ſenſerit, n. 7.
Es eſt ipſa veritas., nam. 8.
Et qaidquid Ruin. & alij dixerint, ſub d. num. 8.
Anguiſ. ſaluatur. nu. 9.
Es Ruin. & Menoch. num. 10.
Quando actualis traditio interuenit non vitiat in certitudo, n. 11.
Nec in caſu dotis, num. 12.
Defenditur Cæph. in conſ. 159. ab impugnatione Mago. & nam. ſeqq.
Dictum Doct. non allegantis, vel probantis, eſt dictũ ſomniaatis, n. 14.
Vbi eſt doctrina in term. ibi pedes figendi ſunt, n. 15.
Omnis aduocatorum labor in reperiendis doctrinis in ter. conſiſtere debet, ſub eod.
Cæph. opiaio habet ſectatores, vt Aſin. num. 16.
Credendum eſt magis ex profeſſo tractanti materiam. num. 17.
Item pro opinione Cæphal. ſtante iuramento ſunt, & alij Doct. na. 18.
Pro opinione Cæph. qaod in certitudo non vitiet in dote afferantur, & alij, præter ab ipſo citatos, numero 19.
Pro eadem opinione Cæphal. ſtat communis opinio. num. 20.
Et omnium affirmatio, nu. 21.
Quod iu conſtitatione dotis tantum haberet locum ratio, ne mulier remaneat indotata, in ſolutione verò non reperiri cautum dicit Mago. n. 22.
Sed refellitur nam. 13.
Libellus incertas regulariter tenet, licet in ſententia ſit ſecus, numero 24.
Iura æquiparant conſtitationem dotis, & ſolationem, ſeu reſtitutionem. n, 25.
Eadem eſt ratio in verbo compoſito, ac in ſimplici. numero 26.
Tam in conſtitutione, quam in reſtitutione dotis militat ratio, ne matrimonia impediantur, ne ve indotatæ mulieres fiant. na. 27.
Maior ineſt ratio in reſtitutione, vbi agitur de damno vitando, qaam in conſtitutione, vbi de lucro aſſeqaendo. n. 28.
Ruinus allegatas à Mago. perfunctoriè locutus eſt, poſito in alio, principali fundamento, ſcilicet in nullitate adiudicationis in plus, quam eſſet creditum, numero 29.
Non eſt curandum de eo, quòd doctor perfunctoriè dicit. num. 30.
Aduertendum eſt ne vni noa diſcuſſo articulo fortè erroris authori, credatur. n. 31.
Doctoribus ex profeſsò tractantibas ſtandam eſt. numero 32.
Lepid. non poteſt allegari pro opinione Magon. numero 33.
Lepid. erroneè allegat Mago. in deciſione 21. tamquã de dote loquentem, quia ibi nullum verbum de dote. num. 34.
Lepid. erroneè allegat Mago. in deciſ. 20. qaod Rota tenueric contra dotem, quia immo in ratione aliter ſentit Mago. num. 35.
Lepid. poteſt retorqaeri, quatenus nõ auſus eſt firmare pedes ſuper Mago. ſed ſeparaait caſum ſaum à caſu dotis, nu. 36.
Generalitati regulæ ſtandum non eſt, conſtito de limitatione. num. 37.
Duplex regula datur vna generalis, quod in certitudo vitiat omnem diſpoſitionem. namero 38.
Altera ſpecialis, quod in certitudo in dote non vitiet. num. 39.
Standum eſt ſpeciali, tamqaam derogatoriæ generalis. num. 40.
Incertitado loci, & quotæ vitiat ex quædam iuris ſubtilitate, nu. 41.
Alia ſpecialia dotis extaat in ſpecie dationis in ſolutum. num. 42.
In tranſactione incertitudo loci, & qaotæ non vitiat. numero 43.
Magon. bene dicit in ſuo caſu non benè in ratione, & retorqaetur, n. 44.
Cauſa commiſſa plaribus iudicibus, ſi omnes ſunt contra dotem, vaus ſolus pro dote, opinio ſolius atteadenda eſt, nam. 45.
Vbi opinio pro dote non ſit communiter reprobata, ſingularis eſt amplectenda, & præferenda communi, tamquam humanior, na. 46.
Noa eſt recedendum à ratione commaniter approbata ob ſingularem, num. 47.
Concluditar dationem ia ſolutum, non obſtante incertitadine loci, & quota validam eſſe in caſu dotis, & tranſactionis noſtræ. num. 48.

PVNCTVS IV.

1 S† Equitur vt obices tollantur, videbatur. n. primo loco obſtare, quod etiam ſi eſſet datio in ſolutum, eſſet tamen nulla ob incertitudinem loci, & quotæ. Vnde iura primæua ſalua remanſerint, & fuerit ex illis benè actum, iuxta l. ſi debitor, 4. §. fin. ff. quibus mod. pignus, vel hypotheca ſoluitur. Surdus conſ. 145. ſub num. 35. 36. & 37. lib. 1. Alban. conſil. 367. in princ. Gabriel. conſil. 36. num. 66. lib. 1. Crott. conſil. 93. num. 17. & ſeqq. lib. 1. Afflic. deciſ. 335. ſub num. 18. 19. Aſin. de execut. §. 7. c. 189. ſub num. 3. f. 247. Croſt. conſil. 44. num. 2. par. 1. Statil. de ſaluiano, inſpect. 5. cap. 1. num. 62. & dec. 158. num. 4. & 5.

2 Quia ceſſat receſſus à primo actu, quando ſecundus eſt nullus. Menoch. præſumpt. 134. nume. 45. 46. libro 3.

3 Et

tione verò verè tractat de damno vitando, vt ait Menoch.d.præſ.190.nu.10.lib 4.d.conſil.33.n.17. lib.1.conſ.1078.nu.1.& ſeqq.lib.11. Cornaz. dec. Luc.10.num.34.

Quoad verò Ruin.per eum allegat. tenentē dationem non valuiſſe ab initio in conſil.136. in fin. lib. 1. dictum fuit non per hoc à dicta limitatione eſſe recedendum.

29 Primo,quia Ruin.perfunctoriè locutus eſt,dum in alio fundamento principaliter rationem ſui conſilij collocauit.ſ.in nullitate adiudicationis vti factę in plus,quam importaret creditum.

30 Non eſt autem curandum de eo, quod Doctor perfunctoriè dicit Surd.dec.238.num. 9. conſil.10. num.38. Crauett.conſil.992.num.13.verſic. ſimiliter,lib.6.

31 Vbi aduertendum ne vni non diſcuſſo articulo fortè erroris authori credatur.

32 Sed DD.ex profeſsò tractantibus ſtandū eſt Pariſ.conſil.91.n.49.in 3.Menoch.conſil.93.n.49.lib. 1.& ſup.hic,num.17.

33 Quapropter nec Lepid.in dict.deciſ. Lucen.26. verſiculo 2. demonſtratur, addatur pro hac opinione.

34 Primò,quia erroneè allegat Mago. in deciſi.21. quia ibi non loquitur in caſu dotis.

35 Item allegat eundem Mago.in d.dec. 20. in qua reſtringitur nullitas,ne poſſit agi contra tertiū, nō ſimpliciter, quod incertitudo vitiet, aliàs malè dixiſſet Mago.vt ſupra dictum eſt.

36 Et præterea poteſt retorqueri,quatenus non audet firmare pedes ſuper Magon.ſed eum euitat,dicendo caſum ſuum non eſſe in caſu dotis, & ſic ſeparando vnum ab alio.

37 Item Ruin. nititur generalitate reg. d. §. incertam,cui ſtandum non eſt, quando conſtat dę limitatione,vt in dote l.omnis definitio,ff. de regu.iur. cap.ad decimas,de reſtit.ſpol.in 6. Bart.& Doct. in l.ex quacumque,ff.ſi quis in ius voc. non ierit.

38 Et cum duplex regula detur vna generalis,quod incertitudo vitiat omnem diſpoſitionem, vt latè Marſ.in Rubr.C.de prob.n.354. Surd. conſil. 264. num.1.Gomez.var.reſolut.lib.2.c.11.n.7.& ſeqq. Emil.conſ.128.n.30.DD.in l.triticum, & in l.ſi ſtipulatus,de verb. obl.

39 Et altera ſpecialis,quod incertitudo in dote non vitiet per l.cum poſt,§.gener.ff.de iure dot.& ad ſupra num.19.20.21.

40 Huic tanquam derogatoriæ generalis ſtandum eſt,vt dicit Surd.deciſio.255.ſub nu.20. & ſeqq. id quod ſumma nititur ratione.

41 Quia quod incertitudo loci,& quotę vitiet procedit ex quadam iuris ſubtilitate,vt ait Pariſ. conſ. 61.num.43.44.lib. 1. quæ in materia dotiū paſsim remiſſa eſt ad l.vnicam,C.de rei vxor. act. l. in reb. C.de iur.dot.

42 Vnde alia ſpecialia dotis in ſpecie dationis in ſolutum,ponit Aſin.de execut.§.4.cap.26.num. 2.& ſeqq. fol. 94.

Secundò,quia Ruin.allegat. à Mago. non loquitur in term.tranſactionis,in quibus conſuluerat Cęphal.in qua eſt deciſio diuerſa ad alijs. Quia quicquid ſit de alijs in tranſactione tamē incertitudinē loci,& quotæ non vitiare, certum eſt, vt per Aſin. de exec.§.7.c.271.f.242.

44 Quare in ratione non benè dixiſſet Magon.in caſu benè dixiſſet,quinimò retorquetur,quatenus agi poſſe ad rem contra ipſum aſſignantem,licet nō contra tertium admittit Mago.d.dec.20.ſub n. 14. ad fi.& ad num.29.& 30.

45 Quibus omnibus accedat,quod aiunt Doctor.ſi cauſa commiſſa ſit pluribus Iudicibus, & oēs ſint in opinione contra dotem,& vnus ſolus pro dote,q; ſemper debet attendi opinio ſolius,vt dicit Abb. in cap.fi. de re iud.Paleot.de fund.dot.n.128.in tract. diuer. fol.408.

46 Et quod vbi opinio pro dote non ſit communiter reprobata,etiam ſingularis ſit amplectenda, & præferenda communi tamquam humanior, rationabilior,& æquior,vt ait Conſt.Roger.de dote, §. 8. oportet,ſub num. 33. 34. in die. tractato diuerſ. fol. 334.

47 Quo pacto recedi poterit à ratione communiter approbata ex ſingulari opinione, quæ tamen non eſt, ſi bene inſpiciatur in Magon.?

48 Quare concluſio ſit dictam dationem in ſolutū non vacillare ex incertitudine loci, & quotæ, ſed planè firmam conſiſtere in caſu quo verſamur, & dotis,& tranſactionis. Laus Deo,&c.

S V M M A R I A.

Datio in ſolutum conditionalis, cenſetur imperfecta, & ex ea agi non poteſt,nu.1.

Contra venditionē eſſe perfectam,ita quod non poſſit vna pars inuita,altera ab ea recedere, nu.2.

Venditioni datio in ſolutum æquiparatur,nu.3.

Datio in ſolutum conditionalis eſt perfecta ſub cod.

Idem eſt in conditionali,ac in pura obligatione,quia puri, & purificati idem eſt iudicium, n.4.

Datio in ſolutum conditionalis adueniente conditione liberat,non adueniente non liberat,& conditione pēdente liberatio in ſuſpenſo remanſit,n.5.

Fallit ſi in caſum conditionis non aduenientis fuerit facta datio in ſolutum in re;quia creditum in pecunia anterius extinguitur,nu.6.

Contractus ab initio ſunt voluntatis, ex poſt neceſſitatis,num.7.

Imputandum eſt creditori, qui in alio ſatisfactionem elegit,num.8.

Et ſi pro ſolutione promiſſionem accepit.nu.9.

Quis ex tranſactione quaſi ex re iudicata tenetur, n. 10.

P V N C T V S V.

1 AN datio in ſolutum, ideò non ſit attendenda quaſi imperfecta, quia facta ſit ſub cōditione; eum interim non cenſeatur perfecta, & ex ea agi non poſſit, vt plenè per Tiraq. in 1.retract.§.1.glo. 2.num.32. & ſeqq.?

Reſpōdetur, imò verò ſtatim eſſe perfectā, antequā condō extiterit, nō ſecus ac vēditio, de qua text.

in l.neceſſariò,§.ſi ita res,ff.de per.& com. rei vẽd

2 Et vſque adeò quidem, vt non liceat alteri contrahentiũ inuito altero ab ea diſcedere, vt dicit Tiraquell.ead.gl.2.num.27.Pariſ.conſil.59.n.9.& cõſil.64.n.14.lib.1.Mantic.de tacit.& ambig. lib. 12. tit.10.num.16.& 17.Afflict.deciſ.280.n.3.& ſeq. Rota deciſio.517.num.1.p.1.diuerſ.ad literam. Seraph.dec.1157.num.4.Vbi quod contractus conditionalis quantum ad effectum, vt non liceat ab eo

3 diſcedere pendente conditione dicitur perfectus. † cui æquiparatur datio in ſolutum Cæphal.conſilio 159.num.21.& ſequentibus, lib. 2. & ad punct. 1. num. 8., in terminis dationis in ſolutum Aſin. de execut.§.4.cap.51.ſub n.5 Rota diuerſ.dec.132.p. j.Mant.de tacit.& ambig.lib.11.tit.10.n.3. Surdus viden.dec.113.per tot.

4 Vbi numero 6.dicit, quod idem eſt in conditionali,ac in pura, quia puri, & purificati idem ſit iudicium.

5 Sed an hoc etiam procedat quo ad liberationẽ, reſpondetur diſtinguendo duos caſus, primus ſit ſi promiſſio facta ſit ſub conditione, qua non adueniente contraria conditio inſit, vt hoc caſu liberatio ſtet in ſuſpenſo, nam ſi conditio venerit ſequuta erit liberatio abſolutè, ſi non venerit creditum primũ manet, & ideo ex prima obligatione agi poteſt, vt eſt in tex.l.ſi pecuniam,36.ff.de reb.cred. in l.in perſona,30.in fi.ff. de pac.

6 Secundus caſus ſit, ſi promiſſio facta ſit, vt non ſoluatur ſi conditio aduenerit, vel ſi conditio non aduenerit, quod aliud ſoluatur, quam in prima obligatione contineretur, hic enim duæ ſunt liberationes abſolutæ, vna ſi conditio venerit liberatio fiet, quia conditio venit, altera verò eſt liberatio abſolutè quidem à prima obligatione, ſeu à primo credito, quia eius loco aliud promiſſum fuit, ſed remanebit tamen obligatio ſoluendi rem ipſam, & hic eſt caſus noſter, in quo pecunia antea debita fuit poſita ſub conditione, vt non deberetur. ſi d. Com. Vliſſes deceſſiſſet cum filijs maſculis, hic caſus ſi veniſſet. (qui tamen non venit) liberatio proculdubio ſequuta fuiſſet. Et rurſum facta fuit promiſſio ſub contraria conditione expreſſa, vt ſi dict. Com. Vliſſes deceſſiſſet ſine maſculis, res, ideſt prædium eſſet in obligatione ſoluendi, & hic eſt caſus, qui venit, in quo dubium non eſt, quin liberatio ſequuta fuerit à pecunia primo debita, quia placuit tranſigentibus ab ea recedere, & nouam obligationem rei ſoluendæ, vel aſſequendæ ſuſcipere, à qua iã amplius vna pars inuita altera recedere non poſſit, nec pęnitere, ita nec creditor pro arbitrio poterit liberationem excludere, nec debitor rei traditionem recuſare.

7 Quia contractus ab initio ſunt volũtatis ex poſt neceſſitatis, & ideſt, quod hoc ipsũ allegando in terminis comprobauit liberationem fuiſſe ſubſecutã, Surd.in d.deciſ.113.per tot.præſertim verò numero.2.3.4.& 5.

8 Et quod aiunt Doct.imputandum eſſe creditori ſi eo modo ſatisfactum ſibi eſſe voluit, & ſatisfactionem huiuſmodi acceptare loco ſolutionis. Surdus conſilio 145. ſub numero 18.

9 Et ſi creditor pro ſolutione promiſſionem acceperit, vt ait Natt.conſil.496.nu.21.& Aſin.de exec. §.7.c.277.in fi.ſol.243. præterquam quod ſumus in tranſactione, qua mediante, non tam voluntariè creditor ad hunc modum ſe aſtringit, quam ex neceſſitate quadam.

10 Et ideo ex tranſactione quaſi ex re iudicata tenetur ad l.2.& ibi glo.magna, ff. de iur. iur. Cæterum quid iuris ſit ſi in effectu traditio rei in ſolutũ promiſſæ, vel datæ ex poſt non interuenit, hic alius eſt caſus, ideo ad ſuum locum te remitto infra pũct.7. Interim quod pertinet ad præſentem articulũ dationem in ſolutum conditionalem eſſe perfectam, & liberationem inductam fuiſſe, liceat concludere ex prædictis. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Defectus menſuræ in datione inſolutum non vitiat quoad validitatem, ac ne ſit locus pænitentiæ, n.1.

Socin.Iun.conſil.41.lib.3.omnes referunt, & ſequuntur. num.2.

Vbi vtriuſque voluntas interuenit non poteſt vnus ſine altero recedere.nu.3.

Ad reſolutionem contractus requiritur cõſenſus vtriuſque partis, & actus retroſimilis, n 4.

Non ſequuto appretio creditor poſſidet iure creditoris. num.5.

Antequam fiat æſtimatio datio in ſolutum non eſt perfecta, ſub eod.

Quæ duo declarantur, vt procedant quantum ad periculum non quantum ad validitatem, & ibid.qđ Afflict.non loquitur in caſu noſtro. n.6.

Item quantum ad translationem dominij occaſione vſucapiendi, vel fructus acquirendi. nu.7.

Acquiſitionis fructuum cauſa eſt dominium, ſub eod.

Licet ante factam electionem, ſeu æſtimationem contractus non valeat, tamen non eſt locus pænitentiæ. num.8.

Datio in ſolutum ſub menſura, & æſtimatione fienda extinguit primam obligationem, & liberat debitorem, num 9.

Ad creditorem magis pertinet agere, & curare, vt menſuratio fiat, num.10.

Mora cuique ſua, & culpa ſibi non alijs nocere debet. num.11.

Vbi quid competit pro rata includitur menſuratio fienda, num.12.

Qui vult conſequens, vult, & antecedens, num.13.

Menſuratio, & æſtimatio ſubintelligitur fienda arbitrio boni viri, num.14.

Ex pacto poteſt quis ſe habere pro ſatisfacto, num.15.

Obſeruantia ſubſequuta mentem tranſigentium magis declarat, num.12.

P V N C T V S VI.

1 AN defectus menſurę vitiet dationẽ in ſolutũ. Reſpondetur, non vitiare, quantũ ad effectũ validitatis, vt probat Pariſ. & alij in præced. puncto

Digitized by Google

ctо.citati, qui etiam loquuntur in contractu conditionali ad menſuram, quibus addo. Non.conſil.81. num.fi. Bertaz conſil. 106.numer. 20.21. in ciuil.& claul.30.gloſ.6.num.7.& 15.Coſta in termin.de ratione ratæ, quæſt.153.num.2.3.& 4.ſignanter Socin.Iuo.conſil.41.num.20.in fi. ſub num.16. in fi. & in addit.eiuſdem per tot.præſertim num. 44.in
2 fin.lib.3.† Quem omnes allegant, & ſequuntur, vt patet ex citatis in primo puncto, quibus addo Motor.conſil.88.ſub num. 16. Coſta in loco mox citato.

3 Nam vtriuſque voluntas interuenit, meritò vnus ſine conſenſu alterius non poteſt ab ea recedere, vt ait Soc.Iun.d.conſ.41.n.25. in fi.lib.3.

4 Quia ad reſolutionem contractus requiritur cōſenſus vtriuſque partis, & actus retroſimilis, l.1.C. quando liceat ab emp.diſced.Silu.conſ.102.nu.35. vbi in terminis.

5 Non obſtat, quod non ſequuto apprecio creditor poſſideat iure creditoris Afflict.dec.368.ſub n.2.& quod antequam fiat æſtimatio, diuiſio, ac terminatio, datio in ſolutum non ſit perfecta Aſin. de exec.§.4.c.26.n.8. & ſeqq.

6 Quia vltrà, quòd Afflict. loquitur in alijs term. valdè à noſtris diſtantibus, & ſic non facit ad rem, reſpondetur hoc verum eſſe, & procedere quātum ad periculum, non quantum ad validitatē, ita quod non habeat locum pœnitentia altera parte inuita, vt declarat idemmet Affl.in dec.280.nu.5.& 6.& ibi addit. & etiam Vrſil.

7 Item reſpondetur eorum dictum procedere in terminis, in quibus loquuntur, nempè dationem in ſolutum non eſſe perfectam quantum ad translationem dominij vſucapiendi occaſionem, aut fructus acquirendi, vt quorum acquiſitionis cauſa ſit dominium, ideo non acquiruntur, vt benè per Menoch.in conſ.946.ſub n.18.in fi.19.20.& ſeq. iuncto, nu.30 31.32.lib.10.& ad infra punc.ſeq.n.31. 32.48.& ſeqq.

8 Et dicit B rtaz.clauſ.20,gl.30.n.5. quod licet ante factam electionem, ſeu menſurationem contractus non valeat, non tamen eſt locus pœnitentiæ.

9 Et in puncto æſtimationis, & menſurationis adhuc fiendæ valere dationem in ſolutum, & liberare debitorē, ita quod extincta ſit prima obligatio, nec pœnitentiæ ſit locus eſt deciſio.Surd.113.per tot.ad eum remitto.

10 Nec fiat fundamentum in aliqua mora debitoris, quia agere, & curare, vt menſurationes, diuiſiones, & æſtimationes fiant magis ad creditorē pertinet, quam ad debitorem, ad Menoch.dic.conſilio 946.ſub num.27.verſ.hic caſus, & ſub verſ. altera eſt promiſſio.

11 Et ideo contra creditorem retorquetur regula mora cuique ſua, de regul.iur. in 6. cap. quod quis ex culpa, ff.eodem tit.& ad punct.ſeqq.numero 12. & ſeqq.

Nec etiam quidquam moueat ſi diceretur de æſtimatione, vel menſuratione faciendis non fuiſſe conuentum.

12. Quia reſpondetur, imò verò fuiſſe conuentum, quatenus dictum eſt, quod pro rata daretur Prædiū ad Coſt.de ratio.ratæ, præmitto 3. n. 6. & ſeqq. ad quam diſtinguendam non niſi prædictis mediantibus deueniri poteſt.

13 Et eſt regula, quod qui vult conſequēs in neceſſariam conſequentiam, vult, & antecedens, l. illud, de acquirend.hæred.l.ad rem mobilem.ff. de proc. Coſt.de rat.rat.q.100.nu.13.

14 Et præterea æſtimatio, ſeu menſuratio ſemper intelligitur arbitrio boni viri, ſeruatis ſeru. fienda. Ond.conſ.31.ſub n.41.lib.1.& ad Gabr.in termin. dotis, conſ.147.n.4.& 5.lib.1.

Et pro confirmatione præcedentium, conſideratur, quæ dicta ſunt de datione in ſolutum valida, & perfecta non obſtante defectu menſuræ, multò fortius intrabunt in caſu noſtro, nam ibi perfectio, ac vt ſic dixerim, totale complementum liberationis pendet, ex menſuratione, æſtimatione, terminatione, nos ſumus in caſu, vbi liberatio omnino inducta fuiſſet, ſi d. Com. Vliſſes cum liberis maſculis deceſſiſſet, qui caſus ſi veniſſet proculdubio ea, etiā citra adminiculum menſuræ ſucceſſiſſet, & rurra ſi tranſactio ab initio non liberaſſet, quomodo abinde poſtea Iugales de Eccleſia ſubſtituiſſent, quomodo tenutam captam, vt ſibi ſolueretur in d. Prædio deſeruiſſent, non fecerunt, acquieuerunt, ergo iam tum liberarunt.

15 Et reſpectu primæ obligationis ſe habuerūt pro ſatisfactis ad in terminis Soc. Iun.d. conſil.41. ſub num.16.verſic.non obſtat, lib.3.Seraph.dec.1333. n.5.vbi ex dilatione, & non petitione præſumi debitores habitos pro liberatis, & ad pūc. ſeq. n.75.76.

16 Et huiuſmodi fuiſſe tranſigentium mētem, obſeruantia huiuſmodi magis declarauit, ad latè per D.moror. reſponſ.14. num. 8. & ſeqq. in terminis per Gozadin. conſilio 38. ſub numero nono circa princip.

Ergo valida fuit datio in ſolutum defectu mēſurationis, vel æſtimationis, non obſtante, prout ita ego tenui, &c. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

An defectus traditionis vitiet dationem in ſolutum latè examinatur.num.1.

Diſtinguitur quod aut deficit traditio, aut interuenit. num. 2.

Defectus traditionis eſt duplex, vel in conuentione, vel in executione, num.3.

Defectus traditionis in conuentione non vitiat venditionem.num.4.

Traditio, & actualis ſolutio non eſt de ſubſtantia venditionis, ſed de natura, & executione, nu.5.

Nec eſt de ſubſtantia dationis in ſolutum, n.6.

Quod ſemel placuit diſplicere non poteſt, nu.7.

Venditio non ideo minus valet, quod res tradita non ſit, ſed ad eam tradendam datur actio ex empto, & ad pretium actio ex vendito, nu.8.

Et idem in datione in ſolutum, ſub eod.

Creditor ſpontè liberans debitorem acceptando rem in ſolutū non poteſt à datione in ſolutū recedere ſub præ-

quæ poſtea minimè tradi poſſet, his enim omnibus
caſibus verificabuntur dicta eorum, qui cenſuerút
liberationem ex datione in ſolutum non ſucceſſiſ-
ſe, ſeu ipſam dationem in ſolutum, non valuiſſe, nó
quod non valuerit ab initio, ſed quia non valuit per
fectè, & quia reſoluta eſt validitas ex deſectu tradi-
tionis promiſſæ non executæ.
18 Stante regula paria eſſe non fieri, vel ita fieri qđ
factum non duret. Surd. conſ. 190. n. 9.
19 Et melius paria eſſe quid à principio eſſe nullũ,
20 vel eſſe quidem validum, ſed tamẽ annullari. † Vel
paria eſſe nullum eſſe, ſeu eſſe ſine effectu, Surd. cõ-
ſil. 3. num. 8. & ſeqq. conſil. 157. num. 13. & ſeqq. cõ
ſil. 179. num. 49. & ſeqq. conſ. 385. n. 24. conſil. 381.
num. 13. & ſeqq.
21 Et ad id, quod aiunt, quod carens effectu etiã no-
mine carere debet, Surd. dec. 40. n. 7.
22 Et quod non transfertur poſſeſſio, quando diſpo
ſitio re ipſa ſuum effectum conſequuta, & ſortita
non fuit Men. conſ. 701. n. 18. li. 8.
23 Sic Tiraquell. in 1. retract. §. 1. gloſſ. 2. ſub nu. 29.
dixit contractum nullum eſſe, niſi quantum ad
eum effectum, quod alter contrahentium pœni-
tere non poſſit. & idem Bertaz. clauſ. 20. gloſ. 30.
num. 5.
24 In ſpecie huius caſus ſcripſerunt, & bene dixe-
runt liberationem non fuiſſe ſequutam, & contra-
ctum non valuiſſe, ſeu (proprius loquendo) reſolu-
tum fuiſſe Cioff. in conſilio 44. par. 1. vbi ex facti
ſpecie ſub princip. circa med. col. 1. & ex fine eiuſ-
dem colum. 1. & col. ſeqq. ante num. 1. & ſub nu. 3.
apparet ex actis reſultaſſe, quod bona in ſolutũ da-
ta per D. Petram non erant eius propria, ſed erant
D. Coſtantiæ, item Schenat. conſil. 44. par. 1. vbi v-
nus frater dedit in ſolutũ bona alterius fratris, Bal.
25 in conſ. 289. in ſubſcrip. ſua, lib. 2. † Vbi ex facti ſpe
cie apparet rem fuiſſe alienatam alteri, & ideo cum
de hoc conſtaret in actis contra tertium benè con-
tra eum actum fuiſſe etiam non vocato ipſo prin-
cipali, reſoluitur, & ad Maſtril. deciſione 120. vbi
remanet hypotheca pro reſiduo nõ dato, ſub nu. 7.
26 Crott. conſil. 93. num. 17 & ſeqq. lib. 1. dum ait,
quod in redditibus datij datia in ſolutum, eis non
perceptis, non valet iſta datio in ſolutum, quia vi-
detur eſſe quædam adiudicatio in ſolutum facta
ſub quadam conditione, ſi fructus, & pecuniæ per-
cipientur ex ipſo datio, quibus non perceptis, non
poteſt debitor ſe virtute illius fore liberatum à quã
titate promiſſa prætendere. Alba. conſil. 742. num.
penult. in fine. Vbi quod nihil cenſetur extinctum
per dationem in ſolutum, quæ non habuit effectũ.
27 Et hinc eſt, quod talem dationem ſine traditio-
ne ab initio ſub fide tamen, quod ſequi poſtea de-
beat, quæ verè non ſequatur æquiparauerũt Doct.
promiſſioni de in ſolutum dando, eamque dixerũt
eſſe quandam promiſſionem de dando in ſolutum,
Cioff in d. conſ. 44. ſub numero 1. Statil. de ſalua-
no, deciſ. 108. ſub num. 2. Aſin. de execut. §. 4. c. 50.
f. 162. §. 7. c. 263. f. 235. & c. 277. fol. 243. in fi. & nõ
liberare à prima obligatione, vt in d. c. 263. in fi.
28 Nã optimè dixerũt, quia aliud eſt ſoluere, aliud
promittere de dando in ſolutum, ſicut aliud eſt vẽ-
dere, & aliud pactum de vendendo.
29 Nam qui promittit vendere, vel ſoluere, nõ obli
gatur ad tradendum Tiraquell. in 2. retract. ad fin.
titulo ſub num. 42. Alexand. conſil. 69. num. 12. lib.
4. ſed ſoluendo intereſſe liberatur, ſic eſt in datione
in ſolutum quando res non poteſt tradi, quia non
tenetur tradere. Iaſ. in §. actionum, num. 137. In-
ſtitut. de actio. & ideo ſicuti ipſe eſt liber à neceſſi-
tate tradendi, ſic & creditor debet eſſe liber à ne-
ceſſitate liberandi, ne ad impar a iudicentur dans,
& accipiens, ad in ſpecie Sil. conſil. 102. ſub nu. 36.
30 † Dum facit differentiam de creditore promittẽtẽ
acceptare, & de eo qui reuera acceptauerat, &c. vt
ibi per eum, & melius ſub num. 26. ad fin. & ſub n.
27. 28. 29. 30. vidend. vbi benè, & in termin. & ſub
n. 33. & id eſt ad quod reſpexerunt Doct. in dicta
æquiparatione, præſuppoſita impoſſibilitate tradẽ-
di, ergo in alijs terminis extra iſtos non erit locus
æquiparationi.
31 Et ſubſiſtunt quæ dicit Aſin. in mox citatis locis
ad hoc, vt datio in ſolutum ſubſiſtat dominiũ trãſ-
ferat, & actionem pariat, rei traditionem requirit,
& ſi traditio non fiat, quæ verba futurum tempus
inſpiciunt, primam obligationem non tollat.
32 Et qui ſcripſerunt remedia poſſeſſoria, vel rei vẽ
dicationem, aut publicianam non competere acci-
pienti in ſolutum non ſequuta traditione cõtra ter
tiũ poſſeſſorem, vt in his terminis loquitur Surd.
conſ. 225. ſub n. 10. 11. 12. 13. vt patet ſub fi. prin. d.
n. 10. & D. Morot. reſp. 44. per tot. Mago. dec. Luc.
20. per tot. vbi nu. 31. dicit hanc eſſe communẽ con
tra, Ceph. in conſ. 159. lib. 2. idem Mag. dec. 21. nu.
30. & ſeqq. Aſin. in dictis locis, & ad c. 26. ſub nu. 8.
& 9. ita etiam, & in his terminis loquitur Alba. in
conſil. 742. n. 5. vt patet ex toto conſil. & præſertim
ex Alex. per eum cit. in conſil. 10. n. 6. li. 4. apud quẽ
de poſſeſſorio contra tertium intentato cõſtat, nec
aliter intelligendus venit in conſ. 367. num. 2. quia
alioquin contra receptas, vt ſupra doctrinas loqu-
33 tus fuiſſet. † Et Doctoris dictum indiſtinctum de-
bet intelligi ſecundum dicta aliorum diſtinguen-
tium ad Crau. conſil. 985. ſub num. 68. Ceph. conſ.
308. num. 2. lib. 2.
34 Vltra quod perfunctoriè loquitur, poſito funda-
mento in nullitate contractus ob alienationem rei
immobilis in forenſem nõ impetrata licẽtia à Prin-
cipe, vt ibi in princ. & n. 3. & 4. & ad excludendam
nouationem in ſuo caſu, quæ eſt in noſtro manife-
ſta, prout infra patebit.
35 Et per hæc cluſa d. Lauræ hactenus eſt in tuto,
quia eſto quod non interueniſſet traditio ab initio,
hoc non eam vitiauit, nec ex defectu in executio-
ne, quia nec de hoc, nec de mora debitoris ad tra-
dendam rem conſtat. Imò (quod in hoc caſu abun-
dat) conſtat de rei in ſolutum datæ exiſtentia penes
hæredes quondam Col. Vliſſis, quia ex actis adiu-
dicationis in ſolutum pro dotibus ipſius D. Lauræ
apparet, quod dictum prædium erat tornaturarum
80. & quod ad D. Lauram non peruenerunt, niſi
tornaturæ 50. vel circumcirca.

36 Reſi-

Digitized by Google

36 Reſiduum enim præſumitur penes d. D.Com. Viſſem temanſiſſe, vſque ad obitum Rota deciſ.4. de probat. in nouis. Statil. de ſalu.deciſ.74. num.6.

37 † Vel penes eius hæredes ex continuatione poſſeſſionis virtute ſtatuti Bononieu. Statil.deciſ.88. numero 5.

38 Quod quidem reſiduum præſumitur eſſe ſufficiens ad Surd.deciſ.44.num.16.conſ.513.num.2. Statil.de ſalu.inſpect.3. cap.5.num.35.

39 Et quia non fuit circa hæc quicquam actitatum & actores defecerunt in hoc ſalutari, abſolutoriæ ab obſeruatione iudicij, fuiſſe locum manifeſtum eſt ad Caſtr.conſ.219.ſub nu.2.lib 2.& ad punct.1 iu fin.ſupra. Seraph.deciſ.1157. verſic.nec obſtat: Vbi dum non conſtat rem non poſſe recuperari nō eſt factus locus pacto reſolutiuo.

40 Quod pertinet ad ſecundum membrum principale, dicitur quod dicta de orta, & patta liberatione in antecedentibus multò fortius vendicant ſibi locum, vbi traditio interuenit, ſiuè vera, & actualis ſiuè ficta per conſtitutum, vt in terminis Natt.con ſil.496. num.17. Afin.de execut. §.7.cap.268. ſub num.27. verſic.licet prædictis, fol.238.& verſic.minus etiam, colum.4.in princ.fol.239.& verſic.vltimo loco, colum.2.fol.240. & cap.293.per tot.fol. 247.& §.4.cap.51.num.4.& ſub num.5.vbi in conditionali fol.202.& in eiſdem term. Non.conſ.81. in fin.Rota diuerſ.deciſ.152.num.5.lib.1. Soc.con ſil.41.num.27.lib.3. etiam in terminis.

41 Et propter hoc diſtinguitur caſus. Dec. iu conſil.12. quod in ſuo caſu contractus in ſolutum dationis non erat perfectus omni perfectione, quia res non erat tradita, ne quidem per conſtitutū, ſecus vbi interfuit traditio per conſtitutum, vt pręci sè ſub his verbis Sylua n.conſ.102. ſub num.39. & 40.& Natta d.conſil.496.ſub num.16.in fin.& numero 17.nec diſſenſit Alba. in d.conſ.367.num.3.

42 & 4. † Dum quia contractus eſſet nullus, ideo conſtitutum uon operari effectum ſuum aſſeruit aliud à contratio dicturus.

43 Nec etiam Cioff. in conſil.44. dum citat Coto. Ruin. & alios, qui in fronte viſi diſtinguunt, vt ſine traditione datio in ſolutū cenſeatur pactum de in ſolutum dando, ſecus verò ſi cum traditione vera,

44 aut per conſtitutum. Quia † Doctor intelligendus venit ſecundum iura, quæ allegat Surd. deciſ.126. ſub num.12.& conſ.177.num.17.

45 Et tunc operatur conſtitutum appoſitum in cōtractu conditionali conditione adueniente, Tiraq. de conſtitut.ampliat.17.num.1.& ſeqq. Matta voto 200. uum.14. Theſaur. deciſ.158. ſub princip. Crau.conſ.272. Maluaſ.conſil.34.num.29.Bettaz. clauſu.30.gloſ.30. gloſ.6.num.14. Rot.diuerſ.deciſ.132.num.6.lib.1.

46 Conſtitutum verò huiuſmodi cum interceſſerit iu tranſactione ſumus iu claris, & iu deciſis, quibus ſtandum eſt, nec eſt opus argumentationibus, vel alijs diuerſionibus ad extranea ad Lancillæ, C. de furt.l.coutinuus, §.cum ita, de verb.oblig.

47 Et ſi replicetur conſtitutum adiectum contractui nullo eſſe uullum, iuxta Alba. d.conſ.367. numero 4.lib 2. Tiraq.de conſtitut.par.3 limit.7.hic autem dationem in ſolutum eſſe nullā ratione incertitudinis loci, & quotæ, & ideo nihil operari, vt in puncto Moroi. & alij ſupra cit. num.32.

48 Meminiſſe oportebit nos eſſe in limitatione, quā latè defendimus ſupra punc.4.per tot. vbi incertitudinem non vitiare in caſu dotis oſtenſum fuit.

49 Quæ quidem ſaltem habebunt locum contra ipſummet debitorem in ſolutum dantem, quicquid aliud ſit contra tertios poſſeſſores.

50 Ratio differentiæ afferri poteſt, quia quo ad debitorem contractus principalis tenet, & ideo acceſſorium etiam.

51 Quia acceſſorium ſequitur naturam principalis, cap.acceſſorium, de regul.iur. in 6. & ad cit. mox, num.47.

52 At quoad tertios poſſeſſores non tenet contractus in eorum præiudicium, ideo conſtitutum antea factum in alio inſtrumento non nocet ipſis acquirentibus, & poſſeſſionem adipiſcentibus ad materiam, l.quoties, C.de rei vendic.

53 Et conſtitutum ſolum prodeſt ad transferendū poſſeſſionem, ſeu dominium concurrentibus extremis, à quo, ideſt, quod conſtituens tempore conſtituti poſſideret. Tiraq.de conſtitut.limit.1. per tot. Schenard.conſ.43.num.12.par.1.

54 Et extremo ad quem, ideſt, quod tempore conditionis purificatæ etiam poſſideret Carroc. deciſ.3. per tot. Magon. deciſ. Lucen.21. num.10.& ſeqq. Tiraq.de conſtit.par.2. ampliat.17. per tot.

55 In tantum, quod ex clauſula ex nunc, prout ex tunc non poſſet fieri retrotractio ad tempus cōtractus, vt in term. Marcabrun.conſ.31.n.62.& ſeqq. Men.conſ.946.nu.5.33.& 34.lib.10. Gabr.cōſ.185 num.6. & ſeqq.lib.1.

56 Et in datione in ſolutum cum tota clauſula ex nunc prout ex tunc Maluaſ.conſ.34.num.13.14.16 17.18.33.34. iuncto num.8. vol.1.

57 Quia iu præiudicium iuris quæſiti alteri medio tempore conditionis implementum non retrotrahitur Bart.in l.ſi vxor, §.ſi vxorem, ff.de adul. Magon.d.deciſ.Lucenſ.21.num.14.& 15.

58 Quæ ratio intrans ad fauorem tertij poſſeſſoris, vbi conſtitutum ex iure communi effectum operaretur, idem erit iu caſu dotis. Vbi ex iure ſpeciali operari poteſt ſuum effectum non obſtante in certitudine, quia diuerſa ratio affetti non poteſt.

59 Sed in ipſo debitore poſſeſſore, ratio hæc omnino ceſſat, quia nec egemus retrotractione, nec refert quod de ſuo damno tractetur, quia ex proprio conſenſu afficitur, & etiam ceſſat, quod res incerta non poſſit poſſideri ex Surd.in term.conſ.225.numero 12. quia cum ipſo venditore poteſt ſtatim certificari.

60 Et in caſu dotis eſt in termin. deciſ.Magon.Lucenſ.20.num.29.& Afin.in tract.de execut.§.7.ca-

61 pit.270.num.10.Io hæc formaliter verba, † *conſtitutum ergo in inſtrumento dationis in ſolutum appoſitum poſſeſſionis transmiſſionem operatur, vt habetur in l.quod meo, ff.de acquiren.poſſeſſ.etiam quod incertitudo allegaretur, quæ in contractu dotis obſtare non debet.*

Digitized by Google

telligenda voluntate contrahentium, quia in eodē inſtrumento factæ ſunt diuerſæ relationes ad diuerſa formularia, iuxta diuerſitatem capitum, ex quo magis datur intelligi nō caſu, ſed conſideratè fuiſ-
45 ſe relationes factas. † Iuxta illud quod mens magis datur intelligi ex oppoſitis, l. vnica, §. & cum tri plici, in princip. C. de caduc. tollen. & §. ſin autem ad deficientis, Crauet. conſil. 293. ſub num. 9. verſic. 3. retorquetur. Menoch. conſil. 845. num. 20. 21. lib. 9.
46 Quare cum ſimus in relatione, & conſtet de relatu dici poteſt, quod ſumus in claris, & in expreſſis, quia expreſſum dicitur, quod ſe refert ad aliud, de quo conſtat, l. ait prætor, § 1. de re iudic. l. aſſe to
47 to, ff. de hær. inſtit. Oſaſch. dec. 128. num. 2. † Et natura relationis eſt natura veritatis patentis ex combinatione ſcripturarum, vt ait Vant de nullit. ex de fect. cit. num. 137.
48 Augetur coniectura ex reſeruatione priorum iurium, vt in inſtrumento, quia ſi creditor in caſu noſtro habuiſſet intentionem continuandi primā obligationem, & contrahendi pignus, & non dationem in ſolutum, vtique non reſtrinxiſſet obligationem ad caſum tantummodo euictionis, & moleſtiæ reſeruatum, immò apponendo dictam clauſulam apparet clarè intellixiſſe contrahentes de in ſolutum datione non autem de pignore, nam creditor apponi voluit, quia ſciebat per dationem in ſolutum, quam contrahere intendebat, fuiſſe innouatam primam obligationem, & pro maiori eius cautione voluit, quod innouationi derogaretur in caſu tantum euictionis, vt formaliter dixit d. Franciſc. Merlin. deciſ. Lucenſ. 33. ſub num. 14.
49 Alias dicta reſeruatio eſſet ſuperflua, & reijcienda ad punct. 8. numero 42. quæ ſuperfluitas euitatur per interpretationem, quod ſit datio in ſolutum.

Confert non parum, & illud, quod refertur in ipſo inſtrumento tranſactionis, nempè eoſdem Iugales de Eccleſia pro ſatisfactione dicti ſui crediti obtinuiſſe renutam Iudicialem in d. prædio Cetretuli ad hūc finem, vt ſibi adiudicaretur in ſolutum pro rata crediti, reſpondebunt vltima primis, ſi in eandem dationem in ſolutū reincidiſſe creditores admiſerimus, vt in terminis, Surd. d. conſil. 217. n. 30.
50 † Vbi quæ ordinantur ad finem regulantur ſecundum naturam finis, & quando actus continuatur præſumitur ineſſe idem motiuum ex Bald. & Bece. vt per eum.
51 Sed, & illud quoque abſurdum, & inconueniens euitabitur. Quatenus ſi dicamus pignus inducta ad augumentum operarentur diminutionem, contra l. legata inutiliter, ff. de adim. legat. & Nat. in term. conſil. 496. ſub num. 14. verſic. non obſtat, nam diminutio eſſet de pignore, quod erat in toto, reduci ad partem.
52 Item ſi ſit pignus, fructus quos contingeret percipi adueniente conditione abſorberent ſortē principalem, vt conſiderat Menoch. lib. 3. præſ. 150. n. 1. Merlin. d. dec. 33. nu. 14. in fi. & ad Surd. deciſ. 212. num. 13. & ſeqq.

53 E contra verò ſi ſit datio in ſolutum, quia ex ea pinguius creditori dicitur prouideri, vt patet ex mox præcitatis, quibus addo Corne. conſil. 296. ſub princip. lib. 1. Menoch. conſil. 201. num. 16. li. 3. vbi per hoc arguit in ſpecie dationem in ſolutū eſſe non pignus.
54 Item vrgere videtur, non parum quod interpretando dationem in ſolutum omnibus æquè erit ſatiſfactum.
55 Et quidem coniugibus creditoribus, quatenus rem datam in ſolutum conditione adueniente habituri erant facilius, & ſine mora, vt arguit Surd. d. conſil. 217. ſub num. 31. ſub verſiculo vltimo non obſtat.
56 Quam ſi eſſet pignus, vbi ad prima, & ſecunda Decreta deueniendum eſt maioribus laboribus, & impendijs ad Afin. de execut. §. 4. c. 82. & ſeqq. fol. 108. & §. 7. c. 268. col. pen. ſub n. 27. f. 240. Siatil. de ſaluiano, dec. 115. per tot.
57 Debitori vero quatenus eius magis intererat ſoluere in bonis, quam in pecunia, iuxta Surd. deciſio. 113. ſub num. 10.
58 Et omnibus ſimul quatenus finem intentum, & in tranſactione explicatum facilius obtenturi erant in euitando occaſiones litium, & controuerſiarum conſiſtentem.
59 Quem eludere eſſet inconueniens, iuxta Surd. in d. conſil. 217. ſub num. 24. & ſub nu. 30. & 31. vbi eleganter.
60 Eam verò interpretationem eſſe faciendam, & recipiendam, qua omnibus æquè prouidetur, certū eſt, & ait Crauet. in conſil. 149. nu. 13. conſil. 203. n. 28. conſ. 202. num. 16.
61 Demum etiam in dubio, cum tamen (vt ex prædictis conſtat, hic ſimus in claris) datio in ſolutum non pignus interpretanda eſt Soci. conſil. 9. ſub nu. ſi. lib. 1. Areti. conſil. 159. verſ. ex his infertur, ſub n. 12. Menoch. conſil. 201. num. 18. 19. 20. lib. 3. conſ. 338. nu. 6. & ſeqq. libro 4. Rota diuerſ. deciſio. 168.
62 p. 1. † Qui omnes cum loquantur in terminis noſtris dationis in ſolutum ex contractu non eſt curā. dum, de Afflict. in deciſio. 373. qui loquitur in alijs terminis, & quem etiam ex profeſsò reſellit Meno. præſumpt. 150. per tot. lib. 3. & ab eo recedit ipſe Vr ſil. ſtantibus coniecturis, quibus in præſenti ſpecie ſatis, ſuperque abundamus.
63 Adeo quod ſi in concurſu pactorum, quorū alia pignus ſuadeant, dationem verò in ſolutum alia, id attendi debet, in quo ea magis incaleſcunt, vt in ter. Surd. conſ. 244. in fi. & ad uum. 39. lib. 2. quid hic erit dicendum, vbi pro pignore, vel hypotheca, nec in nomine veſtigium, nec in effectu ſignum vllum appatet, quod concurrere poſſit cum multitudine coniecturarum, & rationum ad fauorem dationis in ſolutum ſimul conſpirantium ſupra adductarum?

Et ita me hanc partem defendentem ſecuti erāt alij omnes vno ſolo, qui ante me dixerat, diſſentiente, & ita concludebatur per DD. Laus Deo, &c.

SVM-

SVMMARIA.

Datio in ſolutum in certitudine loci, & quotæ eſt nulla, nec tollit iura primeua, nu. 1.

Ceſſat receſſus à primo actu, quando ſecundus eſt nullus. num. 2.

Datio in ſolutum nulla non eſt datio, nec extinguit actionem de dote, n. 3.

Incertitudo loci, & quotæ eſt quando datur tanta rata unius prædij alio non addito. nu. 4.

Incertitudo loci, & quotæ vitiant contractum. n. 5.

Et eſt communis opinio à qua non eſt recedendum in iudicando. n. 6.

Quicquid Gozad. contrarium ſenſerit, n. 7.

Et eſt ipſa veritas., num. 8.

Et quidquid Ruin. & alij dixerint, ſub d. num. 8.

Anguiſ. ſaluatur. nu. 9.

Et Ruin. & Menoch. num. 10.

Quando actualis traditio interuenit non vitiat incertitudo, n. 11.

Nec in caſu dotis, num. 12.

Defenditur Cæph. in conſ. 159. ab impugnatione Mago. & num. ſeqq.

Dictum Doct. non allegantis, vel probantis, eſt dictũ ſomniantis, n. 14.

Ubi eſt doctrina in term. ibi pedes figendi ſunt, n. 15.

Omnis aduocatorum labor in reperiendis doctrinis in ter. conſiſtere debet, ſub eod.

Cæph. opinio habet ſectatores, vt Aſin. num. 16.

Credendum eſt magis ex profeſſo tractanti materiam. num. 17.

Item pro opinione Cæphal. ſtante iuramento ſunt, & alij Doct. nu. 18.

Pro opinione Cæph. quod incertitudo non vitiet in dote afferuntur, & alij, præter ab ipſo citatos, numero 19.

Pro eadem opinione Cæphal. ſtat communis opinio. num. 20.

Et omnium affirmatio, nu. 21.

Quod in conſtitutione dotis tantum haberet locum ratio, ne mulier remaneat indotata, in ſolutione verò non reperiri cautum dicit Mago. n. 22.

Sed refellitur num. 23.

Libellus incertus regulariter tenet, licet in ſententia ſit ſecus, numero 24.

Iura æquiparant conſtitutionem dotis, & ſolutionem, ſeu reſtitutionem. n. 25.

Eadem eſt ratio in verbo compoſito, ac in ſimplici. numero 26.

Tam in conſtitutione, quam in reſtitutione dotis militat ratio, ne matrimonia impediantur, ne ve indotatæ mulieres fiant. nu. 27.

Maior ineſt ratio in reſtitutione, vbi agitur de damno vitando, quàm in conſtitutione, vbi de lucro aſſequendo. n. 28.

Ruinus allegatus à Mago. perfunctoriè locutus eſt, poſito in alio, principali fundamento, ſcilicet in nullitate adiudicationis in plus, quam eſſet creditum, numero 29.

Non eſt curandum de eo, quod doctor per functoriè dicit. num. 30.

Aduertendum eſt ne vni non diſcuſſo articulo fortè erroris authori, credatur. n. 31.

Doctoribus ex profeſſò tractantibus ſtandum eſt. numero 32.

Lepid. non poteſt allegari pro opinione Magon. numero 33.

Lepid. erroneè allegat Mago. in deciſione 21. tamquã de dote loquentem, quia ibi nullum verbum de doto. num. 34.

Lepid. erroneè allegat Mago. in deciſ. 20. quod Rota tenuerit contra dotem, quia immo in ratione aliter ſentit Mago. num. 35.

Lepid. poteſt retorqueri, quatenus nõ auſus eſt firmare pedes ſuper Mago. ſed ſeparauit caſum ſuum à caſu dotis, nu. 36.

Generalitati regulæ ſtandum non eſt, conſtito de limitatione. num. 37.

Duplex regula datur vna generalis, quod incertitudo vitiat omnem diſpoſitionem. numero 38.

Altera ſpecialis, quod incertitudo in dote non vitiet. num. 39.

Standum eſt ſpeciali, tamquam derogatoriæ generalis. num. 40.

Incertitudo loci, & quotæ vitiat ex quædam iuris ſubtilitate, nu. 41.

Alia ſpecialia dotis extant in ſpecie dationis in ſolutum. num. 42.

In tranſactione incertitudo loci, & quotæ non vitiat. numero 43.

Magon. bene dicit in ſuo caſu non benè in ratione, & retorquetur, n. 44.

Cauſa commiſſa pluribus iudicibus, ſi omnes ſunt contra dotem, vnus ſolus pro dote, opinio ſolius attendenda eſt, num. 45.

Vbi opinio pro dote non ſit communiter reprobata, ſingularis eſt amplectenda, & præferenda communi, tamquam humanior, nu. 46.

Non eſt recedendum à ratione communiter approbata ob ſingularem, num. 47.

Concluditur dationem in ſolutum, non obſtante incertitudine loci, & quotæ validam eſſe in caſu dotis, & tranſactionis noſtræ. num. 48.

PVNCTVS IV.

1 S† Equitur vt obices tollantur, videbatur n. primo loco obſtare, quod etiam ſi eſſet datio in ſolutum, eſſet tamen nulla ob incertitudinem loci, & quotæ. Vnde iura primæua ſalua remanſerint, & fuerit ex illis benè actum, iuxta l. ſi debitor, 4. §. fin. ff. quibus mod. pignus, vel hypotheca ſoluitur. Surdus conſ. 145. ſub num. 35. 36. & 37. lib. 1. Alban. conſil. 367. in princ. Gabriel. conſil. 36. num. 66. lib. 1. Crott. conſil. 93. num. 17. & ſeqq. lib. 1. Afflic. deciſ. 335. ſub num. 18. 19. Aſin. de execut. §. 7. c. 189. ſub num. 3. f. 247. Cioſt. conſil. 44. num. 2. par. 1. Stat il de ſaluiano, in ſpect. 5. cap. 1. num. 62. & dec. 158. num. 4. & 5.

2 Quia ceſſat receſſus à primo actu, quando ſecundus eſt nullus. Menoch. præſumpt. 134. numc. 45. 46. libro 3.

3 Et

Google

tione verò verè tractat de damno vitando, vt ait Menoch. d. præſ. 190. nu. 10. lib 4. d. conſil. 33. n. 17. lib. 1. conſ. 1078. nu. 1. & ſeqq. lib. 11. Cornaz. dec. Luc. 10. num. 34.

Quoad verò Ruin. per eum allegat. tenentē dationem non valuiſſe ab initio in conſil. 136. in fin. lib. 1. dictum fuit non per hoc à dicta limitatione eſſe recedendum.

29 Primo, quia Ruin. perfunctoriè locutus eſt, dum in alio fundamento principaliter rationem ſui conſilij collocauit. ſ. in nullitate adiudicationis vti factę in plus, quam importaret creditum.

30 Non eſt autem curandum de eo, quod Doctor perfunctoriè dicit Surd. dec. 238. num. 9. conſil. 10. num. 38. Crauett. conſil. 992. num. 13. verſic. ſimiliter, lib. 6.

31 Vbi aduertendum ne vni non diſcuſſo articulo fortè erroris authori credatur.

32 Sed DD. ex profeſsò tractantibus ſtandū eſt Pariſ. conſil. 91. n. 49. in 3. Menoch. conſil. 93. n. 49. lib. 1. & ſup. hic, num. 17.

33 Quapropter nec Lepid. in dict. deciſ. Lucen. 26. verſiculo 2. demonſtratur, addatur pro hac opinione.

34 Primò, quia erronĕè allegat Mago. in deciſi. 21. quia ibi non loquitur in caſu dotis.

35 Item allegat eundem Mago. in d. dec. 20. in qua reſtringitur nullitas, ne poſſit agi contra tertiū, nō ſimpliciter, quod incertitudo vitiet, aliàs malè dixiſſet Mago. vt ſupra dictum eſt.

36 Et præterea poteſt retorqueri, quatenus non audet firmare pedes ſuper Magon. ſed eum euitat, dicendo caſum ſuum non eſſe in caſu dotis, & ſic ſeparando vnum ab alio.

37 Item Ruin. nititur generalitate reg. d. §. incertam, cui ſtandum non eſt, quando conſtat dę limitatione, vt in dote l. omnis definitio, ff. de regu. iur. cap. ad decimas, de reſtit. ſpol. in 6. Bart. & Doct. in l. ex quacumque, ff. ſi quis in ius voc. non ierit.

38 Et cum duplex regula detur vna generalis, quod incertitudo vitiat omnem diſpoſitionem, vt latè Marſ. in Rubr. C. de prob. n. 354. Surd. conſil. 264. num. 1. Gomez. var. reſolut. lib. 2. c. 11. n. 7. & ſeqq. Emil. conſ. 128. n. 50. DD. in l. triticum, & in l. ſi ſtipulatus, de verb. obl.

39 Et altera ſpecialis, quod incertitudo in dote non vitiet per l. cum poſt, §. gener. ff. de iure dot. & ad ſupra num. 19. 20. 21.

40 Huic tanquam derogatoriæ generalis ſtandum eſt, vt dicit Surd. deciſio. 255. ſub nu. 20. & ſeqq. id quod ſumma nititur ratione.

41 Quia quod incertitudo loci, & quotę vitiet procedit ex quadam iuris ſubtilitate, vt ait Pariſ. conſ. 61. num. 43. 44. lib. 1. quæ in materia dotiū paſsim remiſſa eſt ad l. vnicam, C. de rei vxor. act. l. in reb. C. de iur. dot.

42 Vnde alia ſpecialia dotis in ſpecie dationis in ſolutum, ponit Aſin. de execut. §. 4. cap. 26. num. 2. & ſeqq. fol. 94.

Secundò, quia Ruin. allegat. à Mago. non loquitur in term. tranſactionis, in quibus conſuluerat Cęphal. in qua eſt deciſio diuerſa ad alijs. Quia quicquid ſit de alijs in tranſactione tamē incertitudinē loci, & quotæ non vitiare, certum eſt, vt per Aſin. de exec. §. 7. c. 271. f. 242.

44 Quare in ratione non benè dixiſſet Magon. in caſu benè dixiſſet, quinimò retorquetur, quatenus agi poſſe ad rem contra ipſum aſſignantem, licet nō contra tertium admittit Mago. d. dec. 20. ſub n. 14. ad fi. & ad num. 29. & 30.

45 Quibus omnibus accedat, quod aiunt Doctores ſi cauſa commiſſa ſit pluribus Iudicibus, & oēs ſunt in opinione contra dotem, & vnus ſolus pro dote, ſemper debet attendi opinio ſolius, vt dicit Abb. in cap. fi. de re iud. Paleot. de fund. dot. n. 128. in tract. diuer. fol. 408.

46 Et quod vbi opinio pro dote non ſit communiter reprobata, etiam ſingularis ſit amplectenda, & præferenda communi tanquam humanior, rationabilior, & æquior, vt ait Conſt. Roger. de dote, §. 8. oportet, ſub num. 33. 34. in dic. tractatu diuerſ. fol. 334.

47 Quo pacto recedi poterit à ratione communiter approbata ex ſingulari opinione, quæ tamen non eſt, ſi bene inſpiciatur in Magon.?

48 Quare concluſio ſit dictam dationem in ſolutū non vacillare ex incertitudine loci, & quotæ, ſed planè firmam conſiſtere in caſu quo verſamur, & dotis, & tranſactionis. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Datio in ſolutum conditionalis, cenſetur imperfecta, & ex ea agi non poteſt, nu. 1.

Contra venditionē eſſe perfectam, ita quod non poſſit vna pars inuita, altera ab ea recedere, nu. 2.

Venditioni datio in ſolutum æquiparatur, nu. 3.

Datio in ſolutum conditionalis eſt perfecta ſub eod.

Idem eſt in conditionali, ac in pura obligatione, quia puris & purificati idem eſt iudicium, n. 4.

Datio in ſolutum conditionalis adueniente conditione liberat, non adueniente non liberat, & conditione pēdente liberatio in ſuſpenſo remanſit, n. 5.

Fallit ſi in caſum conditionis non aduenientis fuerit facta datio in ſolutum in re; quia creditum in pecunia anterius extinguitur, nu. 6.

Contractus ab initio ſunt voluntatis, ex poſt neceſſitatis, num. 7.

Imputandum eſt creditori, qui in alio ſatisfactionem elegit, num. 8.

Et ſi pro ſolutione promiſſionem accepit. nu. 9.

Quis ex tranſactione quaſi ex re iudicata tenetur, n. 10.

P V N C T V S V.

1 AN, datio in ſolutum, ideò non ſit attendenda quaſi imperfecta, quia facta ſit ſub conditione, cum interim non cenſeatur perfecta, & ex ea agi non poſſit, vt plenè per Tiraq. in 1. retract. §. 1. glo.
1 2. num. 32. & ſeqq.?

Reſpōdetur, imò verò ſtatim eſſe perfectā, antequā condō extiterit, nō ſecus ac vēditio, de qua text

in l.neceſſariò,§.ſi ita res,ff.de per.& com.rei vẽd

2 Et vſque adeò quidem, vt non liceat alteri contrahentiũ inuito altero ab ea diſcedere, vt dicit Tiraquell.ead.gl.2.num.27.Pariſ.conſil.59.n.9.& cõſil.64.n.14.lib.1.Mantic.de tacit.& ambig. lib. 12. tit.10.num.16.& 17.Afflict.deciſ.280.n.3.& ſeq. Rota deciſio.517.num.1.p.1.diuerſ.ad literam. Seraph.dec.1157.num.4. Vbi quod contractus conditionalis quantum ad effectum, vt non liceat ab eo

3 diſcedere pendente conditione dicitur perfectus. † cui æquiparatur datio in ſolutum Cæphal.conſilio 159.num.21.& ſequentibus, lib. 2. & ad punct. 1. num. 8., in terminis dationis in ſolutum Aſin. de execut.§.4.cap.51.ſub n.5 Rota diuerſ.dec.132.p.1.Mant.de tacit.& ambig.lib.11.tit.10.n.3. Surdus viden.dec.113.per tot.

4 Vbi numero 6.dicit, quod idem eſt in conditionali, ac in pura, quia puri, & purificati idem ſit iudicium.

5 Sed an hoc etiam procedat quo ad liberationẽ, reſpondetur diſtinguendo duos caſus, primus ſit ſi promiſſio facta ſit ſub conditione, qua non adueniente contraria conditio inſit, vt hoc caſu liberatio ſtet in ſuſpenſo, nam ſi conditio venerit ſequuta erit liberatio abſolutè, ſi non venerit creditum primũ manet, & ideo ex prima obligatione agi poteſt, vt eſt in tex.l.ſi pecuniam,36.ff.de reb.cred. in l.in perſona,30.in fi.ff. de pac.

6 Secundus caſus ſit, ſi promiſſio facta ſit, vt non ſoluatur ſi conditio aduenerit, vel ſi conditio non aduenerit, quod aliud ſoluatur, quam in prima obligatione contineretur, hic enim duæ ſunt liberationes abſolutæ, vna ſi conditio venerit liberatio fiet, quia conditio venit, altera verò eſt liberatio abſolutè quidem à prima obligatione, ſeu à primo credito, quia eius loco aliud promiſſum fuit, ſed remanebit tamen obligatio ſoluendi rem ipſam, & hic eſt caſus noſter, in quo pecunia antea debita fuit poſita ſub conditione, vt non deberetur. ſi d. Com. Vliſſes deceſſiſſet cum filijs maſculis, hic caſus ſi veniſſet. (qui tamen non venit) liberatio proculdubio ſequuta fuiſſet. Et rurſum facta fuit promiſſio ſub contraria conditione expreſſa, vt ſi dict. Com. Vliſſes deceſſiſſet ſine maſculis, res, ideſt prædium eſſet in obligatione ſoluendi, & hic eſt caſus, qui venit, in quo dubium non eſt, quin liberatio ſequuta fuerit à pecunia primo debita, quia placuit tranſigentibus ab ea recedere, & nouam obligationem rei ſoluendæ, vel aſſequendæ ſuſcipere, à qua iã amplius vna pars inuita altera recedere non poſſit, nec pęnitere, ita nec creditor pro arbitrio poterit liberationem excludere, nec debitor rei traditionem recuſare.

7 Quia contractus ab initio ſunt volũtatis ex poſt neceſſitatis, & ideſt, quod hoc ipsũ allegando in terminis comprobauit liberationem fuiſſe ſubſecutã, Surd.in d.deciſ.113.per tot.præſertim verò numero.2.3.4.& 5.

8 Et quod aiunt Doct.imputandum eſſe creditori ſi eo modo ſatisfactum ſibi eſſe voluit, & ſatisfactionem huiuſmodi acceptare loco ſolutionis. Surdus conſilio 145. ſub numero 18.

9 Et ſi creditor pro ſolutione promiſſionem acceperit, vt ait Natt.conſil.496.nu.21.& Aſin.de exec. §.7.c.277.in fi.ſol. 243. præterquam quod ſumus in tranſactione, qua mediante, non tam voluntariè creditor ad hunc modum ſe aſtringit, quam ex neceſſitate quadam.

10 Et ideo ex tranſactione quaſi ex re iudicata tenetur ad l.2.& ibi glo.magna, ff. de iur. iur. Cæterum quid iuris ſit ſi in effectu traditio rei in ſolutũ promiſſæ, vel datæ ex poſt non interuenit, hic alius eſt caſus, ideo ad ſuum locum te remitto infra pũct.7. Interim quod pertinet ad præſentem articulũ dationem in ſolutum conditionalem eſſe perfectam, & liberationem inductam fuiſſe, liceat concludere ex prædictis. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Defectus menſuræ in datione inſolutum non vitiat quoad validitatem, ac ne ſit locus pænitentiæ, n.1.

Socin.Iun.conſil.41.lib.3.omnes referunt, & ſequuntur. num.2.

Vbi vtriuſque voluntas interuenit non poteſt vnus ſine altero recedere.nu.3.

Ad reſolutionem contractus requiritur cõſenſus vtriuſque partis, & actus retroſimilis, n 4.

Non ſequuto appretio creditor poſſidet iure creditoris. num.5.

Antequam fiat æſtimatio datio in ſolutum non eſt perfecta, ſub eod.

Quæ duo declarantur, vt procedant quantum ad periculum non quantum ad validitatem, & ibid.qđ Afflict.non loquitur in caſu noſtro. n.6.

Item quantum ad tranſlationem dominij occaſione vſucapiendi, vel fructus acquirendi. nu.7.

Acquiſitionis fructuum cauſa eſt dominium, ſub eod.

Licet ante factam electionem, ſeu æſtimationem contractus non valeat, tamen non eſt locus pænitentiæ. num.8.

Datio in ſolutum ſub menſura, & æſtimatione fienda extinguit primam obligationem, & liberat debitorem, num 9.

Ad creditorem magis pertinet agere, & curare, vt menſuratio fiat, num.10.

Mora cuique ſua, & culpa ſibi non alijs nocere debet. num.11.

Vbi quid competit pro rata includitur menſuratio fienda, num.12.

Qui vult conſequens, vult, & antecedens, num.13.

Menſuratio, & æſtimatio ſubintelligitur fienda arbitrio boni viri, num.14.

Ex pacto poteſt quis ſe habere pro ſatisfacto, num.15.

Obſeruantia ſubſequuta mentem tranſigentium magis declarat, num.12.

P V N C T V S VI.

1 AN defectus menſurę vitiet dationẽ in ſolutũ. Reſpondetur, non vitiare, quantũ ad effectũ validitatis, vt probat Pariſ. & alij in præced. puncto

Digitized by Google

ꝗo.citati,qui etiam loquuntur in contractu condi-
tionali ad menſuram,quibus addo. Non.conſil.81.
num.fi. Bertaz conſil.106.numer.20.21. in ciuil.&
clauſ.30.gloſ.6.num.7.& 15.Coſta in termin.de ra
tione ratæ,quæſt.153.num.2.3.& 4.ſignanter So-
cin.Iun.conſil.41.num.20.in fi. ſub num.16. in fi.
& in addit.eiuſdem per tot.præſertim num. 44. in
2 fin. lib. 3. † Quem omnea allegant, & ſequuntur,
vt patet ex citatis in primo puncto, quibus addo
Morot.couſil.88. ſub num. 16. Coſta in loco mox
citato.

3 Nam vtriuſque voluntas interuenit, meritò v-
nus ſine conſenſu alterius non poteſt ab ea recede-
re,vt ait Soc.Iun.d.conſ.41.n.25. in fi.lib. 3.

4 Quia ad reſolutionem contractus requiritur cō-
ſenſus vtriuſque partis,& actus retroſimilis,l.1.C.
quando liceat ab emp.diſced.Silu.conſ.102.nu.35.
vbi in terminis.

5 Non obſtat, quod non ſequuto apprecio credi-
tor poſſideat iure creditoris Afflict.dec.368.ſub n.
2.& quod antequam fiat æſtimatio, diuiſio,ac ter-
minatio,datio in ſolutum non ſit perfecta Aſin. de
exec.§.4.c.26.n.8. & ſeqq.

6 Quia vltrà, quod Afflict. loquitur in alijs term.
valdè à noſtris diſtantibus, & ſic non facit ad rem,
reſpondetur hoc verum eſſe, & procedere quãtum
ad periculum,non quantum ad validitatẽ, ita quod
non habeat locum pęnitentia altera parte inuita, vt
declarat idemmet Affl.in dec.280.nu. 5. & 6.& ibi
addit. & etiam Vrſil.

7 Item reſpondetur eorum dictum procedere in
terminis,in quibus loquuntur,nempè dationem in
ſolutum non eſſe perfectam quantum ad transla-
tionem dominij vſucapiendi occaſionem, aut fru-
ctus acquirendi, vt quorum acquiſitionis cauſa ſit
dominium, ideo non acquiruntur,vt benè per Me
noch.in conſ.946.ſub n.18.in fi.19.20.& ſeq. iun-
cto,nu.30 31.32.lib.10.& ad infra punc.ſeq.n.31.
32.48.& ſeqq.

8 Et dicit Bertaz.clauſ.20,gl.30,n.5. quod licet an
te factam electionem,ſeu menſurationem contra-
ctus non valeat,non tamen eſt locus pęnitentiæ.

9 Et in puncto æſtimationis,& menſurationis ad-
huc fiendæ valere dationem in ſolutum,& liberare
debitorẽ,ita quod extincta ſit prima obligatio, nec
pęnitentiæ ſit locus eſt deciſio.Surd.113.per tot.ad
eum remitto.

10 Nec fiat fundamentum in aliqua mora debito-
ris,quia agere,& curare,vt menſurationes,diuiſio-
nes, & æſtimationes fiant magis ad creditorẽ per-
tinet,quam ad debitorem,ad Menoch.die.conſilio
946.ſub num.27.verſ.hic caſus, & ſub verſ. altera
eſt promiſſio.

11 Et ideo contra creditorem retorquetur regula
mora cuique ſua, de regul.iur. in 6. cap. quod quis
ex culpa,ff.eodem tit.& ad punct.ſeqq.numero 12.
& ſeqq.

Nec etiam quidquam moueat ſi diceretur de æ-
ſtimatione, vel menſuratione faciendis non fuiſſe
conuentum.

12 Quia reſpondetur,imò verò fuiſſe conuentum,
quatenus dictum eſt,quod pro rata daretur Prędiũ
ad Coſt.de ratio.ratæ,præmitto 3. n. 6. & ſeqq. ad
quam diſtinguendam non niſi prædictis mediantī-
bus deueniri poteſt.

13 Et eſt regula, quod qui vult conſequẽs in neceſ-
ſariam conſequentiam, vult,& antecedens,l. illud,
de acquirend.hæred.l.ad rem mobilem.ff. de proc.
Coſt.de rat.rat.q.100.nu.13.

14 Et præterea æſtimatio, ſeu menſuratio ſemper
intelligitur arbitrio boni viri, ſeruatis ſeru. fienda.
Ond.conſ.31.ſub n.41.lib.1.& ad Gabr.in termin.
dotis,conſ.147.n.4.& 5.lib.1.

Et pro confirmatione præcedentium,conſidera
tur,quæ dicta ſunt de datione in ſolutum valida,&
perfecta non obſtante defectu menſuræ, multò for
tius intrabunt in caſu noſtro, nam ibi perfectio, ac
vt ſic dixerim, totale complementum liberationis
pendet,ex menſuratione,ęſtimatione,terminatio-
ne, nos ſumus in caſu, vbi liberatio omnino indu-
cta fuiſſet, ſi d. Com. Vliſſes cum liberis maſculis
deceſſiſſet,qui caſus ſi veniſſet proculdubio ea,etiã
citra adminiculum menſuræ ſucceſſiſſet, & reuera
ſi tranſactio ab initio non liberaſſet, quomodo ab-
inde poſtea Iugales de Eccleſia ſubſtitiſſent, quo-
modo tenutam captam,vt ſibi ſolueretur in d. Prę-
dio deſeruiſſent,non fecerunt,acquieuerunt, ergo
Iam tum liberarunt.

15 Et reſpectu primæ obligationis ſe habuerũt pro
ſatisfactis ad in terminis Soc.Iun.d. conſil.41. ſub
num.16.verſic.non obſtat,lib.3.Seraph.dec.1333.
n.5.vbi ex dilatione,& non petitione præſumi debi
tores habitos pro liberatis, & ad pũc. ſeq. n.75.76.

16 Et huiuſmodi fuiſſe tranſigentium mẽtem, ob-
ſeruantia huiuſmodi magis declarauit, ad latè per
D.morot. reſponſ.14. num. 8. & ſeqq. in terminis
per Gozadin. conſilio 38. ſub numero nono circa
princip.

Ergo valida fuit datio in ſolutum defectu mẽſu
rationis, vel æſtimationis, non obſtante, prout ita
ego tenui,&c. Laus Deo,&c.

S V M M A R I A.

An defectus traditionis vitiet dationem in ſolutum latè examinatur.num. 1.

Diſtinguitur quod aut deficit traditio, aut interuenit. num. 2.

Defectus traditionis eſt duplex, vel in conuentione, vel in executione, num. 3.

Defectus traditionis in conuentione non vitiat venditionem. num. 4.

Traditio, & actualis ſolutio non eſt de ſubſtantia venditionis, ſed de natura, & executione, nu. 5.

Nec eſt de ſubſtantia dationis in ſolutum, n. 6.

Quod ſemel placuit diſplicere non poteſt, nu. 7.

Venditio non ideo minus valet, quod res tradita non ſit, ſed ad eam tradendam datur actio ex empto, & ad pretium actio ex vendito, nu. 8.

Et idem in datione in ſolutum, ſub eod.

Creditor ſpontè liberans debitorem acceptando rem in ſolutũ non poteſt à datione in ſolutũ recedere ſub præ-

textu rei non traditæ, num. 9.

Defectus traditionis in executione dicitur quãdo, nec quidem poſtea traditur, nu. 10.

Si res non tradatur, cum eſt in poteſtate dantis in ſolutũ, datur contra eum vtilis actio exemplo per quam cogitur rem tradere, nu. 11.

Si debitor rem non tradat, quia non interpelletur, non dicitur eſſe in mora, ſed creditor non interpellans, & iure ſuo non vtens, nu. 12.

Vbi traditio non interſuit, ſufficit etiam Iudicio pendente offerre, num. 13.

Debitor in diem incertum, vel ſub conditione, quamuis cum iuramento non conſtituitur in mora abſque interpellatione, nu. 14.

Non eſt æquum, vt quis eo puncto quo obligatur eodem, & in mora conſtituatur. n. 15.

Mora non fit, vbi ea pars, quæ debetur nondum fuit liquidata, nu. 16.

Si debitor rem in ſolutum datam non tradit, quia non põt tradere, datio in ſolutum non valet perfectè, ſeu reſoluitur ex defectu traditionis, n. 17.

Paria ſunt non fieri, vel ita fieri, quod factum non duret. num. 18.

Paria ſunt quid à principio nullum eſſe, vel validũ, ſed annullari, nu. 19.

Paria ſunt nullum eſſe, ſeu eſſe ſine effectu. nu. 20.

Carens effectu etiam nomine carere debet, n. 21.

Poſſeſſio non transfertur ex diſpoſitione, quæ effectum non habuit. nu. 22.

Contractus quantum ad effectum, quod alter contrahentium pœnitere non poſſit validus quoad reliqua nullus dici poteſt, n. 23.

Exempla quod liberatio non fuit ſequuta ex defectu traditionis in effectu traduntur, & primo quando fuit data res aliena, nu. 24.

Item quando frater dedit in ſolutum rem fratris, numero eod.

Item quando res primo in ſolutum data fuit poſtea in alium alienata. n. 25.

Remanet hypotheca pro reſiduo non dato, numero eodem.

Et poteſt agi etiam contra tertium principali non vocato, ſi conſtet de alienatione in alium facta, ſub eodem.

Redditibus datis in ſolutum datis non perceptis non valet datio, nec debitor cenſetur à credito in quantitate liberatus, nu. 26.

Nil cenſetur extinctum, per dationem in ſolutum, quæ non habuit effectum, ſub eod.

Datio in ſolutum ſine traditione in effectu æquiparatur pacto de in ſolutum dando, .i. quando non poteſt tradi, ſecus ſi poſſit, n. 29. 30.

Aliud eſt ſoluere, aliud promittere de dando in ſolutum, & num. 30.

Promittens vendere, vel ſoluere non obligatur ad tradendum, num. 29.

Vt datio in ſolutum ſubſiſtat, dominium transferat, actionem pariat primam obligationem tollat, rei traditionem requirit, nu. 31.

Si traditio non fiat non poteſt agi remedijs poſſeſſorijs, rei vendicatione, aut publiciania. n. 32.

Doctoris dictum indiſtinctum debet intelligi ſecundũ dicta aliorum diſtinguentium, n. 33.

Alba in conſil. 742. loquitur de nullitate contractus, ob alienationem non impetrata licentia à Principe. num. 34.

Concluditur dationem in ſolutum in caſu noſtro non vitiari ex defectu traditionis ab initio, nec ex defectu in executione, quia de hoc, nec de mora conſtat. num. 35.

Reſiduum non alienatum præſumitur penes non alienantem remanſiſſe vſque ad obitum, n. 36.

Seu penes hæredes ex continuatione poſſeſſionis virtute ſtatuti, nu. 37.

Reſiduum non alienatum præſumitur eſſe ſufficiens. num. 38.

Vbi non fuit circa aliquod actitatum intrat abſolutoria ab obſeruatione iudicij. num. 39.

Liberatio multò magis fit, vbi interfuit traditio vera, vel ficta per conſtitutum, nu. 40.

In caſu Dec. conſilio 82. deficiebat conſtitutum. numero 41.

Traditionem ex conſtituto ſufficere pro liberatione, probatur ex Alba. num. 42.

Item Cioff. num. 43.

Doctor intelligendus venit ſecundum iura, quæ allegat. num. 44.

Conſtitutum in contractu conditionali operatur conditione adueniente, nu. 45.

Conſtitutum adeſt in caſu noſtro, & ideo ſumus in claris, & indeciſis, quibus ſtandum eſt non argumentationibus vtendum, nu. 46.

Conſtitutum adiectum contractui nullo eſt nullum. num. 47.

Incertitudo loci, & quotæ non vitiat in caſu dotis, ſaltem quoad ipſum in ſolutum dantem, licet ſecus quoad tertios poſſeſſores, nu. 49.

Ratio differentiæ dicitur, num. 50.

Acceſſorium ſequitur naturam principalis, n. 51.

Contractus dationis in ſolutum ſine traditione non nocet tertio poſtea acquirenti, & poſſeſſionem adipiſcenti, num. 52.

Conſtitutum transfert poſſeſſionem, ſi eius tempore conſtituens poſſidebat, nu. 53.

Et ſi poſſidebat tempore purificatæ conditionis, n. 54.

Alias non etiam non obſtante clauſula ex nunc prout ex tunc, num. 55.

Nec id etiam in datione in ſolutum. num. 56.

Quia implementum conditionis non retrotrahitur in præiudicium iuris quæſiti tertio. nu. 57.

Et idem data de validitate conſtituti, etiam ex iure ſpeciali, num. 58.

In debitore ipſo ceſſat ratio damnĩ, & ratio, & quod res incerta non poſſit poſſideri, quia cum eo poteſt facilè certificari. num. 59.

Incertitudo loci, & quotæ non impedit tranſlationem dominij ſi venditor poſſideat, nu. 60.

Idque, & in dote, num 61.

Aſin. in §. 7. cap. 270. n. 10. de execut. declaratur, & numero 62.

Limitatio debet eſſe de regula, num. 65.

Verba vniuerſalia, ſeu indefinita reſtringuntur, vt contrarietas euitetur, nu. 66.

Omnis occaſio etiam minima, vel diſtractio capienda.

Digitized by Google

da eſt, vt quæ videntur contraria concilientur, ſub eod.

Fauorabiles dicuntur illæ opiniones, & ſequendæ, quæ per diſtinctiones concordant, n.67.

Contrarietas omnibus modis tollenda eſt, n.68.

Vbi eſt conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, conſtitutum dicitur tollatum ad mortem non poſt mortem conſtituentis, & ideo in tempus habile, & operatur effectum ſuum, ſub n.eod.

Vbi eſt nouatio extinctiua prior obligatio tollitur, noua exoritur, nu.69.

Per trāſactionem fit nouatio, & omnis prior tollitur obligatio, nu.70.

Nec poteſt vbi eſt tranſactum primæuis actionibus agi. num.71.

Sed eſt omnino agendum ad implementum, & ad obſeruantiam, nu.72.

Vbi actus inuicem ſe non compatiuntur nouatio inducitur extinctiua, nu.73.

In caſu noſtro eſt nouatio expreſſa ob relationem, ad formular. Bonon. nu.74.

Aquiliana ſtipulatio inducit nouationem perimit antecedentes obligationes circa ſpem regreſſus ad eas, & vbi ſit commemoratio prima intrat nouatio, ſub eodem num.

Nouatio loco ſolutionis cedit, & liberat, n.75.

Imputandum eſt creditori, qui pro ſolutione nouam promiſſionem accepit, nu.76.

Concluſio prædictorum. nu.77.

P V N C T V S VII.

1 A † N defectus traditionis vitiet dationem in ſolutum, hic aperiendi ſunt oculi, ideo ne cū terminorum, & caſuum cōfuſione contingat æquiuocari aliqua diſtinctione, vel ſubdiſtinctione vtendum erit.

2 Quare ipſe ſic diſtinguendo mihimet difficultates tollo, aut deficit traditio, aut interuenit; & de defectu primo loco.

3 Defectus traditionis poteſt conſiderari dupliciter, vel in conuentione ipſa, vel in executione.

4 Defectus traditionis in conuentione non vitiat venditionem.

5 Quia traditio, ſicut, & actualis ſolutio; non eſt de ſubſtantia venditionis, ſed de natura, & executione, l.empti fides, C.de contrah.empt. Bertaz. de clauſ. in proœm. ſub n.18. circa ſi. princ. & in Rub. ſub num.4.

6 At (ne longius diuagemur) adduco in terminis Socin. Iun. d.conſil.41. ſub num.28. lib.3. vbi quod pro firmitate dationis in ſolutum non requiritur, quod ſi facta traditio, ſeu translatio dominij, ſed ſatis eſt partes in eam conſenſiſſe, à quo conſenſu nō poteſt recedi.

7 Per regulam, quod ſemel placuit, &c.

8 Nam non ideo (ſubdit) venditio minus firma manet, quod res tradita non ſit, ſed ad eam tradēdam datur, actio ex empto, vt & ad pretium actio ex vēdito, &c. vt ibi per eum in term. terminan. Natta in eiſd. noſtr. term. conſ.496. ſub num.16. verſic. non obſtat, quod in hac datione inſolutum nulla interuenerit traditio, & ſub numer.17. verſic. præterea etiam, ſequitur Aſin. de execut. §.7. cap.268. ſub numе.27. verſ. licet prædictis, f.238. Burſ. quoq. in cōſil.427. ſub n.31. ad ſi. princ. li.4. & pōt allegari etiā in terminis d.deciſ. Surd. num.113. quatenus nec ibi traditio vlla fuit.

9 Similiter dicit Nat. in d.cōſ.496. n.19. quod vbi creditor ſponte liberauit debitorem accepiādo res quaſdam in ſolutum, quod deinceps poſſit a datione in ſolutum recedere ſub eodem prætextu, quod res in ſolutum, non ſit tradita, hoc verum ſe non arbitrari, quia ad rem tradendam habet actionē, cuius dictum exornauit Aſin. in mox cit. loco.

10 Sequitur defectus in executione quando. ſ. res in ſolutum verbo data, in effectu, nec poſtea quidē traditur, hic tres ſunt caſus,

11 Primus caſus, ſi ideo non traditur, quia dās in ſolutum, vt cumq. habeat rem in poteſtate ſua, tamē tradere denegat hoc caſu comparata eſt actio vtilis exemptn per quam cogitur rem tradere, vt per Doct. præcit. num.8. per Aſin. §.4. cap.26. nume.9. Surd. dec.266. ſub nu.6.

12 Secundus caſus ſit, ſi creditor ipſe non petat, vel interpellet debitorem rei ad rem tradendam, quia ſi in effectu non tradatur ſibi eſt imputādum, ſi nō vſus fuit iure ſuo, vt ſuperiore puncto, o.10. & 11. & per Bertaz. conſ.106. ſub nu.16. & ſeqq. libro 1. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed.5. n.75. & 76. & conſ.946. num.25. & ſeqq. lib.10. Nat. d. conſ.496. ſub num.19.

13 Vbi dicit, quod interim nulla eſt mora debitoris, & quod ſufficeret, vbi nō eſt ſequuta traditio offerre iudicio pendente, & eſt in terminis noſtris. Sicut & idem dicit Aſin. de execut. §.7. c.55. nu.7. & per tot. Affl. dec.16. n.5. & in eiſdem etiam Gozadin. in d.conſ.38. ſub nu.11. & ſibi imputent ſi non elegerunt creditores hanc viam, quæ ſibi cōpetebat agēdi ad rem ipſam, ad Seraph. à contrario ſenſu deciſ.114. ſub n.4. verſ. inde ſibi imputet.

14 Quæ omnia fortius procederent in contractu cōditionali, vel in diem incertum, quia aduenīēte die, vel conditione non conſtituitur debitor in mora, niſi per interpellationem, quamuis etiam contractus eſſet iuratus, Seraph. priu. iur.47. n. ſi. Menoch. conſil.134. n.25. lib.2.

15 Vbi ex ſententia Bart. ait non eſſe æquum, vt eo puncto, quo quis obligatur, eodem, & in mora conſtituatur, & conſ.131. n.5.6.7.22. conſ.133. nu.10. & ſeqq. eod. lib.2. & conſil.1013. ſub nu.19.8. & 9. lib.11. vbi in terminis dotis.

16 Et etiam non ſit mora, vbi ea pars, quæ debetur nondum fuit liquidata ad Statil. deciſ.104. nu.1. de ſalu. inter, vt in caſu noſtro.

17 Tertius caſus ſit, quia debitor iō non tradit, quia non poteſt tradere, puta, vel quia res deſierit eſſe in rerum natura ſuo periculo, vt in contractu conditionali pēdente conditione ad dicta in puncto 5. & 6. ſup. vel quia eadem conditione pēdente res fuiſſet alienata, vel quia ab initio promiſſa ſit res aliena,

quæ poſtea minimè tradi poſſet, his enim omnibus
caſibus verificabuntur dicta eorum, qui cenſuerũt
liberationem ex datione in ſolutum non ſucceſſiſ-
ſe, ſeu ipſam dationem in ſolutum, non valuiſſe, nõ
quod non valuerit ab initio, ſed quia non valuit per
fectè, & quia reſoluta eſt validitas ex defectu tradi-
tionis promiſſæ non executæ.

18 Stante regula paria eſſe non fieri, vel ita fieri qđ
factum non duret. Surd. conſ. 190. n. 9.

19 Et melius paria eſſe quid à principio eſſe nullũ,
20 vel eſſe quidem validum, ſed tamẽ annullari. † Vel
paria eſſe nullum eſſe, ſeu eſſe ſine effectu, Surd. cõ-
ſil. 3. num. 8. & ſeqq. conſil. 157. num. 13. & ſeqq. cõ
ſil. 179. num. 49. & ſeqq. conſ. 385. n. 24. conſil. 381.
num. 13. & ſeqq.

21 Et ad id, quod aiunt, quod carens effectu etiã no-
mine carere debet, Surd. dec. 40. n. 7.

22 Et quod non transfertur poſſeſſio, quando diſpo
ſitio re ipſa ſuum effectum conſequuta, & ſortita
non fuit Men. conſ. 701. n. 18. li. 8.

23 Sic Tiraquell. in 1. retract. §. 1. gloſſ. 2. ſub nu. 29.
dixit contractum nullum eſſe, niſi quantum ad
eum effectum, quod alter contrahentium pœni-
tere non poſſit. & idem Bertaz. clauſ. 20. gloſ. 30.
num. 5.

24 In ſpecie huius caſus ſcripſerunt, & bene dixe-
runt liberationem non fuiſſe ſequutam, & contra-
ctum non valuiſſe, ſeu (proprius loquendo) reſolu-
tum fuiſſe Cioff. in conſilio 44. par. 1. vbi ex facti
ſpecie ſub princip. circa med. col. 1. & ex fine eiuſ-
dem colum. 1. & col. ſeqq. ante num. 1. & ſub nu. 3.
apparet ex actis reſultaſſe, quod bona in ſolutũ da-
ta per D. Petram non erant eius propria, ſed erant
D. Coſtantiæ, item Schenar. conſil. 44. par. 1. vbi v-
nus frater dedit in ſolutũ bona alterius fratris, Bal.
25 in conſ. 289. in ſubſcrip. ſua, lib. 2. † Vbi ex facti ſpe
cie apparet rem fuiſſe alienatam alteri, & ideo cum
de hoc conſtaret in actis contra tertium benè con-
tra eum actum fuiſſe etiam non vocato ipſo prin-
cipali, reſoluitur, & ad Maſtril. deciſione 120. vbi
remanet hypotheca pro reſiduo nõ dato, ſub nu. 7.

26 Crott. conſil. 93. num. 17 & ſeqq. lib. 1. dum ait,
quod in redditibus datij datis in ſolutum, eis non
perceptis, non valet iſta datio in ſolutum, quia vi-
detur eſſe quædam adiudicatio in ſolutum facta
ſub quadam conditione, ſi fructus, & pecuniæ per-
cipientur ex ipſo datio, quibus non perceptis, non
poteſt debitor ſe virtute illius fore liberatum à quã
titate promiſſa prætendere. Alba. conſil. 742. num.
penult. in fine. Vbi quod nihil cenſetur extinctum
per dationem in ſolutum, quæ non habuit effectũ.

27 Et hinc eſt, quod talem dationem ſine traditio-
ne ab initio ſub fide tamen, quod ſequi poſtea de-
beat, quæ verè non ſequatur æquiparauerũt Doct.
promiſſioni de in ſolutum dando, eamque dixerũt
eſſe quandam promiſſionem de dando in ſolutum,
Cioff in d. conſ. 44. ſub numero 1. Statil. de ſaluia-
no. deciſ. 108. ſub num. 2. Aſin. de execut. §. 4. c. 50.
f. 102. §. 7. c. 263. f. 235. & c. 177. fol. 243. in fi. & nõ
liberare à prima obligatione, vt in d. c. 263. in fi.

28 Nã optimè dixerũt, quia aliud eſt ſoluere, aliud
promittere de dando in ſolutum, ſicut aliud eſt vẽ-
dere, & aliud pactum de vendendo.

29 Nam qui promittit vendere, vel ſoluere, nõ obli
gatur ad tradendum Tiraquell. in 2. retract. ad fin.
titulo ſub num. 42. Alexand. conſil. 69. num. 2. lib.
4. ſed ſoluendo intereſſe liberatur, ſic eſt in datione
in ſolutum quando res non poteſt tradi, quia non
tenetur tradere. Iaſ. in §. actionum, num. 137. In-
ſtitut. de actio. & ideo ſicuti ipſe eſt liber à neceſſi-
tate tradendi, ſic & creditor debet eſſe liber à ne-
ceſſitate liberandi, ne ad imparia iudicentur dans,
& accipiens, ad in ſpecie Sil. conſil. 102. ſub nu. 36.
30 † Dum facit differentiam de creditore promittẽte
acceptare, & de eo qui re vera acceptauerat, &c. vt
ibi per eum, & melius ſub num. 26. ad fin. & ſub n.
27. 28. 29 30. vidend. vbi benè, & in termin. & ſub
n. 33. & id eſt ad quod reſpexerunt Doct. in dicta
æquiparatione, præſuppoſita impoſſibilitate tradẽ-
di, ergo in alijs terminis extra iſtos non erit locus
æquiparationi.

31 Et ſubſiſtunt quæ dicit Aſin. in mox citatis locis
ad hoc, vt datio in ſolutum ſubſiſtat dominiũ trãſ-
ferat, & actionem pariat, rei traditionem requirit,
& ſi traditio non fiat, quæ verba futurum tempus
inſpiciunt, primam obligationem non tollat.

32 Et qui ſcripſerunt remedia poſſeſſoria, vel rei vẽ
dicationem, aut publicianam non competere acci-
pienti in ſolutum non ſequuta traditione cõtra ter
tiũ poſſeſſorem, vt in his terminis loquitur Surd.
conſ. 225. ſub n. 10. 11. 12. 13. vt patet ſub fi. prin. d.
n. 10. & D. Morot. reſp. 44. per tot. Mago. dec. Luc.
20. per tot. vbi nu. 31. dicit hanc eſſe communẽ con
tra, Cæph. in conſ. 159. lib. 2. idem Mag. dec 21. nu.
30. & ſeqq. Aſin. in dictis locis, & ad c. 26. ſub nu. 8.
& 9. ita etiam, & in his terminis loquitur Alba. in
conſil. 742. n. 5. vt patet ex toto conſil. & præſertim
ex Alex. per eum cit. in conſil. 10. n. 6. li. 4. apud quẽ
de poſſeſſorio contra tertium intentato cõſtat, nec
aliter intelligendus venit in conſ. 367. num. 2. quia
alioquin contra receptas, vt ſupra doctrines loqu-
33 tus fuiſſet. † Et Doctoris dictum indiſtinctum de-
bet intelligi ſecundum dicta aliorum diſtinguen-
tium ad Crau. conſil. 985. ſub num. 68. Cæph. conſ.
308. num. 2. lib. 2.

34 Vltra quod perfunctoriè loquitur. poſito funda-
mento in nullitate contractus ob alienationem rei
immobilis in forenſem nõ impetrata licẽtia à Prin-
cipe, vt ibi in princ. & n. 3. & 4. & ad excludendam
nouationem in ſuo caſu, quæ eſt in noſtro manife-
ſta. prout infra patebit.

35 Et per hæc cauſa d. Lauræ hactenus eſt in tuto,
quia eſto quod non interueniſſet traditio ab initio,
hoc non eam vitiauit, nec ex defectu in executio-
ne, quia nec de hoc, nec de mora debitoria ad tra-
dendam rem conſtat. Imò (quod in hoc caſu abun-
dat) conſtat de rei in ſolutum datæ exiſtentia penes
hæredes quondam Colae Vliſſis, quia ex actis adiu-
dicationis in ſolutum pro dotibus ipſius D. Lauræ
apparet, quod dictum prædium erat tornaturarum
80. & quod ad D. Lauram non peruenerunt, niſi
tornaturæ 50. vel circumcirca.

36 Reſi-

36 Reſiduum enim præſumitur penes d. D. Com. Vliſſem remanſiſſe, vſque ad obitum Rota deciſ.4. de probat. in nouis. Statil. de ſalu.deciſ.74.num.6.

37 † Vel penes eius hæredes ex continuatione poſſeſſionis virtute ſtatuti Bononien.Statil.deciſ.88.numero 5.

38 Quod quidem reſiduum præſumitur eſſe ſufficiens ad Surd.deciſ.44.num.16.conſ.513.num.2. Statil.de ſalu.inſpect.3. cap.3.num.35.

39 Et quia non fuit circa hæc quicquam actitatum & actores defecerunt in hoc ſalutari, abſolutoriæ ab obſeruatione iudicij, fuiſſe locum manifeſtum eſt ad Caſtr.conſ.219.ſub nu.2.lib 2.& ad punct.1 in fin.ſupra. Seraph.deciſ.1157. verſic.nec obſtat: Vbi dum non conſtat rem non poſſe recuperari nõ eſt factus locus pacto reſolutiuo.

40 Quod pertinet ad ſecundum membrum principale, dicitur quod dicta de orta, & patta liberatione in antecedentibus multò fortius vendicant ſibi locum, vbi traditio interuenit, ſiuè vera, & actualis ſiuè ficta per conſtitutum, vt in terminis Natt.conſil.496.num.17. Aſin.de execut. §.7.cap.268. ſub num.27.verſic.licet prædictis, fol.238.& verſic.minus etiam, colum.4.in princ.fol.239.& verſic.vltimo loco, colum.2.fol.240. & cap.293.per tot.fol.247.& §.4.cap.51.num.4.& ſub num.5.vbi in conditionali fol.202.& in eiſdem term. Non.conſ.81. in fin.Rota diuerſ.deciſ.132.num.5.lib.1. Soc.conſil.41.num.27.lib.3.etiam in terminis.

41 Et propter hoc diſtinguitur caſus. Dec. in conſil.12. quod in ſuo caſu contractus in ſolutum dationis non erat perfectus omni perfectione, quia res non erat tradita, ne quidem per conſtitutũ; ſecus vbi interfuit traditio per conſtitutum, vt precisè ſub his verbis Syluan.conſ.102. ſub num.39. & 40.& Natta d.conſil.496.ſub num.16.in fin. & numero 17.nec diſſenſit Alba. in d.conſ.367.num.3.

42 & 4. † Dum quia contractus eſſet nullus, ideo conſtitutum non operari effectum ſuum aſſeruit aliud à contrario dicturus.

43 Nec etiam Cioff. in conſil.44. dum citat Corn. Ruin. & alios, qui in fronte viſi diſtinguunt, vt ſine traditione datio in ſolutũ cenſeatur pactum de in ſolutum dando, ſecus verò ſi cum traditione vera,

44 aut per conſtitutum. Quia † Doctor intelligendus venit ſecundum iura, quæ allegat Surd.deciſ.126. ſub num.12.& conſ.177.num.17.

45 Et tunc operatur conſtitutum appoſitum in cõtractu conditionali conditione adueniente, Tiraq. de conſtitut.ampliat.17.num.1.& ſeqq. Marta voto 200. num.14. Theſaur. deciſ.158. ſub princip. Crau.conſ.272. Maluaſ.conſil.34.num.29.Bertaz. clauſu.30.gloſ.30. gloſ.6.num.14. Rot.diuerſ.deciſ.132.num.6.lib.1.

46 Conſtitutum verò huiuſmodi cum interceſſerit in tranſactione ſumus in claris, & in deciſis, quibus ſtandum eſt, nec eſt opus argumentationibus, vel alijs diuerſionibus ad extranea ad l.ancillæ, C. de furt.l.continuus, §.cum ita, de verb.oblig.

47 Et ſi replicetur conſtitutum adiectum contractui nullo eſſe nullum, iuxta Alba. d.conſ.367. numero 4.lib.2. Tiraq.de conſtitut.par.3 limit.7.hic autem dationem in ſolutum eſſe nullã ratione incertitudinis loci, & quotæ, & ideo nihil operari, vt in puncto Morot. & alij ſupra cit. num.32.

48 Meminiſſe oportebit nos eſſe in limitatione, quã latè defendimus ſupra punc.4.per tot. vbi incertitudinem non vitiare in caſu dotis oſtenſum fuit.

49 Quæ quidem ſaltem habebunt locum contra ipſummet debitorem in ſolurum dantem, quicquid aliud ſit contra tertios poſſeſſores.

50 Ratio differentiæ afferri poteſt, quia quoad debitorem contractus principalis tenet, & ideo acceſſorium etiam.

51 Quia acceſſorium ſequitur naturam principalis, cap.acceſſorium, de regul.iur. in 6. & ad cit. mox, num.47.

52 At quoad tertios poſſeſſores non tenet contractus in eorum præiudicium, ideo conſtitutum antea factum in alio inſtrumento non nocet ipſis acquirentibus, & poſſeſſionem adipiſcentibus ad materiam, l.quoties, C.de rei vendic.

53 Et conſtitutum ſolum prodeſt ad transferendũ poſſeſſionem, ſeu dominium concurrentibus extremis, à quo. ideſt, quod conſtituens tempore conſtituti poſſideret. Tiraq.de conſtitut.limit.1. per tot. Schenard.conſ.43.num.12.par.1.

54 Et extremo ad quem; ideſt, quod tempore conditionis purificatæ etiam poſſideret Carroc. deciſ.3. per tot. Magon. deciſ.Lucen.21.num.10.& ſeqq. Tiraq.de conſtit.par.2. ampliat.17. per tot.

55 In tantum, quod ex clauſula ex nunc, prout ex tunc non poſſet fieri retrotractio ad tempus cõtractus, vt in term. Marcabrun.conſ.31.n.62.& ſeqq. Men.conſ.946.nu.5.33.& 34.lib.10.Gabr.cõſ.185 num.6. & ſeqq.lib.1.

56 Et in datione in ſolutum cum tota clauſula ex nunc prout ex tunc Maluaſ.conſ.34.num.13.14.16 17.18.33.34. iuncto num.8. vol.1.

57 Quia in præiudicium iuris quæſiti alteri medio tempore conditionis implementum non retrotrahitur Bart.in l.ſi vxor, §.ſi vxorem, ff.de adult. Magon.d.deciſ.Lucenſ.21.num.14.& 15.

58 Quæ ratio intrans ad fauorem tertij poſſeſſoris, vbi conſtitutum ex iure communi effectum operaretur, idem erit in caſu dotis. Vbi ex iure ſpeciali operari poteſt ſuum effectum non obſtante incertitudine, quia diuerſa ratio afferri non poteſt.

59 Sed in ipſo debitore poſſeſſore, ratio hæc omnino ceſſat, quia nec egemus retrotractione, nec refert quod de ſuo damno tractetur, quia ex proprio conſenſu afficitur, & etiam ceſſat, quod res incerta non poſſit poſſideri ex Surd.in term.conſ.225.numero 12. quia cum ipſo venditore poteſt ſtatim certificari.

60 Et in caſu dotis eſt in termin. deciſ.Magon.Lucenſ.20.num.29.& Aſin.in tract.de execut.§.7.ca-

61 pit.270.num.10.In hæc formaliter verba, † *conſtitutum ergo in inſtrumento dationis in ſolutum appoſitum poſſeſſionis tranſmiſſionem operatur, vt habetur in l.quod meo, ff.de acquiren.poſſeſſ.etiam quod incertitudo allegaretur, quæ in contractu dotis obſtare non debet.*

debet. cui eo magis deferendum eſt, quod materiam ex profeſſo tractat.

62 Et debet intelligi de debitore ipſo ſimul, & poſ-
ſeſſore rei in ſolutum datæ, ne dicatur ſibi contra-
rius. Dum ſuperius in eod. cap. 270. nu. præſertim
63 7. ait cum, † qui quæſiuit rei vindicatione agere
non poſſe. Et etiam dum ſub eod. num. 7. ad fin. po
64 nit quod † ne quidem actione perſonali poſſet ob-
tineri, cui regulæ ſtatim ſubijcitur limitatio.

65 Quæ vt ſit de regula ad trad. Doct. in l. 1. ff. de reg. iur. & maximè ne videatur ſibi contrarius propter dicta etiam in alijs locis, vt ſupra, num. 27. & ſeqq. & num. 32. nec aliis Doct. qui in terminis dotis quoad tertios contra ſcripſerunt, vt ſupra d. numero 32.

66 Nam verba etiam vniuerſalia tantò magis indefinita reſtringuntur, vt contrarietas euitetur, Rolan. conſ. 61. num. 58 vol. 2.

Et omnis probabilis humana, aut veriſimilis etiã minima occaſio, vel diſtinctio capienda eſt, vt quæ videntur contraria concilientur, Leum falſa, circa fin. C. de iur. & fact. ignor. Alba conſ. 287. numero 45, Surd. conſil. 357. numero 24. Boer. deciſ. 152 numero 1.

69 Et fauorabiles dicuntur illæ opiniones, & ſequẽdæ, quæ per diſtinctiones concordant. cap. ſuper literis, & ibi Imol. de reſcript. latè Iaſ. in omni diſpoſitione conſ. 38. nu. 4. vol. 1. Dec. in l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur.

68 Quia omnibus modis tollenda eſt contrarietas, l. 1. C. de furt. Pariſ. conſ. 70. nu. 6. vol. 1. ipſe latè in tract. meo, de interpret. inueſtit. l. 10. c. 3. p. 1. obſeruat. 2. per tot. & ſupra hoc punct. ad num. 32. in fin. & num. 35.

Vnde etiã ex capite traditionis ſaltem fictæ per cõſtitutum præſentem dationem in ſolutum ſubſtitiſſe, & liberaſſe concludendum ſit per prędicta, & præſertim, quia collatum fuit non poſt mortem d. Com. Vliſſis, ſed ad mortem eiuſdem ſine maſculis decedentis, quo caſu tempus eſt habile in term. Guid. Pap. quæſt. 268. & Marcabrun. conſ. 31. numero 62. & ſeqq.

69 Sed his omnibus accedat, quod ſumus in nouatione non accumulatiua, ſed extinctiua, ideo prior obligatio ad pecuniam omnino extincta fuit, & orta eſt noua ex nouatione ad rem, vt in term. Socin. iun. conſ. 41. num. 30. lib. 3. Syluan. conſ. 102. nu. 24. 25. 26. 32.

70 Et eo ipſo ſumus in nouatione extinctiua, quod
tranſactum eſt, de tranſactione enim legitur, quod
per eam omnis prior obligatio tollitur, vt not. in l.
ſiue apud acta, & in l. ſi pro fundo, C. de tranſactio.
71 Gozad. in term. conſ. 38. num. 9. & ſeqq. † In tan-
tum quod primæuis actionibus agi non poſſit Nat
72 ta conſil. 133. num. 5. † Et eſſe omnino agendum
ad implementum, & ad obſeruantiam, vltra Natt.
Surd. in term. deciſ. 266. num. 12. conſ. 447. ſub nu-
mero 38. 39.

73 Et etiam ſumus in nouatione extinctiua, quia hęc ſe non compatiuntur, quod ſit debita pecunia ex prima obligatione, & quod non ſit debita, ſi D. Cõ. Vliſſes deceſſiſſet cum maſculis, ex ſecunda, quãdo autem actus inuicem ſe non compatiuntur nouatio inducitur extinctiua, vt latiſſimè Surd. conſ. 145 num. 24. & ſeqq. conſ. 345. nu. 33. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 17. tit. 3. num. 13. & ſub num. 17. Item adeſt hic obligatio minus tempore, quia fuit dilata ſolutio ad tempus mortis eiuſdem Com. Vliſſ. ſi ſine maſculis, id autem abſorbet, extinguitq; primã obligationem. Surd. conſ. 345. num. 37. maximè hic vbi ex alio extinguitur, nempè ex ſtipulationibus, quæ inducunt nouationem data incompatibilitate actuum Gabr. conſ. 81. ſub num. 3. & 4. lib. 1. ad Honded. conſ 40. num. 16. & ſeqq. lib. 1.

74 Et eſt indubitata nouatio in caſu noſtro, quia in inſtrumento tranſactionis fuit inter clauſulas liberatorias habita relatio ad formula. Bon. anni 1582. vbi in formulario dotis, fol. 8. à tergo, hæc leguntur verba. *Etiam per Aquilianam præcedentem, & acceptilationem illius immediatè ſubſequentem nouandi animo legitimè interpoſitas*; ergo ſumus in clauſis ex natura relationis, iuxta not. ad punct. 3. nũ. 47. huiuſmodi verò clauſula, ita inducitur nouatio extinctiua, vt ea perimat omnes antecedentes obligationes, & auferat omnem ſpem abſoluentis, ſeu liberantis, l. Aquiliana, ff de tranſactio. l. & vno, §. fin. ff. de acceptil. §. eſt autem prodita. Inſtit. quib. modis, toll. oblig. & ibi omn. Doct. Roman. cõſ. 22. ſub num. 3. Surd. conſ. 308. nu. 31. & adeſt vlterius cõmemoratio primæ obligationis, quę data incompatibilitate nouationem parit extinctiuam. Honded. conſ. 40. num. 32. in fin. lib. 2.

75 Nouationem verò loco ſolutionis cedere, & liberare eſt text. in l. ſi rem, §. ſi duo, ff. de nouat. l. cũ qui ita, §. qui proprietatem, & ibi not. Iaſ. num. 2. & in §. ſi hominem, num. 3. ff. de verb. oblig. Mant. de tacit. & ambig. d. lib. 17. tit. 6. ſub num. 7. verſic. neque obſtat.

76 Ita quod imputãdum dicatur creditori, qui pro ſolutione nouam promiſſionem acceperit, vt dicit Afin. de exec. § 7. cap. 277. in fin. fol 243. & Natt. d. conſ. 496. ſub nu. 20. vbi hoc dicit ad literam.

77 Quare, quoquo te vertas, procedat concluſio dationem in ſolutum præſentem extinxiſſe primã obligationem in credito pecuniæ conſiſtentem, & ab ea liberaſſe, ſeu non obſtante, præſuppoſito defectus traditionis in tranſactione (dum nondum conſtat de defectu in executione) ſeu ſtante conſtituto, ſeu attenta nouatione extinctiua. Et ita, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Proteſtatio reſeruatiua primarum hypothecarum, vel iurium iura priſtina conſeruat, num. 1.

Eadem clauſula operatur clarè, quod partes noluerunt à prima obligatione recedere, num. 2.

Reſeruatio generalis generaliter eſt intelligenda in omnibus caſibus, num. 3.

Effectus ex cauſa dignoſcitur, num. 4.

Tria pericula adhuc imminentia poſt dationem in ſolutum conſiderantur, num. 5.

Primum

Primum ſi res non tradatur, quia tradi non poſſit, ſub eodem.

Secundum ſi res fuerit quidem tradita, ſed poſtea euicta, num. 6.

Tertium ſi anterioritas maneat in diſcrimine quoad tertios poſſeſſores, ſeu in concurſu aliorum creditorum num. 7.

Quibus omnibus in caſibus ſuccurſum eſſe debet creditori, cui ex nulla ſui culpa res data in ſolutum de manibus elabitur, & ſub num. 11. num. 8.

Nemo debet cum aliena iactura locupletari, nec creditor ſine culpa ſua, imò ex beneficio damnum pati, numero 9.

Fundamentum ſubſiſtentiæ dationis in ſolutum, pendet ex irreuocabilitate rei traditæ, num. 10.

Reuocabilitas, vel irreuocabilitas non detegitur, niſi ex euentu, dum interim, vel non traditur, uel traditum euincitur, & è contra, num. 11.

Datio in ſolutum ſecundum quid abſolutè dicitur liberare, ſecundum verò aliud ſuſpenſiuè tantum, ſub eodem.

Maius periculum creditoris verſatur in concurſu contra tertios in hypotheca fortè anteriores, num. 12.

An creditor contra tertios poſſit vti primæuis iuribus, patitur difficultatem, num. 13.

Quando primæ hypothecæ datione in ſolutum fuerunt extincta, amplius non reuiuiſcunt, nec amplius competunt ex ſententia plurium Doctorum, numero 14.

Quando creditor accipiens in ſolutum, vult poſſe redire ad primæua iura, debet vti dicta proteſtatione, numero 15.

Quanquam hodie contraria opinio, quod poſſit vti, & quod reuiuiſcant magis obtineat, num. 16.

Proteſtatio reſeruatiua eſt valdè vtilis, & ad maiorem cautelam ad euitandas perplexitates, num. 17.

Proteſtatio reſeruatiua multum operatur, num. 18.

In caſu dotis agi poteſt ex primæuis iuribus, etiam ſi non fuerint reſeruata, num. 19.

Quod primæuis iuribus quis vti poſſit, quibus caſib. procedat, declaratur, num. 20.

Omnia iura, & Doctores ponunt caſum, vbi vel res non poteſt tradi, vel tradita euincitur, ſub eod.

Et num. 21. cum ſeqq.

Reuiuiſcunt vtiles actiones, etiam contra fideiuſſores, ſi debitor fiat non ſoluendo, & ſi fundus in ſolutum datus fuit ab alijs creditoribus euictus, num. 22.

Non poteſt amplius agere creditor, niſi in caſu euictionis reſeruato, num. 23.

Proteſtationes non releuant cum caſus reſeruationis nondum venit, num. 24.

Natura reſeruationis eſt operari veniente caſu, numero 25.

Reſeruantur iura priſtina in caſu, in quo optatio non poſſet habere effectum, num. 26.

Datio in ſolutum non ſubſiſtit, vbi datum in ſolutum euincitur, quia perinde eſt, ac ſi ſolutum non fuiſſet, num. 27.

Et agitur ex primæuis iuribus in ſubſidium, & remedium eſt ſubſidiarium, num. 28.

Huiuſmodi caſus ſubſidij non poteſt dari, vbi hypothecaria abſolutè competeret, ſub num. eodem.

Intelligere quod omnia iura ſint reſeruata eſſet quædam contrarietas, num. 29.

Quæ contrarietas euitatur limitando reſeruationem in caſibus prædictis, ſub eod.

Gozadin. opinionem referunt, alij, & ſequuntur, numero 30.

Proteſtatio dicitur contraria facto, quando totum factum deſtruit, ſecus verò vbi tendit ad limitationem, num. 31.

Reſeruatio limitanda eſt ad caſum poſſibilem pro euitanda contrarietate, num. 32.

Referuntur verba Merlin. in propoſito, quod reſeruatio non habeat locum, niſi dictis caſibus, num. 33.

Notabilis eſt practica, quod quando datur in ſolutum, id fiat cum reſeruatione iurium, num. 34.

Proteſtatio reſeruatiua arguit, & firmat eſſe dationem in ſolutum, num. 35.

Tantum abeſt, vt eam deſtruat, num. 36.

Datio in ſolutum deſtrueretur, ſi primæua iura viua remanſiſſent, num. 37.

Contraria ſunt ſolutio, & obligatio, & qui ſoluit id agit, vt ſe liberet, non vt ſe obliget, num. 38.

Et eſſet reſeruatio deſtructiua, non limitatiua, numero 39.

Proteſtatio inhærendo, & ius iuri addendo, non facit quia derogatum ſit primo actui, per ſecundum incompatibilem, num. 40.

Poſteriora derogant prioribus non ſe compatientibus inuicem, & ibid. notab. dictum in propoſito Seraph. recenſetur, num. 41.

Abſurdum eſt, quod vnus, & idem actus inducat vitã obligationis, & interitum eiuſdem, num. 42.

Referuntur quædam iura, in quibus primæua iura probantur remanſiſſe, & num. ſeqq. num. 43.

Proteſtatio reſeruatiua ſtare dicitur etiam ad abundantem cautelam, num. 44.

Sed in alijs terminis num. 45.

Aliud eſt dare caſus, in quibus prima iura remanſerunt, & aliud vbi extincta ſint, ſed quod reſurrexerint, num. 46.

Noſter caſus eſt reuiuiſcentiæ, ille verò remanentiæ primorum iurium, & ex diuerſis non infertur, numero 47.

Concluſio, quod reſeruatio nihil obſtet, quominus per dationem in ſolutum primæua iura non fuerint extincta, ita quod agi non potuerit ex eis. num. 48.

P V N C T V S VIII.

MAgnam verò difficultatem ſexto loco facere videbatur Dominis, proteſtatio, de qua in inſtrumento tranſactionis in illis verbis, *& citra præiudicium aliarum hypothecarum ipſorum coniugum, & iurium competentium, vt ſupra ſtatuit, &c.*
1 Per quam iura priſtina expreſsè dicuntur reſeruata, vt notant Doctor. in l. penult. & in l. fin. ff. de præter. ſtipulat. in l. qui vſumfructum, ff. de verb. obligat. & in termin. terminan. Gozadin. conſ. 38.
2 num. 2. † Vbi attenta dicta clauſula apparere dicit, clariſſimè noluiſſe tranſigentes in aliquo eſſe derogatum primæ obligationi, & in incertis, non incertis

tis eſſe locum coniectutis,& videtur aſſentiri Surdus deciſio.226. ſub num.6. ſub verſic.idem tenet Bartol.

3 Maximè, quia dicta reſeruatio apparet generaliter, & indiſtinctè facta, & ideò operari debet in omnibus caſibus, vt ait Barz. deciſ. Bonon.15.numero 16.cum alijs ſimilibus, quæ afferri poſſent.

Quibus tamen minimè monentibus, viſum eſt mihi dictam reſeruationem, malè appellati, quia in eius caſu verè non verſemur.

4 Nam, vt ex cauſa cognoſcitur effectus, cauſam huiuſmodi reſeruationis (queſo) reperamus.

5 Poſtquam datio inſolutum facta eſt, tres adhuc triſtes euentus imminent, ſeu tria adhuc pericula ſuperſunt creditori in ſolutum accipienti, primum periculum eſt ſi res in ſolutum data fortè in effectu tradi non poſſit, iuxta dicta in puncto antecedenti, num. 17.

6 Secundum periculum eſt, quatenus res fuerit quidem in effectu tradita, ſed tamen poſtea euicta.

7 Tertium eſt, quatenus ex defectu rei non traditæ, ſeu ex cauſa euictionis ſubſecutæ creditor deſiderat reintegrari ad conſequendum ſuum creditum per hypothecariam cum tertijs, vel poſſeſſoribus, vel creditoribus.

8 Nam his omnibus caſibus æquum eſt, vt creditori (cui ex nulla, ſui culpa de manibus elabitur illud, quod ſibi pro credito ſuo datū fuerat) ſuccur-
9 ratur. † Ne alius cum aliena iactura locupletetur, nec ipſe creditor damnū ſine aliqua ſua culpa, Imò verò ex beneficio conſequatur, vt eleganter in propoſito doctiſſimus Præceptor meus D. Gaſp. Ant. Theſaur.q.forenſi,88. ſub num.3. lib.2.

10 Et in hoc conſiſtit fundamentum, cur velit lex ſubſiſtentiam dationis in ſolutum pendere ex irreuocabilitate rei traditæ in ſolutum, per text. in l.ex ſextante,§. Latinus largus,& ibi Bart.ff.de except. rei iudic.Fab.de Ann.conſ.90. Coſt.de ratio.ratæ, quæſt.237. num.2.

11 Quæ irreuocabilitas, vel reuocabilitas, vt nō detegitur, niſi ex euentu, dum interim, vel non traditur, vel euincitur traditum, & è contra, qui euentus vt poteſt ſemper ſuccedere, ita ſecūdū quid, datio in ſolutum abſolutè dicitur liberare, ſecundū verò aliud ſuſpenſiuè tantum ad eund. D. meum Theſaur.d.quæſt.88.num.1.2.ſub 5.6.ſub 8. quicquid ſit, ſufficit quod indemnitati creditoris accipientis rem in ſolutum ſit ſuccurſum, ſi res in effectu non tradatur, vel ſi tradita euincatur, vt de primo ſunt iura in dicto puncto antecedenti num.24. 25.& 26. ad ea remitto, & de ſecundo erunt iura infra num.21. & ſeqq.citand.

12 Sola difficultas,& maius periculum imminebat accipienti in ſolutum, in iurium ſuorum anterioritate, nam agendo cum tertijs poſſeſſoribus, & dimetiendo hypothecam ſuam ex poſteriore inſtrumento, ab eis fortè anterioribus facilè vinci poſſe contingeret.

13 Sed, & an idemmet poſſet dimetiri hypothecas ex prima obligatione, ſecundum quas eſſet anterior res videbatur in aliqua difficultate verſari.

14 Quia illæ hypothecæ fuerunt per actum dationis in ſolutum extinctæ, & ideo non reuiuiſcunt, nec amplius competunt, l. nihil intereſt, & ibi Salycet. C.de ſolut.in tantum, quod iſtam opinionem exactiſſimè defenderit Surd. deciſ.266.num.4. & ſeqq.& conſ.145.num.14.& ſeqq.lib.1. Rim.ſen. conſ.242.nu.4.vol.2. D.Caball.conſ.81.n.4.lib.2.

15 † Vbi quod quando creditor accipiens dationem in ſolutum à debitore vult poſſe redire ad primæuum ius ſibi competens euictione ſecuta debet expreſsè hoc agere per pactum vtendo cautela Bart. & Cæpol. vt ibi per eum, & eadem difficultas eſſet in concurſu cum alijs creditoribus, Ad.d.Theſ. d.q.88.lib.2. aliàs non poteſt ait Seraph.dec.1114. num.2 3.

16 Licèt verò hodie magis obtinere videatur contraria opinio, quod ex primęuis actionibus agi poſſit Afflict.deciſ.16. D.Motor.de ſecun.cred.offer. num.33.& ſeqq. Schenard.conſ.44.num.10 par.1. Statil.de Saluian.deciſ.103.ſub num. 1.& ſtrenuè, & optimè Dom. meus Theſ. d.qu.forenſi.88. per tot.lib 2. vbi etiam reprobat dictam dec.Surd.266 num.4.& ſeqq.& num.13.

17 Tamen eſt valde vtilis dicta proteſtatio, ſeu ad maiorem cautelam, ad euitandas omnes difficultates, ſeu ad euitandas perplexitates, vt tradit D.Theſaur.d.q.88.ſub num.2.& num.9.& ad Merlin.cu-
18 ius verba, infra nu.34. referuntur. † Et Statil. deciſ.158. in fin.num.7. Vbi quod proteſtatio reſeruatiua multum operatur ex Cæpol.cautela 123.ſecundum quàm etiam indicauit excellentiſs. Senat. Taurin. vt ait D.Theſ. ſub d.num.9.

19 Quamquam in caſu dotis citra etiam dictam reſeruationem primæuis iurib. liceret expediri, l.qui res,93.in princip.& ibi Bart.ff.de ſolut.& idē Bart. in l.ſi quis aliam 46. ſub num. 2. verſic.prædicta, ff. eod.tit. Bald.in l.libera, C.de ſenten.&c. & in conſil.289.vol.2. Alba.conſ.367.num.5.lib.2. Aſin.de execut.§.7.cap.190. ſub num.4.fol.247 & §.4 c.2. in fin.fol.88. Berret.conſ.125.num.6. D.Theſ.d.q. 88. ſub num.13. lib.2.

20 Hoc autem, quod poſſit experiri primæuis iuribus, ſiue in vim reſeruationis expreſſæ, ſiue in vim reſeruationis tacitæ in caſu dotis,& hodie etiam in alijs ex magis communi, vt ſupra num.16. erit ne verum in omni caſu, id eſt ſi res poſſit tradi, vel ſi res tradita non fuerit euicta? hoc verò nihil abſurdius, ſed erit verum,& procedet in caſibus, in quibus loquuntur Doctor. nempè, vel in caſu rei non traditæ, & quæ non poſſit tradi, iuxta antec.punc. num.17.& ſeqq. eo te iterum delego, quia ſunt doctrinæ, & caſus in terminis, vel in caſu euictionis ſequutę, in quibus demum caſibus verificatur, rem non fuiſſe factam irreuocabiliter creditoris, in quo, ſtat fundamentum regreſſus, ſeu reintegrationis, ad iura primæua, vt dicebamus, num.10.

21 Prout in terminis iſtis vltra Doct. ſupra nu.14. & ſeqq.citat. loquuntur omnia iura, & Doct. alibi, d.l.ſi quis aliam, num.46.d.l.qui res, 94. in princip. ff.de ſolutio.l.ſi prædium, 4. C.de euict.& ibi Bald. l.eleganter, 24.in princ. ff.de pign.act.d.l.libera.8.

C.de

Digitized by Google

C.de ſentent.&c. Surd.d.conſ.145. ſub nu. 12.per
tor.& ſub num.20. verſic.5.hoc videtur,vbi expli-
car gloſ.in caſu ſi contingat rem euinci.& num.23
vbi refert,& intelligit proteſtationem Cæpol.in ca
ſu euictionis Aſin.de execut.§.4.cap.2.vbi dat for-
mulam in caſu euictionis Statil.de ſalu.inſpectio.3
22 cap.2.num.208. † Vbi reuiuiſcere vtiles actiones,
etiam contra fideiuſſores ſi debiter fiat non ſoluen
do, & fundus in ſolutum datus ab alijs creditorib.
euincatur,pro quo etiam Surd. d.conſ.145.nu.39.
& 40.vbi etiam ſi caſus reſeruatus veniat, & clarè
23 Burſat.in conſil.428.ſub num.31.lib.4.† Vbi quod
non poteſt amplius agere creditor, niſi in caſu eui-
ctionis ſibi reſeruato,& ſub num.33.ſub verſic.ſe-
cundum.
24 Vbi quod nec proteſtationes oberunt, cum ca-
ſus reſeruationis nõdum euenerit Alba. conſ.347.
25 num.5. † Vbi quod natura reſeruationis ſit ope-
rari eueniente caſu,& ſub num.4.
26 Vbi quod reſeruantur iura priſtina in caſu quo
opratio non poſſet habere effectum, Dom.Theſ.
d.quæſt.88.ſub num.4. & ſeqq. maximè in ratio-
27 ne,ſub num.6. Quod † datio in ſolutum non ſub-
ſiſtit vbicumque res, vel bona in ſolutũ data euin-
cantur, & perinde eſt, ac ſi ſolutum non fuiſſet, id
enim dat cauſam regreſſui ad primæua iura. Et
28 præcipuè ſub nu.3. Vbi † quod agitur ex primæ-
uis iuribus in ſubſidium,& num.fin. vbi quod hoc
remedium eſt ſubſidiarium. Item Gozad.in d.con
ſil.38. ſub num.12. verſic.non obſtat ſecundum;
dum reſpondet ad obiectum per eundem antea fa-
ctum, num.2. Et obſeruat rectè, quod intelligere,
29 quod † omnia iura ſint reſeruata eſſet quædam cõ
30 trarietas, ideo proteſtatio debet ſaluari in eo, † in
quo non ſit cõtraria principali diſpoſitioni. Quem
referunt,& ſequuntur paſſim alij Statil.de ſaluian.
deciſ.8.num.4 & deciſ.158.ſub num.5.& in termi
nis proteſtationis loquitur etiam Burſat. nunc cit.
numero 24. bene declarat Statil. deciſio. 182. ſub
31 num.4. † Vbi quod tunc proteſtatio dicitur con-
traria facto quando totum factum deſtruit, ſecus
verò vbi tendit ad limitationem actus, vt in caſu
noſtro interpretando,vt ſupra. & ad eundem Sta-
32 til.in deciſ.149.num.19. † Vbi reſeruationem li-
mitat ad caſum poſſibilem pro contradictione eui-
tanda,vt ibi. & ad Mart.infra num.40.citan.eò re
curre:quia idem tenet cum aliis,vt mox citat.adeo
quod de opinione Gozad. non ſit vatillandũ, quia
ratione fundata,& communiter tenta,& per Mer-
lin.deciſ.Lucenſ.33. ſub num.13.
33 Vbi in hæc verba, *quod dicta clauſula habet locũ*
in caſu euictionis, & moleſtia, & per illam non dici-
tur mutata natura, & ſubſtantia contractus dationis
in ſolutum, ſed tantummodo prouiſum in caſu euictio
34 *nis, ſeu moleſtia*,& nu.14. † *Quod eſt notabilis pra-*
ctica, quod quando datur aliquid in ſolutum appona-
tur pactum,quod ſi contingat rem euinci à prima obli
gatione non diſcedatur,quod eſt vtile propter fideiuſ-
ſores, & propter hypothecam antiquiorem tempore,
& propter multa, &c. vt ibi per eum.
35 In tantum,quod in ſequentibus verbis ſub eodẽ
num.14. ex dicta clauſula reſeruatiua eſſe in ſolutũ
dationem caſum ſuum magis arguat, & firmet.
36 † Tantum abeſt, vt ex dicta clauſula materia de-
37 ſtruendi actum principalem quærenda ſit.† Prout
contingeret deſtrui dationem in ſolutũ,ſi primæua
iura,viua remanſiſſe per eam concederemus. Sunt
38 † enim contraria ex diametro ſolutio, & obliga-
tio, nam per dationem in ſolutum, qui ſoluit, id
agit,vt ſe liberet à prima obligatione, & credito,
non vt ſe obliget, vt in puncto Syluan. conſ.102.
39 num.24. † Et eſſet reſeruatio deſtructiua non li-
mitatiua contra Statil. & alios ſupracit. & contra
40 Matt. de clauſ.286. Vbi num.2. † excipit actum
incompatibilem, ita quod non obſtante clauſula
inhærendo, & ius iuri addendo, poſterior contra-
ctus deroget primo.
41 Quod poſteriora derogent prioribus non ſe cõ-
patientibus inuicem Mantica. de tacit. & ambigu.
lib.17.tit.3.num.13.& ſub num.17. & ad ſup.pun
cto antecedenti,ſub num.73.in tantum vendicat Se
raph in deciſ.1343. num.1. d.clauſulam tanquam
contrariam, & incompatibilem cum priore inſtru
mento eſſe vel reijciendam, aut commoda inter-
pretatione conciliandam,nempè quod in euẽtum,
quod concordia, non obſeruaretur, poſſet ſemper
rediri ad priorem obligationem, & ſe iuuare prio
re inſtrumento, quod per concordiam ad hunc ef-
fectum partes noluerunt eſſe extinctum: vis rem
clarius expreſſam?
42 Et quidem quę abſurditas, quod vnus, & idem
actus induceret vitam. & interitum, ſimul vno, &
eodem tempore,interitum primę obligationis pro
pter dationem in ſolutum, & vitam eiuſdem con-
tra dictum Cranet. in conſ.985. num 89. lib.6. &
ex his remanet ad contraria ab initio adducta etiam
ſatisfactum.
43 Nec hic obijciantur alij caſus,in quibus primæ-
ua iura probentur remanſiſſe, vt apud Hond. con-
ſil.40.num.28.& ſeqq.lib.2. Mantic.d.lib.17.tit.1.
num.15.& num.16. Coſt.de rat.q.124.nu.20.21.
apud Statil.de ſalu inſpect.5.cap.1.nu 68.& ſeqq.
Surd. conſ.383. num.20. iunct. num.18.25. con-
ſil.345.num.11. & ſub 36.deciſ.182.num.2. & 3.
44 apud Burſat.conſ.101.num.4.23.& 24.† Vbi ali-
quando abundè poni huiuſmodi clauſulam apud
Grat.conſ.126. num.7. & 8.lib.2. Rota diuerſ. de-
ciſio.338.num.1. & 2.par.1. apud eundem Statil.
deciſio.172. num.4.5.6. apud Mart. clauſ.286. in
princip.& nu.1. & ad clauſ.295.par.1. Maſtril.de-
ciſ.120.lib.2.
45 Quia loquuntur in alijs terminis,ſcilicet,vbi nõ
eſt actuum totalis incompatibilitas,ſeu non eſt no
uatio,aut ſi eſt,non eſt extinctiua, ſed accumulati-
ua tantum.
46 Et præterea aliud eſt dare caſus, in quib. reman
ſerint iura prima: aliud vbi extincta, ſed quod re-
ſurrexerint.
47 Nos in caſu reuiuiſcentiæ verſamur, non rema-
nentiæ, ideo ex diuerſis, &c.
48 Ex quibus ſtet concluſio reſeruationem, nihil
obſtare, quoniam per dationem in ſolutum pri-
mæua

Digitized by Google

mæua lura non fuerint extincta: ita quod agi non potuerit ex eis: prout, &cæt. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Exceptio inſurgens ex tenore inſtrumenti etiam non oppoſita attendi debet à iudice ex officio, num.1. & num.4. & 5.

Sufficit ſi oretenus, aut in iuris allegationibus opponatur, num.2. & num.3.

Attenditur etiam in ſecunda inſtantia, & quandocunque etiam in executione, vt de exceptione ſolutionis, num.6. & 11.

Exceptio maiori nititur æquitate, quàm actio, num.12.

Iuriſdictio non intelligitur deuoluta Iudici appellationis circa ea, quæ excedunt deducta in prima inſtantia, num.6.

Si veniant non adminiculatiuè, ſed cumulatiuè, vel extinctiuè, num.7. & num.8.

Ita quod clauſulæ ſalutares non ſuffragentur. num.9.

Et multò magis ſtante Stat. Bonon. num.10.

Petens executionem vigore clauſulæ, ſi quid exequendū debet iuſtificare executionem ex eiſdem actis. numero 13.

Reus poteſt executionem impugnare, etiam ex nouis, numero eod.

Excipiendo poteſt quid perpetuò opponi, quod non poſſet agendo, num.14.

P V N C T V S XI.

SEd pro obiectione octaua, an obſtet D. Lauræ connentæ, quod in ſpecie non oppoſuerit in actis de huiuſmodi exceptione dationis in ſolutum & iurium ex ea extinctorum?

1 Et breuiter reſpondendum eſt nō obſtare, quia iſta exceptio inſurgit ex tenore ipſius tranſactionis productæ in iudicio, vnde ſufficit, etiam ſi pars nō oppoſuerit, vt Iudex poſſit ex proprio officio ſupplere, Bart. in l. eum qui ita, 56. §. qui ita ſtipulatur,
2 ſub nu.4. & ibi etiam bona add. Alexan. nu.5. † vbi ſubdit ſufficere ſi poſtea hoc ſimpliciter allegaretur tempore allegationum, vt hic factum fuit per motiua elegantiſſima impreſſa, & exhibita. excell. D. Audit. primi ſentētiantis, & in eodem loco Iaſ. ſub num.12. & communiter alij, de verb. obligat. Roman. eleganter in conſ.244. ſub num.5. verſic. breuiter reſpondetur, pract. Papien. in reſp. rei conuent. verſic. ſaluis aliis exceptionibus, ſub num.7.
3 Vbi etiam dicit, † quod oretenus, vel in allegationibus iuris poſſunt opponi exceptiones ipſi obligationi, vel actioni à ſuo principio annexæ, & per Afflict. deciſ.354. ſub num.16. A fin. de execut. §.7. ca-
4 pit.55. num.8. Vbi quod licet † non opponatur exceptio ſi liquidò de ea conſtet ex eadem ſcriptura, Iudex ex ſuo officio ipſius rationem habere ſolet, & debet, & nouiſſimè D. Caball. conſil.46. num.9.
5 par.1. † Vbi cum exceptio inſurgit ex tenore eiuſdem conuentionis, & contractus, obſtat actori etiam parte non opponente.

Vnus ſcrupulus maneret; an ſcilicet poſſit attendi hæc exceptio, ex quo tranſactio, vnde oritur fuit
6 producta in ſecunda inſtantia. † Et non videatur iuriſdictio deuoluta ad Pariſ. conſ.365. nu.10. lib.4. Menoch. de retin. poſſeſſ. remed.5. num.94. Surd. deciſ.147. ſub num.1. & ſeqq.

Sed hoc reijcetetur in ipſoſmet actores, quatenus non poſſunt ſe iuuare huiuſmodi tranſactione, poſteaquam non poteſt intelligi adminiculatiuè ad deducta in prima inſtantia.

7 Quo caſu intraret Statil. de ſaluian. deciſ.53. n.4
8 ſed vel cumulatiuè, vel extinctiuè. † Vnde mutaretur facies cauſæ, & primæ inſtantiæ, & iuriſdictio non eſſet deuoluta ad Surd. in conſil 266. ſub numero 13.14.15. in terminis tranſactionis, & cumulationis.

9 Ita quod ne quidem ex clauſulis ſalutarib. poſſet eſſe ſuccurſum, vt ait Surd. in conſ.54. ſub n.18. & 19. lib.1.

10 Et multò magis ſtante Statut. Bonon. de inepta actio. & ſequen. vt infra punct.14. numero 3. quo remitto.

12 Cæterum quoad reum conuentum, quin poſſit quandocunque ſuis exceptionibus vti nulla lex prohibet, imò verò ſolutio etiam ipſam executionem impedit, l. ſi conſtat, C. de compenſat. Afflict. deciſio.121. num.3.4.5. Sola ad an. Sab. deciſ. de ordine proc. cau. inſtr. gloſ.3. per tot. fol 131. Barz. deciſ. Bo-
12 non.108. num.41. & 42. † Vbi quod exceptio maiori nititur æquitate, quàm actio, & ad fin. eiuſdē
13 deciſ. Statil. de ſalu. deciſio.53. num.5. & 6. † Vbi quod actor petens executionem vigore clauſulæ, ſi quid exequendum, illam tenetur iuſtificare ex eiſdem actis, reus verò non ſolum ex eiſdem actis, ſed etiam ex iuribus denuo deducendis, eam impugnare poteſt.

14 Et etiam certum eſt excipiendo poſſe quid perpetuò opponi, quod agendo non potuiſſet, Surd. deciſio.64. num.24. & ita concluduntur non obſtare D. Lauræ, quod exceptio prædicta non fuerit in actis expreſſim oppoſita, prout, &c.

Laus Deo.

S V M M A R I A.

Hypothecam priorem fuiſſe per poſteriorem extinctam examinatur, & num.1. & ſeqq.

Vna pars inſtrumenti influit in aliam, & omnium idem eſt iudicium, num.3.

Verba ex nunc inducunt nouitatem, & inchoationem, num.4.

Ratificatio in præiudicium iuris tertio quæſiti non valet ſub eod.

Hæc ſimul ſtare non poſſunt, quod quid nunc incipiat, et nunc non incipiat, num.5.

Vt actus dicatur factus vigore cauſæ præcedentis debet fieri ſecundum eius naturam, vel formam non præter, vel contra, num.6.

Mutata ſubſtantia hypothecæ de toto ad partem dicitur à prima hypotheca recedi. num.7.

Et idem ſi ſecunda hypotheca fiat ſub commemoratione primæ, quia inducitur nouatio, num.8.

Quæ

Quæ eſt extinctiua ſi adſit incompatibilitas actuum ,n.9.
Hypotheca de toto ad partem dicitur ſtare incompatibiliter,num.10.
Hypothecaria pro legatis dicitur diuerſa ab alijs , quia competit tantum pro rata,num 11.
Proteſtatio reſeruatiua contraria facto non attenditur . num.12.
Noua hypotheca tendens ad augumentum, non debet inducere nocumentum,num.13.
Proteſtatio reſeruatiua intrat , vbi non eſt nouatio , aut vbi nouatio eſt accumulatiua , num.14.
Etiam datio in ſolutum concernit cautionem ſub eod.
In caſu præſenti per hypothecam eſt diminutum de iure creditorum,per dationem verò in ſolutum pinguius cautum, num.15.

P V N C T V S X.

1 EXtinctio primæ obligationis , vel hypothecæ
(ad quam per interpretationem dationis in
ſolutum,de qua hactenus, conuincendam non par
uæ ſeſe obtulerunt difficultates) omnes tamẽ Dei
gratia, vt credimus,ſuperatæ) vltra omnem dubi
tationis aleam infertur ſi interpretemur hypothe-
cam eſſe non dationem in ſolutum , vno hoc ſcili-
cet iacto fundamento.
2 Quod etiam prima hypotheca fuerit per hanc
poſteriorem renouata extinctiuè,idenim probatur
ex eiſdemmet cauſis , quas adduximus ſupra pun-
cto 7.num.69. & ſeqq ſcilicet,propter ſtipulatio-
nes, liberationes Aquilianas ſtipulationes , de qui-
bus ibi .
3 Nam & eadem influunt in hanc partem tranſa-
ctionis,prout in alias,& ideo idem omnino eſt iudi
cium ad latè per Surd.conſ.a17.num.9.& ſeqq. &
ſub num.28.& ſeqq.lib.2.
Quibus accedere poſſunt motiua particularia ,
hoc ipſum in indiuiduo caput acu (quod aiunt)
tangentia , in primis verba ipſa ibi.
4 Ex nunc,quæ nouitatem inducunt , ſeu nouam
ex nunc inchoandam hypothecam , ſcilicet (quia
contractus eſt ſub conditione) ex nunc,ideſt habi-
ta ratione ad tempus conditionis purificandæ , ſeu
ad ſummum facta retrotractione ad tempus con-
tractus,ſi res ſit integra,iuxta explicata ſupra pun-
cto 7. num.55.& ſeqq & ad Hond. conſ.26.n.28.
lib.2. vbi quod interim re alienata non valeret ra-
tificatio in præiudicium tertij,iunctis etiam adno-
tatis ad punctũ 3.numero 5.6.7. ad quæ ne ſæpius
idem repetam, dimitto.
5 Ita quod hæc non poſſit eſſe eadem hypotheca
cum prima , & facta in executionem primæ. hæc
enim ſimul ſtare non poſſunt , quod hypotheca
nunc incipiat, & quod nunc non incipiat, vt patet
ad ſenſum .
6 Et etiam quia,vt actus dicatur factus vigore cau
ſę,ſeu obligationis præcedentis, neceſſe eſt, vt ſe-
cundum illius naturam , & formam fuerit factus ,
non autem pręter, vel contra , vt pulchrè per Ro-
tam diuerſ.deciſio.262. nu.1.par.2.
7 Et etiam, quia mutata fuit ſubſtantia hypothe-
cæ,quia cum prima hypotheca eſſet tota, & in ſoli
dum in d.prædio,hodie per dictã tranſactionem re
dacta eſt,ſeu reſtricta ad partem tantum , & pro ra
ta quantitatis debitę , iuxta dicta ad primũ punct.
n.5.& ſeqq.& etiã,quia ſecunda hypotheca fuit fa
cta ſub cõmemoratione primæ , vt patet nõ ſemel
ante,& poſt,& in ipſomet verborũ centro,per quę
8 conſtituta prætenditur hypotheca † Et ex quo in-
duci nouationem certum eſt,ex l.1.ff de nouat. Ca
ſtren.in l.qui bis idẽ,n.2.ff.de verb.oblig Surd.cõ-
ſil.345.nu.19.circa princip.& conſ.385.nu.13.
9 Et quidem extinctiuè maximè data incompati-
bilitate, vt declarat Onde l. conſ.40. ſub num.32.
lib 2 & ad alios cit.d punct 7.ſub num 73.
10 Quæ incompatibilitas de toto ad partẽ eſt ma-
nifeſta , quia vbi potuiſſet creditor aggredi poſſeſ-
ſionem totius rei in ſolidum , & indiſtinctè, vnde
citius,& commodius fuiſſet ſibi ſatisfactum,nunc
non poteſt ingredi , niſi in parte pro rata crediti .
11 † Quæ ſunt diuerſa , & contraria remedia, prout
dicimus de hypothecaria pro legatis,quæ quia pro
rata tantum competit,ideo ab alijs diuerſa appella
tur l.1 & ibi Doctor. C.commun.de leg. Alba.con
ſil.286.Coſta.de ratio.rat.q.105. vt propterea non
poſſit negari receſſus à prima hypotheca per ſecũ-
dam aliam ab ea, non obſtante proteſtatione reſer
uatiua priorum hypothec. & iura iurib. addendo.
12 . Quia conſtat eam eſſe contrariam facto,& quæ
diſpoſitionem ipſam principalem deſtrueret , quo
caſu non operatur reſeruatio,vt diſcuſſum eſt pun
cto 8. per tot.
13 Et per hæc etiam tollitur argumentum ſi fiat ,
quod hypotheca tendat ad maiorem cautelam,vn
de non deberet inducere nocumentum ad Onded.
d.conſ.40.nu.30.& 31.lib.2.quia ex prædictis con
ſtat,quod non ad augumentum, ſed ad diminutio
nem fuit repetita, dum pro toto pars, & pro puro ,
conditionale fuit promiſſum , & incerto euentui
hypotheca commiſſa fuit .
14 Hond.d.autem loquitur,vel in non nouatione,
vel in nouatione accumulatiua, vt patet ex nu 28.
& 29. & per tot. vltrà ea,quæ hauriri poſſent ex di
cto punct.8.num.43.& ſeqq.iuncto toto puncto .
15 Et eſt id potiſſimum , quod mihi hic eſſe hypo-
thecam ſuadere non poſſim,dationem verò in ſolu
tum eſſe , quia vbi per hypothecam eſt diminutũ
de iure creditorum , per dationem in ſolutum eſt
pinguius cautum , vt probauimus ſupra punct.3
num.53. eò recurre.
16 Vt interim concludere liceat,vel ex gladio pro-
prio eorum,qui volunt hanc eſſe hypothecam,gu-
lam iugulari multò facilius , quam per interpreta-
tionem dationis in ſolutum , quia data interpreta-
tione hypothecæ, & verificatur ſupradicta extin-
ctio primę hypothecæ ſine vlla prorſus difficulta-
te pugnandi cum obicibus,quorum ratione pugna
non exigua , vt in ſuperiorib. patet interceſſit quo
ad dationem in ſolutum . Laus Deo .

SVMMARIA.

Quæ ex pluribus hypothecarijs poſſet competere examinatur, num. 1. & ſeqq.

Hypothecaria triplex originaria, poſterior, & ex reuiuiſcentia, quæ dicitur ſubſidiaria, num. 2.

Originaria non competit, vbi eſt extincta, num. 3.

Secunda poteſt competere, & pro ea ſaluianum intrare, num. 4.

Declara, niſi ſpecies ſit debita, quia agendum eſt ad eã, & vbi non poteſt dari intrat obligatio ad intereſſe, ſeu liberatio, num. 5.

Creditor prior præfertur poſteriori, num. 6.

Maxime ſi poſterior eſt in poſſeſſione, ſub eod.

Tranſactionis in appellatione productæ non poteſt ratio haberi, num. 7.

De datione ſolutum quid iuris ſit, fit remiſſio ad punct. num. 8. & 13.

Res obligata præſumitur ſufficiens, num. 9.

Debitor præſumitur paratus ad faciendam remiſſionem ſi requiratur, num. 10.

Debitor pro rata rei alienans præſumitur ratam tantũ ſuam alienaſſe, reſiduum creditori præſeruaſſe, n. 11.

Debitor poteſt etiam pendente iudicio rem offerre, n. 12.

Tertia, hypothecaria eſt diuerſa à prima, & ſecunda, numero 13.

Prima, & ſecunda eſt ordinaria, num. 14.

Tertia eſt ſubſidiaria, & remedium ſubſidiarium appellatur, et ceſſante præſuppoſito, ceſſat diſpoſitio, n. 15

Remedium ordinarium facit ceſſare extraordinarium, numero 16.

Hypotheca ſubſidiaria intrat ſi aliquid deſit de rei rata ad ſatisfactionem deſtinata, num. 17.

Vbi recurritur ad remedium ſubſidiarium neceſſaria eſt excuſſio, & probatio, quod non ſit ſoluendo, ſub eod.

Alias reus obtineret ex non iure actoris, etiam alio non facto, num. 18. & num. 25.

Qui agit reuocatoria debet probare fraudem per excuſſionem, num. 19.

Hæc excuſſio poteſt fieri in quacunque parte iudicij, n. 20.

In ſaluiano neceſſe eſt iuſtificare creditum, ſub eod.

Excuſſio deſeruit loco probationis, & ſi non fiat, deficit actor in ſubſtantia, & ſuccumbet, nu. 21. & n. 25.

Et differt hæc excuſſio ab illa, qua ordo tantum iudicij peruertitur, quia iſta opponenda eſt in tempore illa non eſt opus quod opponatur. num. 22.

Item iſta non eſt de ſubſtantia, nec neceſſaria in ſaluiano interdicto, num. 23. & 24.

Reſponſionibus datis occaſione iuris, cuius non eſt deuoluta iuriſdictio, quis ſe iuuare non poteſt, num. 26.

Veritati apparenti, etiam contra propriam confeſſionem ſtandum eſt. num. 27.

Maritus eſt dominus dotis, dum viuit, num. 28.

Aequiuocum reſponſionis eſt imputandum non interroganti diſtinctè, an in toto, vel pro parte poſſideret. num. 29.

In dubio facienda eſt interpretatio pro confitente, n. 30.

Concluſio, num. 31.

PVNCTVS XI.

1 ET quia, ſiue ſit datio in ſolutum, ſiue hypotheca, idem prorſus ex inectionis primæ obligationis, & hypothecæ effectus manet, non erit in difficili poſitum, quæ actiones non competerent, vel competerent diſcernere, ac vt de hypothecaria primo videamus.

2 Diſtinguo hypothecarias in tres in originariam ex prima obligatione, in ſecundam ex poſteriore, & in tertiã ex reuiuiſcẽtia, quæ dicitur ſubſidiaria.

3 Primam non competijſſe, nec competere, data eius extinctione, certum iam eſt, tam ex præcedenti, quàm ex alijs punctis.

4 Secunda ex tranſactione poſſet competere vna cum Saluiano ad Statil. deciſ. 1. per tot. quæ eſt inter deciſio. Seraph. 935. Onded. conſil. 25. num. 2. & ſeqq. vol. 2. vel ad pecuniam debitam, vel ad dãna, & intereſſe, vt per eos.

Verùm applicando ad caſum noſtrum, vel dicimus eſſe hypothecam, vel eſſe dationem in ſolutum.

5 Si ſit hypotheca benè ageretur contra tertium, conſtito tamen quod ſpecies, quæ eſt in obligatione non poſſet dari, quo caſu cum ſuccedant, vel obligatio ad intereſſe, vel liberatio, intrarent dictæ deciſ. Seraph. & Statil. ad Hond. conſ. 16. num. 57. & ſeqq. lib. 2. & ad Seraph. dec. 1114 per tot. aliàs ſi poſſet dari agendum eſt ad eam, infra punct. 13. & ita malè actum fuit hic contra D. Lauram non conſtito, quod res obligata dari non poſſet à debitore ipſius, & etiam ex alio talis hypothecaria non intraret, quia ipſa eſt anterior ex iuribus maternis, pro quibus eadem hæc bona ſunt multò antea ſibi obligata, & hypothecata, vt in inſtrumento, de quo in actis, multo ante dictum inſtrumentum tranſactionis confecto.

6 Et ideo ipſa præferenda venit, cap. qui prior, de regul. iur. in 6. Oſalc. deciſ. 133. num. 1. Schenard. conſil. 43. num. 1. par. 2. Seraph. d. deciſ. 1114. ſub num. 4. illa ſtante hypotheca.

Et multò magis de poſſeſſione, in qua eſt, deijci non poteſt.

7 Vltra quod eius tranſactionis tamquam in appellatione productæ nulla poſſet haberi ratio, ad fauorem actorum, quia non eſſet deuoluta iuriſdictio, vt ſupra punct. 9. num. 6. & ſequentibus iam dictum eſt.

8 Si verò ſit datio in ſolutum, de hoc infra punct. 13. erit locus opportunus.

9 Nec obſtat, quod pars eiuſdem ſpeciei reperiatur penes D. Lauram, quia non conſtat, quod reliqua pars pro rata debita coniugibus de Eccleſia ſit in aliquo manca, & interim præſumitur ſufficiens pro ſatisfactione Stat. de ſal. interd. in ſp. 3. c. 3. n. 35

10 Et præſumitur debitor paratus conſignare, ſi requiratur ad faciendam remiſſionem ad Alex. conſil. 1. num. 4. vol. 7. cum alijs adductis per Coſt. de ratio. rat. quæſt. 192. in fin.

11 Et non niſi ratam ſuam alienaſſe reſiduum creditori præſeruaſſe ad leg. meritò, § 1. ff. pro ſoc.

Et poſ-

12 Et poſſet etiam pendente iudicio rem offeren-
do ſe liberare Alexan.conſ.27. ſub num.2. verſic.
conſulto tamen, lib.1.
Quod pertinet ad tertiam hypothecariam ex ca
pite reuiuiſcentiæ, etiam diſtinguitur, aut ſumus
in datione in ſolutum, aut in hypotheca, ſi ſumus
in datione in ſolutum, de hac dicemus infra pun-
cto 13. numero 6. nunc ſi ſimus in hypotheca vi-
deamus.
13 Hanc enim hypothecam diuerſam eſſe à prima
& ſecunda hypotheca, patet ex Aldob. conſil.52.
14 ſub num.15.in fin. & num.16.lib.1. † Et melius,
quia prima, vel ſecunda hypotheca eſt ordinaria,
& nunquam in ſubſidium datur Neguſ.de pign.1.
memb.5.par.nu.39.Socin.ſen.conſ.224. ſub nu.1.
lib.2. Coſta.remed.ſubſid.61.num.4.
15 Hæc verò eſt ſubſidiaria, & dicitur remedium
ſubſidiarium, quia datur in ſubſidium, & cum ſup
poſito, quatenus in re hypothecata poſteriore in-
ſtrumento, non poſſet eſſe ſatisfactio crediti, vel
quia fuiſſet euicta, vel quia haberetur pro euicta,
quia non poſſet tradi ſecundum expoſita, latius
punct.8. per tot.& remedium ſubſidiarium appel-
lat doctiſs.præcept.meus D.Theſaus.q.for.88.ſub
num.3.& in fin. lib.2.
Cæterum, ſi res non ſit euicta, & poſſit tradi,
nec aliud impediat, ceſſat huiuſmodi hypotheca-
ria in ſubſidium, tum quia ceſſante præſuppoſito
ceſſat diſpoſitio Surd.conſ.150. nu.78. tum quia
16 † dum quid poteſt ſortiri effectum per remedium
ordinarium, ceſſat extraordinarium Menoc.præ-
ſumpt.190.num.38.lib.4. & hoc cadit in caſu no-
ſtro, quia quoad ratam prædij, quæ eſt penes Do-
min.Com.Vliſſem, vel eius ſucceſſores ſtat firma
hypothecaria vigore tranſactionis ordinaria, nec
eſt vllus, qui impediat creditori ſatisfactionem in
huiuſmodi ſpecie, ſeu prædio ſi agat ſi interpellet,
ſi remedijs opportunis ſibi competentibus vtatur,
iuxta iam dicta ſupra punct.7.nu.12. & adhuc in-
fra dicenda punct.13.num.16.
Illud planè non negauerimus, quin ſi fortè for-
tuna rata prædij adhuc conſeruata in bonis debito
ris non ſufficeret pro rata quantitatis crediti
17 † Quin inquam in reſiduo fortè intraret iſta hypo
thecaria in ſubſidium, cuius vigore Coniuges de
Eccleſia creditores poſſent reintegrari ad primas
hypothecas, & vincere pro tali reſiduo, & obtine-
re contra dictam D.Lauram, ſed de hoc hactenus
nihil, vt toties dictum eſt, apparet fuiſſe deductũ,
vel actitatum præſertim punct.1. in fin. & melius
punct.7. num.39.
Namque oportebat hoc probaſſe dictam ratam
non adeſſe, aut non ſufficere, puta per excuſſionẽ,
aut aliter, quæ in huiuſmodi eſt neceſſaria, etiam
in ſaluiano, vt patet ex Statil.inſpect.3.c.3.nu.44.
de ſalu.interd.& ad punct.7.num.25.35.39.
18 Alias non obtineret actor, tanquã non probans,
& abſoluendus eſſet reus tanquã ex non iure acto-
ris ad Coſt. de ratio.rat. quæſt.135.nu.13. Clarius
Statil.d.num.33.& 34. ante, & ad Bald.in l.1. ſub
princip.& ſub num.1.& 2.& etiam 3. C.de reuoc.
19 his, quæ in fraudem, &c. Vbi quod ille, † qui
agit reuocatoria debet probare fraudẽ, de qua non
20 cõſtat, nihil facta excuſſione. † Et quod iſta excuſ-
ſio poteſt fieri, & verificari actus in quacumq; par
te iudicij, nam & in ſaluiano neceſſe eſt iuſtificare
creditum, alias non intrat ſaluianum ipſum, vt latè
21 Statil.inſpect.1.c.5.per tot.& deciſ.16.& 17. † Ad
quod creditum iuſtificãdum inſeruit dicta excuſ-
ſio, & deſeruit loco probationis, vnde non ſecus,
ac probatio neceſſaria eſt volenti obtinere nõ ex-
22 pectata exceptione excuſſionis non factæ. † Quia
hæc non eſt illa excuſſio, qua ordo iudicij tantum
peruertitur, & ideo, vel opponenda in tempore, vel
23 etiam opposita, aliquando non releuat. † Quia nõ
eſt de ſubſtantia, vt ait Bald. in Rubr. ſi in frau.pa-
24 tron.ſub num.8. † Nec eſt neceſſaria in ſaluiano
interdicto, Statil.pleniſſimè de ſalu. inſpect.2. c.2.
25 nu.26.& ſeqq. ſed diuerſa ab ea. † Ita quod ſi non
fiat actor deficit in ſubſtantia probationis, & reus
alio non facto abſoluitur per cit.d.num.27.quibus
addo l.1.ſi pars hęred.pet.Statil.de ſaluian.deciſio.
120. in fin. deciſ.123.num.2. inſpect.1.cap.4. à nu-
mero 41.ad 90.& inſpect.5 cap.1.num.1.& ſeqq.
Vbi fusè in ſaluiano, quod dimetimur ius ex acto-
re, & quod ex eius non iure reus abſoluitur.
Nec hiſce obſtat, quod imo verò conſtet totum
prædium prędictum eſſe penes dictam D.Lauram
ex eiuſdem reſponſionibus ad poſitiones actorum
ſe prædium poſſidere indefinitè; ergo totum.
26 Reſpondetur enim actores hiſce reſponſionib.
ſe iuuare nõ poſſe ex defectu iuriſdictionis noſtrę,
tamquam datæ occaſione tranſactionis productæ
coram nobis, de qua ratio haberi non poteſt, vt
punct.9.num.6 & ſeqq. videri poteſt.
Secundo reſpondetur, quod reſponſio non fuit
ſimplex, ſed qualificata, ſcilicet, quod poſſidet prę-
dium virtute aſſignationis ſibi factæ, quæ aſſigna-
tio producta fuit in actis, & concludit tantum de
parte prædij.
27 Ergo ſtandum veritati apparenti, etiam contra
confeſſionem propriam, plenè deciſ.noſt. Luc.50.
num.19.& ſeqq.lib.1.
Tertiò, coadiuuat reſponſio mariti, qui de parte
tantum reſpondit, cuius reſponſioni magis ſtandũ
28 eſt, & quia vir eſt. † Et quia eius magis intereſt
cum ſit dominus dotis, dum viuit, l.cum in fundo,
78. in princip.ff.de iur.dot.l.in rebus, C.eod.tit.
29 Et etiam quia ſi æquiuocum ex hiſe mergat, im
putandum eſt ponenti, qui non clarè interrogauit,
an in toto, vel pro parte poſſideret, iuxta Bald. in
conſ.326. num.2. lib.2.
30 Interim enim in dubio facienda eſt interpreta-
tio pro confitente Nat.conſ.245.num.1.in fin. &
ſub num.3. Surd.deciſ.291.num.24.& ſeqq. Sed
in hoc diutius non immoremur, maximè conſtito
de veritate aliunde, vt mox ſub num.26.27. oſten
ſum eſt.
31 Et concludamus nullam ex tribus his hypothe-
cis, hactenus poſſe creditoribus hiſce ſuffragari,
prout, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

An ex rei vendicatione potuiſſet agi examinatur, & num. 1. & ſeqq.
Vbi ſunt bona obligata poſſunt hypothecaria vendicari, num. 2.
Rei vendicatio ex conſtituto non competit contra eum, qui acquiſiuit bona conditione pendente, num. 3.
Nec agi poteſt Iudicio diuiſorio, quia de hoc non agitur de præſenti. num. 4.
Res legitimè acquiſita non poteſt inuito domino auferri, num. 5.

P V N C T V S XII.

1 AN ex rei vendicatione poſſet obtineri per creditores. Reſpondetur qua ratione impeditur hypothecaria, eadem, & rei vendicatio.

2 Nam vbi bona ſunt obligata poſſunt ratione hypothecæ res vendicari, Gabr. conſ. 155. num. 8. & ſeqq. lib. 1. at qui primam, vel vltimam hypothecā excluſimus ex hypotheca verò intermedia propter tranſactionem non poſſunt iuuari, quia D. Laura eſt anterior, vt dictum eſt anteceden. puncto, numero 6.

3 Nec minus per viam rei vendicationis ſeparatę ab hypotheca, quia ex conſtituto ea non competit contra tertium pendente conditione acquiſitorē, vt dictum eſt ſupra punct. 6. num. 32. & multò minus contra Dominam Lauram, quæ ex capite huius conſtituti, prout eſt in dicto inſtrumento tranſactionis, ipſa reperitur anterior, & eſt vlterius in actuali poſſeſſione, itaq; nullo pacto obtineri poſſet in hoc remedio.

4 Sed nec ex iudicio diuiſorio, quia non agitur de iure aliquo communi diuidēdo, ſed vna pars ſuum dominium altera hypothecam tueri conatur.

5 Et quia D. Laura poſſidet legitimè, vel ex titulo anteriore, vt ſupra punct. 11. nu. 6. ideo non poteſt ei inuitæ auferri, l. id quod noſtrum, ff. de reg. iur. l. venditor, 14. §. ſi conſtat, ff. com. præd. & hæc ſunt clara. Quare, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

An actio perſonalis cōpeteret examinatur, n. 1. & ſeqq.
Actio perſonalis non datur contra ſingularem ſucceſſorem, num. 2.
Actio perſonalis cum hypothecaria directa datur contra principalem debitorem, num. 3.
Refert, an immiſſio fiat ex ſaluiano pro re, quæ ſit in obligatione, an in cautione, num. 4.
Hypothecaria pro legatis competit tantum pro rata, & quod ſatisfiat in re, num. 5.
Ex datione in ſolutum competit actio vtilis exempto, num. 6.
Vbi ſpecies eſt debita, non niſi ad eam agi poteſt. n. 7.
Etiam ſaluiano ad poſſeſſionem, num. 8.
Et agitur etiam contra hæredes ad rem, & non ad pecuniam, num. 9.
Qui tenentur rem tradere, & fundum menſurare; numero 10.
Non eſt æquum, quod creditor poſſit à re data in ſolutum recedere, & creditum pro libito repetere, niſi in caſu euictionis reſeruato, num. 11.
Quia in eam rem ſemel conſenſum eſt, num. 12.
Poteſt etiam agi ad traditionem facti vigore conſtituti, num. 13.
Poteſt etiam aggredi poſſeſſio propria auctoritate ex clauſulis appoſitis in inſtrumento, vel aſſociatio peti, num. 14.
Et etiam ad rem certificandam, menſurandam, & æſtimandam, num. 15.
Alias imputandum eſt creditori non agenti, num. 16.
Et contra tertium poteſt agi rei vendicatione, aut aliter remiſſiuè, num. 17.

P V N C T V S XIII.

1 EX his cum nulla alia ſuperſit actio, quam perſonalis, à partium enumeratione, & hanc cōpetere, vel ſolam, vel ſimul cum hypothecaria directa reperiemus, & D. Lauram fuiſſe abſoluendam conuincemus.

2 Per reg. quod actio perſonalis non datur contra ſingularem ſucceſſorem l. fin. §. fin. ff. de contr. emptio. Surd. deciſ. 32. num. 2. Neuiz. conſ. 82. nu. 19. Gabr. conſil. 141. num. 7. lib. 1. Statil. de ſalu. deciſio. 135. num. 21. Magon. in term. deciſ. Lucenſ. 20. num. 30.

Nam vel inſiſtimus eſſe hypothecam, & hęc, vt eſt reſtricta ad ratam dicti prædij, ita debet agi perſonali, & hypothecaria directa contra debitorem, vt benè per Onded. conſ. 26. ſub num. 50. & ſeqq. li. 2. & ad Statil. de ſalu. deciſ. 161. num. 3. 4. & 5.

4 Vbi diſtinguit, quod vbi immiſſio fit ex ſaluiano pro conſequenda poſſeſſione, quę nō eſt in obligatione, ſed in cautione ab ea, quæ eſt in obligatione, & debito.

5 Et ad inſtar hypothecariæ pro legatis, quæ non datur, niſi pro rata, vt dictum eſt ſupra punct. 10. num. 11. & non iure hypothecæ detinenda quouſque ſatisfiat, vt in alijs, ſed in re ipſa ſimpliciter Surd. conſ. 511. ſub num. 5. 6.

6 Vel inſiſtimus eſſe dationem in ſolutum, & tūc datur ex ea vtilis actio ex vendito ad inſtar emptionis, & venditionis, vt diximus ſupra punct. 7. numero 8. 11.

7 Quia cum ſpecies ſit debita non niſi ad eam agi poteſt. Bald. in Rubr. ſi in fraud. patron. ſub nu. 13. & Rubr. C. de reuocandis his, &c. num. 2. ſub princip. Socin. Iun. in term. conſ. 41. ſub num. 16. verſic. non obſtat. lib. 3.

8 Etiam ſaluiano ad poſſeſſionem ad Statil. d. deciſ. 161. ſub num. 4. & 5.

9 Contra debitores, vel eius hæredes ad rem, & non ad pecuniam, vt per D. Caball. conſ. ciuil. 81. num. 13. in fin. & ad Magon. d. deciſ. Lucenſ. 20. num. 29. & 30.

10 Qui tenentur rem tradere, & fundum menſurare, l. ſi ſeruum, §. ſi modus, ff. de actio. emp. Coſt.

de ra-

de ratione ratæ,q.35.n.2.Neuiz conſil.38.num.6.

11 Neque enim æquum eſt, vt vbi ſit ſatisfactum per aſſignationem certi fundi, quod licet creditori ab ea aſſignatione recedere,& creditum pro libiro reperere,niſi in caſu euictionis reſeruato,vt ait Burſat.conſ.428.num 31.lib.4.ibi vidend. per tot. & num. ſeqq.

12 In eam enim rem ſemel conſenſum eſt, vt ait Socin.in term.dict. verſic.non obſtat,in fin.

13 Aliter etiam agi poterit,puta ad traditionem facti virtute conſtituti,vt apud eundem Tiraq.d.p.1 num.10.Dec.conſil.280. ſub num.4. Oſaſcb.deciſio.36.per tot.præſertim numero 5.6.& 7. Bertaz. clauſul.41.gloſ.3.num.2.in fin.& in term.dationis in ſolutum Magon.deciſ.Lucenſ.77.num.3.deciſ. Select.Bonon.129.num.36.& ſeqq. vbi Rota præſens ita tenuit.

14 Vel propria authoritate ingrediendo iuxta clauſulas inſtrumenti amplas, vel aſſociationem petendo,aut aliter ſibi ſuccurrendo,vt per Alexand. conſil.130.num.17.& ſequentibus,lib.4. Tiraquell.de conſtit.poſſ.d.par.1.num.41. Oſaſch.deciſio.133. num.6.& 7.Bertaz.conſ.ciuil. 106.ſub num.16. & ſeqq. Menoch.de adipiſcen.poſſeſſ.remed.5.n.75. 76. Bertaz. clauſ.16. gloſ.3. num.2. vt in d.deciſ. Bonon. 129.

15 Et ſucceſſiuè ad rem certificandam,ad Nat.conſil.496.ſub num.17. Aſin.de executio. §.7. c.268. ſub num.27.verſ.licet prædictis,fol.238. Admenſurandum, æſtimandum, & reliqua.

16 Ita quod ei,qui habuit in ſolutum imputetur, ſi non petat,ſi non interpellet,vt ſupra punct.7.n.12

17 Et ſi tertius ſit,qui occupet agi poſſet rei vindicatione,aut aliter, vt per Tiraquel. de conſtit.poſſ. par.1.ſub num.7. ſub princip. & ad Iaſ. in §.actionum,num.138. Inſtitut.de act.quorum nullum intrat contra D.Lauram non perſonalis, quia eſt ſingularis ſucceſſor,vt hic ſupra num.2. non rei vendicatio, vt in punct.præced. quare ex oppoſiti cognitione, quam malè actum fuerit magis eluceſcat, &c. Laus Deo.

S V M M A R I A.

An ex clauſulis ſalutaribus libelli ſit dare remedium, & num.1. & ſeqq.

Clauſulæ ſalutares non operantur, quando agitur ſine actione, num.2.

Nec ſtante Stat.Bonon.quod qualis, qualis petitio detur ſi data non fuit.num.3.

Nec ſi fuiſſet intentata perſonalis, aut aliæ,quando alia diuerſa intentanda fuiſſet. num.4.

Nec vbi deeſt aliquid ad factum, quia clauſulæ ſalutares non ſupplent, num.5.

An æquitas intret pro creditoribus, num.6.

In dubio pro filia contra extraneum pro reo, pro poſſeſſore, & pro dote iudicandum, num.7.

Et contra eum,qui eſt in culpa, vt circuitus fierent.n.8.

Male agitur contra ſecundum creditorem poſſeſſorem cum poſſet primo creditori ſatisfieri in alijs bonis num. 9.

In abſolutoria ab obſeruatione iudicij regulariter ſit condemnatio in expenſis, aliquando tamen ſeruari poteſt contrarium, num.10.

Deciſio præſentis cauſę non poteſt formari, & firmari ſuper actitatis ſolis in prima inſtantia, quia etiã habenda eſt ratio exceptionis in appellatione reſultantis, num.11.

Dubiorum datio non poteſt euitari ex Conſtit.Rot. n.12.

Ex quibus omnes,tam cognitor, quam alij obligantur ad dubia, num.13.

Et etiam ex monitis ſalutaribus dubia dandæ ſunt, n.14

Formalia verba in hoc propoſito I.C.Crau.referũtur.n.15

Potius in tempore,quàm in ſententia peccandũ eſt, n.16.

P V N C T V S XIV.

1 AN verò, ex clauſulis ſalutaribus libelli ſit date remedium. Reſpondetur non poſſe; Primò,quia ex actis in prima inſtantia nullum aliud remedium intentatum apparet,quam hypothecariũ & ſaluianum vigore primi Inſtrumenti,quæ remedia erant extincta.

2 Et ideo actum fuit ſine actione,quo caſu nõ ſuffragantur clauſulæ, quia deeſt experiendi poteſtas l.ſi pupilli.§.videamus, ff.de neg geſt. Crau.conſil. 151. num.1. & ſeqq.

3 Et præterea impediebat Statutum Bonon.tit.de inept.actio & tit.ſeq. ex quo danda eſt qualis,qualis petitio,quæ data non fuit, quo caſu clauſulæ nõ ſupplent Pariſ.conſ.vlt.n.14.lib.14.lib.1.Oſaſ.dec. 1.ſub n.21. & aliàs tenuimus in vna Maluaticea.

4 Item,cum fuiſſet intentanda actio perſonalis,vt ei ſatisfieret in re iux.punct.anteced.n.3.4.5.& fuerit intentata alia actio,vt iure pignoris,&c. contra tertium,clauſulæ ſalutares nullum ſibi poſſunt vẽdicare locum,Morot.reſpon.69.nu.3.& à num.1. vſque ad 6.Schenard. in hypothecatia cum rei vindicatione, conſ.31.num.26.& ſeqq. Alex. in ſpecie noſtra conſ.110.num.1.& 2.lib.5. Aſin.de execut. §.7.cap.291.& Seraph.deciſ.1114.num.4. vbi in libello ſpecificè fuerat deductum omne ius ſibi cõpetens tam vigore prioris,quam poſterioris inſtrumenti, & tamen ſtante incompatibilitate per electionem vnius ceſſare alteram definiuit, quid hic vbi non fuit quicquam cogitatum ne dum dictum, vel expreſſum de ſecundo inſtrumento? & loquitur in datione in ſolutum.

5 Accedat quod in nulla actionum, vel remediorum fuerunt facta incumbentia opportuna, & vbi aliquid deeſt circa factum non ſupplent clauſulę ſalutares Crau. d.conſ.151. num.4.5.& 6.

Concludatur ex clauſulis ſalutaribus nullum ſuperfuiſſe antidotum ad infectam ſemel radicem.

6 Sed an ex æquitate. Ac ne hæc quidem ſtaret ex parte eorum,nõ ſolum quia extranei ſunt,& agunt tanquam creditores filij decocti.

7 E contra verò D.Laura eſt filia, eſt rea, eſt poſſeſſor, eſt in cauſa dotis, l.fauorabiliores, l. in pari cauſa,l.in ambiguis pro dotib.ff.de reg.iur.alia memorata ſup punct.4.n.45.46. memoria repetatur.

8 Verum etiam, quia culpa eorum res ad circui-

Digitized by Google

ros reduceretur, vt D. Laura poſſeſſionem in qua eſt, deſereret, ad aliam partem poſſeſſam per debitotes hæredes recurrerer aduerſus eos litigando, de nouo menſurando, & in alia, quæ ex his ſequuntur incidendo; quibus omnibus nullo negotio occurſum, & fuiſſet & erit, ſi iſti creditores recto tramite aduerſus eoſdem egiſſent, & agerent ad Oſaſch. deciſ. 33 in fin.
9 † Vbi malè agi contra ſecundum creditorem poſſeſſorem cum poſſet commodè primo creditori ſatisfieri in alijs bonis, & eſt caſus infortior. term. quia hic. D. Laura, hacteous eſt. aurerior per dicta ad punct. 1 t. num. 6.

10 Ab expenſis verò abſoluendos cenſui actores, quia licet ſimus in abſolutoria, in qua ſolet fieri cōdemnatio in expenſis, Tamen non ſemper procedit, & poteſt Iudex ex cauſa etiam non condemnare, Gratian. deciſ. Marc. 137. num. penult. ad fin. hic verò creditores obtinuerunt in prima inſtantia, & præterea adeſt difficultas articulorum iuncto arbitrio ad Men. de arbitr. iudic. caſ. 177. n. 2. cū ſimilib.

Hæc de meritis cauſæ dicta ſint.

11 Ad deciſionem: an potuiſſet ea effingi ſuper ſolis in prima inſtantia actitatis? Et ſi non potuiſſet (quia exceptio D. Lauræ conuectæ in appellatione ſuperuenerit.)

12 An enitari dubiorum dationem meam.

13 Cum extent iuſſa conſtitutionum rotalium ſub num. 429. abſolutè omnes etiam non cognitores ad ea danda obligantia ibi maximè. *Et ſi commiſſa fuerint alij, vel alijs cum voto, &c.* quid ni? Si quo non peruenerit ſuo ingenio cauſæ cognitor, ſuppleat alius, conſcientiam, & ipſe ſuam exoneraturus, Votum cum alijs proprium editum.

14 Nec deſint monita ſalutaria. Inter cætera apud Crauet. in conſil. x81. ante fin. illud in hæc verba.

15 *Quia inquit, Iudicis partes eſſe dicuntur in tradendis dubijs, ex quorum diſſolutione, & explicatione ſatisfit iuſtitiæ cum honore iudicantis; & arguuntur Iudices, qui dum putant habere omnia iura in ſcrinio pectoris, etiam ſi puram ignorantiam tacuant, illud maximi eſſe ducunt, ſi ſententias iaculentur, illud veriti, ne inſcitia eorum palam fiat dubijs redditis, aut ipſis auditis.*

16 Et Natt. præterea aliud in conſ. 165. in fin. potius in tempore, quàm in ſententia peccandum.

Et hanc cauſam Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. D. Aloyſius Capponius Bonon. de Latere Legatus meritiſſimus ſibi retinuit de Conſilio excellentiſs. D. Hieronymi Buccaferrei, ætate noſtra eminentiſſimi I.C. terminandam; Verum viſis omnium votis, & poſt multos menſes ad eius nutum pars, contra quam ſtat votum prædictum noſtrum procurauit concordiam, & fuit concordatum in effectu, prout in præſenti voto, & vidi Inſtrumentum ipſum Concordiæ. Laus Deo.

SVMMARIA.

Quod frater poſſit querelare de adulterio ſcriptum inuenitur, non quod de ſtupro. num. 1.

Contrà, ſub num. 4.

Stuprum eſt crimen publicum, num. 2.

In quo quilibet poteſt accuſare, niſi expreſſè prohibitus num. 3.

In priuato crimine licet ei accuſare, qui ſuam, aut ſuorum iniuriam proſequitur, num. 4.

Iudex etiam nemine petente poteſt condemnare in cauſa Stupri, conſtito de eo per confeſſionem rei, num. 5

Non poteſt mulier inuitis parentibus renunciare iuri ducendi, vel dotandi, num. 6.

De natura reſeruationis eſt actum modificare, num. 7.

Ex delicto duplex ius oritur, vnum ad pœnam, & alterum ad priuatum commodum, num. 8.

Et triplex eſt cauſa ciuilis, criminalis, & mixta, eod.

Reſeruatio, ſeu termini reſeruationis verificatur in iure, quod cōpetit, non in eo, quod non competit ſub eod.

Stuprator vltra dotem, quam dare tenetur, poteſt pœnæ corporali caſtigari, num. 9.

DECISIO XLI.

Andreas Sinibaldus querelauit de Stupro, in Catherinam ſuam ſororem cōmiſſo, Ioannem de Bernabeis, fuit primo dubitatum, an potuerit frater pro ſorore querelare; ratio dubitandi prima fuit,
1 † quia quicquid frater poſſit querelare de adulterio, de Stupro non legitur l. quamuis adulterij, C. ad leg. Iul. de adult. D. Petr. Caball. reſol. criminal. caſ. 114. in princ. & per tot.

2 Fuit reſponſum hoc non obſtare, † quia ſtuprū eſſe crimē publicum, §. Itē hęc lex iul. inſt. de publ.
3 Iud. † In crimine verò publico quęlibet poſſe accuſare, niſi expreſſè prohibitū l. qui accuſare, vbi Bar. ff. de accuſ. Farin. in prax. crim. q. 12. de accuſ. nu. 8.
4 † Imò verò etiam in priuato licere accuſare, & qui ſuam, vel ſuorū proſequitur iniuriā l. fin. & ibi gl. & Batt. ff. de priu. delic. Farin. d. loco, nu. 7. & vltra ſtatutum particulare in Rub. de perſon. quæ accuſ. poſs. adducebamus in puncto Caſſan. conſil. 40. &
5 Plot. de in lit. iur. §. 34 ſob n. 1. & ſeqq. † vbi etiam nemine petente iudicē poſſe condemnare, quando ex confeſſione cōſtat de Stupro; vt in caſu iſto reus confeſſus eſt copulā, de quo in ſeq deciſ. ſed magis fuit dubitatū, quod mulier ipſa interrogata dixit ſe
6 nolle fiecere partē in iudicio, † ſed fuit dictū puellā non poſſe inuitis parentibus renunciare iuri ducendi, vel dotandi, & non obſtante renunciatione Stupratorem nihilominus ad prædicta teneri, Farinac. d. q. 147. num. 117.

Item, reſponſio fuit modificatiua, cum clauſula
7 citra præiudicium iurium ſuorum, † prout eſt de natura reſeruationis actum modificare Surd. deciſ. 163. nu. 17. & 18. Nā cum duplex ſit ius, vnū publicum ad pœnā, & alterum priuatum ad cōmodum, vel dānum cuiuſq; Cabal. reſo. crim. Caſu 248. n. 3 & 44. & hinc etiā triplex cauſa ciuilis, criminalis, & mixta ex vtraque Bertr. conſ. 147. vol. 5. reſeruatio verificatur circa ius propriū, & in cauſa ciuili, reſeruatio enim verificatur in eo quod cōpetit, Ang. Aret. conſ. 126. num. 10. non in criminali, & de intereſſe publico, quod ſibi non competebat ad eundem Aretin. & ad Bcer. conſil. 74. numero 6.
8

Tamò

9 † Tantò magis quia vltra dotem, quam dare tenetetur, poſſet ſtupratoe caſtigari pęna corporali. Bettran.conſ.172.vol.6.& ad cap.2. de adult. Nauatr. in Man.cap.16.num.16. Caſſan.d.conſ.40. in fine. Farinac.q.17.num.109.& ſeqq. vbi etiam, quod pęna atbitraria, at quinimmo intererat mulieris ne ita puniretur, dum mallet eũ mulier in virum, ſeu in maritum ſuum, & affectus maritalis, aliam coniecturam non admittat, & ideo benè actum fuiſſe per fratrem reſolutum fuit. Laus Deo, &c.

SVMMARIA.

Simplex fornicatio eſt impunibilis, nu.1.
Et præſumptionibus, & coniecturis tollitur præſumptio virginitatis, nu.2.
Stuprator tenetur ad ducendum ſtupratam, vel ad dotandum, & ad partum alendum, n.3.
Præſumitur de iure quælibet mulier virgo, nu.4.
Et ſtatur iuramento puellæ, & eius aſſertioni. n.5.
Et præſumitur fortius ſtuprum, quando adſunt perſuaſiones, & violentiæ, n.6.
Verbum, volo, ſtat cum imperio, nu.7.
Et indicat voluntatem abſolutam ſine ratione. numero 8.
Factum de facto eſt odioſum de iure, & punibile. numero 9.
Ne quidem in re licita permiſſum, n.10.
In malam partem ſonans, num.11.
In eo verificatum, qui nullo iure ſuadente facit. numero 12.
Præſumitur violentia, & ſeductio, ſub eod.
Præſumitur magis contra vnum, quando alius nõ culpatur præter eum, nu.13.
Ex querelis ſubſecutis ſumitur indicium, n.14.
Effectus ſubſequuti veritatem oſtendunt, n.15.
Ex eo, quod probatur bona fama, &c. tollitur omnis ſuſpicio, nu.16.
Inhoneſtas non præſumitur ex ſola vtilitate, & paupertate, num.17.
Etiam in ſeruis Cauponum præſumitur ſtuprum, ſi nõ appareat fuiſſe proſtitutas, nu.18.
Ad inhoneſtatem probandam actus proximi requirũtur remiſſiuè, nu.19.
Teſti creditur contra inducentem, nu.20.
Senſus licitus eſt accipiendus, non illicitus, n.21.
Interpretatio dubij dicti teſtis fit contra producentem, num.22.
Mala præſumptio excluditur in eis, quæ palam fiunt. num.23.
Cum nulla perſona honeſtius habitat filia, quam cum matre, & quæ præfertur in tutela. n.24.
Cum matre præſumitur maior conſanguinitas, quam cum fratre, num.25.
Et maior coniunctio, quam cum marito, & vxore, numero 26.
Et matre nullus magis diligit incrementum, & honorem filiæ. num.27.
Partus præſumitur nouimeſtris à communiter accidentibus. num.28.
Sufficit, partum tetigiſſe de nouem lunis, vt ſit nouimeſtris. numero 29.
Et fit computatio, vel à die copulæ, vel à die conceptionis. num.30.
Dictum argumentum non operatur quominus natus in 8. menſe dicatur legitimus, & ſucceſſibilis, numero 31.
Naſci in 8. menſe eſt poſſibile, & partus eſt vitalis. numero 32.
Emiſſio ſanguinis non concludit in materia virginitatis, ſi ſola probetur quia eſt ſallax, nu.33.
Teſtes de auditu ab eo, qui potuit examinari, & non fuit examinatus non probant, n.34.
Teſtes deponentes inueriſimilia non faciunt fidem. numero 35.
Aduerſus probationes, & præſumptiones pro vna parte aliæ pro alia debent eſſe fortiores, aliàs non attendẽdæ, num.36.
Teſtes de auditu debent etiam deponere, quod ita credũt, aliàs non probant, nu.37.
Teſtes examinati parte non citata non probant. numero 38.
In expenſis fit condemnatio eius, qui fuit cauſa nullitatis. num.39.
Seu eius, qui ſuccubuit ex eiſdem, num. 40.

DECISIO XLII.

IN meritis ergo cum non fuiſſet per reum copula negata, ſed confeſſa, intrauit difficultas, an eſ-
1 ſet fornicatio ſimplex, an verò ſtuprum † nam dicebat reus eſſe ſimplicem fornicationem, & iõ impunibilem, ad Farin.conſil. 90. circa fin. in termin. puellę, & adducebantur variæ coniecturæ, vt infra
2 in reſponſionibus ad ſingulas. † Ex quibus tolli pręſumptionem virginitatis dicit Pariſ. conſ. 160.nu. 28.& ſeqq.lib.4. Farin.alios referens.q.147.n.139. in praec.crimin.

Viſum his non obſtantibus, fuit benè per primũ & vltimum Excell. D D. Iud. iudicatum in condemnando reum ad ducendum, vel dotandum, & par-
3 tum alendum, † nam ad hæc teneri ſtupratorẽ certum eſt Caſſa.d.conſ.40. Plot.de.in lit.iur.§.34. Farin.d.quæſt.147.num. 97.& ſeqq. Bertrand.conſ. 172.vol.6.

In primis pro ſtupro ſtabat præſumptio iuris.
4 † Secundum quam quælibet mulier præſumitur virgo. Clar. in §. ſtuprum. verſ. ſed pone. Maſcar. de probat.concl.1410.num.1.& 2. Menoch.præſ.89.li.
5 6. † & multò magis, quando ipſa puella iurauit ſe ſtupratam, vt in caſu noſtro, quia eius iuramento ſtatur. Farin.d.q.147.num.135. & ſeqq. & eius aſ-
6 ſertioni. Alex.conſ.229.num.2.lib.6. † & longè adhuc fortius, vbi apparet, de ſeductione, & violentia Caſſ.d.conſ.40.ſub num.2. Plot.mox cit. nume. 3. Maſc.concl.1337.num.6 de varijs perſuaſionibus depoſuit puella, ipſa de hiſce, & de violentijs ipſemet. *Cominciai à dire, ait, che la voleua negociare, &c. così tanto feci, che la feci colcare in terra, &c.*
7 *&c.* † nam verbum, volo, ſtat cum imperio; prout eſt de ſui natura.l. velle, & ibi Doct. de regul. iur.
8 † & indicat appetitum, & voluntatem abſolutam

nulla

nulla ratione,iure aut æquitate regulatam ad l cum
quidam. 14.de leg. 2.Bertr. vol.8.conſ.234.ſub nu-
mero 3.Menoch.de arbitr.iud.q.7.ſub num.22. &
9 hic res ipſa loquitur.† Et verba *tanto feci*, ſonãt in
factũ de facto iure odioſum, & punibile ad l. ſi quis
10 in tantam,& l.meminerint.C.vnde vi.† Ne quidẽ
in re licita permiſſum.l.1.C.Ne quis in ſua cau.&c.
11 † In malam partem ſonans D.Ant.Soſ.in ant.Sab.
12 decr.de teſt.ſpol.gl.vn.n.5.f.190.† quod in eo ve-
rificatur,qui nullo iure facit ſuadente l.ſi pacto quo
pęnam,& ibi Bart.Iaſ.& reliqui. C.de pact.Meno.
conſil.1000.num.18.lib.10. vltrà quod etiam ſine
ijſce præſumitur violentia,& ſeductio D. Cabal.re
ſol.crim.caſ.20.num.10.11. & committitur Folle.
pract crim.1.par.3.par. verſic. & ſi confitebuntur.
num.16.

Nec neganit reus virginitatem,ſed an eſſet vir-
go interrogatus,ſe non animaduertiſſe, reſpondit
veriſimiliter verò præcisè negaſſet ſi aliter ſenſiſſet
de eius virginitate,& comperuiſſet.

Accedebat, quod nullus alius culpabatur, quam
13 iſte Reus, † vnde augebatur contra eum creduli-
tas,& veriſimilitudo.Maſc.de probat.concl.1337.
14 n.5.Farin.d.q.147.n.133.134.& 139.† Quod ſta
tim ac puella ſe manſiſſe prægnantem animaduer-
tit,eundem ipſum non alium adiuit,cum ipſo con-
queſta eſt, vt ipſemet dixit, ex querelis verò ſequẽ
tibus offenſi deſumi indicium conſtat Surd.deciſ.
15 194.ſub num.19.& 29.† Quod tempora prægnã-
riæ,& copulæ optimè conueniant,nã effectus ſub-
ſequuti veritatem oſtendunt,l.iure noſtro.§. fin.ff.
de teſtam.D.Morot.reſp.17.num.26.quod fuerit
probatum puellam eſſe,& fuiſſe honeſtam,& bonę
vitæ,&c. & quod antea nunquam talis rumor au-
16 ditus fuit de ea niſi nunc, &c.† ità quod per hoc
ſatis videretur ſublata etiam ſuſpicio ad Crau.con-
ſil.99.num.11.conſ.319.num.1.Marſ.ſing.608.Fa-
tin.10 term.puellæ pauperis, probata eius honeſta-
te in d.conſ.90.in fine.Demum fuiſſe probatũ ſtu-
prum D.Motiuans apertè dicit ſub 5.præſumptio.
verſ.Nec facit,quare,quid amplius hæſitandum?

Ad præſumptiones aduerſarias reſpondebatur,
& quidem ad primam, quod in puella vili ſtuprum
17 ſit impunibile,† dicebatur id procedere ſi cum vi
litate perſonæ eſſet coniuncta inhoneſtas, aliter nõ
Farin.quęſt.147.num.71.& conſil.90.in fi.& n.10.
vbi hanc veriorem dicit, ſubdens quod Docto.te-
nentes in puella vili non eſſe punibile loquuntur de
vilibus reſpectu morum,non autem reſpectu infi-
mi generis.Alex.conſ.13.num.5.& 6.lib.7.dum ibi
præſupponit vitam inhoneſtam,in caſu noſtro pri-
18 mo ceſſabat dicta vilitas,† vnde etiã in ſeruis cau-
ponum præſumitur ſtuprum, niſi appareat fuiſſe
proſtitutus.Boſſ.de dam.coitu.num.25.& ſeqq. In
caſu noſtro vltrà hęc ceſſabat dicta vilitas,cum ha-
beret ſororem dicta puella more ruſticorum benè
collocatam cum lib.500.pro dote. & fratre, & ho-
neſtas fuit probata,vt ſupra, num. 15.& 16.

Nec probatam dicebamus inhoneſtatem ex eo,
quod diu noſtuque incederet,quod huic.& illi inſe
ruerit pro tenendis bigatis,quod in tegijs dormiret
quod cum alijs amorem faceret. quod non cum fra
tribus, ſed cum matre viueret, & habitaret. quod
non aduerterit in actu copulæ ſe feciſſe ſanguinẽ.
19 † Nam horum nihil vrgebat,actus proximiores,&
vrgentiora argumenta neceſſaria ſunt ad huiuſmo-
di inhoneſtatem,quæ noceat,probandam, de qui-
bus ad Teſtau.dec.3.n.4.Bero. q.fam.88.nume.7.
Burſat.conſ.69.num.10.& ſeqq. Maſc.cõcl.1337.
Fran.Bapt.Ferret.conſ.168.num.1.& ſeqq. Nullus
prædictorum actuum aut ſimilium referatur à præ-
dictis Doctoribus, ad quos remitto, & ad Cardin.
Tuſc.lit.H.concl.156.in fi.& vbi iacent omnes in
eodem lecto intrat carmen, ex aduersò, & ab Ex-
cell.D.Moriuante allegatum.

A Iuuene, & cupido credatur reddita Virgo?
Ad Zoannet.in reſp.36.nu.6.à quo caſu abſumus
omnino.

Et præterea,aut non concludunt de neceſſitate,
aut contrarium concludunt, huc atque illuc ince-
dunt,etiam aliæ puellæ honeſtæ, & more ruſtico-
20 rum,vt deponit vnus ex teſtibus rei,† cui creditur
contra eundem.Morot.reſp.16.num.4.& 5.reſpõ.
29.num.19.& eſt notorius huiuſmodi mos.
21 Faciunt amorem etiam aliæ,† & cum fieri poſ-
ſit amor licitè,& illicitè, in ſenſum licitum res acci
pienda eſt l.eã quæ.§.in re dubia.l. quoties nihil.cũ
Doct.ibi.ff.de reg iur.Corn.conſil.236.num.1.&
conſ.ſeqq.num.3.volum.1.conſ.147.num.2.eodẽ
22 vol.† in omnem caſum interpretatio dicti dubij
teſtis contra fieri debet producentem.cap.in præſẽ
tia de probat.Affl.dec.120.num.3.Marſ.ſing.267.
& per hęc proſternitur coniectura deducta ex amo
re,& iocis cum alio Iacobino,quia hęc non conclu-
dunt copulam, ne quidem inhoneſtatem per prædi
cta, & maximè contra copulam probatam ex ore
proprio ipſius hodie querelati,& ſic clarè, & in ſpe
cie, & non vagando per incerta, quæ certis ce-
dunt.

Si viſa fuit penes domum propriam circiter ad
horam noctis cum viro,nec hoc eſt inſolitum,& li-
cet vir aufugiſſet viſo teſte,qui ita depoſuit non no
cet,quia potuit diſceſſiſſe(vt ſolet aliquando)de re-
23 pente ob aliquod ſuum negotium.† Vltrà quod cũ
eſſent in via iuxta domum propriam,& in publico
excluditur præſumptio inhoneſtatis,ad Alb.in con
ſil.296.num.3.lib.2.ſicut è contra includeretur ſi
in abditis locis.Farin.q.136.n.213.

Si degeret cum matre non cum fratribus, planè
24 hoc concludit contra reum, † quia cum nulla per-
ſona honeſtius habitat filia, quam cum matre, de
qua tantum confidit ius, vt in tutela eam alijs præ-
tulerit.ad l.matris pietas.C.qui pet.tut.l.ſi pater.
25 C.quan.mul.tut.off.fuo.por.& ad tot.tit.† & cum
qua maior conſanguinitas eſſe præſumitur, quàm
26 cum fratre Alb.conſ.12.num.3.† & maior coniun-
ctio,quam cum marito, & vxore Bombin.cõſ.12.
27 num.23.† & qua nullus magis diligit incrementũ,
& honorem filiæ tex.eſt in cap.ſuper eod.12.ext.de
teſtib.Chriſtof.Caſtell.conſ.38.n.15 & 20.

Quod dicebatur partum editum in octauo men
ſe,& ideo non præſumi eius,ſed alterius, qui ante
rem

rem habuerit cum puella, vt perueniatur ad nonũ
28 menſem, † quo tempore præſumi dicitur à com-
muniter accidentibus editus partus ex Bald. in l. ſe-
ptimo menſe. ff. de ſtatu homin. & ex alijs, vt in 5.
coniect. D. Motiuantis.
29 † Reſponſum fuit factis calculis partum tetigiſ-
ſe de nouem lunis, quod ſufficit vt ſit nonimeſtris,
Sfort. Odd. conſ. 28. num. 69. Burſ. conſ. 63. nu. 22.
30 † & id quidem computatis diebus ſiue à die copu-
læ, ſiuè à die conceptionis, quę ſeptimo à copula die
fieri ſolet, vt ait Bonau. de octim. part. nat. lib. 7. ca.
105. ad fin. & lib. 9. c. 52. ſub princ.
31 † Item fuit reſponſum argumentum iſtud non
operari, quo minus etiam qui natus eſt in octauo
menſe præſumatur, & legitimus, & admiſſibilis ad
ſucceſſiones ad Bertrand. conſ. 144. vol. 8. ante nu-
merum 1 & ipſo num. 1. 2. & 3. & ſufficit ex mente
eiuſdem (vt ſub num. 3. verſ. præterea multi) con-
ſtare fuiſſe grauidam, & peperiſſe, vt in caſu noſtro
32 planè cunſtat, † & naſci in octauo menſe poſſibile
eſſe ait Ariſtotel. lib. problem. 10. cap 41. Bonau. in
d. trac. lib. 1. c. 12. colum. 2. ſub princ. fol. 15. in tantũ
vt partum octimeſtrem eſſe vitalem (quicquid alij
contra ſentiant ſequuti per Ruge. viden. in conſi. 1.
per tot.) ſtrenuè alij defendant, vt lariſſimè Sfort.
Odd. in dicto conſ. 28. per tut. & Bonau. lib 9. c. 2. &
3. commendans in ſpecie. Odd. mox cit. & in d. c. 3.
refert plura iudicata, & eſſe rex. clar. in l. quod cer-
tarum penult. C. de poſthu. hær. inſtit. & hanc opi-
nionem ad fauorem partus octimeſtris remanere
veriorem, æquiorem, & amicabiliorem legali ſim-
plicitati, & à iudicibus ſequendam, & in lib. 3. & 6.
Vbi ex grauiſſimis auctoribus probat hunc partum
eſſe vitalem. lib. 8. cap. 24. lib. 9. c. 3. c. 34. c. 45. & lib.
10. cap. 8. colum. 2. poſt medium, & alibi paſſim per
ambos hos lib. 9. & 10. præcipuè, vbi examinat ap-
probat, & confutat ex profeſſo varias hominũ pro
occaſione opiniones. In omnem caſum erat ſimul
probandum, quod partus viueret ad hoc, vt color
de nonimeſtri vigeret, alioquin enim cum poſſibi-
le ſit, & à communiter accidentibus videamus Mu
lieres ædere partus etiam quolibet Menſium ante-
cedentium non concludit argumentum de neceſſi
tate, data dicta poſſibilitate, ad l. neque natales. vbi
gloſſ. C. de probat. & admittitur in motiu. ſub 5.
præſumpt. ſub verſiculo 2. reſponderur, & acce-
ptatur.

Ad coniecturam factam per D. Motiuantem in
verbis puellæ. *Mi non poſi fantaſia ſe nel fuerginar-
mi fece ſangue*, quaſi voluerit, (ait D. Mutiuans in
4. ſua præſumpt.) dicere ſe non feciſſe ſanguinem;
& ideò non fuiſſe virginem; quia ſi feciſſet ſangui-
nem veriſimile eſt quod vidiſſet aut tunc, aut po-
ſteà, facilis occurrebat reſponſio, quod coniectura
hæc eſt contra verba Clara, quæ præſupponunt ip-
ſam fuiſſe deuirginatam; & vbi clara ſũt verba ceſ-
33 ſant coniecturæ per vulg. † Et præterea non aduer
tiſſe an fecerit ſanguinem, hoc nihil concludit, quia
poteſt vnum ita eſſe, & tamen non animaduertiſſe;
& poſtea verò animaduertiſſe, vel non animaduer-
tiſſe nihil referet, ſiquidem facere ſanguinem po-
tuiſſet, vel ante copulam, vel poſtea, unde præciſè
non concluderet de tempore copulæ, propter quod
hanc præſumptionem fallacem eſſe, dixit Farinac.
q. 147. nu. 149. quare eò minus erat fidendum huic
argumentationi, ſeu mauis captioni in verbis cum
palam ſit aliud eſſe dicere, non animaduerti an fe-
cerim ſanguinem, aliud ex his verbis inferre, quod
dixerim me non fuiſſe virginem.

Maior difficultas erat in depoſitione duorum te
ſtium, qui dixerunt ſe audiuiſſe à quadam Magda-
lena affine ipſius puellæ eis dicente, quod dicta pu-
ella iam alia vice ex alio fuit prægnans, & filium ha
buit, non tamen à quo nominato.
34 † Reſponſum fuit eamdem Magdalenam de-
buiſſe ſuper hoc examinari per eaodem partem, &
cum non fuerit examinata, non eſſe ſtandum dicto
teſtium de auditu, maximè cum potuiſſet examina
ri, prout fuit examinata ad inſtantiam fiſci in hac
eadem cauſa Farin. de teſtib q. 69. nu. 5. 6. & 92. &
ita potuiſſet examinari etiam ad inſtantiam alte-
rius partis, quæ non inſteur, & ideo ſuſpicio ad-
augetur.

Et tantò magis, quia ipſa met in eodem exami-
ne dicit dictos teſtes mentiri, & falſos eſſe, quod ſa-
tis eſſe diximus, (licet non fuerit repetita,) quomi-
35 nus dictis teſtibus fides adhiberetur, † iuncto in
veriſimili; quod affinis huiuſmodi ſuæ affinis tur-
pitudinem detegere voluerit ad Maſca. de probat.
concl. 338. & pro qua puella ſtabat bona fama, &
probatio, quod nunquam de ea talis rumor auditus
36 fuit ad ſupra, nu. 16. † & quod ſtant pro ea tot aliæ
præſumptiones, & probationes contra quas longè
maiores, quam friuola iſta, requirebantur ad Cra-
uet. conſ. 6. nu. 43. Natt. conſ. 362. nu. 16. Seraphi.
37 deciſ. 1135. nu. fin. † & quod non depoſuerunt de
eorum credulitate, videlicet quod audierunt, & ita
credunt, vt debẽt deponere teſtes de auditu ad hoc
vt probent cap. quotiens. de teſtibus. Capr. conſilio
38 156. nu. 7. † & demum quod nec ipſi nec vlli alij te
ſtes ex aduersò producti fuerunt citata parte exa-
minati, vnde nihil oĩo probarent. l. ſi ff. de quęſt.
Cab. reſol. crim. caſ. 110. nu. 36. & plenè caſu 269.
Farin. de teſt. q. 71. nu. 1. & ſeqq. quod vnum ſuffi-
ceret ad totalem excluſionem à prætenſa defloratio-
ne iſtius rei, quem pariter in expenſis condẽnaui-
39 mus, † tum ſtante nullitate examinis ad Aſin. de
executionibus § 3. cap. 74. nu. 1. & 2. Cagnol. in l.
40 quod quis. nu. 1. & 2. de reg iur. † tum etiam, quia
bis ſuccubuiſſet ex eiſdem Aſin. in prax. Iud. §. 32.
cap. 2. nu. 1. & 3. Laus Deo.

Vt melius quiſque videat an bene vel male, mo
tiua contraria, tametſi poſt noſtram deciſionem
manuſcriptã Excellẽtiſs. D. Motiuanti oſtenſã, edi
ta, ſubſcribenda cenſuimus.

ADSIT DEVS.

IOannes de Barnabeis querelatus ab Andrea Si-
nibaldo de ſtupro in Catherinam ipſius quere-
lantis Sororem, fuit à D. Auditore Turroni condẽ
natus ad ducendum d. Catherinam in vxorem, vel

ipſam

ipſam condecenter dotandum iuxta qualitaté perſonarum, partumque ſuſcipiendum, & alendum.

Ab huiuſmodi ſententia appellauit d. Ioannes, & cauſa appellationis per ſpeciale reſcriptum Illuſtriſs. D. mei Cardinalis Capponij Legati fuit mihi commiſſa. Cum autem non negaretur, quin d. Ioannes habuiſſet aliquando rem cum d. Catherina, ſi quidem in eius primo conſtituto in proceſſu fol. 24. fatetur habuiſſe rem cum illa ſex, aut ſeptem vicibus.

Sed diceretur, quod quando cępit rem habere non erat virgo, dubitaui, ſtantibus hinc inde deductis, an conſtaret de ſtupro, vel potius de ſimplici fornicatione, ita vt dicta ſententia eſſet confirmanda, vel infirmanda.

PRO ſtupro, & ſic quod eſſet virgo, facit quia in dubio prę ſumitur virginitas, tamquam qualitas naturalis. Clar. in §. ſtuprum, verſic. Sed pone, & alij quos refert Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ. 89. num. 1. & ſeqq.

Præſertim accedente bona fama d. Catherinæ, quæ videtur probata per teſtes pro Curiæ informatione examinatos, & plurimum operatur ad præſũptionem virginitatis, vt per Foller. in pract. crimin. in verbo capiat informationem num. 11. il ſecũdo. Vltrà quod videtur etiam probata fama quod dic. Ioann. reddidiſſet illam prægnantem.

E Contra pro ſimplici fornicatione, & ſic quod non eſſet virgo, facit quia licet in dubio præſumatur virginitas, tamen d. præſumptio tollitur cõtrarijs præſumptionibus, & coniecturis, Pariſ. conſilio 160. num. 28. & ſeqq. Theſaur. deciſio. 3. numero 2. verſic. niſi ad ſint coniecturæ, & Farin. quæſt. 147. num. 139.

Et maximè quando ſumus in paupercula, & vilis conditionis, vt in caſu iſto, quia tunc præſumptio virginitatis redditur adeo debilis, vt aliqui voluerint virginitatem non præſumi, niſi probetur, ex quo paupercula præſumitur facilè peccare in corpus ſuum, vt poſt Boſſ. & Vegg. tradit *Farinac.* in conſ. 90. ſub nu. 16. lib. 1.

Hic autem plures concurrunt præſumptiones, & coniecturæ, quæ non ſolum in paupere, & vili, ſed in quacumque alia tollunt omnem prę ſumptionem virginitatis.

PRIMA eſt quia d. Catherina non habitabat cũ fratribus, ſed cum matre, quæ ſolet indulgere filiabus, & vagabatur ſola, huc, atque illuc de die, & de nocte, vt ex teſtibus ad defenſam formiter, & cum interrogatorijs examinatis probant teſtes infraſcripti videlicet.

Auguſtinus de Caſalinis, qui fol. 42. dicit, *Io hò incontrato Catherina più, & più volte ſola, che andaua à ſmarengho, & vna volta la viddi queſto Carneuale, ch'era vn'hora di notte ſotto la Piazza, ch'era ſola*, & paulò poſt, *& vn'altra volta la trouai de lì alla Piazzola, ch'era mezz'hora di notte, & ſola, & nõ sò doue andaſſe, & hò inteſo anco dalle genti, ch'è andata in quà, & là nelle Teggie à dormire, & che và à vaione doue li pare, & piace, & che non ſtà con li Fratelli, mà ſolo con la Madre.*

Camillus de Chinis qui fol. 83. dicit, *vna volta poco innanzi l'Inuerno paſſato circa vn'hora di notte trouai d. Catherina in ſtrada à ſedere, & era ſeco vno che non sò chi fuſſe, quale fuggi via.*

Iacobus de Zanninis, qui fol. 78. dicit, *Doi anni ſono incontrai Catherina di notte, che erano circa doi hore di notte in circa*, & fol. 80. *è pouera và ad aiutare ad opere ad altri, và via in volta cosi alli Mercati, & Feſte, & l'hò viſta burlare cosi trà li vicini.*

Iacobus de Bruſetijs, fol. 49. *Io hò veduta la d. Catherina di giorno, & la ſera sù l'Aue Maria andar lei ſola innanzi, & in dietro.*

Petrus de Maſinis, fol. 59. *Queſta Donna non habita con li Fratelli*, & fol. 61. *l'hò incontrata di notte lontano da Caſa ſua, et gli hò dimandato doue andaua, & me diceua, che andaua à veglia.*

Ex huiuſmodi. n. vagatione oritur non modica præſumptio inhoneſtatis, ſeu quod nõ eſſet virgo, vt per Farinac. qu. 136. nu 93. & 94. prę ſertim quia de nocte, & in locis ſecretis & ſemel reperta fuit cũ viro, qui aufugit, vt per eundem Farin. d. q. 136. n. 148 156 & 150.

SECVNDA quia ante prægnantiam, quæ imputatur d. Ioanni, d. Catherina fuerat aliàs prægnãs vt dicit Auguſtinus de Caſalinis fol. 40. ibi. *Hò inteſo da vna Cognata di d. Catherina chiamata Maddalena, che d. Catherina hà fatto vn'altro ragazzo*, & paulò poſt, *me lo diſſe queſto Carneuale con occaſione, che io gli diſſi, hò inteſo, che queſta Catherina voſtra Cognata è pregna, & lei mi diſſe, mo hà fatto vn'altra volta figliuoli.*

Idem dicit Ioannes Maria de Paſqua fol. 53. ibi, *ſono informato delle qualità di d. Catherina, perche vna ſua Cognata chiamata Maddalena hà detto che d. Catherina è ſtata pregna vn'altra volta*, & paulò poſt interrogatus qua occaſione d. Magdalena hoc ſibi dixerit, reſpondit, *eſſendo d. Maddalena venuta nel mio Molino comminciai à dirli, che Catherina era pregna, & lei mi diſſe, mò ſe è impregnata dell'altre volte.*

Etenim ſi fuerat alias pręgnans, non poterat eſſe virgo, quando Ioannes habuit rem cum *ipſa*, & eſt conſiderandum quod d. Magdalena erat cognata d. Catherinæ, quia fuerat vxor Leonardi fratris ipſius Catherinæ, & ex eo habet filios, & ſic erat coniuncta perſona, quæ præſumitur ſcire facta coniunctæ. Item quod hoc non dixit ſemel, ſed bis, & cũ occaſione quod dicebatur pręgnans, dicendo enim cũ dicta occaſione, veriſimile eſt, quod dixerit pro veritate, & quaſi per vim veritatis emiſerit quod verè habebat in corde, vt etiam benè indicat dictio illa *mò*, quæ eſt ſignum rei claræ, & indubitatæ apud reſpondentem. Vltrà quod niſi hoc fuiſſet verum, d. Magdalena non dixiſſet, cum redundaret in dedecus, & damnum ſuorum Filiorum, & Nepotum d. Catherinæ, quæ niſi doteтur à Ioanne querelato, debet dotari à dictis ſuis filijs vna cum Andrea, & Iacobo ipſorum patruis, & fratribus d. Catherinæ, & d. Andreas eſt ille qui querelauit d. Ioãnem prætendens debere ab eo dotari.

Nec obſtat quod d. Magdalena poſtmodum exa-

minata

minata in iudicio dicat non eſſe verum, quod vnquam dixerit Catherinam fuiſſe alias prægnantẽ. Tum quia fuit examinata parte non citata, & poſtquam fuerat facta declaratio, de habẽdo teſtes pro ritè, & rectè examinatis. Tum quia credendum eſt hoc feciſſe ad inſtantiam d. Andreæ cognati, & pro intereſſe filiorum, credendum eſt.n. quod d. Andr. habita notitia de eo, quod dixerat d. Magdalena, fecerit eum ea magnum rumorem, ponendo etiam in conſideratione intereſſe filiorum, qui vna cum ipſo, & Iacobo alio fratre tenebantur contribuere ad dotandum d. Catherinam, & quod ipſa ad illi ſatisfaciendum, & occurrendum damno filiorum ſe examinauerit, & dixerit quicquid voluit dic. Andreas.

TERTIA eſt, quia d. Catherina ſteterat p duos menſes in domo Iacobini Caurariæ pro gubernandis bigattis, cum quo etiam faciebat amorem, incedebat ſola, ridebat, & iocabatur recipiendo etiam munera, & ipſamet Catherina dicebat, quod erat ſpõſa d. Iacobini, & benè ſciebat quid dicebat, prout dicunt infraſcripti teſtes.

Camillus de Chinis fol. 85. *L'anno paſſato queſta Catherina andò ad aiutare à gouernare li bigatti à Caſa di Iacomino de' Caprara, & hò ſentito dire da Ermeſſe mio Cognato, che ſtaua all hora, doue ſtà d. Iacomino, che queſta Catherina faceua l'amore con d. Iacomino, & ch'erano li ſpoſi, & che d. Iacomino compraua delle coſe a d. Catherina.*

Iacobus de Zanninis fol. 80. *Io sò, che queſta Catherina è ſtata ad aiutare alli bigatti à Iacomino da Caprara, & l'hò viſto andar ſeco, & che rideua, & ghignaua ſeco, & d. Catherina diceua, che era ſuo ſpoſo, et che ſapeua ben lei di quello, che diceua, quando mia moglie gli diceua che auuertiſſe bene a quello, che diceua, che Iacomino era il ſuo ſpoſo.*

Iacobus de Bruſorijs fol. 51. *L'anno paſſato andò ad aiutare à fare li bigatti à vno, che ſtà a Coballa, & vi ſtette da doi meſi, & li hò ſentito dire, che ragionaua con le donne, che lei era ſpoſa, & io diceuo, Catherina non biſogna dir quattro finche non ſi hà nel ſacco.*

Ioannes Dominicus de S. Matchis fol. 85. *Hò veduto d. Catherina burlare con Iacomino & l'anno paſſato andò ad aiutare alli bigatti in caſa di d. Iacomino, & ſi diceua, che queſta Catherina faceua l'amore con d. Iacomino, & ch'era il ſuo ſpoſo, & me lo diſſe la cugina di d. Catherina, qual'è moglie di Michele fratello di d. Iacomino.*

Illud enim facere amorem, incedere ſola cum amaſio, ridere, iocari, & ab eo munera recipere, arguunt copulam, vt per Farinac. d. quæſt. 136. num. 117. 125. & 201. præſertim cum d. Catherina ſteterit per duos menſes in domo d. Iacobini, vel ſaltem per menſem cum dimidio, vt ipſamet fatetur in repetitione fol. 139. quia data cõmoditate inter amaſios, credendum eſt, quod fuerit deuẽtũ ad copulam, iuxta illud Ouid. in Epiſt.

A Iuuene, & cupido credatur reddita Virgo?

& tradit. Menoch. lib. 6. præſumpt. 89. num. 6. Et illud dicere, quod erat ſponſa Iacobini, & quod ipſa benè ſciebat quid dicebat, eſt euidens argumẽtum quod deſponſatio erat confirmata per copulã iuxta illud Mandricardi apud Arioſtum, qui cum pluries habuiſſet rem cum Doralice, & vulgus ignarus miraretur, quod vellet ſtare electioni mulieris ſuper controuerſia vertente cum Rodomõte, vter ipſorum deberet illam habere in vxorem, & ſi Mãdricardus ſciret quid dicebat, cum haberet deſponſationem pluries confirmatam per copulam, Poeta cecinit de eo, vt infra.

Ma quel, che più fiate, e più di piatto
Con lei fu' mentr' il Sol ſtaua ſotterra,
E ſapea quanto hauea di certo in mano
Ridea del popolar giuditio vano.

Quod argumentum confirmatur, Tum ex eo, quod potuit eſſe mediatrix Soror conſobrina d. Catherinæ, quæ erat vxor Michaelis fratris d. Iacobini, & ſimul habitabant, vt dicunt omnes teſtes, & etiam ipſa Catherina in repetitione fol. 139. Tum ex eo, quod d. Catherina in repetitione interrogata, nunquid diceretur, quod ipſa eſſet ſponſa d. Iacobini, reſpondit nihil ſcire, vt legitur in repetitione d. Catherinæ iuxta 19. interrogatorium fol. 140. iuncto ipſo interrogatorio, quod eſt f. 127.

Nam illud non affirmare, nec negare id, quod ſciebat pro certo, ex quo etiam ipſamet hoc dicebat, importat tacitam quandam confeſſionem, ſeu confirmationem eius, quod dicebatur, & illud non fateri poſtquam ſciebat, arguit, quod vltra promiſſionem deſponſationis aliquid aliud eſſet, quod ſine verecundia dici non poſſet, iuxta illud, *qui malè agit, odit lucem*, alias enim, ſi ſtetiſſent in puris terminis promiſſionis, potuiſſet liberè fateri fuiſſe aliquid dictum, ſeu tractatum de deſponſatione ſaltẽ mediante ſorore conſobrina, cum hoc poſſet dici ſine verecundia.

Accedit, quod ſi d. Andreas vult, quod d. Catherina ſoror paſſa fuerit ſe cognoſci a d. Ioanne ex eo quod promiſiſſet ipſam deſponſare, vt d. Catherina dicit in ſuis examinibus, quamuis de hoc nihil vnquam fuerit ante detectam prægnantiam, ſeu porrectam querelam, non video quare potius non velit, quod eadem de cauſa paſſa fuerit per prius ſe cognoſci à d. Iacobino, qui ſimilem promiſſionem fecerat, & magis amplam, poſtquam publicè dicebatur, & ipſamet Catherina dicebat, addito etiam quod benè ſciebat quid dicebat.

Et ſi dicatur quare volumus, quod inculparet potius Ioannem, quam Iacobinũ, ſi ſtuprator fuiſſet potius Iacobinus, quam Ioannes, pro reſponſione eſt aduertendum, quod de tempore, quo d. Catherina ſtetit in domo Iacobini, ipſe Iacobinus non habebat vxorem, de tempore autem, quo Andreas frater d. Catherinæ ſciuit illam eſſe prægnantem d. Iacobinus duxerat vxorem, vt dicit ipſa Catherina in repetitione fol. 140. ibi, *il detto Iacomo quando io ſtetti in Caſa di detta mia cugina non hauea moglie, mà adeſſo hò vdito dire, che è fatto ſpoſo.*

Et ideo cum d. Catherina fuiſſet ab Andrea fratre ante porrectam querelã interrogata à quo fuiſſet reddita prægnans, & ipſa reſpondiſſet à d. Ioanne,

ne, veriſimile eſt, quod ita reſponderit, vt redderet eius exceſſum excuſabilem, & fratrem minus iratum propter ſpem quod d. Ioannes poſſet ipſam ducere in vxorem, quæ ſpes ceſſabat in Iacobino, qui tunc habebat vxorem.

Cum autem ita reſpondiſſet, & Andreas frater fundans ſe in dicta reſponſione querelaſſet d. Ioannem, fuit d. Catherina dum examinaretur quodam modo coacta ſtare in iam dictis, nõ obſtante, quod habuiſſet rem cum d. Iacobino per prius, dum erat ſpes matrimonij cum illo, *iuxta illud ſemel omiſſum irreuocabile verbum*, hæc igitur eſt ratio propter quam omiſſo Iacobino inculpauit Ioannem, & hic iacet lepus, qui omnino capi debet, niſi velimus, vt vulgo dicitur, *pigliare vn granchio*.

QVARTA præſomptio, ſeu coniectura eſt, quia d. Catherina in eius primo examine fol. 14. dicit, q᷈d quando prima vice habuit rem com d. Ioanne, *Mi non posi fantaſia ſe nel ſuerginarmi fece ſangue*, quod idem eſt, ac ſi dixiſſet, non feciſſe ſanguinem, quia ſi feciſſet, neceſſe eſt quod vidiſſet, ſi non tunc, ſaltem poſtea quando ſe exuit ſubuculam, quæ fuiſſet ſanguine aſperſa.

Quandoquidem ſi non fecit ſanguinem ſignum eſt, quod non eſſet virgo, quia virgines ſolent facere ſanguinem propter lacerationem cuiuſdam mẽbranæ, quæ Hymẽ appellatur (vnde Hymenæus) & lacerata per virilem coitum ſanguinem emittit, adeo quod ſi mariti prima vice non inueniunt vxores facientes ſanguinem, reputant illas non eſſe virgines, & hinc eſt, quod quæ non ſunt virgines, ad faciendum credi quod ſint, vtuntur pluribus fraudibus, & artibus, vt dicit Farin. quæſt. 147. num. 148. & 149.

Nec obſtat quod idem Farinac. d. loco dicat hãc probationem eſſe fallacem, ex quo iſte ſanguis põt quandoque venire à menſtruo, & quandoque prouocatus à callidis mulieribus, quia eſt aduertendũ quod ſallacia non ſtat arguendo negatiuè ſ. non facit ſanguinem, ergo nõ eſt virgo, vt nos arguimus, ſed arguendo affirmatiuè. ſ. fecit ſanguinem, ergo eſt virgo, com affirmatiuè huiuſmodi probatio nõ concludat, ex quo ſanguis poteſt prouenire ex cauſis ſupradictis conſideratis per Farinac. d. numero 149.

QVINTA eſt, quia d. Catherina habuit prima vice rem cum d. Ioanne in vigilia S. Martini 10. Nouembris 1615. vt ipſa dicit in primo examine, fol. 5. & in repet. f. 134 & peperit die 19. Iunij 1616. vt in denuntia Maſſarij fol. 165. & ſic poſt 7½ Mẽſes, & dies 19. à vigilia S. Martini 1615. Vnde cũ mulieres ſoleant parere in 9. menſe. præſumendum eſt quod in vigilia S. Martini, quando Ioannes habuit rem cum d. Catherina prima vice non eſſet virgo, ſed per prius habuiſſet rem cum alio, qui illam prægnantem reddidiſſet, quia vt dicunt Bald in l. ſeptimo menſe, ff. de ſtat. hom. & alij allegat. per Odd. conſ. 28. num. 63. partus præſomitur natus in 9. mẽſe arguendo à communiter accidentibus, quod argumentum in materia probationum eſt forte, & maximè quando proceditur ex præſumptionibus, vt in caſu, de quo agitur, ita poſt Bald. tradit Euerar. in loco à communiter accidentibus ſub num. 2.

Nec obſtat, quod ad hoc, vt partus viuere poſſit ſufficiat attigiſſe de 9. Lunis, prout facto calculo attigiſſet genitus 10. Nouembris 1615. & editus 29. Iunij 1616. quia reſpondetur primo, quod, vt iſte calculus procedat, d. Catherina debuiſſet reddi prægnans prima vice ex vnica ratuum membri immiſſione, & pollutione, quod tamen non ſolet accidere in virginibus, cum prima vice non parum fiat ſi aperiatur clauſtrum virginale, propter difficultates, quæ reperiri dicuntur. Et licet d. Ioannes vltra primam vicem habuerit poſtea rem cum d. Catherina pluribus alijs vicibus, tamen non liquet quãdo fuerint iſtæ aliæ vices, & ideo cum potuerint eſſe in tempore, à quo vſque ad diem 29. Iunij non tangantur 9. Lunæ, calculus de 9. Lunis non poteſt firmari, & ſic non benè procedit.

Secundò reſpondetur, quod licet iſte calculus procederet, tamen eſſet per poſſibile, quod nec concludit, nec facit aliquam præſumptionem, & ille de 9. menſibus eſt per argumentum à communiter accidentibus, quod ſi non concludit per neceſſe, ſaltem facit maximam præſupmtionem, vt per Bald. in d. l. ſeptimo, & Odd. d. conſil. 28. num. 63. & hoc ſufficit ad effectum, de quo agitur, cum agatur de tollendo præſumptionem virginitatis, quæ tollitur contrarijs præſumptionibus, & maximè in paupercula, & vili, in qua, aut nulla eſt, aut eſt ſatis debilis, vt ſupra dictum fuit, & non eſt dubium q᷈d iſta, quæ deducitur à communiter accidentibus, cum ſit fortis, tollit illam, quæ eſt debilis.

Præſertim iuncta alia præſumptione, quæ oritur ex non emiſſione ſanguinis, & ſic ex alio argumento deducto etiam à communiter accidentibus, cũ non ſit veriſimile, quod natura in iſta muliere defecerit ab his, quæ communiter facere ſolet in duobus. ſ. in non ferre 9. menſibus, & non emittere ſanguinem in actu deflorationis.

Et maximè ſi iungantur aliæ præſomptiones deductæ ex depoſitionibus teſtium, ſi quidem illæ verificant iſtas tollendo dubium, ſi quod remaneret propter poſſibilitatem naturæ, & iſtæ verificant illas tollendo omnem ſuſpicionem falſitatis in teſtibus cum ſit quodammodo impoſſibile, quod natura & teſtes ita correſponderent, ſeu ſe conformarẽt in idem, niſi veritas ita ſe haberet.

Quin immo ex hac conformitate teſtium, & naturæ poſſumus dicere, quod in caſu iſto pro non virginitate extent præſomptiones, & coniecturæ indubitatæ, cum talia concurrant, quæ ſimul iuncta arctant mentem Iudicis ad ita omnino credendũ, vt nec poſſit in contrarium inclinare, iuxta diffinitiones, ſeu deſcriptiones Bald. & Paul. de Caſt. quas refert Farin. q. 36. n. 36. & 37.

Nec facit quod in aliquibus teſtes videantur ſingulares, quia etiam per teſtes ſingulares probatur ſtuprum, vt per Gabriell de teſtibus. concluſio. 5. num. 51. ſeu vitæ inhoneſtas, vt per Farinac. quæſt. 136. num 29. & maximè concurrentibus coniecturis, vt in caſu iſto, in quo concurrunt ſupradictæ

conie-

coniecturæ procedentes à naturalibus, vt per Gabriell. vbi ſupra num. 76. vltrà quod cum agatur de inducendo præſumptionem, ex qua tollatur alia præſumptio ſufficiunt etiam teſtes ſingulares, ex quorum dictis Iudex, cui omnis fides teſtium eſt arbitraria, inducatur incredulitatem, propter quam ſibi videatur illis fidem adbibere, vt per Gabr. vbi ſup. num. 62.

Atque ex his, non obſtantibus in contrarium allegatis, nempe præſumptione virginitatis, quia tollitur contrarijs, & fortioribus præſumptionibus, & coniecturis, vt ſupra demonſtratum fuit, & prætēſa bona fama Catherinæ probata, vt dicitur, per teſtes, ſed in genere, quia probatio bonæ famæ in genere non tollit malam famam in ſpecie probatam ex ſupradictis, vt per Farinac. quæſt. 47. num. 193. qui num. 188. poſt Menoch. dicit, quod hodie probatio bonæ famæ eſt leuia defenſio, ſeu probatio. Nec non prætēſa fama, quod Catherina fuiſſet reddita prægnans à D. Ioanne, quia, vltra quod prægnātia non infert, quod de tempore coitus, quo fuit reddita prægnans, eſſet virgo, teſtes deponentes de dicta fama, ſeu voce non percutiunt tempus ante porrectam querelam contra d. Ioannem, & ſic cum potuerit habuiſſe ortum ab ipſa querela, nihil operatur, vt per Farin. q. 47. n. 176.

Ex his in quam veni in opinionem, quod ſententia Auditoris Turroni eſſet reuocanda, ſed conſiderato, quod etiam propter ſimplicem fornicationem potuiſſet ex quadam æquitate aliquid donari d. Catherinæ, vt donari ſolet huiuſmodi mulieribus, tractaui de aliquid donando cum Procuratore d. Ioannis, qui poſt multas difficultates, & quaſi coactus à me, induxit d. Ioannem, ſeu illius patrem ad dicendum, quod ſi pars acquieuiſſet, donaſſet libras centum loco expenſarum, quas alias fuiſſet in cauſa facturus, ſed Andreas frater d. Catherinæ, qui querelauerat, & eum hac prætenſione ſperabat ſe exonerare ab onere dotandi ſororem, noluit acceptare, quamuis eius Procurator id ſuaderet, proteſtans etiam quod alias nihil habuiſſet, ex quo non fouebat bonum ius.

Vnde fuit opus deuenire ad cauſæ expeditionem pro iuſtitia abſque alia donatione, prout feci pronūciando ſententiam Auditoris Turroni eſſe reuocandam, præſertim quia durum videbatur d. Ioanni videre ſe condemnatum pro eo, quod non fecit, cū irriſione etiam d. Iacobini, & aliorum de veritate informatorum, qui videntes d. Ioannem carcerationem, condemnationem, & alia damna paſſum pro eo, quod alius fecit, irriſiſſent illum, & ſic d. Ioannes, vt vulgò dicitur, *haueria hauuto il danno, & le beffe*, quæ ſunt duræ digeſtionis etiam in iuſticia.

Poſt hæc audiui, quod d. Andreas, mutato Procuratore, appellauit ab hac mea ſententia, & Iudices appellationum illam reuocaruut, confirmantes ſententiam d. Auditoris Turroni, ſed an benè, vel malè, quiſque videat. Ego motus ſum ex ſupradictis rationibus, quas fortè dicti alij Iudices non ſūt aſſecuti.

S V M M A R I A.

Per affrancationem primus contractus dicitur reſolui, & res ad primæuam naturam redire, n. 1.

Nec dicitur res alienari, ſed priori domino reſtitui. numero 2.

In rebus particularibus non datur ſubrogatio, niſi expreſſè dictum ſit, nu. 3.

Secunda veſtis poſita poſt primam pignoratam, non cenſetur ſubrogata in locum primæ, nec vſuræ ſoluūtur prout ſoluebantur de prima, n. 4.

In ſubſidium datur ſubrogatio in rebus particularibus. num. 5.

Sed caſus ſubſidij eſt probandus, ideſt debitorem non eſſe ſoluendo, num. 6.

D E C I S I O XLIII.

EMptus locus Concordiæ à tertio, eū pacto ne poſſet alienare, & eo fine hæredibus defuncto rediret ad ementes, & eorum hæredes, non fuit alienatus, ſed redemptus à Camera Apoſtolica, & alius locus emptus à tertio illo ſimpliciter, nulla mētione de loco prius empto, nec de alia facta, qui deceſſit ſine liberis, & hæredes emptorum obtinuerunt in hoc loco vltimo tenutam, quæ fuit confirmata per ſententiam, ſed vota in appellatione infirma-
1 uit, † quia primus locus fuit omnino extinctus, ſtante redemptione de eo ſequuta, per quam primus contractus fuit reſolutus. l. ſi vnus. §. pactus ne pe-
2 teret. ff. de pact. † Nec dicitur locus alienatus, ſed reſtitutus, ideo non fuit pacto contrauentum ad Tiraquell. in t. retr. §. 19. gloſſ. vn. numero 4. & in 2. retr. §. 3 gloſſ. vn. num. 9. Moror. reſp. 62. numero 13. Nec potuerunt hæredes eo pacto vti in alio loco, ſeu in alia re ab eo, & ab ea diuerſo. l. quicquid aſtringendæ. & ibi not. ff. de verb. obl.

Non obſtat allegata ſubrogatio per quam ſecundus locus in locum primi intraſſet ad alibi ſæpius ei-
3 ta. † quia ſumus in rebus particularibus, in quibus non datur ſubrogatio, niſi expreſſè ita conuentum ſit Moror. reſpon. 83. num. 6. & eſt proximè dec. in-
4 ter conſil. etiam diu. conſ. 20. to. 2. † Vbi per appoſitionem apud Hæbreum vnius veſtis poſt aliam primam redemptam, ſecunda veſtis appoſita non cenſetur ſubrogata loco primæ, nec ſoluuntur vſuræ, prout ſoluebantur de prima.
5 † Nec etiam obſtabat, quod ſaltem in ſubſidiū intret ſubrogatio etiam in particularibus, vt per Surd. conſil. 521. ſub numero 6. Neguſant. de pign. 1. membr. 5. par. numero 48. Rimin. iun. conſi 211. numero 25. libro 2. Quia non conſtabat hæreditatem, ſeu hæredes Alexandri non eſſe ſoluendo, &
6 ideo nos eſſetn caſu ſubſidij, † vt erat probandum Menoch. de adipiſcend. poſſeſ. rem. 3. numero 120. & 122. vbi alios refert. Ex quibus, &c. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Pupillus cedere poteſt eum authoritate tutoris, n. 1.
Locatio fieri poteſt authorando pupillo, nu. 2.
Vel per tutorem ſolum, num. 3.
Tutor poteſt, vel ſolus, vel cum pupillo exercere quemlibet actum etiam plenioris adminiſtrationis, vt alienare, vel cedere, nu. 4.
Sed cum hac differentia, quod in alienatione, ſeu ceſſione eſt neceſſarium decretum Iudicis, in alijs non, numero 5.
Authorare idem eſt, quod approbare, nu. 6.
Locatio eſt diſtincta ab alienatione, & dicitur adminiſtratio, non alienatio, nu. 7.
Roman. in conſ. 386. declaratur, nu. 8.
Infantes per ſolum tutorem contrahunt, quia neſcire poſſunt, quod faciunt, n. 9.

D E C I S I O XLIV.

ADuerſus locationem hoſpitij fieri ſolitam ad
vſum cauponæ factam per matrem tutricē,
D. Frācioto cum decreto, &c. ſeruatis ſeruand. pro
annua penſione librarum 512. duo principaliter op
ponebantur à duobus tutricis filijs, nullitas, & in-
iuſtitia.
Et nullitas quidem dupliciter. Primò ex perſona
vnius ex filijs, qui, eum excederet decimum quar-
tum annum, dicebat fuiſſe neceſſarium interuentū
ipſius, & authorante tutrice contrahi, non ipſam ſo
1 lā contrahere l. poteſt, pupillus. ff. de auth. tut. † Vbi
pupillus cedere poteſt, ſed cum authoritate tutoris,
à contrario, & tacitè non eſſe in poteſtate tutoris cō
trahere ſine pupillo, vt ità induc it d. tex. alijs etiam
iuribus probans Rom. conſ. 386. n. 2.
2 † Reſponſum fuit, tutorem poſſe locare, vel au-
3 thorando pupillo, vt in §. 1 inſt. de auth. tuto. † vel
per ſemetipſum, vt in l. pen. C. quan. ex fac. tuto. ad
Surd. dec. 299. Rol conſ 49. n. 7. lib. 2. Bald. in l. ſub
4 prætextu, in princ. C. de hæred. act. † & etiam quē-
libet actum exercere poteſt tutor plenioris admini-
ſtrationis, vt cedere, vel alienare, vt plenè per Alb.
5 viden. in conſ. 205. à nu. 1 ad 23. † Sed cum hac dif-
ferentia, quia in alienatione, ſeu ceſſione neceſſariū
eſt decretum Iudicis, Alb. d. conſ. 205. n. 23. & ſeqq.
in alijs verò non eſt neceſſarium, ſed ſimpliciter po
teſt tutor, vel ſolus, vel cum minore eidem authorā
6 do, † id eſt approbando ad Corn. conſ. 200. ſub n. 8.
lib. 1. adminiſtrare, in horum numero eſt locatio,
7 † diſtincta ab alienatione, vt eam diſtinguit Bald. in
conſ. 458. ſub n. 2. vol. 4. & quæ non dicitur aliena-
tio. Ceph. conſil. 729. num 28. lib. 5. nec locare dici-
tur alienare. Bertrand. conſil. 389. num. 4. vol. 2. p. 1.
ſed locatio modici temporis dicitur adminiſtratio
non alienatio, ait Bald. in conſilio 475. ſub numero
8. lib. 1.
8 † Non obſtat contrarium, quia Roman. id nō tra
ctat, an tutor poſſit, vel per ſe, vel cum pupillo cede
re, ſed ſimpliciter, an cedere poſſit cum pupillo ſal-
tem cum decreto Iudicis, ad quod reſpondet, quod
ſine cauſa & voluntariè non poteſt, & quod cū cau
ſa, & pro ſoluendo debitum pupilli poteſt, quæ non
pertinent ad caſum noſtrum, vt ex propoſita diſtin
ctione redditur manifeſtum.
9 † Cęterum ſi minor ſit infans authore tutore nū
quam contrahitur, ſed per tutorem ſolum, quia in-
fans interuenire non poteſt, quia non intelligit, qd
agit, ad l. eius eſt nolle, & ibi not. & ad l. pupillus. &
l. pupillum, & l. in negotijs contrahendis. ff. de reg.
iur. & notauit gl. Monter. ad. ſtat. Bonon. de cōtract.
cum minor. &c. circa princ. in verb. per tutorē f. 48.
Bar. in l. bonorum. C. qui admit. & in l. potuit. C. de
iur. delib. Ex quibus, &c. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Finito anno quartodecimo tutela expirat, n. 1.
Illico. id eſt ipſo iure, & facto, nu. 2.
Tutor finita tutela locando nihil agit, niſi minor ratificet. num. 3.
Contrà benè locare, num. 4.
Et ibid. declaratur l. pen. C. quan. ex facto tuto. &c.
Frater tenetur ſtare locationi factæ per fratrem, n. 5.
Quod tutor facit nomine pupilli, ipſe pupillus facere videtur, num. 6.
Ad faciendum vtilia quilibet ſocius cenſetur habere mandatum à ſocio, nu. 7.
Socius inuito ſocio poteſt locare ad vſum ſolitum, n. 8.
Ex communi habitatione vnus præſumitur ſcire factum alterius cohabitantis, n. 9.
Emptor ab vno ex ſocijs ignorans rem communem, ne decipiatur, non priuatur iure ſuo, n. 10.
Locatio facta a tutore cum decreto Iudicis, & præſentia propinquorum caret omni ſuſpicione, n. 11.

D E C I S I O XLV.

IVxtà propoſita in ſuperiori themate ſecunda nul
litas fuit, quod mater tutrix locauerit, altero ex fi
1 lijs annum quartumdecimum excedente, † cū per
exceſſum huiuſmodi tutela ſtatim expiraſſet, iuxtà
§. 1. Inſt. quib. mod. tut. fin. & ibi Doct. maximè A-
2 ret. n. 2. qui ponderat aduerbium † illico, id eſt ipſo
3 iure abſque hominis facto. † Vnde tutrix locādo ni-
hil egit in præiudiciū talis filij, non conſtito de eius
ratihabitione, vt dicit Ang. de Peruſ. in conſ. 50. n.
2. Menoch. (præter Angel. alios citans) in conſ. 314.
ſub n. 16. verſ. extat, & alia in term. lib. 4.
Io contrariū adducebamus tex. in l. pen. C. quan.
ex facto tut. &c. vbi ex locatione facta tutela finita,
per tutorem, agit pupillus, vel contra tutorem ipſū,
vel contra conductorem, quæ actio nō competeret
ex locatione nulla. Nec dicatur id fieri rōne conne-
xi, quia text. eſt clarus in locatione poſtea facta, ibi
poſtea in adminiſtratione perſeuerantes, &c. vt decla-
rat ibi. Saly. vbi benè diſtinguit vnū ab altero. Ang.
verò, & Men. loquūtur in alijs ter. i. io adminiſtra-
tiōe plena, & alienatiōe, de quib. dictū eſt ī ant. dec.
Itē dicebatur, ꝙ quoad partē pupilli locatio vale
5 bat indubitanter, † Frater aūt tenetur ſtare locatio-
ni factæ à fratre de domo communi, Surd. to. conſil.
43. li. 1 r. & ad alios cit. per Illuſtriſſimum Card.

Tuſc.

Tuſc.in lit.l.concl.430. per tot. præſertim num. 5.
vbi tamen Surd.non reperitur, qui ex profeſſo ma-
gis quam alius.

Nec erat dubitandum, quin eſſet locatio fratris,
6 licet facta eſſet à matre tutrice, † quia quod tutor
fecit tutorio nomine pupilli, perinde eſt, ac ſi ipſe-
met pupillus feciſſet l.apud Iulianum.§. penul.ff.ex
quibus cau.in poſſ.eat Surd.deci.297.num.5.Cra-
uet.conſ.560.nu.2.lib.4.

7 Nec requiſitio alterius fratris erat neceſſaria, †
quia ad faciendum vtilia quilibet ſocius dicitur ha-
bere mandatum à ſocio,& ideo poteſt locare, Dec.
conſil.556.ſub princ.in term.locationis ratione hac
applicata per Tuſc.d.num.8.Surd.conſ.43.n.9.

Et tanto minus neceſſaria, quia facta per Matrẽ
tutricem,quæ potuit,vt ſupra dictum eſt, per ſe lo-
care,& quia ad vſum deſtinatum fuit locatum ho-
8 ſpitium,† quo caſu ſocius inuito ſocio benè poteſt
locare, Soc.Sen.conſil.50.ſub num. 1. & 2. libro 4.
Franc.Aretin.in l.duo.ff. de aq. hæred. & demum,
quia cum omnes viuerent, & habitarent ſimul, &
ſub eodem tecto,non eſt veriſimile,quod non fue-
rit viciſſim inter ſeſe communicata noua locatio,
9 † quia ex communi habitatione in ſimul vnus præ-
ſumitur ſcire factum cohabitantis cum eo, Bal.con-
ſil.392.col.2.lib.2.Bec.conſ.47.num.22.& 24.Car-
din.Tuſc.lit.5.concl.63.n.8.& ex continua reſiden
tia cum matre Caſſan.conſ.15.n.20.

Conſideratum præterea fuit hæc fuiſſe motiua
ipſius hoſpitis de præſenti hoſpitium detinentis,dũ
nollet exire, & malitijs eſt obuiandum, & ad Caſ-
10 ſan.in conſ.57.num.4. † vbi dicit emptorem ab v-
no ex ſocijs ignorantem rem communem non pri-
uari iure ſuo, ne decipiatur, & in term. locationis
ad Aretin.in conſil.126.in fine,vbi eſſe contra æqui
tatem,maximè cum à principio non fuerit contra-
dictum per hoſpitem &c. vt infra dec. ſeqq. etiam
dicitur,& hæc eò magis,quod interceſſit decretum
Iudicis,cum tamen non eſſet neceſſarium, & alius
11 conſanguineus filiorum, † ex quibus dicta locatio
omni careret ſuſpicione ad conſil.crim.diu.150.nu
mero 65.& conſil.151.nu.28.tomo 1. Ex quibus,
&c. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Quando contractus eſt factus per tertium ſufficit læſio in ſexta parte, nu. 1.

Quod tamen dictum non tranſit ſine difficultate, n. 2.

In contractibus factis per tutores modica læſio ſufficit, numero 3.

Ex arbitrio Iudicis dijudicanda, nu. 4.

Inſtrumenta probant valorem, nu. 5.

Sententia Rotæ ad recedendum à locatione, vel ad ſupplẽdum ad lib. 625. nu. 6.

Quia ſtudendum ſit indemnitati minorum, n. 7.

Et quia vt locatio ſocij afficiat ſocium, ne ſit damnoſa neceſſe eſt, nu. 8.

Inſtrumenta antecedentium locationum longi temporis non probant penſionem, nu. 9.

Ex duobus ſocijs vno volente ſoluere, quod inuenitur ab alio, alter ſocius debet aſſentiri locationi, n. 10.

Auiamenti *dictio quid importet, nu. 11.*

Eſt deponendum, quod tanti hodie potuiſſet communiter locari, nu. 12.

Precia rerum non ex affectione, & vtilitate cuiuſque, ſed communiter æſtimanda, n. 13.

Non credendum deponenti ad æmulationem, n. 14.

Nautæ Caupones, &c. dicuntur genus improbum, n. 15.

Et contra eos multa ſtant ſpecialia in iure, n. 16.

Et contra eos præſumitur furtum, nu. 17.

Oblatio non ſpontanea, ſed coacta, aut per metum inducta non attendenda, n. 18.

Pauperis, & in neceſſitate conſtituti oblatio non dicitur ſpontanea, nu. 19.

Poſt contractum cum alio initum non licet agere de receſſu ſub prætextu maioris precii, n. 20.

Is, cui fuit oblatum, an velit iterum locare, & tacuit dicitur dolo tacuiſſe, nu. 21.

Non eſt admittendus ad beneficium is, qui illud ſibi oblatum neglexit, diſtulitq. accipere, n. 22.

D E C I S I O XLVI.

IMpugnabatur dicta locatio de iniuſtitia, quod
non conuenienti penſione hoſpitium fuiſſet lo-
catum,nam cũ nunc penſio eſſet lib.512. aliàs fuiſ-
ſet lib.700 744.7700.ideo intraret læſio,aut damnũ,
nec locatio eſſet vtilis ſocio, & licet præſens Caupo
conduxiſſet pro lib.550. tamen ideo eſt, quia inue-
niſſet hoſpitium(vt aiunt)diſauiatum. At nunc ad
priſtinum ſtatum, & auiamẽtum reductum fuiſſe,
& ipſummet offerre,& velle dare lib.700. Ex quib.
1 dicebatur conſtare de iniuſtitia contractus, † quia
conſtaret de læſione ſaltem in ſexta parte, quæ ſuffi
cit,quando contractus fit per alium, Bart.in l.ſocie-
2 tatem.77.§.arbitrorum.n.25.ff.pro ſoc.† Id verò li
cet nõ trãſeat ſine difficultate ad Iacob.à S. Georg.
in l.2.ſub n.2. C.ſi aduerſ.vend.vbi ait, quod in ſe-
creto iuris non ſequeretur hoc dictum Bar.& Odd.
de reſt.in int.q.4.n.119.& in ter. locationis falsũ di
xit Franc. Aret.in conſ.126.n.1. ad fi. reſpondendo
ad dictũ ſub eod.n.ſub verſ.2.videtur.& ibi. n.28.
3 declarationem.† Tamen in term.tutorum, ꝙ quæli
bet modica læſio ſufficeret tranſit cũ hac opinione,
4 ipſe Odd.ead.q.4.n.108. † quæ non ſolum à ſexta,
aut aliter, verum etiam ex arbitrio Iudicis põt diu-
5 dicari, vt ibi.n.123.† & inſtrumenta anteriora, vel
poſteriora probare valorem cõſtat vt dec. 65. Rot.
diu.Gratian.diſcept.Forenſ.c.45.nu.11. & ſeqq. &
ſelect.Bon.dec.145.nu.12. & ſeqq.
6 † Rota cenſuit eſſe recedendũ à locatione per cõ
7 ductorẽ,aut ſupplẽdum precium vſq.ad lib. 625. †
primò, vt indemnitati minorũ cõſuleret iuxtà arbi-
trium in hmôi competens, & etiã ope reſtitutionis
in integrũ,tametſi læſio non aſcendat ad dimidiam
iuſti precij,ad Calc.cõſ.85.n.14.15.Bertr.cõſ.142.
n.1.vol.1.p.2.Alb.cõſ.125.n 2.4.5.Cab.cõſ.dec.24.
n.16.to.2.Cor.cõſ.252.n.12.vol.3 vbi ꝙ ſufficit læ
ſio ẽt leuis,dummodo nõ ſit minima, & in term.
Odd.de reſtitut.in integ.quæſt.56.ſub num.37.ſub
verſ.Ego breuiter.iunct.d.quæſt.4. nu. 124. quo ſe

8 retulerat ipſemet Odd.in prælleg.nu.37.† & præ-
ſertim quia locatio ſocij, vt afficiat ſocium non de-
bet eſſe damnoſa ad Surd.d.conſil.43. num. 10. &
per totum.

Secundò, quia Rota non cenſuit ſequendum to-
tum pretium lib. 700. vel 720. vel 744. de quibus
per inſtrumenta teſtes, & oblationem prædicti ho-
9 ſpitis,† quia ad inſtrumenta reſpondebatur nó pro
bare valorem legitimæ penſionis de præſenti, vt eſt
neceſſarium in locatione, cum ſint multò antea fa-
cta Franc. Aret.in conſ. 126.ſub num.1. verſ. prima
10 ratio eſt,† vnde ſi ex duobus ſocijs vnus velit loca-
re, debet offerre precium. quod nunc ab alio offer-
tur Soc.Sen.in conſ.58.ſub num.4.ad fi.& n.5. per
tot.lib.4.& ad teſtes dicebatur firmiter non proba-
re, cum depoſuerint dictum hoſpitium ſolito *auia-*
11 *mento* poſtea caruiſſe,† .i. ſolito concurſu, vnde lu-
crum maius percipiebatur ad Cæph. (de hoc verbo
12 *auiamenti*) in conſ.328.num.20.& ſeqq.lib.3.† nec
depoſuerint quod tanti hodie potuiſſet communi-
ter locari, vt neceſſe erat iuxta Aretin. in termin.
mox cit.

Et oblationem hoſpitis multò minus attenden-
13 dam cenſuimus,† primò quia non propria, ſed cõ-
munis ęſtimatio attendenda eſt.l.precia verum. ff.
14 ad l. Falc. Aret.ſup.cit.† ſecundò quia ad ęmulatio-
né ad Burſ.conſ.56.ſub n.16.17.li.1.quæ facilè præ
ſumebatur, tum ex natura rei, tũ ex qualitate eiuſ-
modi perſonæ, ad tit.naut.Caup.&c.l.3. verſ.mita-
15 tur,† vbi improbum hoc hominum genus appella
16 tur,† & contra quos multa ſtant ſpecialia in iure,
Bald.in l.certi.ſub n.3.C.loc.Rebuff.to.2.de hoſpi-
tibus,n.15.in fi.& ſub n.18. D. Tepat.in ſuo repert.
to.2.tit.Nau.Caupo. &c. col.2.verſ.Hoſpites.poſt.
med.col.Clar.in §.furtum.ſub verſ.pro complemé
17 to,† vbi ad reprimendam eorum improbitatem, te
ner furtum cõtra eos præſumi ſequitur Card. Tuſ.
18 in lit.f.concl.560. nu. 5.† item quia oblatio nõ fuit
viſa ſpontanea.& libera, ſed coacta, perq. fraudem,
aut metum inducta, dum totum poſſe hoſpes face-
ret, ne exiret de hoſpitio, ideo inualida, & ſuper qua
non poſſet fieri fundamentum ad Abbat. in conſil.
113.ſub n.4.lib.2.& eſſet pauper, familia oneratus,
in neceſſitate conſtitutus, & qui profitebatur in ma
lam rem ſe abiturum, ſi coactus fuiſſet exire de illo
19 hoſpitio, ſiuè de illo trafico.† Ex quo pariter datur
intelligi non fuiſſe ſpontaneam oblationem, vt ibi.
20 Abb n.5.† & præterea poſt contractum cum alio
concluſum nõ licet amplius de receſſu tractare l. in
commodato,§.ſicut.ff.comm.& l.1.& 2. C. Quan.
lic.ab empt.diſced. Butr.conſ.59.n.2.& in term.lo-
cationis Franc. Aret.in d.conſ.126.ſub n.1. ante fi.
col.2.ibi, ergo locatio, & ſi ſit facta minus iuſto pre
tio debet ſtare firma, & verſ.ſecundo dico.in fin. in
col.3.in princ.& verſ.Non ob.doctrina ibi, & tamé
non poteſt reſcindi, & ſub num. 2.& Bertr.conſilio
204.vol.2. vltrà quod huic ipſi hoſpiti fuerat antea
21 denunciatum, an vellet iterum locare,† vnde aut
dolo tacuiſſe dicendus eſt, ad Aret.d.conſ.126.in fi.
22 † aut non eſſet nunc admittendus ad illud quod o-
blatum diſtulit accipere, per l.qui Romæ.§. cohære
des.ff.de verb.oblig.Surd. conſil. 205. ſub numero
16. ad 19.

Hæc tamen non omninò poſt habuimus, quia ſi
mul iuncta, & cum vltima locatione cum dicto ho-
ſpite, quæ fuit lib.550.& cum augumento auiamẽ-
ti, hodie maioris facti mouerunt ad æſtimandam le
gitimam penſionem aſcendere poſſe veriſimiliter
ad dictam ſummam lib.625. data electione eidem
Francioto Conductori, vel ſupplendi, vel recedẽdi,
ad l.2.C.de reſc.vendit.licet nõ in term.per electio-
nem tamen mediæ viæ, ac temperamenti cuiuſdã,
ne vel vinceret aſtutia vnius, vel lucrum cum iactu
ra alterius obtineret, ſicque nec deſtructo omnino
contractu tam ſolenniter geſto dicta in præced.de-
ci.nec omnino conſeruato ob indemnitatem, & ha
buit effectum, quia Conductor ſuppleuit, & cum
dicto hoſpite concordauit, vt continuaret, tãquam
ipſius Conductoris miniſter in hoſpitio, cum non
eſſet ipſe idoneus ad hoc exercitium, ſed per alium
ei vellet operam dare. Laus Deo,&c.

S V M M A R I A.

Res iudicata pro veritate accipitur, nu.1.
Adhæſio facit, vt vnius appellatio alteri proſit, nume-
ro 2.
Vt appellatio fiat communis, num.3.
Vt altera pars ea vti poſſit, nu.4.
Aliud eſt adhærere, aliud de adhærendo proteſtari, nu-
mero 5.
Contradictio non ſufficit, vbi opus eſt appellatione, nu-
mero eod.
Si fiat inſtantia pronunciari benè iudicatum, renunciatur
adhæſioni, & quis acquieſcere dicitur ſententiæ.
num.6.
Quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt, nume-
ro 7.
Adhæſio non adaptatur ad ea, à quibus non fuit appella-
tum, num.8.
Et ratio aſſignatur, num.9.
Adhærens eſt vnus ſpiritus cum appellante, ſub eodem
numero.
Speciali appellatione opus eſt circa capita præiudicialia,
nec adhæſio ſufficit, quando pars tantum à præindi
cialibus appellauit, nu.10.
Niſi in connexis, num.11.
Connexa non dicuntur, quæ per ſe ſubſiſtere poſſunt, nu-
mero 12.
Nec vbi eſt ſeparata cauſa defenſionis, numero deci-
mo tertio.
Nec vbi in vnum non reflectuntur, numero decimo-
quarto.
Nec inter diuerſa, quale eſt iudicium vniuerſale cum par
ticulari, num.15.
Poteſt agi ad certam quantitatem, vel generaliter ad red-
dendam rationem, nu.16.

DECISIO XLVII.

BArbara Britia conuenta à filia, ſeu Genero ad
reddendam rationem adminiſtrationis tutelę,
fuit declaratum, & ſententiatum ab Excellentiſs.
D. Iudice à quo, eã penes ſe habuiſſe de redditibus
lib. 1a1r7. 13. a. Compenſandas cum ex-
penſis alimentorum præſtitis, taxatis ab eodem D.
Iudice ad lib. octomill. in totum, & in reſiduo vſ-
que ad dictam ſummam lib. 12107. 13. a. condem-
nauit dictam tutricem cum damnis, &c. A reliquis
autem abſoluit, ideſt benè in reliquis rationem red
ditam fuiſſe circa capitale, & principalem admini-
ſtrationem, &c.

Ab hac ſententia appellauit tutrix à præindicia-
libus, filia proteſtata eſt de adhærendo huic appel-
lationi, mox tamen petijt pronunciari benè fuiſſe
iudicatum, vnde, cum in capite abſolutorio ſenten
tia fuerit tutrici fauorabilia, dicebat tutrix quoad
hoc caput ſententiam tranſijſſę in iudicatum, &
propterea nihil aliud eſſe per nos circa dictum ca-
put inueſtigandum, ſed ſolum an iudicatum eſſet,
1 videndum † cum res iudicata pro veritate accipia-
tur vulg. reg. l. res iudicata. ff. de regul. iur. & tot. tit.
de re iud. è contra filiam prætendente.

Videbatur dicendum non eſſe rem iudicatam,
2 propter adhæſionem, † quæ facit, vt vnius appella-
tio alteri proſit Maran. in praxi. par. 6. de appellat.
num. 285. Veſtr. in prax. lib. 7. capite 3. numero 19.
D. Sigiſmund. Scac. Collega apud Lucen. obſeruan-
diſſ. de appell. quęſt. 14. numero 46. & quęſt. 17. lim.
3 a. num. 94. † & certum eſt, quod appellatio vnius
ſit alteri parti communis l. ampliorem. C. de appel-
4 lat. cap. ſignificauerunt. de except. † quæ eadem
appellatione vti poteſt, Surdus deciſio. 143. nu-
mero 2.

5 Contrarium fuit tentum, † quia aliud eſt adhæ-
rere, aliud proteſtari de adhærendo, ſicut aliud ap-
pellare, aliud proteſtari de appellando, Menoch. de
recup. poſſ. remed. 1. numero 168. ad Vant. de null.
titulo vlt. ſub numero 62. nec ſola contradictio
ſufficit vbi appellatione opus eſt Mar. Anguiſſ. cõſ.
102. num. 18.

6 † Et præiudicauit vlterius ipſi parti inſtantia per
eam facta ſententiari benè iudicatum, per quam ſe
acquieuiſſe ſententiæ, & adhæſioni, ſi qua fuiſſet,
renunciaſſe oſtendebat, vt in term. Oſaſc. deciſione
142. ſub numero 27. Ruginell. de appellat. §. 9. gloſ.
7 10. capitulo primo numero 40. † quia quod ſemel
placuit amplius diſplicere non poteſt, vt in propo-
ſito Crauett. conſilio 203. numero 13. in fine
princip.

8 † Ad contraria reſponſum manet ex prædictis,
ſed additur particularius, ea non procedere, quan-
do fuit à præiudicialibus tantum appellatum, quia
adhæſio non poteſt intrare, niſi ſtrictè quoad ap-
pellata partis, circa quæ deuoluta eſt iuriſdictio,
non quoad alia, à quibus non fuit appellatum, &
circa quæ nulla fuit iuriſdictio deuoluta Surd. dic.
deciſio. 143. per tot. præſertim ſub numero 4. &
quinto. Franc. capitulo ſi duobus. numero nono. de
appellat. Oſaſc. deciſio. 142. numero 27. March.
deciſio. delph. 143. numero decimo tertio. parte ſe-
cunda, Sol. in tertio nou. decr. de forma appell. glo.
quarta. numero ſecundo, tertio, & quinto. Bot. cõ-
ſil. 69. numero decimo. Carpan. ad ſtat. med. capitu
lo 131. numero 134. & ſequent. Gratian. deciſio.
9 83. numero ſexto, † & ratio hoc confirmat, quia
ex eo, quod Appellans non acquieuit, ideo aperta
fuit via alteri parti ad non acquirendum circa ean-
dem rem, & ad vtendum eodem beneficio, ſed
vbi appellatum fuit à præiudicialibus tantum, ea-
dem pars appellans acquieuit circa alia, ergò & al-
teram partem acquieſcere neceſſe eſt, & eſt hoc ip-
ſo ei abrepta occaſio adhæſionis, quæ præſuppo-
nit aliud cui adiacet, quod hic deficit, quia accidens
non datur ſine ſubiecto, cui adhæreat, vt pro his,
& ad hæc eſt conſiliũ Oldrad. 290. & 330. ſub nu-
mero quinto, quibus adhærens dicitur vnus ſpiri-
tus cum appellante, & alia, & deciſio. vigeſima ter-
tia, numero quadrageſimo ſecundo. titulo de re
10 iudicat. in nou. † & non adhæſione, ſed ſpecia-
li appellatione opus fuiſſet, vt apud March. dic. de-
ciſione 143. ſub numero decimo tertio. parte ſe-
cunda.

11 Nec ratio connexi intrabat, † In quo etiam non
obſtante clauſula à præiudicialibus, pars vtitur ap-
pellatione partis iuxtà Felyn. & alios in dic. capitu-
lo ſignificauerunt. de except. Franc. dic. capitulu ſi
duobus numero ſeptimo de appellat. latè D. Sigiſ-
mund. Scac. de appell. d. quæſt. 17. lim. 21. num. 19.
& ſeqq. ad 32.

Quia primò ceſſat ſuppoſitum adhæſionis, vt
ſupra oſtenſum eſt, Docto. autem loquuntur cum
ſuppoſito eiuſdem, Secundò non eſt verum, quod
ſimus in connexis, nam abſolutio eſt circa reddi-
tionem rationis generalem, condemnatio verò cir-
ca exceſſum præſuppoſitum in expenſis alimento-
rum. Nam cum tutrix in reliquis benè reddidiſſe
rationem viſa eſſet, in vno ſolo viſa eſt exceſſiſſe,
nempe in dandis alimentis abundantius, & maiori
numero perſonarum, quàm par eſſet, vt de hoc in
ſequen. deciſio. erit peculiaris locus, & in hoc com-
putatis eidem dictis expenſis ad taxam, quæ pla-
cuerat Dom. Iudici à quo, fuit in reſiduo, vt iam
dictum eſt, condemnata, de exceſſu autem huiuſ-
modi poteſt de per ſeſe cognoſci abſque eo, quod
iterum in generalem illam rationem intremus, vt
12 patet, † quare cum per ſeſe ſubſiſtere poſſit huiuſ-
modi caput ab alio, non poſſunt hæc connexa ap-
pellati. Pacian. de probat. lib. 1. capitulo vigeſimo-
octauo, numero decimo ſeptimo. Ruginell. de ap-
13 pellat. §. ſexto. gloſ. prima numero decimo nonu. †
nec etiam datur connexio; vbi eſt ſeparata cauſa
defenſionis, etiam ſi alias reſpectu ſubiecti, ideſt
reſpectu eiuſdem rei, cauſæ dicerentur connexæ,
vt ait Aretin. in conſilio vigeſimo nono, ſub princ.
numero vigeſimo quinto. Dec. in cap. translato. in
14 1. lect. num. 16. de Conſtit. † Nec vbi in vnum non
reflectuntur, nec inuicẽ ſe reſpiciũt, aut vnũ non eſt
cõtẽplatione alterius, Surd. dec. 258. n. 15. & ſeqq.

15 † Nee intet diuerſa, ptout ſunt generalis redditio rationũm, & condemnatio in te particulari ad Cae dinal. Tuſc. lit. 5. concl. 304. numero primn, & ſeqq. Maranr. de otd. iud. pae. 4. diſtinc. 4. princ. ſub princ. & plenè Specul. tit. de actio. ſeu petit. verſic. ſequitur num. 45. id quod indubitanter procedit,
16 quando ſeparatur actu ipſo vnum ab altero, † vt quando agitur ad certam quantitatem prçcisè, vbi etiam potuiſſet generalis redditio rationum peti, iuxta Alexand. in conſil. 80. viſo proceſſu. in princ. lib. 4. Rot. gen. dec. 202. ſub princ. & numero 1. vt hic per ſententiam factum fuit, & quando ſeparata eſſe poteſt cauſa defenſionis, vt pariter hic, vbi ſolũ videndum eſt, an exceſſum fuerit in dictis expenſis faciendis, per prædicta. Ex quibus obſtare rem iudicatam in capite abſolutorio reſolutum fuit, quicquid vnus ex DD. diſſenſerit prout in voto. Cuius præſuppoſita non ſubſiſtere ſublata connexitate, in qua ſe fundabat, patet euidenter. Laus Deo. &c.

SVMMARIA.

Vna, & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri, numero 1.

Libro tutelari datur fides concurrentibus requiſitis, numero 2.

Præſumitur tutor probus, & legalis pro vtilitate pupilli expendiſſe, nu. 3.

Mater non eſt adeo aſtricta, vt extraneus, rationi reddendæ, num. 4.

Nec alius conſanguineus eſt adeo aſtrictus ad minutam ſpecificationem expenſarum, eodem numero 4.

Sufficit apparere tantum veriſimiliter expendi potuiſſe, num. 5.

Mos mariti continuatus à tutore eum excuſat, numero 6.

Iudex arbitratur circa expenſas tutelares. numero 7.

Ad arbitrium boni viri, num. 8.

In actione tutelæ debet exuberaſſe bona fides, etiã ex parte iudicantis. nu. 9.

Dolus, lata culpa, & leuis, ex quibus cauſis à tutore deniantur, nu. 10.

Culpa leuiſſima eſt in deuiando ab ea diligentia, quam habent homines diligentes, &c. n. 11.

Seu in non faciendo quod diligentiſſimus paterfamilias faceret, nu. 12.

Tutor non tenetur de leuiſſima culpa. numero decimotertio.

Matri non merè impendenti tanquam tutrici, ſed alijs ex cauſis magis tribuendum. numero decimoquarto.

Frater vterinus eſt alendus à ſorore diuite, numero 15.

Famulum, aut famulam conuenire in hoc caſu, numero 16.

Et ſextam perſonam, vt nu. 17.

De donis tutorum remiſſiuè, & quod admittatur concernatio in cauſa alimentorum, numero decimooctauo.

Mulier, cui legata ſunt alimenta, ita quod conſerat dotem, ſi hæc ſit egregia, cenſetur facta vſufructuaria num. 19.

Fallit ſi ſint liberi teſtatoris, nu. 21.

Creditum pupilli eſt compenſandum cum credito expenſarum tutoris, nu. 22.

DECISIO XLVIII.

CVm in reliquis approbaretur adminiſtratio tutricis, de qua in præced. deciſ. vnica fiebat oppoſitio, quod eadem exceſſerit modum in expenſis alimentorum computatis prout in libris exhibitis, conducto ad ſcribendum de induſtria ſcriba, cũ ipſa literas neſciret.

Reſpóſum fuit primo quemadmodum in alijs, ita, & quoad hoc ſtandum eſſe libris, & credẽdum
1 ità fuiſſe expenſum prout in eis, † ne vna, & eadem res diuerſo iure cenſeretur l. eum qui ædes. ff. de
2 vſucapion. † concurrentibus omnibus, quibus ſolet dari fides, de quibus Crauett. in conſil. 275. iuncta approbatione ex ſententia, quæ tranſiuit in iudicatum in ea parte, quæ concernebat generalem redditionem rationis, & quæ ſine approbatione talis non ſubſiſteret.

3 Iuncta his præſumptione iuris, † quod tutor præſumatur pro pupillo rectè expendiſſe, iuſtis de cauſis, & ad eius vtilitatem, cùm & proba, & legaliſſima comperta fuerit hæc tutrix, Menoch. conſilio 22. numero 25. verſic. non obſtat tertio. in fine
4 libro 1. † Item quod eſſet mater, non ita aſtricta, vt extraneus tutor. Bald. in l. cum oportet. §. finali.
5 C. de bon. quæ lib. numero 4. † etiam ſi non adeò minutatim fuerint deſcriptæ expenſæ, quia conſanguineos non eſſe adigendos ad minutam ſpecificationem dicit pluribus citat. Cabalin. millelo-quin 73. numero ſecundò columna ſecunda ſub
5 princip. verſic. conſanguinei, † & ſufficit, quod appareat tantum veriſimiliter expendi potuiſſe D. Sol. in antiq. Sab. decr. titulo de minor. decr. quitationem. gloſſ. prima, numero decimo in termin.
6 matris. † Item, quod maritus dum viueret, tantum ſolitus eſſet expendere in alenda familia, vt probatum eſt, & mos mariti continuatus excuſat leg. cum alimenta. ff. de alimen. legat. Surd. de alimen. titulo 4. quæſtione 19. Munnoz. de ratioc. capitulo 22. numero 46. Bartol. in l. Titium, & Meuium. §. altero. ff. de adm. tut. Gutierez. de tutel. parte 2. capitulo nono, numero decimo quinto. Immo debent præſtari, prout maritus ſolitus erat præſtare l. Mela. 14. ſub §. ſed & ſi. ff. de aliment. & cib. leg.

Ex quibus valdè debilitaretur, vel magis tolle-
7 retur prætextus huiuſmodi exceſſus, † prout ita arbitrabamur ex arbitrio nobis de iure dato, ad Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 173. & 209. ſub nu-
8 mero trigeſimo quarto, † ſeu ad arbitrium boni viri, vt ait Auen. deciſio. 53. ſub numero ſecundo.

† Atten-

Digitized by Google

9 † Attenta maximè qualitate actionis tutelę, in qua
etiam ex parte Iudicantis debet bona fides exube-
rare, nimia ſcrupuloſitate exploſa, Sol. in d. decret.
quitationem, glo. 1. num. 10. in fin. princ.

In omnem caſum dicebatur, exceſſum (ſi ali-
quis extitiſſet) fuiſſe non ex dolo, lata culpa, aut le
ui; cum nihil in burſam tutrici venerit, & in alijs
omnibus ſexum proprium exceſſerit, cum ſtatum
cōfuſum, in portum tutum reduxerit, & filiā cum
dote ſcut. quinquemilliū nupſerit, & alia fecerit ad
eius beneficium, tam viriliter, & tanta cum bona fi
de, vt cum potuiſſet lucra quædam abſcondere, &
pro ſe retinere, omnia tamen ingenuè pateſecit, in
10 libros fideliter redegit, † ex hiſce enim dolum, &
culpam latam, ſeu leuem excludi patet (in minori
numero qualitatum intercurrentiū in perſona tu-
toris) apud Menoch. in d. conſ. 22. nu. 7. conſ. 214.
n. 16. & ſeqq. lib. 3. conſ. 387. n. 5. & ſequen. lib. 4.

Ita quod ſupereſſet poſſet culpa leuiſſima tan-
11 tūm, † quæ vt conſiſtit, ſi in expendendo deuiaſ-
ſet ab ea diligentia, quam habent homines diligen
tes, & diligentiſſimi eiuſdem conditionis, & pro-
feſſionis, vt ait Abb. in conſ. 83. ante fin. lib. 2. Men.
conſ. 118. num. 12. lib. 2. in conſil. 1194. num. 32.
12 lib. 12. † Si non feciſſet id, quod diligentiſſimus pa
ter familiàs faceret, vt ait Bar. in l. in rebus. ff. Com
mod. Cauagnol. ad Menoc. in d. conſ. 118. num. 25
13 Non teneretur de hac mulier, † quia non tenetur
tutor de leuiſſima culpa, Bart. in l. quod Nerua. nu-
mero 33. in 10. quæſt. ff. depoſ. Dec. in l. contractus,
num. 32. Cagnol. num. 81. 82. ff. de reg. iur. ad quod
nullum mihi dabatur reſponſum.

14 † Et præterea nonne aliquid amplius conceden
dum erat huiuſmodi matri? quæ fuit cauſa, & fun-
damentum tantarum facultatum, dum ſuper ſuo
proprio, quod duxiſſet maritum pauperem in do-
mum propriam, & ſuper ſuis facultatibus, cœpit
maritus alias cumulare: Quæ cum re pupillari ex-
pendebat, & propriam, & iuxta ſolitum & mater
ad l. pen. in princ. ff. de alim. & cib. lega. vbi ex ſolito
defuncti, ex facultatibus, ex charitate modus eſt in
alimentis ſtatuendus.

Ex prædictis nihil nobis ſuadere poterat, quod
imputandus huic mulieri foret exceſſus, ſed hoc ne
quidem (ad ſpecialia proprius accedendo:) com-
putatis ſex perſonis, prout infra: matre ipſa, filia, &
ancilla coquinaria: de quibus nulla erat diſputatio;
15 † & de fratre vterino filię erat pariter clarū, quod
eſſet alimentandus, nam & maritus eum alebat, &
ſoror diues tenetur alere vterinum l. qui filium, cir
ca fin. ff. vbi pup. educ. deb. Surd. de aliment. titul. 1.
q. 25. num. 17. Gutier. de tutel. par. 2. c. 6. nu. 24. &
par. 3. c. 1. num. 131. in fin. Munnoz. de ratiocin. ca-
pit. 22. num. 41. 42. & 56. & ad Ioan. citand. nu-
mero 18. infra.

16 † Et de famulo admittebatur, pro quatuor pri-
mis annis, quibus durabant conductiones cœptę
cum defuncto; Sed nos ſiuè de famulo, ſiuè de fa-
mula, quæ iret ad plateam, ad ſacra, cum matre,
ſeu quæ maneret domi ad gubernium filiæ, non
fidendę iſtis ancillis coquinarijs, vt plurimum ſu-
ſpectiſſimis, vt notum eſt, ſeu pro infirmitatibus,
quibus erat ſolita, admittendum, vel admittendam
cenſebamus: iuncto ſolito mariti tenēdi huiuſmo-
di familiam, vt loco famulæ matrem, quæ tunc ade
rat, & loco famuli Gargiones apothecæ, quibus ad
ipſos etiam vſus domeſticos vtebatur ad Bertr. con
ſil. 163. num. 9. 10. & 11. volum. 1. & ita erunt ha-
ctenus quinque perſonæ.

17 † Addebatur ſexta, non propriè, ſed loco varia-
rum impenſarum extraordinariarum, Colonorū,
ruſticorum, ſalariatorum, Affinium, ſolutionum
gabellarum, eleemoſynarum, ſponſalium filię, & ſi-
milium, quæ loco expenſarum vnius perſonæ ha-
18 beri poſſe dicebatur; † & de donis tutorum ad Me
noch. conſ. 29. num. 33. conſ. 22. ſub num. 25. lib. 1.
Zoann. reſp. 36. num. 4. & 5. vbi declarat dummo-
do donetur coniunctis pupilli, aut alimenta præſtē
tur eiſdem, & de muneribus, quæ per alimentorū
præſtationem fiunt, vt hic, & in fratre vterino, &
reliquis fuit obſeruatum.

Singulis perſonis dando quinque corbes frumē-
ti, valoris tunc libr. quinque pro qualibet corba,
vnam caſtellatam vini valoris lib. 35. quatuor ſoli-
dos pro obſonio ſingulis diebus, prout iſta reſulta-
bant ex teſtibus, iuncta ſumma ex relatione perito
rum concordi libr. 6047. 8. 10. pro lignaminibus
veſtibus, & alijs earundem mulierum; Summa ex-
penſa excedebat creditum filiæ prędictum. Admit
titur enim ſimilis coacervatio, ſeu cumulus in cau-
ſa alimentorum ad Alex. de Neuo in conſil. 36. in
ſecunda par. num. 3.

Imò etiam circumſcripto hoc calculo, accipien
du taxam petiti partis ad lib. 187. pro qualibet per-
ſona, & pro quolibet anno, & tantò magis accipien
do taxam, de qua in ſententia ad rationem lib. 192
adhuc expenſæ excedebant; vt factis calculis ad de
cem annos, quibus durauit tutela, & ad rationem
ſex perſonarum, non autem quatuor tantum, vt in
dicta ſententia, cuique calculanti apparebit.

Adhæc omnia accedebat, quod hæc mulier fuit
facta legataria alimentorum incluſa dote egregia,
& ideo conſtituta vſufructuaria Bero. conſ. 34. nu-
mero 16. vol. 2. aut ſaltem relicta cum quadā præ-
eminentia in domo, prout erat in vita mariti, cum
habeat filiam, quo caſu non vſufructuariam, ſed
eum dicta præeminentia alimenta fuiſſe relicta in-
terpretantur Doct. Bertr. conſ. 162. ſub princ. vo-
lum. 5. Ioan. de Anan. conſ. 37. nu. 6. Doct. in auth.
hoc locum, C. ſi ſecun. nupt. mul. viuente autem
maritò ipſa mulier perinde regebat, ac adminiſtra
bat, vt vir ipſe; Vnde omnibus ſimul iunctis cēſui-
mus matrem omnino fuiſſe abſoluendam, facta cō
penſatione expenſarum, prout ſupra admiſſarum,
cum aſſerto credito filię ad l. 1. §. præterea, ff. de cō-
tr. actio. tut. Rot. Gen. dec. 191. nu. 5. & tranſactio-
ne iurata ipſæmet partes, & ſentētiam hanc noſtrā
confirmarunt, & (quod præcipuè optandū erat,)
animos vnierunt, quicquid aliorum duorum colla
garum extarent contra dictam maioris partis ſen-
tentiam vota, & ea quidem pro filia, licet adhuc
inter ſeſe diuerſa. Laus Deo.

SVM-

S V M M A R I A.

Acceptatione commeatus receditur à prætenſione tacitè reconductionis, num.1.
Per duos teſtes probatio dicitur eſſe legitima, num.2.
Statutum tractans de forma dandi commeatum, numero 3.
Commeatus aliter dati ſunt nulli, ac ne quidem ex confeſſione partis probantur, num.4.
Aliud eſt Commeatus, aliud eius acceptatio, num.5.
Si non poſſit ex ſtatuto probari per teſtes ſolutio, poterit tamen abſolutio, num.6.
Statuta huiuſmodi ſunt contra ius diuinum, & humanũ ſtrictè intelligenda, & etiam ſtatutum præſcriptiuum dictæ formæ dandi commeatus, num.7.
Probatus Commeatus mixtim cum acceptatione per teſtes, num.8.
Statutum loquens in caſu ſimplici non habet locum in caſu mixto, num.9.
Poteſt conſtare de actu diſſoluto, licet non conſtet de geſto num.10.
Priuatio præſupponit habitum, num.11.
Mandatum licet ex ſtatuto per teſtes probari non poſſit, poterit tamen ratificatio, num.12.
Actus nulli vt tales, poſſunt ſuſtineri, vt alij, numero 13.
Probatio acceptationis commeatus per confeſſiones illatiuas, & non clarè ſuper ipſa acceptatione ſimultanea non attendenda, num.14.
L. ſi quis conductionis, C. locat. iure ſpeciali fuit conducta, odio colonorum, ne varijs exceptionibus eluderent eos, à quibus cauſam habent, num.15.
Prohibita probatione emphyteoſis, niſi per inſtrumentum, non poterit probari per teſtes, quaſi poſſeſſio iuris percipiendi affictus, num.16.

DECISIO XLIX.

EX Commeatu non dato legitimè ſecundum formam ſtatutorum, expreſsè tamen in præſentia duorum teſtium acceptato, conceſſum fuit
1 præceptum expulſiuum, † quia huiuſmodi acceptione fuit receſſum à tacita reconductione ad l. nihil tam naturale, ff. de regul. iur. Surd. conſ.130. nu-
2 mero 9. & ſub num.25. † Iuncta probatione per duos teſtes, quæ dicitur legitima l. vbi numerus, ff. de teſtibus, cap. in omni negotio. ext. eod. tit. cap. relatum, cap. cum eſſes. ext. de teſtam. qui probabant dictam acceptationem commeatus dati.

Tota vis (in re hactenus tam clara) conſiſtit in
3 diſſolutione contrariorum. † Nam primo videbatur obſtare Stat. de pœn. vend. rem al. §. præterea ſtatuimus, fol.177. & 184. vbi Commeatus debet dari in ſcriptis, aut aliter, vt ibi quæ forma nõ fuit ſer-
4 uata; † in tantum, vt commeatus aliter dati ſint ipſo iure nulli, nec per confeſſionem quidem Inquilini poſſint probari, vt ait ibidem Monteten. in gloſſ. pen.
5 Pro reſolutione dictum fuit, aliud eſſe commeatum aliud acceptionem eiuſdem, de Commeatu loqui ſtatutum; non de acceptione, ideo non habe-
6 re locum in iſto caſu. † Sicut dicimus, quod ſtante ſtatuto, ne poſſit ſolutio probari per teſtes, poteſt tamen probari per teſtes abſolutio; ſiuè pro-
7 miſſio de faciendo inſtrumentũ abſolutionis, † & cum huiuſmodi ſtatuta ſint contra ius Diuinum, & humanum, ideò ſtrictè ſunt intelligenda, vt latius proſequitur Ioan. de Anan. in conſ.64. refert, & ſequitur Surd. conſ.54. nu.10. lib.1. & quod ſtatutum præſcriptiuum huiuſmodi formæ ſit contra ius commune, & non extendendum dicit Alex. in conſ.76. num.8.9. lib.5.

Secundò videbatur dicendum, ſemota probationa ipſius commeatus, non poſſe dari probationem acceptionis, quia commeatus ſe habet vti ſubſtantia, & acceptio vti accidens, adhærens ſubſtantię, & ſine ſubſtantia non datur accidens, vt alibi iura adhoc attulimus.

8 † Reſponſum fuit vtcunque commeatus ſolus non cenſeretur probatus, attamen poſſe dici probatum mixtim cum acceptione, † ſtãte regula, quod
9 ſtatutum in vno ſimplicium loquens, non habet locum in caſu mixto Alexand. in conſ.82. num.17. lib.5. & ibi duę addit. vt etiam alibi diximus.
10 † Secundò fuit reſponſum poſſe cõſtare de diſtractu, ſeu de diſſolutione, licet non conſtet de cõfectione, & de actu antecedenti; Imò ex hoc infertur ad primum, & actus ſubſequentes proſunt ad
11 probationem antecedentium, † iuxta illud priuatio præſupponit habitum, l. decem, de verb. oblig.
12 † & à ſimili propius, habemus, quod tametſi mãdatum ex ſtatuto probari non poſſet per teſtes, tamen probaretur ratificatio iuxta Bald. in l. obſeruare, §. fin. num.8.9. & 11. ff. de offic. procõſ. & lega. Sequitur Surd. in d. conſ.54. num.11. lib.1. Simile verò de ſubſtantia, & accidente non intrat, quia vtrunque ſe habet vt ſubſtantia, cum per ſeſe ſubſiſtere poſſint, & diuerſi actus verè ſint, & cenſeã-
13 tur. † Sic etiam habemus actus nullos, vel ratione formæ, vel alia, ſi non ſuſtineantur vt tales, ſuſtineri tamen alio modo, ac vt alios, putà in vim pacti, tranſactionis, vel noui conſenſus, dummodo forma non eſſet inducta fauore publico, quia nullo modo ſuſtinerentur, intelligimus enim ſi fauore priuato, vt benè diſtinguẽdo per Rom. in conſ.54. per tot. & in conſ.175. Surd. deciſ.53. num.18. & ſeqq. Alexan. & alij præſertim Sichard. in l. non dubium, C. de teſtamen. Affl. & Vrſill. dec.117. & ita fuit conceſſum (vt dictum eſt) dictum præceptũ & ſententia confirmatum d. Cattelano Morbrolo: Contra Angelum Calabrum, & habuit effectum ſententia.
14 † Declarari poſſent prædicta, ne procedant, niſi vbi clarè conſtet per dicta teſtium deponentium de acceptione præcisè; non autem, ſi per confeſſiones illatiuas, & non terminatas, & certas ſuper ipſa acceptione ex ſimultaneo cõſenſu, quia ad iſtas non eſſet attendendum, vt quantò minus fieri poſ-
15 ſet, ſtatutum læderetur, aut eluderetur † arg. l. ſi quis conductionis, C. loca. quatenus hæc l. dicitur loqui in caſu ſpeciali in odium colonorũ, & ſimi-

lium

Digitized by Google

lium perſonarum, ne varijs exceptionibus eludecent eos, à quibus habet cauſam vt dicit Panorm. poſt Ant. de Butr. in cap. inter dilectos ſub nu. 16. ext. de fide inſtrum. Petr. ſtella in l. repetitio, fol. 30. verſ. non obſtant iura, ff. de cond. ind. & ad Surd. conſ. 311. num. 6. conſ. 425. num. 17. Farin. conſ. 60. num. 88. volum. 1. vt in tali caſu, (& vbi etiam amplius erat vnus teſtis, qui de auditu à partibus ſimul præſentibus, ſed mox viſus eſt antedictum alio planè contrario offuſcare) cenſebam in alia cauſa non eſſe præceptum expulſiuum concedendum; ſed cum eſſem ita declaraturus per ſententiam, acquieuit pars, quæ petierat præceptum expulſiuum; & etiam alia pars quoad expenſas, ad quas partem actricem teneri contendebat, me ambabus partibus ita innuente, & concordium habuit effectum.

Item declara, niſi ſit dare caſum, in quo per in-
16 directum eluderetur ſtatutum, † puta ſi ſit prohibitum probare emphyteoſim, niſi per inſtrumentum, cenſetur etiam prohibitum poſſe probari per teſtes quaſi poſſeſſionem iuris percipiendi affictũ emphyteoticum, per quod in effectu perueniretur ad probationem iuris emphyteotici, vt ait Alexan. in conſ. 94. num. 2. lib. 7. quæ eluſio in caſu noſtro non eſt, quia de iure locationis conſtat, nec de commeatu ſimpliciter tractatur, in quibus termin. loquuntur ſtatuta, ſed de commeatu, & acceptatione ſimul. Laus Deo.

S V M M A R I A.

In alternatiuis ſufficit alteram partem verificari, numero 1.

Verba principalia non cenſentur temerè appoſita, ſed ſunt interpretanda, vt aliquid operentur, numero 2.

In claris non eſt quæſtio voluntatis admittenda, numero 3.

Disiuncta vertitur in coniunctam, num. 4.

Limita vt num. 5.

L. generaliter, C. de Inſtit. & ſubſtit. & alia ſimilia iura ſunt exorbitantia, nec extendenda, num. 6.

Et ibi disiuncta reſoluitur in coniunctam ad euitandam abſurditatem ſub eod.

Natura disiunctiuæ eſt, non deſiderare plurium concurſum, num. 7.

A proprietate verbi non eſt recedendum, cum qua dicitur mens concordare eod. num. 7. & 8.

Alternatiua reſoluitur in coniunctam ex aliqua ratione ſpeciali, num. 9.

Et quando aliàs eſſet inutilis diſpoſitio, num. 10.

Legatum per repreſentationem intelligitur vtile, numero 11.

Disiuncta reſoluitur in coniunctam poſita inter genus, et ſpeciem, num. 12.

Disiunctiua in inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus quando in coniunctam reſoluatur declaratur, num. 13.

Item declaratur, & diſtinguitur alio modo, vt numero 14.

Quando diſpoſitio reſpicit diuerſa tempora, disiuncta non reſoluitur in coniunctam, num. 15.

Et vbi ceſſat ratio cur tranſeat ſub eod. remiſſiuè.

Recuſatio Iudicis fieri debet ante litem conteſtatam, & facta poſt citationem ad ſententiam non attenditur, num. 16.

Recuſatio in ſcriptis fieri debet, vt ſit legitima, numero 17.

Non dicitur attentare, qui facit de ordine principis, ſicut nec princeps ipſe attentare diceretur, numero 18.

Recuſatio calumnioſa reijcienda ſub eod.

Sententia benè in meritis lata, aliàs nulla poteſt confirmari, num. 19.

Maximè quando non fuit inſtatum, vt ſuper nullitate prius pronunciaretur, num. 10.

Petendo ſententiari benè appellatum, cenſetur attentatis renunciatum, num 21.

Attentata contra inhibitionem ex breui non intrant quoad non comprehenſa in ipſo breui, num. 22.

DECISIO L.

Hieronymus Calcina, inſtitutis Lucretia vxore, & Gentili filia naturali, donec nupſerit, quoad vſumfructum, ſubiecit; Quo verò ad nudã proprietatem, durãte dicto vſufructu, & ipſo vſufructu finito, extincto, & cum proprietate conſolidato, vel per conuolationem dictæ eius vxoris ad ſecundas nuptias, vel per mortẽ illius, vel per ſubſequens matrimonium d. Gẽtilis, & ſic quoad proprietatem, & vſumfructum ſimul conſolidatum, vt ſupra, omnes, & quoſcunque filios maſculos ipſius Gentilis legitimos, & naturales, ac de legitimo matrimonio natos, ſeu fortè naſcituros ex ea inuicem, & viciſſim æquis portionibus inſtituit, & ſubſtituit vulgariter, &c.

Filius ex Gentili, ex legitimo matrimonio poſtea ſubſequuto natus, petijt dimidiam dictæ proprietatis, in qua (per matrimonium Gentilis ſubſequutum) hodie reperitur vſusfructus cum ipſa proprietate conſolidatus: Negauit dicta vxor aſſerens totum vſumfructũ ad ſe iure accreſcendi pertinere; Primus Iudex pro vxore iudicauit; Secundus pro filio, quam vltimam ſententiam etiã Rota confirmauit.

Quia veniſſet vnus ex caſibus alternatiuè comprehenſis, ibi, *Vel per ſubſequens matrimoniũ Gentilis*; de hoc enim, & de nato ex eo, filio prædicto, conſtabat; vnde videretur in tuto, per regulam:
1 † Quod in alternatiuis ſufficit alteram partem verificari l. plerunque in fin. ff. de iure dot. l. is qui ducenta §. cum ita, ff. de rebus dub. l. ſi hæredi plures, ſup. ff. de cond. inſtit. l. in eo. §. vbi verba, ff. de reg. iur. Surd. conſ. 339. num. 10. lib. 3. Alciat. conſil. 5. num. 13. lib. 2. & cum hæc ſatis de ſeſe clara, imò verò peruulgata eſſent, & tantò magis, quia ſunt
2 verba principalia, & maximi momenti. † vnde nõ eſt credendum temerè fuiſſe ita poſita per teſtatorem, ſed potius ſunt interpretanda, vt effectum
3 ſuum operentur ad Alb. conſ. 431. nu 7. † nec quæſtio volũtatis debeat admitti, vt per Doct. in l. he-

redes

19 † Dicebatnt, quod etiam data nullitate, poſſet
nihilominus ſententia, bene quoad merita prolata,
confirmari Lancel. ibid. in prima declar. num.53.
vbi de communi. Vant.de null.tit.vlt.num.129.&
20 ſeqq. † maximè cum non fuiſſet inſtitum, vt de
ea prius cognoſceretur ad Gabr. conſ.28.lib.2.
Alia de attẽtatis præſuppoſitis fuerunt, vel ſolũ
in informationibus allata, & poſt in actis petitio-
21 nes proprias pronunciari benè appellatum, † per
quas fuiſſet, ſi extitiſſent, renunciatum attentatis,
Manfred.de attent. par.4. num.4.5. & par.9. ſub
num.6.ad fin. Lancel.par.3.cap.24.quæſt.16. per
tot.& par.2.cap.4.limit.15.num.4.11.& ſeqq. vel
non percutiebant, quia fundabantur in breui inhi-
bitorio, reſtricto ad prætenſiones dotium, & iuriũ
dotalium dictæ vxoris; de quæſtione verò præſen-
22 ti, de qua ſupra, nullum verbum, † vnde attentata
intrare non poterant circa non comprehẽſa in bre
ui, vt per Lancell.tit.de attent.poſt inhib.limit.17.
& etiam lim.2.per tot. dotes autem fuerunt obla-
tæ mulieri, dandæ libenter abſque vlteriori lite:
quare bona fides, bonumque ius actoris vndequa-
que effulgebat, & diffugia imò, & ſi vnquam, hic
ſanè cauillationes alterius informantis non deficie
bant, quibus occurrendum ſemper. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Socius, non emens nomine Societatis, præſumitur quod nomine proprio, nec obligatur conſocius, num.1.

Emptor, et venditor incidunt ambo in pœnam feudi venditi ſine conſenſu domini, num.2.

Socius poteſt conueniri pro debito à ſocio contracto in ſolidum, non tamen quoad ſocios inter ſe, num.3.

Si res ducantur in apothecam communem, præſumitur in rem ſocietatis verſio, num.4.

Frumentum in horreo repoſitum, & corruptum, dicitur tamen in rem domini verſum, num.5.

Beſtiæ macellatæ in macello communi præſumuntur verſæ in vtilitatem communem, num.6.& 7.

Et idem de lanis, num.8.

Non attenditur principium, cuius nomine emptum ſit, quando apparet alterum ſocium rerum curam ſuſcepiſſe, num.9.

Præſumptio verſionis in rem ſocietatis facilius intrat circa ea, quæ ſunt de natura aliarum rerum eiuſd. ſocietatis, num.10.

Sicut è contrà, excluditur talis præſumptio, quando ſunt alienæ, & diuerſæ naturæ ab alijs de ſocietate, numero 11.

Quando eſt tale quid, quod pertinet ad appaltum, non eſt explicandum, quo nomine contrahatur, quia id ex re ipſa ſatis dignoſcitur, num.12.

Et ibid. remiſſiuè ſocium non cenſeri habere mandatum à ſocio quoad extranea.

Conuentio ne poſſit vendi ad credentiam, continet quod poſſit emi ad credentiam, num.13.

Argumentum à correlatiuis non procedit, vbi eſt diuerſa ratio, num.14.

Periculum eſt in dando ad credentiam, non in accipiendo, num.15.

Et tenetur qui dedit minus idoneo contra conuentionem ſub eod.

Ad credentiam emitur charius, num.16.

Poteſt tamen emptio ratificatione ſocij approbari, numero 17.

D E C I S I O LI.

SOcius in arte aromataria Bononiẽſis emit Fer
rariæ ceram, & Zacharum ad credentiam.
Venditor egit aduerſus alium ſocium ad precium,
quæſitum fuit an rectè: dicebatur quod non: pri-
mò, quia non conſtabat ſocium emiſſe nomine ſo
1 cietatis, † ergò præſumi quod nomine proprio
emerit, & non fuiſſe obligatum conſocium l. iure.
ſocietatis, & ibi Bald.ff.pro Soc. Dec. in l.ſi ſocius,
num.3. ff.ſi cert.per. in conſ.98 num.2. cum alijs
cit. per Rimin.iun.conſ.331.nu.5. & in fin.lib.3.
Theſ. deciſ.136. D.Felic. olim Florentiæ collega,
de ſociet. cap.3.num.1. & ſeq.
Secundò, quia dici poterat non habuiſſe faculta
tem emendi ad credentiam: Cum ex conuentio-
ne non liceret ad credentiã vendere, ergò nec eme
2 re, per reg.correlatiuorum, &c. † nam vt vẽditor,
ita & emptor incidit in pœnam priuationis feudi ſi-
ne conſenſu domini alienati, iuxta, §.denique, quæ
fuit prima cau.benef.amitt. vt in l.1. & ibi Bart. &
Alexand. C.de Upreſ.lib 11.Schrad.de feu.par.1.
quæſt.3. num.8.
His non mouentibus contrarium fuit reſolutũ,
3 † quia ſocius poteſt conueniri in ſolidum pro debi
to à ſocio contracto Surd. deciſio.213. numero 1.
& ſeqq. Rot.Gen.deciſ.46.num.5. Cabalin.in tra-
ctat.diu.& indiu.par.2.num.29.in fin. Menoc.cõ-
ſil.410. num.42. lib.5.
Ad contraria, & ad primum reſpõſum fuit, pro
batum fuiſſe, ipſummet ſocium conuẽtum extra-
xiſſe eaſdem res de duhana, & gabellam pro eis ſo-
litam ſoluiſſe, & in apothecam aromatariam com-
4 munem fuiſſe inductas, & illatas, † ex quibus infe-
rebatur probatam eſſe in rem verſionem, ex qua
ipſe etiam conſocius obligatus remãſiſſet per text.
5 in l.3.§.vnde rectè, ff.de in rem verſo: † vbi quod
frumentum comparatum à ſeruo ad familiam alẽ-
dam, ſatis dicitur in vtilitatem domini verſum, ſi
in horreum fuerit inductum, tametſi in eo perijſ-
ſet, & per Bald.in conſ.125.quidam Ioannes, ante
6 fin. verſ.item ſi eſſet, lib.5. † Vbi (in termin. ſocij
proprio nomine contrahentis, & etiam in fortiori-
bus cum ibi ſocietas eſſet præſumpta, non expreſ-
ſa, vt in caſu noſtro:) ſi eſſet probatum, quod be-
ſtiæ fuiſſẽt macellatæ in taberna, ſiuè macello duo
rum fratrum, alter etiam teneretur, quia ipſo effe-
ctu (vt ait) profuiſſet vtrique, quem alij commu-
niter referunt, & ſequuntur, vt Ronchegal.ad l.9.
ſub num.9.verſ quod autem de duobus reis Men.
in tractatib. vt præſ.55. nu.8.lib.3.& in conſilijs,
7 vt in conſ.375.num.12.in fin.& nu.3.lib.4. † Vbi
quod dictæ beſtiæ pręſumuntur verſæ in vtilitatẽ
8 ſocietatis, † & idem de lanis (vt in caſu ſuo) ductis
in apothecam communem, & ad Rot.Gen.dec.7.
ſub

Digitized by Google

9 ſub num.13.verſ.ad ſecundum. † Vbi non attendi
principium, quando apparet alterum ſociuni rerũ
curam ſuſcepiſſe; & hæc eò magis, quia ſunt dictę
res emptæ de genere, & natura pertinentium ad
10 huiuſmodi ſocietatem in ſpecie, † nam & facilius
intrat præſumptio, hoc caſu, verſionis prædictę, &
obligatio etiam conſocij ad Cęphal. in conſil.569.
ſub num.12. à contrario ſenſu, ibi, *Cũ non exercue-
rint pecunias in eorum ſolita mercatura*. Et nu.ſeqq.
lib.4. Paſeth. in conſ.199. ſub nu. 5.7.12. verſ. ter-
11 tiò, reſpondeo, & ſub num.fin. † Vbi ideò exclu-
ditur obligatio conſocij, & ſocietatis, quia in aliàs
cauſas extraneas, & non conuenientes naturæ ſo-
cietatis fuerat contractum; Rot.Gen. deciſ.14.nu
12 mero 96. & 123. † Vbi quando venditur quid,
aut fit, quod pertinet ad appalium ſolum, fortaſſis
non eſſet explicandum, quo nomine, quia id ex re
ipſa ſatis dignoſceretur; Cereis autem & Zacha-
ro, quid conuenientius huiuſmodi arti aromata-
riæ? Accedant dictis Anchar. conſil.332.num.6.
Alex.conſ.186.lib.2.& ad alios, & alia apud Card.
Tuſcul.lit.S.concl.292.per tot. Vbi quando ſocius
cenſeatur habere mandatũ à ſocio, & quando nõ,
ſcilicet, quoad extranea, vt non cenſeatur habere.
13 † Ad ſecundum reſponſum fuit imò verò, quia
apparebat expreſſim ratum, ne vẽderetur ad cre-
dentiam, videntur ſocij tacitè conueniſſe, vt ad
credentiam emere poſſent, de quo non cauetur
Cæphal. in puncto conſ.768.num.24.& ſeqq.lib.5
14 † Argumentum verò à correlatiuis procedere,
vbi eſt eadem ratio tantum, non vbi diuerſa Men.
laiè conſ.1192.nu.15. & ſeqq. præſertim, nu.21.
15 lib.12. ratio diuerſitatis paret, † quia in dando ad
credentiam periculoſius eſt prędiudicium, quàm in
accipiendo; in quo nullum periculum, In dando
eſſe poteſt, in tantum quod teneatur, qui dedit cõ-
tra conuentionem, vt per Rom. in conſ.475. nu.8.
16 † Licet ex alia cauſa emere ad credentiam poſſit
etiam eſſe damnoſum, quia charius emitur Cęph.
17 conſ.569. num.22.lib.4. † quod tamen non no-
cet, data acceptatione, ſeu ratihabitione conſocij,
vt in caſu noſtro ad Cęphal. in conſ.331.ſub nu. 8.
verſ. tertio accedit. iuncto numero 9.& 10.lib.3.&
quicquid ſit apparent inter vnum, & alterum di-
uerſitates, & ita fuit condemnatus conſocius.

Laus Deo.

S V M M A R I A.

Adiectus tenetur reddere rationem pecuniæ exactæ domino, num.1.

Modus probandi per fides eſt prohibitus ex conſtitut. Rotæ, num.2.

Verba mercatorum, (per dar al tale,) quid importent, num.3.

Et verba (portò lui contanti,) num.4.

Et verba, (diſſe per dar al tale,) num.5.6.

De ſtylo mercatorum poteſt iudex ſe extraiudicialiter informare, num.7.

Mos mercatorum eſt ſeruandus, num.8.

Alius ſenſus dictorum verborum reijcitur, num.9.

Verba (per dare) non inferunt neceſſitatem dandi eidem, quando nulla præceſſit obligatio ad dandum, numero 10.

Sed occaſionem, prout indicat præpoſitio pro. num.11.

Præſentans conſtitutus procurator in rem ſuam poteſt agere, vel exigere, num.12.

Et cenſetur conſtitutus in rem ſuam, quando ſua intereſt, num.13.

Præſentante ſoluente tollitur difficultas, an exigere poſſit, num.14.

Adiectus eſt, quando principalis creditor alteri ſolui, vel dari ſtipulatur, num.15.

Conſtitutio Rotæ de non ſtando fidibus, vbi non procedat, num.16.

Quod non mutatur ſtare non prohibetur, num.17.

D E C I S I O LII.

IN cauſa D. Annibalis de Sartis cum creditoribus eorum de Michelinis, fuit quæſitum cuius ſit Cedula Bancharia N.N. Campſorum cantans in creditum præſentantis; ſic vt infra concepta:

A dì 30. Aprile, 1613. pagaremo à chi preſentarà lire 1041. di quatrini per dar al Michelini in raccordo lir. 1041.

N.N. &c. Campſores ſubſcripti.

Et in Vacheta Campſorum eorundem ad creditum præſentantis.

A dì 30. d'Aprile 1613. præſentante, deue hauer lir. 1041. di quatrini per dar al Michelini in raccordo lir. 1041.

Et in alia Vacheta in partitis loquentibus de Michelino,

A dì 30. d'Aprile M.Giacomo Michelini deue dare lire 1041. portò lui contanti lir. 1041.

Et demum in alia paruula nuncupata, *Quadernetto di Caſſa per raccordo*.

A dì 30. d'Aprile 1613. à M.Giacomo lir. 1041. portò lui lir. 1041.

An inquam dicta Cedula ſit præſentantis, an Michelini, ita quod præſentans eam exigere poſſit à dictis Campſoribus; An exaduersò Michelinus.

Dicebatur pro parte Michelini ad ſe ſpectare exigendi facultatem: primò, quia dicta cedula habet hunc intellectum, quod egens Michelinus pecunijs, de quibus in dicta cedula, recepit à Banco non pecunias, ſed d.cedulam, & mediante huiuſmodi traditione, factus fuit debitor, vt in dictis partitis.

Item, quia dictus præſentans eſt qualificatus, & etiam conditionatus creditor; nempè (per date al Michelino;) quæ qualitas, ſeu conditio, licet non impediret, quin præſentans exigere poſſet à debitore, nemine reclamante, ſecus tamen eſt reluctante domino pecuniarum; cum ſit qualitas, & conditio aggrauans exhibitorem ad reddendã rationem dictarum pecuniarum, & conſequenter oſten-

Digitized by Google

oſtendens eum eſſe merum procuratorem, non au tem in rem ſuam, vt de ſe patet, & eſt iuris, vt etiã ſemotis dictis verbis, adiectus teneatur reddere ra tionem pecuniarum domino Parif. conſ. 107. nu mero 10. lib. 3. Iaſ in l. Iulianus, §. qui fundum, n. 4. de verb. obl. Surd. conſ. 540. nu. 11. Rot. Auen. deci ſio. 149. num 6. Vnde fit, vt ſicuti actione manda ti, vel negotiorum geſtorum poſt exactionem red dere teneretur adiectus ipſi mandanti, vt ait Bald. in conſ. 281. lib. 5. ita & multò magis valeat nunc idem Michelinus exactionem impedire ad circui tus euitandos, & quia facilius datur retẽtio, quàm actio, & ſimilia.

Nec obſtare dicebatur ſtylus in contrarium per fidem multorum mercatorum atteſtantiũ illa ver ba, *per dar al Michelino*, neminem ligare, vel affice
2 re, † quia hic modus probandi eſt ex conſtit. total. num. 112. reprobatus, ideò, &c.

Hiſce non obſtantibus pro præſentante cenſuit
3 rota vno ſolo ex Dominis diſcrepante. † Credidit enim quod illa verba, *per dare al Michelino in rac cordo*, eò tenderent, ſcilicet quod Campſor pecu nias, quarum conſtituit ſe debitorem præſentatis, realiter habuit ab illa innominata perſona præſen tantis, illasq; ſtatim dedit Michelino recipienti, quem creauit debitorem in memoriali. Cum ita ſe habeat ſtylus mercatorius, & Numulariorum, vt qui pecuniam ſoluit in banco ſcribatur creditor, qui verò pecuniam recipit in banco creetur debi
4 tor; † Imò quandoque pro maiori etiam declara tione ſcribitur (portò lui contanti) vt legitur in aliquibus ex dictis partitis, quæ verba clarè oſten dunt pecuniam numeratam fuiſſe eidem Micheli no, qui illam à banco reportauit, & pro ſe retinuit.
5 † Quemadmodum eſt etiam ſtylus eorundem Campſorum, vt pro ſui faciliori memoria, aliquan do mentionem faciant in partitis de cauſa, in quã ipſi erogant pecuniam ſibi ſolutam, veluti, *per dare al tale*, vel de cauſa, in quam recipiens ab eis pecu
6 niam erogare intendit † ſub hoc tenore, *diſſe per dare al tale*. Quæ tamen expreſſio, ſicut non eſt li mitatiua, & reſtrictiua, nec de ſubſtantia debiti, & crediti in partitis deſcripti, ſed ſtat demonſtratiuè, & ſolũ deſeruit pro indicatione, & memoria qua dam dantis, vel recipientis, ita quoque neminem prorſus ligat, vel afficit, nec reddit inefficacẽ par titam, ſi nõ impleatur illa cauſa expreſſa, vt eſt no torium penes mercatores, & eſt mos indubitatus
7 apud eos, † & de quo poteſt Iudex extraiudicia liter abſque aliqua citatione partium, & eis abſen
8 tibus ſe informare Rot. Gen. dec. 148. n. 4. † & qui mos mercatorum eſt attendendus omnino, & ob ſeruandus ead. Rot. deciſ. 7. num. 11. deciſ. 39. nu mero 8. deciſ. 91. num. 5. & deciſ. 181. num. 6.
9 Ad contraria (ex quorum remotione antedicta adhuc reddentur clariora) reſpondebatur, & qui dem ad primũ; cum intellectum eſſe contrariũ in tellectui mox dato ex ſtylo, & conſuetudine mer catorum, de quo dominis ad partes notoriè cõſta bat, & eò minus veriſimilẽ reddi, & ſibi ipſi repu gnantẽ videri, quatenus ibi præſupponitur indigẽ tia pecuniæ, & tamen nulla pecunia, ſecundum eũ exburſata fuiſſet indigenti; ſed ſimpliciter cedula fuiſſet exhibita, quæ aliud eſt à pecunia & ab eo, qui egebat Michelinus; Cum tamen è cõtra, per intellectum per dominos, vt ſuprà ſequutum, indi gentiæ præſuppoſitæ ſuccurratur, recipiẽdo actua liter pecunias, vt dictum eſt fuiſſe receptas à Mi chelino, & ex quarum receptione fuit factus debi tor in cæteris partitis, & nõ cedulæ, vt ait pars (cũ non egeret ſe creari debitorẽ cedulæ) ſed pecuniæ.

Ad ſecundũ manet reſponſum ex ſupraſcriptis pro fundamentis ſententiæ allatis; dum dictũ fuit illa verba, *per dare, &c.* Reſpicere ſolutionẽ factam Michelino per campſorem. Item quod ibi, *per da*
10 *re*, infert non neceſſitatem dandi, † quia non con ſtat de aliqua obligatione antecedenti cogente ad dandum ad Bero. in conſ. 198. n. 5. 15. vſque ad 22
11 iuncto etiam n. 7. & per tot. conſ. lib. 1. † Sed occa ſionem, prout regulariter indicat prepoſitio, pro, Corn. cõſ. 35. ſub n. 2. li. 4. quæ quidẽ occaſio nõ ar ctat ſimpliciter, ad Tiraq. Ceſſ. cau. lim. 13. per tot. lim. 1. n. 1. & ſeqq. & lim. 20. ferè per tot. l. 1. §. ſexũ in fin. iuncta ibi gloſ. in verb. cauſam, ff. de poſtul.

Ad oppoſita, & dicta de adiecto ſupra nu. 1. re ſpondebatur ea non procedere, quando præſentãs
12 fuit conſtitutus procurator in rem ſuam, † quia ad ſui commodum poteſt agere, & exigere Ruin. con ſil. 209. num. 9. vol. 1. Pariſ. conſ. 107. num. 32. 33. & 47. reſpondendo ad præoppoſita nu. 8. 9. & 10.
13 lib. 3. Burſat. conſ. 242. num. 7. volum. 3. † Cenſe tur autem conſtitutus in rem ſuam, quando ſua intereſt, vt ait Ruin. & Pariſ. in præcit. loc. Intereſſe autem valde poteſt præſentantis, exigi ab eodem pecuniam, quia (inter difficultates quæ poterant moueri, & hodie mouentur,) melior fuiſſet con ditio poſſidentis, & retinentis, cum re vera ipſe do Sarris exburſaſſet pecuniam campſoribus, & per cedulam in manibus magis ſibi cautum foret ad Amar. dec. March. 80. num. 13. dum reſpondendo
14 ad dicta num. 1. † oſtendit difficultatem eſſe an adiectus exigat tãquam præſumptus procurator; & præterea hic intrat intereſſe etiam ex alio, quod ponit falcem ad radicem, quia confirmatur, quod ipſe de Sarris, ſit is ipſe, non quidem adiectus, ſed dominus, qui tacitus in libro, & cedula hodie ex ip ſa cedulæ exhibitione verè detegitur eſſe, & non
15 alius; nam hunc non eſſe adiectum patet, † quia adiectus eſt, vbi principalis creditor alteri ſtipula tur dari, aut ſolui §. planè. Inſt. de inutil. ſtip. & ibi gloſ. Strac. de adiect. pat. 1. num. 25 & ſimiles. Car din. Tuſc. lit. A. concl. 177. & ſeqq. Aſt præſentans iſte eſt ipſemet creditor, cui ſoluendum erat à Mi chelino, & hoc ſolum ſufficeret; nam ceſſante præ ſuppoſito de adiecto corruunt omnia.
16 † Ad vltimũ nu. 2. reſponſum fuit etiã citra d. fi dem fuiſſe DD. informatos de intelligentia dicta rum partitarum, aliunde, & etiã aliquos eorum ex propria notitia aliàs in alijs foris habita: In quo nil fuit præiudicatũ conſt. tot. & manſit poteſtas iuris
17 cõis ad prædicta nu. 7. & 8. † Nã quod non muta tur ſtate nõ prohib. l. ſancim. C. de teſt. Laus Deo.

L SVM-

S V M M A R I A.

Sequeſtrum contra formam ſtatuti eſt nullum, nu.1.
Fallit ſi factum ſecundum formam alterias ſpecialis ſtatuti, num.7.
Sequeſtrum iniuſtum eſt, cum nullum fuit ius ſequeſtrandi, num.2.
Obtinens ſequeſtrum nullum, vel iniuſtum tenetur ad damna, &c. num 3.
Debitor, ſi non ſoluit ſtante ſequeſtro, excuſatur, nu.4.
Aliquo decocto ceſſante, fiunt ſequeſtra eius bonorum, num. 5.
Non tenetur quis de eo, quod lege facit permittente, n.6
Speciale ſtatutum prævalet generali, num.7.
Obtinens ſequeſtrum tenetur ad dãna, ſi fiat in dolo, n.8
Quælibet cauſa excuſat à dolo, maximè quando extat rationabilis credulitas iuris proprij conſeruandi, &c. num.9
Et idem de culpa, num.10.
Generalia decreta facilius carent ſuſpicione, quàm particularia; num.11.
Tardè veniſti domine, vbi amplius non eſt remedium ſub eod.
Vltima nocet, num.12.
In pari culpa actor repellitur, num.13.14.
Et mora cum mora negligentia cum negligentia venit compenſanda, ſub eod.
Præuideri aliquando poteſt caſus, & ei obuiari, nu.15.

DECISIO LIII.

HOc iure (vt in præced. deciſ.) monitus d. Anibal de Sartis, conuenit Creditores Michelinorum, qui poſtea decoxerant, ad dãnum amiſſi crediti ob ſequeſtrum factum per dictos creditores de omni ſumma Michelinorum, quæ eſſet penes dictos N.N. Campſores, poſt quod ſequeſtrũ etiam ipſi decoxerunt Campſores; vnde quęſitum fuit cuius damno perierit creditum.

Dicebat D. Annibal, quod periculo creditorũ,
1 tũ quia d. ſequeſtrum eſſet nullũ, † quippè non factum ſecundũ formã Stat. Bon. de ſequeſt. in prin.
2 & conſtit. fori rubr. 9. n. 9. fol. 75. † tũ quia iniuſtũ, cum nullum ius haberent ita ſequeſtrandi, ex quo creditum erat ipſius D. Annibalis, non autẽ Michelini, vt viſum eſt in d. ſuperiori dec.
3 † Obtinens verò ſequeſtrum iniuſtũ, vel nullum in præiudicium alterius tenetur ad omnia dãna, expenſas, & intereſſe paſſa per eum, in cuius præiudicium factũ fuit ſequeſtrum l. ſi oleum aliàs, §. labeo. l. ſi quis affirmauit 9. ff. de dolo, & ibi Bart. in ſum. & n.5. Bald. ſub nu.1. verſ. & ſi ſequeſt. Fulg. in Sum. & Odofr. n.1. l. rei quam venalẽ, ff. eod. tit. Bal. cõſ. 249. vol.3 Vbald. de duob. fratr. p.8. q.29. nu.30. Caroc. de ſequæſt. p.3. q.8. n.2. Papien. in For. lib. ſequeſt. ſeu ſaximenti. in verſ. audeat, n.4. Rebuff. ad regi. cõſtit. de ſequeſt. ar.4. gloſ.3. n.6. to.3. Carp. ad ſtat. med. c.3. nu.106. & 107. Card. Tuſc. lit. S. concl. 210.
4 † Nec eſt quod imputetur, vel campſoribus, vel D. Annibali: Non illis, quia propter ſequeſtrũ fuerunt excuſati, ſi non ſoluerunt, non iſti, quia egit in curia mercatorũ, ſed oſtenſo ſequeſtro acquieſcendum ſibi fuit l. non videtur, § qui iuſſu, & ibi Cagnol. n.3. ff. de reg. iur. l. fin. §. fin. ff. de leg. Cõmiſſ. & ibi Doct. & in l. ſi quis maior. C. de tranſ. Cur. de ſequeſt. q.76. nu.60.61. Papienſ. in d. form. ſequeſt. d. verſ. audeat, num.2. & ibi addit.

His non mouentibus Rota confirmauit ſententiam abſoluentẽ dictos creditores: Quia ſtatim, ac aliquis decoquit, maſſa creditorũ procurat huiuſmodi ſequeſtra generalia penes quemcunq; habẽtem, aut qui ſuſpicatur habere poſſe de pecunijs,
5 aut alijs rebus decocti, † tam ex cõſuetudine mercatorum generali, quàm ex ſtatutis ipſis hãc facultatem concedentibus in foro Mercat. vt Rubr. 48. *Delli bandi, e cride, le quali ſi debbono fare per trouare li beni del Ceſſante.* in fin. princ. ibi, *è quelli fare deſcriuere e ſequeſtrare.* Et ad fin. totius Rubr. ibi, *E tutto quello ſi trouarà delli beni de li Ceſſanti, ò morti ſiano ſequeſtrati à petitione de li detti creditori, etc.*
6 † Nemo autem tenetur de eo, quod lege facit permittente ad l. Grachus. C. Ad leg. Iul. de adult. plenè Men. cum relat. per eum in conſ.169. n.14. Abb. conſ.68. poſt n.3. lib.1. Crau. conſ.332. n.17. & 19. & conſ. 1000. pro gen. num.233. d. Morot. reſp.29. ſub num.42. lib.1. Theſ. deciſ. 186. num.3.

Ad primum fuit reſponſum, hunc modũ ſequeſtrandi in cauſa Ceſſantium ex forma ſtatutorũ curiæ mercatorũ eſſe diuerſum ab alijs, de quib. in allegatis ſtatuto, & cõſtitutione, ideo ex diuerſis, &c.
7 † & ſpecialis lex ſeu ſtatutum pręualet generali, & eſt attendendum in eo caſu, non generale ad ſupra in deciſ. noſtra Luc. 2. num.22. & ſeqq.
8 † Ad ſecundũ fuit reſponſum, iura allegata procedere in term. in quib. loquuntur, nẽpè cum ſuppoſito doli ſequeſtrantis, vel malitiæ, & ſic per calũniam; videatur, Odofred. in d. l. ſi oleũ: qui optimè omniũ explicat. & Bal. & poſt eũ Petr. de Vbal. ſupra cit. à quib. lõgè aberant dicti creditores: Nec erat occaſio, vt eſſe poſſẽt, aderat enim cedula prędicta, & ita aliquid, quod dedit cauſam credẽdi de credito Michelini, & credendi cauſa non fuit temeraria, ad præced. dec. qua opus nõ fuiſſet, ſi res fuiſ-
9 ſet clara, † & intrat quod quælibet cauſa excuſat à dolo; maximè quãdo extat rationabilis aliqua credulitas iuris proprij conſeruandi, ſeu damni vitandi, aut ſibi melius cauẽdi ad latè Crau. cõſ. 8. n.14.16 17. & per tot. † & idẽ de culpa, vt ib. ſub n.18. & ſeq.
Et præterea iura contraria loquuntur, in ſequeſt.
11 particularib. noſtrũ, eſt generale † ad id quod generalia decreta carent ſuſpicione facilius, quã particularia, ad l. ambitioſa, ff. de decr. ab ord. facien.

Conſideratũ vlterius fuit, quod (à tempore quo D. Annibal egit pro habenda d. pecunia contrà pręfat. N.N. Cãpſores, & ipſi oſtẽderunt ſequeſtrũ;) vſq; ad decoctionẽ eorundem campſorum poſtea ſubſequutã, interceſſerunt quatuor menſes, vel circa, quib. poterat procurare reuocationẽ d. ſequ. & tamẽ conticuit ſemper, ad vlteriora ſibi neceſſaria non proceſſit, niſi nũc poſt decoctionẽ factus vigilãtior, prætendẽdo modò reſtaurationẽ damni ſui à dd. credit. Vnde obijci ei potuit, tardè veniſti dñe re non amplius integra, & poſtquã nõ datur remedium

dium ad Card. Tuſc. lit. t. concl. 18. per tot. & dato
non conceſſo, quod dicti creditores fuiſſent in ali-
qua culpa, cum, & ipſe poſt habitam notitiã ſeque
ſtri obdormierit, impedimentum, cum facile poſ-
ſet, auferri non curauerit, in culpa vltima fuerit,
12 † intrabat contra eum, quod ait Crau. in d. conſ. 8.
num. 24. & l. ſocium qui in eo. ff. pro ſoc. cum alijs
cit. per Card. Tuſc. lit. S, cõcl. 293. n. 4. proximam,
13 ſeu vltimam culpam nocere: † Et ſi omnes in hoc
defecerunt, quia fallimentum aciei oculi peculiari
non præuiderunt, & ideo omnes in foueam cecide
14 runt, † Sequitur quod in pari culpa actor veniat
repellendus, per l. fin. §. ſi & ſtipulator, il ſecondo
ff. quod cum eo, qui in al. poteſt. eſt, &c. Egregiè
Florian. à San. Pet. ad l. ſcientiam, 45. §. lege Aqui-
lia. ſub n. 2. verſ. ſed ſi poterat, ff. ad leg. aq. & quod
mora cum mora, negligentia cum negligentia ve-
nit compenſanda d. Cabal. conſ. deciſ. 46. num. 11.
15 † præuideri autem caſum, & ei obuiari aliquando
poſſe, vt notum eſt, ita oſtendit, & dat aliqua ſigna
Crau. in conſ. 247. ſub nu. 6. verſ. ſed dicet, & verſic. quinimò.

Ex quibus mixta fuit ſententia: prima pars pro D. Annibale declarato Creditore: altera pro Creditoribus abſolutis, & excuſatis à prætenſo damno, & intereſſe. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Creditum ſocij cum ſocio non eſt creditum ſocietatis, n. 1.
Aliud eſt creditum ſocij, & aliud creditum traffici, n. 2.
Societas differt à perſona cuiuſque ex ſocijs, num. 3.
Non admittitur compenſatio debiti ſocij cum ſocio, cum debito ſocietatis, num. 4.
Verba, & ſic, ſunt explicatiua, & reſtrictiua antecedentium, num. 5.
Copula, &, vtriuſque concurſum requirit, num. 6.
In credito, vel debito ſocietatis quilibet ſocius habet ſuam ratam, num. 7.
Actio, & paſſio in eodem ſubiecto eſſe non poſſunt, n. 8.
Reſeruatio iurium eſt ſignum nolentis obligationem antecedentem vulnerare, num. 9.
Accollatio eſt ſolutio, num. 10.
Legiſtæ non dialecticant in verbis, ſed rerum ponderant exitus, num. 11.
Paria ſunt non habere actionem, aut habere, ſed inutilem, num. 12.
Promiſſio indẽnitatis importat, vt promiſſor teneatur ſuſcipere iudiciũ in caſu moleſtiæ, & defendere, n. 13.
Conuentio in odium, & ad damna benefactoris diſtorqueri non debet, num. 14.
Dictum Iſaiæ in propoſito ingratitudinis recẽſetur, n. 15
Supina ignorantia in homine prouido, quod in manifeſtũ dãnum ſe conijcere voluerit nõ eſt præſumẽda. n. 16
Nec quod voluerit quis promiſſionem nimis oneroſam ſubire, num. 17.
Interpretatioq; huiuſmodi eſt reijcienda ſub eodem.
Et qualibet alia, per quam quis, præſertim ex ſua liberalitate, remaneret deceptus, & in damno, n. 18.
Omnis interpretatio deſiderat æquitatem, non iniquitatem, num. 19.
Eſt abſurdum, quod loco pœnæ præmium reportetur ex contrauentione, num. 10.
Concordia ex cauſa antecedenti reſtringitur ad creditores ſocietatis, num. 21.
Concordia ſubſequuta cenſetur venire in executionem antecedentis obligationis, num. 22.
Actus ſequens non interpretatur, vt à præcedenti differat, aut deſtruere eum intendat, ſed vt conueniat, & ad illius complementum, num. 23.
Et hoc caſu ceſſat nouatio, num. 24.
Faciens actum ex neceſſitate nõ intelligitur nouare, n. 25
Nouatio non præſumitur, quæ ad præiudicium tenderet nouantis, num. 26.
Nouatio facilè excludenda, num. 27.
Magna eſt vis actus poſitiui, quia denotat voluntatem & deliberationem ſoluendi, & ſcientiam rei, n. 28
Conſenſum operatur etiam in ſolo tolerante, nu. 29.
Et magis vrget, num. 30.
Quæ ſpeciali nota digna ſunt non cenſentur omiſſa, & huiuſmodi, quæ ſint remiſſiuè, ſub eodem.
Capitale, peculium, grex, ſtatio, menſa, trafficum, chartularium, bancum, mercantia, negociatio, ſunt nomina vniuerſalia, num. 31.
Et quid de Apotheca, taberna, merce, mercantia, & de horum differentijs remiſſiuè, num. 32.
Socius pro credito contra ſocium agere poteſt actione pro ſocio, num. 33.
Emptor hæreditatis tenetur Creditoribus hæreditarijs, num. 34.
Qui poſſunt directò contra eum agere, ſi venditor non ſit ſoluendo, num. 35.
Aliud eſt vendere rem, & aliud ius in re, num. 36.
Communicatio lucrorum non infert ad communionem capitalis, num. 37.
Aliud eſt vendere, ſeu cedere capitale ſimpliciter, aliud cum adiuncto, vt ſoluatur creditoribus, num. 38.
Vniuerſale oppoſitum cum aliqua ex ſuis ſpeciebus fit, & ipſum ſpeciale, num. 39.
Species extracta de genere reſtringit genus ad ipſam ſpeciem, num. 40.
In materia ſocietatis vox, (capitale) non ſtat vniuerſaliter, ſed particulariter pro ea re, vel ſumma, quam quilibet ſociorum ponit in ſocietate, num. 41.
Et quod ea finita quilibet in primis detrahit, num. 42.
Et qui ponit maius detrahit maius, qui minus, minus, num. 43.
Vt capitale ſtet vniuerſaliter in ſocietate debet hoc agi, vt ceſſionarius intret, vt ſocius, num. 44. & 45.
Minus eſt in iure hæreditatis vendito, quam in hæreditate ipſa vendita, num. 46.
Ceſſio non debet interpretari contra ſe ipſum, n. 47.
Vox, quicunque, omne genus perſonarum complectitur, num. 48.
Paria ſunt aliquid exprimi nominatim, vel per relationem ad aliud certum, num. 49.
Generalitas non extenditur vltra ea, in quibus fuit ſpecialiter prouiſum, num. 50.
Generalitas reſtringitur ſecundum ſubiectam materiam, & ad modos proportionabiles materiæ, & ciuiles debet recipere limitationes ex conſideratione debitarum circunſtantiarum, num. 51.
Et reſtringitur ad expreſſa, num. 52.
Et ad ſimilia, & quæ ſunt eiuſdem generis, num. 53.

L 2 Debi-

Digitized by Google

Debitum ſociale, et debitum ſocij cum ſocio non ſunt eiuſdem generis, num.54.
Pro debito ſocij cum ſocio competit priuilegium, ne quis poſſit conueniri vltrà quam facere poſſit, non pro debito ſociali, num.55.
Relatio non eſt facienda ad ea, in quibus natura conditiouè diuerſa eſt, num.56.
Aut vbi ratio eſt diuerſa, num.57.
Nec ad ea, per quę relatio implicaret contradictoria, ſeu repugnantia, num.58.
Relatio debet eſſe cōgrua, et aptari in quantū poteſt, n.59
Dictum teſtis non facit omnimodam relationem, ſi per hoc incideret in contrarietatem, num.60.
Pactum dicitur ad fauorem vnius, quando eius reſpicit vtilitatem, num.61.
Nec poteſt contra eum allegari, num.62.
Immo debet, quantum fieri poteſt, pro eo, & ad eius fauorem interpretari, num.63.

DECISIO LIV.

PIzigoti, & Rabij, promiſſa conſeruatione indemnitatis, obtinuerunt à Burdono, vt ſocietas inter ipſos contracta, etiam ſub eiuſdem Burdoni nomine cantaret.

Mox creditorib. ſocietatis Burdonum moleſtātibus, & propterea ad inſtantiā eiuſdem Burdoni, vt conſeruaretur indemnis, carceratis Pizigotis, & Raphaele Rabio, eoſdē deinde liberauit à carceribus, & quidē Raphaelem media caut. de redeūdo infra duos mēſes, & Pizigotos media ceſſione quorumcunq; iurium, & lucrorum ipſis Pizigotis ſpectantium in d. ſocietate, & capitali, facta ipſi Burdono, qui è cōuerſò aſſumpſit onus ſoluēdi debitū ſocietatis pro eorund. Pizigotorū portione tantū.

Et quia poſtea dicti Rabij detecti fuerunt creditores Pizigotorū de ſumma ægregia, lib. ſcilicet ad decē mill. orta controuerſia, an ipſe Burdonus intelligeretur accollaſſe ſibi etiā hoc debitū erga Rabios, fuit primò ex laudo declaratū quod ſic; cōtra verò ex ſentētia Laudi reformatoria, & Rota ſententiā confirmauit, mota ex verbis, & ex rōnib. vt inf.

Nam quod pertinet ad verba facta legitur accollatio debitorū ex cauſa negociationis, verbis iſtis formaliter ſubiectis & ſic (creditore della ragio-
1 ne,) & illius cauſa, & non aliter, † nam creditum
ſocij cū alio ſocio non eſt creditum rationis, ſeu ſocietatis, Rot. Gen. dec. 31. n. 11. dec. 75. n. 3. Cabal.
conſ. dec. 121. n. 13. & ſeqq. to. 2. Mago. dec. Luc. i.
2 n. 13. & ſeqq. † & aliud eſt creditū ſocij, aliud creditū traffici, vt ait Alex. conſ. 149. ſub n. 3. & 4. li. 2.
3 † & ſocietas, ſeu corpus ſocietatis differt à perſona, & ſic à proprio patrimonio ſociorum, nec eſt
eadem perſona ſocietas, & priuatus, licet ſit vnus
ex ſocijs cit. per Card. Tuſc. lit. S. concl. 279. n. 3. 4.
4 & 5. † ita quod non admittatur compenſatio Rot.
Gen. dec. 26. n. 29. & 30. & Cabal. in loco præcit.

Nec obſtat quod cōprehenſa ſint debita etiam ex cauſa ſocietatis, & hoc creditū Rabiorum ſit ex eadē cauſa: Quia reſpondetur dictū fuiſſe ex cauſa
3 negociationis, & ſic (creditore della ragione) † quæ
verba, & ſic, adiecta ſunt reſtrictiua ad creditores rōnis, & explicant verba anteced. generaliora, eaq.
reſtringūt Ruin. in cōſ. 102. n. 11. li. 2. Iaſ. in cōſ. 228
6 n. 2. lib. 2. vbi latè, † & præterea copula, & vtriuſq;
concurſum requirit Alb. conſ. 431. n. 4. cū alijs alibi cit. ſcilicet quod ſit creditum, & ex cauſa ſocietatis, & ſocietatis: quorum vltimū deficit Rabijs.

Item facta eſt accollatio videlicet pro portione Pizigotis tangente, portio verò nō cadit in credito vnius ex ſocijs, quia illud nō diuiditur pro portione, ſed eſt totū ipſius, cadit benè in debito, vel credito ſocietatis, ita quod intellexerit Burdonus ſibi
accollare portionē debiti tangentis Pizigotos, non
7 portionē debiti tangentis Rabios, † cū vterq; habeat ſuam ratā, & partē in debito, vel credito ſociali Alex. conſ. 77. in fin. cōſ. 131. ſub nu. 8. lib. 2. Card. Tuſc. lit. S. concl. 269. n. 55. non in credito aut debito proprio, quæ in ſolidum reſident in ſingulis.

Item facta eſt violatio ſpecificè cū reſeruatione iuriū contra Rabios, ex qua datur intelligi noluiſſe Burdonum vulnerare obligationē conſeruationis indēnitatis, ſed quinimò eā ſibi conſeruare voluiſſe, neque enim poſſunt hæc ſimul ſtare, reſeruare ſibi ius, & illud non reſeruare, ſed extinguere, ſeu conſeruare ſibi obligationē actiuam, quæ conſiſtit in poteſtate agendi per nos contra alium, & introducere eodē inſtanti paſſiuam, quæ aperit viam è
8 cōuerſo agendi contra nos, cōtra vulg. reg. † quod
actio, & paſſio in eodem ſubiecto eſſe non poſsūt,
Alex. conſ. 149. n. 2. in fi. & n. 3. in fin. lib. 2. Maluaſ.
conſ. 41. n. 19. vol. 1. Surd. dec. 109. n. 2. 4. 5. & quod
vnum, & idem ſit ſimul vitæ ſibi, & interitus cau-
9 ſa, ad alibi alleg. † & verò, quod creditor ſi voluiſſet vulnerare obligationem, veriſimiliter abſoluiſſet, & non ſibi reſeruaſſet iura, ad Rot. deciſio. 132. num. 12. ſub princ. par. 2. in nouiſſ.

Nec valet, quod D. Burdonus poſſet adhuc agere ex primæua obligatione, licet cōpenſatione excluderetur, & quod ſoluere teneretur reſiduū; quia iura conſiderant, effectū, & in effectu Burdonus ſe valere non poſſet ea obligatione, & fuiſſet de credi
10 tore factus debitor, † quia accollatio eſt ſolutio
Giurb. deciſ. 53. ſub num. 10. ſub verſ. quod enim;
11 nec enim dialecticant in verbis legiſtæ, ſed rerum
12 ponderāt exitus Alb. in conſ. 773. n. 29. † at paria
eſſe non habere actionē, aut habere, ſed inutilem, nemo eſt qui neſciat. cap. ad aures, & ibi Abb. n. 3. ad fin. extra. de præſcript. Gabr. in Enchir. parium lit. A. in verſ. actio inualida, & ſeq.

Hæc quoad verba, ſed nec ſubiectæ materiæ vlla ratio ſuffert huiuſmodi interpretationē, namq. ſi
conſideretur occaſio, & origo hęc facit cōtra Ra-
13 bios; † cū enim oēs, & Pizigoti, & Rabij ipſo iure,
& facto abſq; vllo labore, induſtria, vel miniſterio Burdoni tenerentur eundē conſeruare indēnem à Creditorib. iudiciū in caſu moleſtię ſuſcipere, & defendere Ang. Aret. cōſ. 136. n. 5. Celſ. Hugo cōſ. 45 n. 6. Bert. conſ. ciu. 84. n. 43. id non præſtiterūt, carceres vſq: paſſi sūt, contentatus fuit d. Burd. eos liberare, & accollare ſibi debita Pizigotorum media dicta ceſſione ab vna parte, & ab alia liberare

Raphae-

Digitized by Google

Raphaelem Rabium media dicta cautione, ex his
verò ſequentia fiunt; pugnantia contra Rabios.

Primum, quod fecit Burdonus pro minori dam
no ipſorum, & vt beneficia beneficijs cumularet
conſentiendo carcerationi, addendo induſtriam,
laborem, & miniſterium proprium; in odium
14 retorqueretur, † & conuentio ad damna benefa-
ctoris diſtorqueretur, contra c. cum in officijs, de
teſtamen. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. de petit. hære
dit. Oldr. conſ. 65. in fin. Anchar. conſ. 58. in princ.
15 † Vbi refert illud dictum Iſaiæ, (primo filiú enu-
triui, & exaltaui, ille autem ſpreuit me. ſed pro gra
tia contumeliam reddidit, & pro familiaritate con
temptum,) illamq; retributionem impendit, quã
iuxta Vulg. prouerb. (mus in pera, ſerpens in gre-
mio ignis in ſinu, &c.)

Secundum, ſupinæ nimis ignorãtię fuiſſet Bur-
donus, vir (vt pars ipſa exagerabat) tam diligens,
& prouidus, dicere quod in dãnum tam euidens ſe
16 conijcere voluiſſet, † quod nõ eſt nullo modo pręſumendum Rot. Gen. dec. 39. ſub n. 11. ante verſ.
ſecundum dubium Crau. conſ. 988. nu. 42. & 43.
17 lib. 6. † Nec quod voluerit promiſſionem, tã gra-
17 uem, nimiſque oneroſam ſubire, † quia huiuſmo-
di interpretatio omnino reijciẽda eſt, Magon. de-
18 ciſ. Flor. 57. n. 63. † prout quælibet alia, per quam
pars præſertim liberalitate remaneret decepta, &
19 in damno, † ſiquidem omnis interpretatio deſide-
rat æquitatem, non iniquitatem Bec. conſ. 94. n. 21
22. 23. lib. 1. & manifeſta eſſet iniquitas, quod Ra-
bij ex contrauentione in non ſatisfaciendo loco pę
næ, præmium reportarent, ideſt dum Burdonus
eſſet totus in damno, ſoluendo pro Rabijs, & am-
plius dando ipſis Rabijs reliquam ſummam eis de
20 bitam a Pizigotis, † hoc autem eſt abſurdum l. ſi-
uè hæreditaria, ff. de negot. geſt. Ang. Aret. cõſ. 66.
num. 6. & addere afflictionem afflicto contra iura
de quibus in deciſ. noſtra Luc. 34. num. 10.

Tertium; dederunt cauſam carcerationi, & con
21 cordiæ ſequeſtra creditorum ſocietatis, † quare
de creditoribus ſocietatis intelligenda eſt concor-
dia ad Magon. dec. Flor. 57. n. 58. & dedit cauſam
concordiæ etiam prior obligatio cõſeruationis in-
demnitatis, quæ clarè habet relationem ad credito
22 res ſociales tantum, † quare concordia ſubſequu-
ta cenſetur venire in executionẽ antecedentis obli
gationis Crau. conſ. 158. nu. 13. Rot. Gen. deciſ. 4.
23 nu. 21. dec. 6. nu. 10. & deciſ. 9. nu. 4. † nec recipit
interpretationem actus ſequens, vt à primo diffe-
rat, aut quod ad eius deſtructionem tendat, ſed vt
cum eo cõueniat, & ad cõplementum illius, Surd.
deciſ. 288. n. 33. 34. & ad dec. 321. vbi alia, & ad in
term. Alex. conſ. 149. ſub n. 4. ad fin. & nu. 9. lib. 2.
24 † per quod euitatur prætextus nouationis, ex ad-
uerſò deductus, ad Men. lib. 3. præſump. 134. n. 26
& ſeqq. vltràquod Burdonus ex neceſſitate deue-
nit ad ipſam concordiã, interpellatus ab vna à cre-
ditoribus ſocietatis, & diffidens ab alia de viribus,
& facultatibus ſociorum, an ſufficerent pro indẽni
25 tatis promiſſæ conſeruatione, † atqui faciens actũ
ex neceſſitate non intelligitur nouare Alex. conſ.
26 73. n. 3. iuncto etiam, n. 1. lib. 2. † Nec præſumitur
nouatio, quæ ad præiudicium tenderet nouantis
27 Rot diu. deciſ. 456. per tot. par. 1. † & facilè exclu-
denda Seraph. deciſ. 211. num. 7.

Demum ſi acceſſatio prędicta comprehendiſſet
etiã creditum Rabiorum cum Pizigotis, Burdo-
nus remãſiſſet debitor Rabiorum, quo caſu excar-
ceraſſet Raphaelem Rabium liberè, & ſine cautio
ne de redeundo infra duos menſes, ſed fecit cũ cau
tione prædicta, eodemmet illo tẽpore, quo mediã-
te dicta concordia, etiam excarcerationi Pizigoto-
rum Burdonus conſenſerat, certè hic actus poſiti-
uus videtur omnino cõtrarius, quod vllus vnquã,
nec Burdonus, nec Pizigoti, nec Rabij ipſi, ne qui-
28 dem per ſomnium tale quid tunc ſenſerint, † ma-
gna eſt enim vis huiuſmodi actus poſitiui, quia vi-
detur denotare voluntatem, & deliberationem ſol
uendi, & ſcientiam, ſeu notitiam rei, vt ait Alba. in
29 conſ. 15. n. 14. † conſenſum operatur, etiam in ſo-
lo tolerante Surd. conſ. 290. n. 26. Andr. ab eaea de
30 pact. n. 53. † & magis vrget Alb. in conſ. 9. nu 14.
& verò, quæ ſpeciali nota digna ſunt, hæc ſi omit-
tantur neglecta cenſentur Crau. conſ. 895. nu. 21.
Vbi declarat ea dici ſpeciali nota digna, quæ ſunt
inter maiora, profectò an prætenſio hæc Rabiorũ
ſit de maioribus. res ipſa loquatur.

Contra hæc Rabij hiſce fundamentis vtebãtur;
primò dicebant fuiſſe ceſſum capitale, ideſt omne
ius, tam actiuum, quàm paſſiuum eo nomine Indi-
31 catum, † quod eſt vniuerſale, vt peculium. geſta-
tio, menſa, trafficum, chartularium, bancum, mer
cantia, negociatio, l. cum pater §. menſæ negotiũ,
de leg. 2. Soc. ſen. cõſ. 254. ſub n. 7. lib. 2. vbi de traf-
fico, ſeu menſa Anch. conſ. 184. ſub n. 1. verſ. pręte
reà, vbi de ſtatione, ſiue menſa. Caſtr. cõſ. 286. n. 3.
lib. 1. vbi de chartulario, conſ. 345. ſub nu. 2. verſ. 2.
quæritur lib. 2. vbi de banco, Franc. Aret. conſ. 51.
n. fin. vbi de negociatione, & trafſico conſ. 29. n. 14
vbi de mercantia Noni. conſ. 92. ſub. nu. 12. vbi de
traffico, & menſa Bertrand. conſ. 79. nu. 2. & ſeqq.
32 vol. 2. & cõſ. 236. vol. 6. † vbi de apotheca tabetna,
merce, mercantia & horum verborum differẽtijs,
33 & ita venire creditum ſocij cum ſocio, † pro quo
actionẽ pro ſocio intrare certum eſt, iuxt. l. actione
65. §. ſi cõis, ff. pro ſoc. Soc. ſen. conſ. 24. ſub n. 42.
lib. 1. Chartar deciſ. Gen 74. n. 21. & ſeq. latè. Card.
Tuſc. lit. S. concl. 291 & ad concl. 303. D. Felic. Flo-
34 rent. in Rota Collega. de Societ. c. 31. n. 24. † Sicut
& quando fuit ceſſa, aut vẽdita hæreditas, quia em
ptor omnibus indiſtinctè creditoribus tenetur, iux
ta l. emptor 5. C. de hæred. vel acti. ven. Caſtr. in
35 l. 2. n. 4. C. eod. tit. † qui etiam directò poſſunt con-
tra eum agere, ſi venditor non ſit ſoluendo. Glo. in
d. l. 2. in ver. tu reſpondeas, & ibi Cyn. ſub n. 6. Bal.
ſub n. 2. verſ. ſolue. Salic. nu. 2. verſ. oppono. Sich.
ad l. 2. nu. 14. C. de pactis tom. 1. Franch. deciſ. 273
num. 4. Caroz. deciſ. 47. per tot.

Ad hoc fuit reſponſum nõ fuiſſe ceſſum totum
capitale, ſed lucrum in capitali, & ſic ius in re, quod
eſt particulare, & diuerſum à capitali ipſo, quãte-
36 nus eſt quid vniuerſale, † aliud eſt enim vendere

Digitized by Google

ius in re, & aliud vendere rem ipſam. Afflic. de feu.
non bab. &c. in fin. Caſtr. in l. ſi ſic. 78. §. 1. n. fin. de
leg. 1. Surd. conſ. 127. n. 29. Men. conſil. 78. nu. 22. in
fin. & n. 23. lib. 2. & in conſ. 258. n. 1. & ſeqq. lib. 3.
37 † nec communicatio lucrorum infert ad commu-
nionem capitalis Alex. conſ. 48. ſub nu. 5. lib. 2.
38 † Item fuit reſponſum aliud eſſe cedere, vel vē-
dere capitale ſimpliciter, aliud cum adiūcto, vt ſol
39 uatur creditoribus, † quia hoc ſecundo caſu illud
nomē vniuerſale oppoſitum adiunctum ad aliquā
ex ſuis ſpeciebus fit & ipſum, cenſeturq; ſpeciale,
c. 1. & ibi Abb. ſub n. 1. & 2. de his quæ fiunt à Præ-
40 lat. &c. † Sicut dicimus, quod ſpecies extracta de
genere, reſtringit genus ad ipſam ſpeciem Cardin.
Tuſcul. lit. g. concl. 30. num. 1. Angel. Peruſ. conſ.
342. num. 2. Gemin. conſil. 103. & conſ. 107. quæ
41 quidem eò facilius applicantur caſu noſtro, † quia
in materia ſocietatis, vox capitale, non ſtat vniuer
ſaliter, ſed particulariter, pro ea re, vel ſumma cer-
ta, quotum quilibet ſociorum ponit in ſocietate,
42 † & quod ea finita quilibet in primis detrahit So-
cin. ſen. conſil. 24. numero 33. & ſequentib. lib. 1.
43 † Et qui ponit maius, detrahit maius, qui minus,
minus. Bald. conſ. 260. nu. 4. lib. 1. Caſtr. conſ. 345.
ſub num. 1. p. 2. Card. Tuſc. lit. S. concluſ. 287. n. 2.
44 & ſeqq. & concl. 279. num. 16. † & etiam quia nō
apparet de ſocietate contracta in illo capitali, acqui
rendo iura alterius ex ſocijs vniuerſaliter, hoc acto
in ſpecie, vt Burdonus intraret, tanquam ſocius lo
co Pizigotorum, & de cōſenſu Rabiorum, de qui-
45 bus ne minimum quidem verbū, † & quæ tamen
requirebantur ad hoc, quod poſſet dici ceſſum ius
vniuerſale ad Bero. in conſ. 161. vol. 1. & ad conſ.
161. vol. 1. & ad conſ. Crim. diu. 20. num. 15. tom. 1.
46 † Ex quibus etiā ceſſat ſimile de hæreditate, quia
etiam de ea dicimus minus eſſe in iure hæreditatis
vendito, quàm in hæreditate ipſa vendita, vt dicit
47 Corn. in conſ. 263. num. 7. lib. 3. † Vltrà quod ceſ-
ſio non debet interpretari, vt afficiat cedentem, &
contra ſe ipſum Alex. viden. in term. conſ. 129. nu-
mero 6. & ſeqq. lib. 2.

Secūdò, dicebat pars Burdonum promiſiſſe in-
demnitatem Pizigoris à dictis ſequeſtrationibus,
& à quibuſcunq; creditoribus ſuper eorum libris
48 regulatis, † vim faciendo in voce illa vniuerſali
(quibuſcunque,) omne genus perſonarum cōple-
ctente Tiraquel. in 1. retr. §. 1. Gloſ. 7. num. 20. &
22. Crau. conſ. 294. num. 1. Rot. diu. par. 1. dec. 368
num. 5. Menoch. conſ. 224. num. 7. & ita in puncto
reiecto Butr. contradicente, dixit Graſſ. dec. 1. n. 3.
& 4. de priuil. & in relatione ad libros, in quibus
ſunt, & Rabij, per quam cenſetur prouiſum in ſpe
49 cie, etiam pro Rabijs, † cum paria ſint aliquid ex-
primi nominatim, vel per relationē ad aliud, quod
ſit certū, Caſtr. conſ. 91. in fin. lib. 1. Pariſ. conſ. 122.
num. 3. lib. 1. conſ. 2. num. 51. lib. 3. Rim. iun. conſ.
598. num. 55. lib. 5.

Verùm ad vtrunque reſpondebatur, & quidem
ad primum, quod cum fuerint accollata debita tan
50 tum ſocietatis, † non extenditur generalitas vltra
ea, in quibus fuit ſpecialiter prouiſum, l. alimenta.
16. §. Baſilice, & ibi ſummar. ff. de alim. & cib. leg.
ad Natt. conſ. 403. ſub num. 8. conſ. 404. ſub nu. 1.
51 † Et ſemper generalitas reſtringitur ſecundū ſu-
biectam materiam, & ad modos proportionabiles
materiæ, & ciuiles debet recipere limitationes ex
conſideratione debitarum circumſtantiarū. Rim.
iun. conſ. 491. nu. 26. & 57. & ſeqq. Surd. conſ. 445
52 num. 43. & ſeqq. † & ad expreſſa, vt in ſpecie in-
53 demnitatis Surd. conſ. 150. nu. 48. † & ad ea quæ
ſunt eiuſdem generis, & ſimilia Bero. conſil. 159.
num. 41. & 39. lib. 2. & Surd. d. conſ. 445. num. 45.
54 † non eſſe autem eiuſdem generis debitum ſocia-
le, & debitum ſocij cum ſocio, ſupradictum eſt,
55 † & nunc additur, quod pro hoc competit priuile-
gium, ne quis poſſit conueniri, vltrà quam facere
poſſit, non pro debito ſociali, vt in tractat. noſtr. de
execut. in veſtib. cap. 12. num. 16.
56 Ad relationem reſpondetur, † non eſſe facien-
dam ad ea, in quibus natura conditiovè diuerſa eſt
57 Crau conſ. 612. num. 16. † aut vbi ratio eſt diuerſa
58 Cæph. conſ. 23. nu. 102. lib. 1. † nec ad ea, per quæ
relatio implicaret contradictoria, ſeu repugnantia,
idem Cæph. conſ. 149. num. 7. Surd. 431. num. 66.
59 Crau. conſ. 987. nu. 73. & ſeqq. lib. 6. † debet enim
relatio eſſe congrua, & aptari in quantum poteſt.
Crau. conſ. 98. num. 11. Rim. iun. conſ. 381. nu. 82.
60 † Sic dicimus dictum teſtis non facere omnimo-
dam relationem, ſi per hoc teſtis incideret in con-
trarietatem, Alex. conſ. 122. num. 11. lib. 2. Cardin.
Tuſc. lit. r. concl. 129. num. fin. portò diuerſitas re-
ſultat ex prædict. & repugnat quod ſint compre-
benſa debita ſocietatis tantum, & quod nunc alia
ex vi talis relationis.

Præterea relatio ad libros regulatos facta cōcer
nit fauorem Burdoni reſtringendo accollationem
ad debita, de quibus in libris regulatis ad differen-
tiam & excluſionem aliorum debitorum, de qui-
bus aliter conſtare poſſet, quo pacto minus graua-
tus remanſit Burdonus; ideò gratia ipſius cenſe-
tur fuiſſe appoſitum tale pactum, & ad eius fauo-
61 rem, † quia pactū dicitur ad fauorem vnius, quan
do eiuſdem reſpicit vtilitatem Natt. conſ. 374. nu
62 mero 13. † quo dato non potuerunt Rabij idem
pactum contra eum allegare, pro quo interpoſitū
63 fuit Dec. conſ. 99. in fin. † immo debet, quantum
fieri poteſt, pro eodē, & ad eius fauorem interpre-
tari Alb. conſ. 318. nu. 28. Tuſc. lit. f. concl. 90. ple-
nè per tot. & hæc ratio poſſet deſeruire ad totam
deciſionem præſentem; conſiderando omnia fa-
cta fuiſſe pro conſeruando indemnem, quoad fieri
poſſet, dominum Burdonū, quare nullus erat præ-
textus, cur in eius odium, & maius onus eadē tra-
hi, aut allegari poſſent, vel deberent per prædicta,
& ita, &c. Laus Deo.

SUMMARIA.

Relatio periti cum vno fideicommiſſario non præiudicat ſequenti, num. 1.

Contrà, quando cum legitimo contradictore, fuit cauſa viriliter defenſa, num. 9. 10.

Rela-

Digitized by Google

Relatio periti laborans notoria iniuſtitia eſt retractanda, num. 2.

Relatio peritorum, & ſententia ſuper ea nunquam tranſit in iudicatum, num. 3.

Et poteſt retractari per peritiores, num. 4.

Maximè ſi non dicatur quanti cōiter venderetur, n. 5.

Contra quando periti ſunt à partibus electi, n. 15. 17.

Item, ſi non fuerit appellatum, num. 18.

Item ſi in diſcordia priorum fuit electus tertius, n. 19.

Et vbi eſt ſtatutum ſpeciale, vt Bononiæ, n. 23. 24. 25.

Daretur tamen recurſus à relatione tertij periti vtraque parte appellante, num. 26.

Melioramenta etiam per peritos probantur, et eis ſtandum, num. 6. 14.

Et de fide peritis danda remiſſiuè, n. 8. & nu. 20. 21. 22.

Et liquidationem cum debitore principali afficere tertium in hypothecaria ſub d. num. 14.

Iudex relationem peritorum multò magis ſequi debet, cū qua dicta teſtium concurrunt, n. 7.

Sententia, alias nocibilis, tertiò nocet cauſa viriliter defenſa, & è contra non nocet, non viriliter cauſa defenſa, num. 10.

Approbatione totius quælibet eius pars cenſetur approbata, num. 11.

Sentētia abſolutoria a toto intelligitur, & a qualibet eius parte, num. 12.

Acta nocent, quibus nocet ſententia, ſub eod.

Reuiſio tunc concedenda, cum de veritate in contrariū conſtat, num. 13.

Ex productione relationis tacita confeſſio reſultat de contentis in ea num. 16.

Communis æſtimatio probatur per peritos, & melius, quā per teſtes, nu. 20. 21. 22.

DECISIO LV.

IN cauſa Viduæ de Venentis cum D. I. C. & procuratore Nuce. Primò fuit dubitatum, an relationi tertij periti circa melioramenta per eum æſtimata, & liquidata ad valorem librarum 2150. 11. 9. eſſet ſtandum.

D. Nuce dicebat, quod non, primo, quia dicta re
1 latio facta fuit cum alio fideicommiſſario, † quæ nō
præiudicauit tertio fideicommiſſario, cui ſucceſſit
D. Nuce tanquam hæres tot. tit. Res int. alios, &c.
Soc. iun. conſil. 37. num. 1. lib. 4. & in term. liquidationis, ſeu calculorum, Surd. alios referens. dec. 256. n. 4. & ſeqq. & C. tit. quib. res iud. non noc.

2 † Secundò, quia æſtimatio, & liquidatio huiuſmodi laboraret notoria iniuſtitia, vt dicebat reſultare ex relatione alterius periti coram nobis, & ideo nulla, & reuidenda Machel. patroc. 36. nume. 16. & 13.

3 † Tertiò, quia relatio peritorum, immo verò & ſententia, ſuper ea ſubſequuta, nunquam tranſit in rem iudicatam Bero. conſ. 144. num. 53. lib. 3. Surdus. dic. dec. 256. num. 11. ergò multò minus præiudicare poterit tertiò, qui in eo iudicio non interue-
4 nit, vti ibid. ità argumentatur Surd. † Cum ſit etiā
generale, vt poſſit retractari per peritiores. Rimin. iun. conſ. 335. in princ. lib. 3. & fusè conſil. 212. nu. 4.
& pluribus. ſeqq. lib. 2. Roman. conſil. 228. in fine.
5 num. 11. & 16. † Nec (allegabatur) tertius ille peritus liquidauit debito modo, referendo, quod tanti communiter venderentur dicta melioramenta ad Curt. iun. in conſ. 165. num. 16. & ſeqq. per tot. Maſcard. de prob. concl. 1037. per tot.

His non obſtantibus contrarium viſum fuit, nō
eſſe, ſcilicet, recedendum à relatione dicti tertij pe-
6 riti, † quia etiam per peritos electos à partibus, vel
à Iudice præſentibus partibus, vt in caſu noſtro, pro
bari melioramenta certum eſt. l. 1. ff. de vent. inſpic.
7 Alex. conſil. 44. lib. 2. † maximè, quia anteceſſerat
probatio eorum per teſtes, & Iudex relationem pe-
ritorum tunc magis approbare debet, cum dicta te-
ſtium concurrunt, Illuſtriſs Card. Tuſc. lit. m. con
cl. 183. num. 10. & 11. & ex alijs, quæ reſpondēdo
8 ad contraria dicentur, † vltrà latè deducta circa fi-
dem dandam peritis per eund. Tuſc. lit. p. concluſ.
286. per tot. & ad citata infra num. 14. 20. 21. 22.

9 † Ad primum. n. reſpondetur non obſtare, quan
do acta fuerunt cum legitimo contradictore agita-
ta, & cum eodem ſententiæ latæ, nam etiam ſuc-
ceſſoribus nocent l. principaliter. C. de liber. cau. Pe
regr. de fideicom. art. 53. num. 40. ego latius mate-
riam hanc extrico in tract. reſol. feud. lib. 4. cap. 2.
de ſent. & re iud. num. 37. & ſeqq. & id maximè,
quando non apparet de colluſione aliqua, ſed quod
viriliter cauſa fuit defenſa, vt in caſu noſtro, In quo
ipſe D. Nuce, nunc reus conuentus, ibi erat procu-
rator eius fideicommiſſarij diligentiſſimus (more
ſuo) & exactiſſimus, & qui nihil in præſentiarum
10 oſtendit, aut allegat tum fuiſſe prætermiſſum, † &
ſuccedit, quod ſicut ſententia aliàs nocibilis, non
noceret tertio, quando cauſa non fuiſſet viriliter
defenſa, & ibi oſtendo, & proximè ad propoſitum
noſtrum. Surd. in d. dec. 256. num. 14. & ad Oſaſc.
dec. 157. ità è conuerſo ſit nocibilis, vbi viriliter eſ-
ſet defenſa, & quicquid hæc ſententia, ita abſolutè
intellecta fortè non poſſet ſic clarè procedere ad
Oſaſc. d. dec. 157. num. 14. & ſeqq. Tamen in caſu
noſtro ſumus extra omnem difficultatem, ex quo
acta ipſa, & ſententiæ non impugnantur, & ideo ex
hoc capite non intret obiectum, cum dicta relatio
ſit de eiſdem actis, & tanquam pars integralis to-
11 tius, † & ex approbatione totius quælibet eius pars
continetur. l. ſi alij. ff. de vſufr. leg. Bald. conſil. 153. in
12 princ. lib. 4. † & ideo petens totum, ſi feratur ſen-
tentia abſolutoria à toto, cenſetur etiam lata quoad
ſingulas partes. Fed. de Sen. conſ. 159. in fi. verſic.
item non obſtat, & ad dec. Luc. 31. num. 60. 61. &
Flor. 20. num. 15. & demum acta nocent, quibus
noceret ſententia. Innoc. in cap. cauſam quæ. de teſta
men. Mar. Anguiſ. conſ. 4. n. 12.

Ad ſecundum ex facto ipſo fuit ſublatum. Cum
re verà non appareret de erroribus, vel alijs allega-
tis, vt ex collatione ſcripturarum, & teſtium fuit op
13 timè collectum, † & Doct. loquentes de reuiſio-
ne, id agunt, quando in contrarium eius, quod fuit
per peritos liquidatum, apparet veritas ad Rim. d.
14 conſ. 212. num. 4. & ſeqq. lib. 2. † aliàs peritis ſtan-
dum eſſe cenſent, quia iſte modus probandi per pe-

ritos

ritos eſt à iure approbatus Seraph. dec. 665. num. 20 par. 1. Zach. de oblig. Cam. dec. 63. nu. 8. & ad Phã. de Inuent. par. 5. §. explicitus. à numero 22. ad 31. late, vbi liquidationem in hypothecaria tertium nihil in contrarium probantē, afficere defendit Curt. iun. conſ. 200. nu. 8 p. 3.

Ad tertium reſpondebatur multipliciter. Et primò ex Menoch. in conſil. 849. à num. 1. ad 9. lib. 9.
15 vbi † ſi periti fuerunt electi à Iudice, datur recurſio, nec relatio tranſit in iudicatum, ſecus ſi à partibus, ſeu à Iudice de earum conſenſu, vt in caſu noſtro, vbi non fuit ſpecificè contradictum, in ipſa electione, & poſtea in eius productione nihil fuit oppoſitum, omnes conticuerunt partes, & acquieuerunt,
16 † immo ex ipſius relationis productione tacita confeſſio reſultauit de contentis in ea D. Morot. reſp. 16. nu. 3. & taciturnitatem in iudicio operari con-
17 ſenſum alibi diximus. Ad rem noſtram, † qđ vbi electio fit de conſenſu, non ſit locus recurſui ad peritiores, dicit etiam Iaſ. in l. admonēdi ſub numero 43. verſ. ex iſtis ergo infero, in repet. eiuſd. l. ff. de Iureiur. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 47. num. 42. & ſeqq. Rim. iun. d. conſ. 212. num. 19. lib. 2. vbi pariter ita diſtinguit, prout ſupra Menoch.

18 † Secundò reſpondetur etiam ſententiam latam ex relatione peritorum tranſire in rem iudicatam, ſi non appelletur. Id. Menoch. d. conſil. 849. num. 5. lib. 9. In caſu noſtro ſententiæ tranſierunt, quia nō fuit appellatum, ergo &c.

19 † Tertiò reſpondetur non eſſe locum amplius electioni peritiorum, quando ſemel diſcordarunt primi, & electus eſt tertius, qui ſuam fecit relationem, ne alioqui res in infinitū abiret, ita dicit Rim. iun. conſil. 335. num 6. 7. & 8 lib. 3. & in d. conſilio 212. num. 21 lib. 2. videtur eſſe de mente Theſſ. in deciſ.
20 25. ſub numero 2. verſic. & quidem attentat, † & licet communis æſtimatio attendatur, tamen inter alios modos probandi, quæ ſit communis æſtima-
21 tio, eſt iſte per peritos, † nullus enim melius ſcire poteſt rei valorem, ſecundum communem æſtimationem, quam peritus, Seraph. d. dec. 665. nume. 7.
22 par. 1. † vbi ex Bero. in conſil. 102. num. 35. libro 3. dicit ſtandum eſſe potius æſtimationi factæ per peritos à iudice electos, quam per teſtes.

23 † Hæc in term. iuris communis, additur quarta reſponſio, quod ſtandum eſt tertio perito, & eius relationi ex ſpeciali conſtit. Iuſtin. rubr. 12. nu. 33. adeo quod (vt num. 38. præcipuè à tertio, non liceat appellare, querelare, aut reclamare, ſed ſolum ad eūdem Iudicem poſſit recurri infra quinque dies, hic autem cum non fuerit ità recurſum, immo latæ ſint ſententiæ, & ſemper fuerit tacitum, ſeruus eſt iſte recurſus, (occaſione alius iudicij multò poſt moti), & contrà tex. d. conſtitutionis, per quam ſumus in caſu legis claro, adeo quod nil vltrà ſit diſputandū ad
24 l. ancillæ. C. de furt. † & in term. vbi eſt ſtatutū, non poſſe reclamari, dixit Rimin. d. conſ. 335. n. 9. lib. 3.
25 † & in term. termin. d. conſtit. Bonon. non dari appellationem à relatione tertij periti, dicit Seraph.
26 dec. 1494. num. 2. par. 2. † Vbi tamen limitat, niſi vtraque pars appellaſſet, cum in caſu iſto neutra appellauit. Ex quibus ſtando relationi dictum fuit, valorem melioramentorum eſſe dictarum libr. 2150. 11. 9. & de exitu huius cauſæ, vide infra dec. 58. in fi. Laus Deo, &c.

SVMMARIA.

Communi diuidundo iudicium non intrat, niſi vbi res eſt communis, nu. 1.

Vel ratione dominij, vel poßeſſionis, nu. 12.

Impenſæ melioramentorum in hoc iudicio conſiderantur, vt fundatæ in re communi, nu. 2.

Pro melioramentis aſſequendis iura competunt particularia, num. 3.

Licitatio eſt vnus ex modis trad. in l. à diuo pio, &c. numero 4.

Tutius eſt creditorem emere per licitationem, tanquam extraneum, nu. 5.

Vbi eſt indiuiduitas, aut incommoda diuiſio datur æſtimatio, num. 6.

Hæres dat æſtimationem legatario, & rem pro ſe retinet, num. 7.

Hoc eſt proprium hypothecæ, vt vel creditum ſoluatur, aut rei æſtimatio, aut res ipſa obligata, numero 8.

Occurrendum eſt fraudibus, nu. 9.

Data rerum indiuiduitate ad æſtimationem deueniendū eſt, num. 10.

Et quidem totius in ſubſidium, quia pars non emeretur, num. 11.

L. ad officium. C. Comm. diuid. fundata in paupertate. num. 12.

Et trahitur ad alios caſus, vt ad retractum, qui cedi poteſt alteri conſanguineo, licet non extraneo, ne ratio ſtatuti offendatur, nu. 14.

Multo magis ad caſum melioramentorum, & ratio ſub. eo. & num. 15.

Melioramenta aliqua ratione poſſunt dici meliorantis. eod. num. 15.

Si dominus rei non ſoluat eorum æſtimationem, poſſunt aliquando, vel rudera tollere, n. 16.

Melioramenta alias mariti poßunt dici eſſe vxoris in ſubſidium, nu. 17.

Officium Iudicis poteſt ſe extendere ad ordinandam licitationem, nu. 18.

Quod maximè pauperibus viduis eſt impertiendum, numero 19.

Et magis quando iſtæ perſonæ ſunt actu, & habitu miſerabiles, num. 20.

Pro pauperibus multa extant priuilegia in iure remiſſiuè, num. eod.

Ex cauſa creditor compellitur vendere pignus, n. 21.

Pignore vendito reſiduum, vltrà id quod ſoluitur debitori, reſtituendum, nu. 22.

Expromiſſio eſt accipienda, per quam vtrique parti conſulitur, nu. 23.

Partitum factum vberius quam fieri debuiſſet, non eſt contra facientem diſtorquendum, vel allegandum. num. 24.

D E-

DECISIO LVI.

CVm eadem D.Octauia de Venentis fuiſſet per
ſententias manutenta in domo, & meliora-
mẽtis, de quibus in proxima deciſione pro dotibus,
interuſurijs, & alimentis, & pro ſumma in eadem
deciſione ſtabilita, denuò ipſamet recurrit ad bene-
ficium.l.ad officium.C.comm.diuid.dicens ſe pau-
perem, vt verè reſultabat ex actis, & ideo petẽs ad-
mitti ad ſubhaſtationem totius domus, propter me
lioramentorum inſeparabilitatem, etiam extraneũ
licitatorem, eodem D. Nuce non offerente dictum
valorem liquidatum, & in defectum eius. Et omni
meliori modo ſibi ſuccurri, &c. ex quo ipſa non ha-
beret pecuniam ad offerendum tanquam pauper.

Nos admiſimus in defectũ oblationis D. de Nu-
ce fiendæ infra duos menſes à die prolationis ſen-
tentiæ dictam licitationem. Non tamen ex capite
1 ſimpliciter.d.l.ad officium.C.Comm.diuid.† quia
huiuſmodi iudicium non intraret, niſi vbi res eſſet
communis, l.1.ff.Com.diuid.& vbi idem omnium
ius in re eſſet, non autem vbi (vt hic) eſſet diuerſũ.l.
communi diuidundo.7.§. ſed, & ſi de vſufruct. ibi
planè ſi iam.ff.eod.tit. Vigel.lib.44.ff.cap.11. Com.
diuid.verſ.9.adfinia remedia.col. ſeqq. ibi ſeptima
2 exceptio.f.1004.par.5. Quæ communio, & iuris
identitas non cadit in melioramentis in ratione ad
rem ipſam, quia impenſæ melioramentorum non
conſiderantur, vt de per ſe, ſed quatenus ſunt fun-
datæ in re communi. l. in ſumma. cum ll. ſeqq. ff.
eod.tit.& ſic tanquam pars integralis, & indiuiſibi-
lis ab ipſa re, ab ipſa domo, ſed iſta domus, in qua
fuerunt dicta melioramenta facta, nunquam fuit
communis, non ab initio, cum impenderetur à ma
rito fideicommiſſario, quia domus tota erat eiuſ-
dem, non poſt mortem, quia facta fuit tota alterius
3 fideicommiſſarij ſucceſſoris, † denique ad melio-
ramenta, particularia competunt iura, vel retentio,
vel hypothecaria, vel condictio, vt latè Peregr. de
fideicom.art.50.num.55.& ſeqq.ad 59. incluſinè,
& etiam per num.ſeqq.& in termin.fideicommiſſ.
num.62. ergò ius in melioramentis eſt diuerſum à
iure in re ipſa, & ſilet communio.

Sed quia fuiſſet intentatum omne aliud reme-
dium, ſtante clauſula omni meliori modo. Non ſe
aſtringens, &c. ad Mar. Anguiſſ.in conſi.140.n.78.
& per nos alibi dicebamus, quod ea mulier, quæ
tanquam creditrix iure pignoris poſſidebat in vim
dictarum ſententiarum, & etiam in vim pacti pre-
carij, & conſtituti, de quibus in inſtrumento dota-
li iunctis ſtatutis noſtris in rubricis pactum preca-
4 rij, &c. † potuit etiam, & ad licitationem trãſmea-
re, quia hic eſt vnus ex modis trad. per gloſſ. in l. à
diuo pio.§.ſi pignora.in ver.addicãtur.ff. de re iud.
latè, cum ſcribentibus ad eum locum, Surd. conſil.
256.num.5.& 6.lib.2. Vbi ſub num.5. in fi.col.iun
5 cta col.ſeqq. † dicit tutius eſſe, quod creditor emat
tanquam tertius, & extraneus, & non eſſe dubium,
quin creditor licitare poſſit, & ad dec.281.num.33.
& ſeqq. par.2.in nouiſſ. Et non ſolum ad licitatio-
nem melioramentorum, ſed etiam ad licitationem
totius domus, propter indiuiduitatem, & inſepara-
bilitatem melioramentorum à domo ipſa, in qua
6 inſunt, † nam vbi eſt indiuiduitas, nec commoda
eſt diuiſio, aut ſoluenda eſt æſtimatio ad Franc. in
ſpecie melioramentorum, à ſenſu contrario, in dec.
38.num.2. Magon.dec. Flor.51.num.1.& ad l.non
7 amplius.§.cum bonorum.in fin.de leg.1. † vbi hæ-
res tenetur ad æſtimationem legatario, & res apud
eum remanebit, quam tex. in id adducit Aretin. in
conſil.156.num.4. aut res ipſa præſtanda, ſi patia
8 tur commodam diuiſionem, † quia hoc eſt propriũ
hypothecæ, vt vel creditum ſoluatur, ſeu rei æſti-
matio, vel res obligata præſtetur, l.ſi diuus.ff.de pi-
gno.l.mulier. Cod. qui potior. l. ſi cum venditor.in
princ.ff.de euictio. Magon.d.dec. Flor.ſi.numero 2.
Quod ſi nec aduerſarius velit ſoluere, nec res poſſit
præſtari hypothecata, quia ſit inſeparabilis ab alia
non hypothecata, vt hic melioramenta, ad hoc, vt
aliquo remedio ſit ſuccurſum creditori, nil aliud re
ſtare videtur, quam, vt licitatione quæſtio dirima-
9 tur, † ad occurrendum fraudibus l.in fundo.ff.de rei
10 vind.† Nam, & data rerum indiuiduitate, eſſe ad
licitationem deueniendum, dicunt Docto. Iaſ.in §.
quædam.num.59.& ſeqq. Inſtit. de actio. Caballn.
11 millel.817.† & quidem totius in ſubſidium, cum
alias nullus inueniretur, qui empturus eſſet melio-
ramenta de per ſe, niſi, & totum emeret, & domũ
totam, ad Salyc.in d.l.ad officium.ſub num.2.ante
12 verſ. quarto primo, † quæ lex licet propriè non lo-
quatur in iſtis term. quia non ſumus propriè in re
cõmuni ratione, vel dominij, vel poſſeſſionis, quo-
rum alterum neceſſarium eſt, vt ſupra num.1.iun-
cta add.1.ad Bart.in d.l.ad officium. & ad Salyc.ib.
lit.A. Azo in ſum. Comm.diuid.ſub num.2.per tot.
vbi dat exempla in pluribus dominis directis, &
vtilibus tantum, & in pluribus poſſeſſoribus. Cla-
13 rius Ang.in conſ.305.num 2. † Tamen facit ad ca-
ſum noſtrum, quod d.tex iunct.ibi Doct. vt Alber.
Bald. Ang. Salyc. & alijs. fundatur in paupertate,
inſufficientia, ſeu inopia creditoris non habentis pe
14 cuniam, nec modum offerendi, † propter quod Do
ct.ibi eũ tex.trahũt ad alium caſum retractus, in eo
loco inopis, alium admittentes ſaltem, vbi non con
tra fieret rationi ſtatuti, vt vbi alteri etiam conſan-
guineo cederetur ius redimendi, ad Caſtr. in d.l.ad
officium.in fi.C.comm.diuid. ergò datur intelligi,
fundamentum non ſtare in ratione communionis,
ſed in paupertate, cui ſuccurrendum eſſet etiam in
caſu retractus, vt & in quolibet alio, vbi eadem ra-
tio interpellaret, prout in caſu noſtro, & quidem à
fortiori, quam in retractu, quia in hoc nulla omni-
no datur communio, ſed ius quoddam tantum in-
eſt ſimpliciter eius, qui vel ex conuentione, vel ex
15 ſtatuto huiuſmodi habet ius retrahendi. † In caſu
noſtro adeſt communio aliquo, ſaltem impropriè,
modo, cum domus ſit quidem tua, melioramenta
verò poſſunt dici mea, ad §.ex diuersò §.certè illud
Inſt.de rer.diu. & maximè facta per fideicommiſſa
rium ad Roland.conſ.28.ſub num.14.& ſeqq.lib.1.
16 & ita quidem mea, † vt ſi non eligas æſtimationẽ
dare,

Digitized by Google

date, detut caſus, vt poſſim ego rudera tollete ad §.
His conſequenter. Hic fin. leſ. vbi ego pleniſſimè
diſtinctis materijs, & caſibus hanc rem pertracto.
17 in tract. teſolut. feud. † & non ſolum marı, qui ea
fecit, ſed etiam propria mulieris in ſubſidium, per
leg. tes quæ. ff. de iur. dot. & per Giutb. deciſio. 11.
num. 15.
18 † In omnem caſum, quod non fuiſſet iure cau-
tum, officium noſtrum ad hoc ſe extendere debuiſ-
ſe videbatut, ad Caſtr. in ead. l. ad officium. num 2.
in ſi. C. comm. diu. & ibid. Alber. num. 2. ſub prine.
† maximè pauperibus viduis imperti endum ad
19 Thi ff. dec. 177. Amat. dec. marin. vlt. num. 6. Alex.
conſil. 121. num. 14. lib. 1. † & magis quando iſtæ
20 perſonæ ſunt actu, & habitu miſerabiles (qualem
profectò hane mulierem inuenimus) Capra plenè
concl. ſeu reg. 30. num. 11. & 21. & per tot. col. 4. &
ſeq. fol. mihi 33. Et pro quibus multa extant ſpecia-
lia, de quibus remiſſiuè infra in dec. 68. num. 24. &
ſeq. & in tract. de execut. in veſtib. ca. 7. circa princ.
iuncta l. in fundo. in princ. ibi. (Bonus Iudex variè
ex perſonis cauſiſque conſtituet.) iuncto verſic. ibi
finge pauperem, &c. ff. de rei vindic. & l. quamuis.
21 6. de pigno. actio. † dum ibi dieitur, quod ex cauſa
creditor ad vendendum compellitut, putà ſi multò
minus ſit, quod debeatur, & nos ſumus in caſu, vbi
multò minoris etat ereditum, quàm valor totius
domus, & nihilominus patiebatur mulier, quia
quid ad eam domus tam ampla, cum ſi habuiſſet
pecuniam ſibi debitam, licet longè minoris, poſſet
ex ea, & interuſurijs viuere, & alimentari, & tenē-
do domum nihil ei proderat, quãuis maioris, quia
interim an commederet lapides? & quid ſi (vt in-
fra in dec. 58. dicetur) haberet aliunde habitationē,
ſine onere mercedis, Inſuper, & pecuniã? Quem-
admodum, & in idem damnum concurrebat ipſe-
met debitor, dum domo longè maioris valoris, &
eius vſu prorſus careret, vnde pro eo eſſet in term.
d. l. quamuis, & ead. l. pro muliere in argumentum.
vtrique verò æquè conſultum erat, ſi tandem, vel
D. debitor offerret, vel domum vendi permitteret,
22 † vt ſoluta creditrice reſiduũ ſibi redderetur, iux-
23 tà eand. l. quamuis. §. fin. ff. de pignor. actio. † eam
verò prouiſionem eſſe accipiēdam, per quam vtri-
que parti conſultum manet dicimus in dec. Flor. 1.
n. 81. & Luc. 21. nu. 19.
Et prætereà, ſi, melioramentorum precium ab-
ſolutè condici poterat, ſi poterat, & licitatio abſolu
tè prætendi iuxtà ſupradicta, quod fecerit mulier,
(modeſtius agendo) facultatem, ſeu partitum debi-
24 tori de ſoluendo, aut licitari permittendo, † non po
tuit hoc ipſum in eius odium retorqueri,
aut contra eam allegari, ad ſupra deciſi.
54. numero 65. 66. & 67. Ex qui-
bus, &c. Laus Deo, &c.
Exitus huius cauſæ vi-
deatur infra de-
ciſio. 58. in
fine.

SVMMARIA.

*Imminente periculo euictionis in limine contractus eſt ca-
uendum a venditore, n. 1.*
*Vt ſit locus tali cautioni oportet litem eſſe motam, vel oc
caſione dominij, vel hypothecæ, n. 2.*
Et eſſe motam, non mouendam, nu. 3.
Et eſſe motam ante ſolutionem precij, nu. 4.
*Niſi res ſit aliena notoriè, quia ſufficit timor litis mouen-
dæ, num. 5.*
*Deficientibus requiſitis ad obtinendam dictam cautionē,
ſolutio precij non eſt remoranda, n. 6.*
*An ſit locus cautioni, & an immineat euictio, eſt in arbi-
trio iudicis poſitum, nu. 7.*
*Ceſſio iurium peti poteſt per debitorem a creditore, & quo
modo, num. 8.*
*Debet creditor manutenere iura ceſſa, quod ſint vera, qđ
facit dum cedit, nu. 9.*
*Ceſſio operatur, vt res ſit liberata ab hypotheca. nu-
mero 10.*
*Et operatur liberationem, quando ſit debitori. nume-
ro 11.*
*Quando venditur pignus a creditore authoritate legis,
ſufficit ſe præſtare anteriorem, n. 12.*
*Potior eſt quolibet alio creditore, etiam anteriore, mulier
in melioramentis fact. ex de pecunia eius dotali, nu-
mero 13.*

DECISIO LVII.

PEtebat D. Nuce D. Octauiã cauere de euictio-
1 ne melioramentorum, † quaſi lis immineret in
limine contractus ad l. ſi poſt perfectam. C. de euic.
verùm ab huiuſmodi cautione eam eximimus ſen
2 tentia noſtra, † quia, vt ſit ei locus, litem eſſe motã
neceſſe eſt ſuper re ipſa, vel occaſione dominij, vel
etiam occaſione hypothecæ. Rom. conſil. 8. Grat.
conſil. 135. num. 3. lib. 2. Burſat. conſil. 194. nu. 13.
vbi dicit communem, quos refert Illuſtriſſ. Tuſc.
3 lit. c. concl. 360. nu. 10. † Et quidem, quod lis ſit mo
4 ta, non mouenda Surd. dec. 183. num. 4. † & mota
ante ſolutionem precij. Id. Surd. dec. 295. num. 7.
5 † Niſi fortè res ſit aliena notoriè, quia tali caſu ſo-
lus timor mouendæ litis ſufficeret Ang. ſaluando
glo. in § fin. ſub num. 3. verſ. ſed antequam moueа-
tur. Inſtit. de ſuſp. tut. alios citat Tuſc. d. concl. 360.
num. 44. iuncto ibi num. 45. vbi hoc adhuc ad aliũ
caſum extendit.
Nec de lite mota, nec de mouēda notoriè, quic-
quam probatum fuit per D. Nucem, produxit quã-
dam proteſtationem, alias ipſi D. Octauiæ intima-
tam, in qua nihil legitur de prædictis melioramen-
6 tis, aut de aliqua ſuper eis quæſtione, † quare non
erat remoranda ſolutio precij, deficientibus requi-
7 ſitis, vt in propoſito. Roman. d. conſil. 8. in fin. † &
ex arbitrio noſtro non aliter nobis videri potuit,
cum res ſit arbitraria. Rot. diuerſ. deciſ. 281. in fi.
parte 2.
Condemnauimus tamen D. Octauiam ad cedē-
dum iura in actu ſolutionis, ad Franc. dec. 427. per
tot.

Digitized by Google

tot.præſertim.ſub num.7.verſ.quemadmodū quā-
do.& ſub nu.9.verſ.ſic etiam dicebatur, & in fine.
Alex.conſil.38.nu.7.lib.5.& ad Crauet.conſil.298.
ſub num.16.ſub princ.Surd.conſ.170.ſub nu. pen.
& fin.l.Modeſtinus.vbi latè Bartol.ff.de ſolutio.&
8 præſertim num.6. † Vbi quando ceſſio poſtulatur
ante ſolutionem à creditore agente ad ſuum debi-
tum, dicitur peti ope exceptionis, & ſi à creditore
9 non agente peti officio iudicis, vt ibi per eum, † &
viſum eſt æquum, quod ſi D. Octauia receptura ſit
pretium melioramentorum ex cauſa crediti ſui do
talis, ita ipſa etiam teneatur manutenere, quod ſint
vera iura ceſſa, id quod facit mediante eorum ceſ-
ſione l.quod ſi in venditione.ff.de hæred. vel actio.
vend. Alex.conſ.27.ſub num.1. verſic.ſecundus te-
ſtis. ſub num.2.verſ.non obſt.dicta. & ſub num. 4.
in fi.lib.2.Card.Tuſc.lit.c.concl. 203.numero 12.
10 & operatur dicta ceſſio, vt domus, & res hypothe-
cata ſit liberata ab hypotheca illa. l. ſi actionum. C.
de pact.Salyc.in l.1.C.de actio.& oblig.q.21.Alex.
11 conſ.157.lib.7.† & operatur liberationem, quādo
ſit debitori.Bald.in l.data certè.in 10.q. C.de actio.
& oblig.vbi Salyc.q.21.Ruin.conſil.119.num.19.
lib.1.& conſil.17.num.8.lib.4.& conſil.88.num.6.
lib.5.Card.Tuſc.d.lit.c.concl.205. num. 21. & 22.
& ideo non ab re, dum ſit ſoluenti, & maximè ter-
tio verè non debitori in capite licet ſit debitor pre-
cij melioramentorum, ſi ea vult, & ſic per accidens
non per ſe, & obligatione perſonali, vt eſt debitor
ipſe principalis.

Addidimus quoque, quod D.Octauia in actu ſo-
lutionis præfatæ, promittat ſe anteriorem cæteris,
12 † quia dum venditur pignus à creditore auctorita-
te legis ſufficit ſe præſtare anteriorem cæteris cre-
ditoribus l.1.& ibi Bald.& Cuiac.C.cred.euict.pi-
gn.non deb.

Et ſatis eſſe ipſi ſoluenti exiſtimauimus, eò ma-
gis, quod probatum fuit per creditricem melicra-
13 menta fuiſſe facta de pecunia dotali, † in quib.pro-
pterea ipſa eſſet potior, etiam quolibet alio credito
re anteriore, & ita eſſet tutus D. Soluens per l.in-
terdum.cum ll.ſeqq. ff. qui potior. in pign.hab. &
in §. His conſequens. vbi eſt tex. in term. termin.
auth.de æqual.dot.coll.7.nouel.97. Papienſ. in lib.
Hypothec.verſ.ſub eadem obligatione.num.10.&
in nouiter impreſſ.& numero 21. in antiquis. & ad
l.creditor.25.ff.de reb.cred.Vincen.de Franc.deci-
ſione 109. ſub numero 3. vnde non erat denegan-
da dicta promiſſio, quæ promittenti non nocebat,
& ſoluenti profutura eſt, ſi quando ab alijs credito-
ribus moleſtaretur, non ne indemnis eſt ab mu-
liere tanquam ab authore ſuo ſemper præ-
ſeruandus? per notiſſima iura, & ità
&c. Laus Deo, & cætera, Exi-
tus huius videatur infra de-
ciſione ſequenti in
fine.

S V M M A R I A.

Habens retentionem pro melioramentis in bonis fideicommiſſo ſubiectis, fructus eum ipſis tenetur computare, num.1.

Et penſiones. ſub eod.

Creditor imputat fructus pignoris in ſortem, numero 2.

Et qui habuit pignus prætorium, nu.3.

Imputandum eſt domum non locanti, ſi penſiones non habuit, quia nihilominus erga alium ad eas tenebitur. num.4.

In loco frequenti præſumptio eſt, quod facilè conductores inueniantur, nu.5.

Fructus pro rata melioramentorum non ſunt debiti. numero 6.

Mulier quando faciat fructus pignoris, numero 7. & 10.

Et quando quis dicatur non habere vnde ſe alat remiſſiuè. ſub eod.nu.7.

Miſſus in poſſeſſionem tedialem lucratur fructus. numero 8.

Bald.auctor, quod mulieri aliunde non habenti, non imputentur fructus pignoris in ſortem defenditur. num.9.

Ex Stat.Bon.mulier debet habere ſeptem pro centenario, & ſufficit ſola pro teſtatio, n.11.

Stante ſtatuto mulier fructus pignoris lucratur. numero 12.

Contra quoad inuehitur Anguiſ. ſub eod.

Domum non locans non tenetur ad penſiones, niſi ex dolo, & lata culpa non autem ex leui. num.13.

Domum ſolitam eſſe locari probandum eſt, n.14.

Ad penſiones non tenetur creditor inhabitans domum hypothecatam, ſi aliás non fuiſſet aliam conducturus. num.15.

D E C I S I O LVIII.

VLtimò dicebat D.Nuce D. Octauiam teneri
computare fructus, ſeu penſiones in meliora
1 mentis, † quia id teneatur facere, qui habet reten-
tionem pro melioramentis in bonis fideicommiſſo
ſubiectis l.1.& 2.C.de pign.actio.l.ex prædijs.C. de
vſur.l.Herennius.& ibi.gloſſ.& Doct.ff.de vſur.&
in l.fin.C.eod.tit.Soc.iun.conſil.182.num. 21.22.
lib.2.Put.dec.285. lib. 3. vbi in puncto penſionum
domus, & Gabr.conſ.151. ſub princ. & in fine. lib.
1. etiam in term.

Quia hæc mulier retinuit diù totam domum iu
2 re pignoris, † & ideo non fecit fructus ſuos, ſed eos
debet imputare in ſortem d.l.1.C. de pignor.actio.
cap. cum contrà. de pignor. Surd. latiſſimè ita te-
nens, & concludens in conſil. 198. num. 10. & per
tot.lib.2.

3 † Et maximè, quia ex pignore prætorio, & ex in-
ſiſtentia ſibi data per ſententias, quo caſu fructus
extenuant ſortem.l.Titia.& ibi not.ff. de ſolut. l. ſi is
cui.§.quæri.ff.vt in poſſ.legat.glo. & Bart. in l. ſi is
qui.§.1.ff.de pignor.quę iura ad hoc allegat Neguſ.
de

Digitized by Google

de pignot.5.memb.5.par.num.4.fol.mihi 217.à ter
4 go. † Et ſi non locauit, ſibi imputet mulier, quia po
terat locare, & fructus, ſeu penſiones percipere, vt
5 ibid.Neguſ.num.6.† Nec excuſanda, quaſi non in-
ueniret inquilinos, quia in loco frequenti, qualis eſt
Ciuitas Bononiæ adeo inſignis, præſũptio eſt, quod
reperiantur conductores, & ſi non probetur cõtra-
rium, tenetur detentor ad penſionem ad Doctrin.
Bart.in l.idemque erit.in princ.ff.pro Soc.& Card.
Tuſc.lit.c.concl.134.ſub n.15.to.1.

His non obſtantibus integram æſtimationem
dictorum melioramentorum, abſq. vlla penſionũ
compenſatione debitam eſſe placuit.

Primò, quia ſententia prima Excell.D.primi Iu
dic. Rangoni non ſolum ſortem principalem am-
plexa eſt, ſed etiam alimenta ex interuſuria decurſa
& decurrenda, quæ quidem factis calculis, excede-
bant valorem penſionum, tantum abeſt, vt penſio-
nes, vel ſuperarent interuſuria, vel ne quidẽ ęqua-
rent, & ſic obſtabat rei iudicatæ exceptio. l. res iu-
dicata.de reg.iur.æquitate l.curabit.C.de actio.em
pti inuixæ.

6 † Secundò dicebatur quoad fructus pro rata me
lioramentorum, quod non eſſent debiti minus du-
bium eſſe, vt quicquid ſcribat Gabr.conſil.151.nu.
9.lib.1.eſt dec.ad hoc diuer.112.per tot. parte 2.&
Peregr.de fideicom.art.50.num.68. vbi dicit hanc
eſſe æquam opinionem, & ſic de facto obtinuiſſe,
& frequenter obſeruatum vidiſſe, & condeſcendit
Gabr.ſaltem poſt moram.ſub d.nu.9.ad fin.in ver-
ſic.demum.

7 † Quoad verò alios fructus nos eſſe in limitatio-
ne, (quia quando mulier eſt pauper, nec habet vn-
de ſe alat, ad Bald.in conſil.30. par.2. vbi declarat
quando quis dicatur non habere vnde ſe alat) & fe-
cit quicquid potuit ad pecuniam conſequendam,
quæ omnia affatim hic concurrunt, fructus non eſ-
ſe in ſortem imputandos, eſt apud Bald. nou. in ter.
in tract.de dote.par.8.ſpecia.22.in t. tract. diu. vol.
6 fol.mihi 200. col.3. à qua opinione non receſſit
Surd.contrà citat.ſed acceſſit, in d. conſil.194.nu.
16.& ſeqq. qui ideo retorquetur. Zabar. conſil.78.
8 in fi.& etiam ſub med. ſub verſ.ſed ex quo.† vbi ẽt
miſſum in poſſeſſionem tedialem lucrari fructus
poſt annum, Bald.in conſil.127. vbi eſt caſus. lib. 2.
9 † qui auctor huius dicti, licet ſoleat morderi, ſalua-
tur tamen in dicto caſu, & quando mulier conſum
pſit fructus pro oneribus ſui victus, &c. vt per Bal.
non.in præcit.loco. In caſu noſtro ne quidem con-
ſumpſit, cum nullos receperit fructus, ſed domum
ſimpliciter inhabitauerit, & demum in hac eadem
ſententia reſidet Illuſtriſs.Tuſc.lit.f.concl. 506.nu.
10 5.† & vbi adeſſet laudum, num.6.tantò magis vbi
ſententiæ, vt in caſu noſtro, & prædictis addi põt.
Plot.de in lit.iur.§.11.n.27.

11 † Tertiò, & vltimò, quia habemus ſtat. rubr. de
dotib.lucran.§.inſuper etiam.iunc.ibi glo. Monte-
rent. vbi ſufficere proteſtationem ad fructus lucrã-
12 dos, † quo ſtante mulierem fructus lucrari in term.
dicit Gabr.in d.conſ.151.ſub n.3.& 4.lib.1. Card.
Tuſc.lit.p.cõcl.354.n.29. Nec opponatur Mat.An-
guiſſ.in conſil.24 quia non loquitur in hiſce term.
& vbi ad term.noſt.proximè accedit, vt conſ.25.n.
31.puſſet retorqueri.

Contraria autem loquuntur regulariter, nos ſu-
mus in limitationibus, & ad illud quod potuiſſet lo
cari reſpondetur, quod ex locatione non fuiſſet hau-
ſtum tantum reditus, quantum reddidiſſet pecunia
ipſa ad dictam rationem ſeptem pro quolibet cente
nario, quare ipſa magis ſibi ipſi damnum intuliſſet,
non alij præiudicaſſet.

13 † Et præterea nullus fuit dolus mulieris, nulla la-
ta culpa, & ſi fuiſſet in leui culpa, ex hac non tene-
retur, vt explicat Neguſ.in contrarium allegat. ſub
n.5.verſ.nam ſi ommiſit, & ſeq.

Hæc tantò magis quia probauit mulier, quod no
lebat tam amplam domum, & quod non erat aliam
conductura, quod haberet fratres, qui gratis domũ
15 erant conceſſuri, † quo caſu non tenetur creditor
ad penſiones, vt ait Paul.de Caſtr.ad l.1. in fi. C. de
pigno.actio.

Hæc cauſa à dec.55. vſque ad hanc 58. fuit per
me concordata eodem inſtanti, quo publicaturus
eram ſententiam, dato termino D.Nuce ad ſoluen-
dum precium per totum menſem Nouemb.proxi-
mum, & vt vberius in inſtrumento tranſactionis
coram me facto. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Stipulari alteri nemo poteſt, num.1.

Ex conuentione vnius alteri actio non acquiritur. numero 2.

Etiamſi extet iuramentum, quando.ſ.non fuit ſtipulatum nomine abſentis, nu.3.

Acquiritur tamen tertio ex diſpoſitione ſtatuti. numero 4.

Quo caſu tertius poteſt agere perinde, ac ſi ipſemet perſonaliter contraxiſſet, n.5.

Et valent huiuſmodi ſtatuta, ac etiam conſuetudo ſub eodem.

Stipulatio tertio valet ex iure communi, & quando, numero 6.

Et tunc tertio competit vtilis actio ex ſtipulatu. numero 7.

Item ſi fuit ſtipulatum tertio creditori ſtipulatio valet, et ei acquiritur, nu.8.

Stipulatio non extenſa intelligitur ſub verbis, &c. numero 9.

Ratificatio tertij abſentis eſt neceſſaria ad irreuocabilitatem acquiſitionis, nu.10.

Hæredes agendo cenſentur ratificare, nu. 11.

Si tamen congruo tempore fiat ratificatio, numero duodecimo.

Sequuta ratificatione acquiritur nobis per liberam perſonam, num.13.

Non eſt opus ratificatione, vbi ipſo iure, puta ex ſtatuto acquiritur abſenti, nu.14.

In actibus delectabilibus hæredes tertij poſſunt ratificare, num.16.

Ad effectum ne promiſſor contrauenire poſſit promiſſis ſufficit ſtipulatio tertij citra eius ratificationem, n.17.

Et

Et ſufficit ad ratificationem ſcientia, quæ præſumitur. num.18.

Hypothecaria eſt acceſſoria perſonalis, & fieri poſſunt ſequeſtra contra poſſidentem bona ſtante hypotheca. num.19.

Aduerbium Interim, eſt limitatiuum temporis intermedij, num.20.

Nec vltrà illud tempus protenditur, nu. 21.

Ex culpa ſua nemo lucrari debet, nu.22.

Mora propria nocere, non prodeſſe debet. numero vigeſimo tertio.

Rem, & precium retinere eſt inconueniens, numero vigeſimo quarto.

Pactum ad fauorem alicuius contra eundem allegari non debet, num.25.

Incompatibilitas petitionum facit, vt ſtandum ſit actioni intentatæ in ſententiando, nu.26.

Secus ſi per viam exceptionis, vel replicationis. numero 27.

Turbatio ex ſola oritur contradictione iudiciali. numero 28.

Iudex de actione, exceptione, & replicatione ſimul cognoſcit, num.29.

Quia ſimul oriuntur, num.30.

DECISIO LIX.

SErpa vandidit Faſanino prædium ad illud af-
francandum à Capitaneo Zambeccario infra
biennium, & ad ſoluendum eidē interim affictus,
ad quos ipſe Serpa tenebatur erga D. Capitaneum,
Faſaninus nec affrancauit, licet precium affranca-
tionis retinuiſſet, nec fictus ſoluit: Vnde hæredes
dicti D. Capitanei prædefuncti egerunt ad dictos
affictus ex pacto dicti Serpæ. Quæſitum fuit, an re-
ctè, & licet ſtarent contra eos regulæ communes,
1 † quod ſtipulari alteri nemo poteſt. §. alteri. Inſtit.
2 de inut. ſtipul. † quod ex conuentione vnius alteri
non acquiritur actio. l. 2. C. de hæred. vel actio. ven.
Crau. conſ.15. num.4. Surd. dec. 109. nu. 9. 10. 15.
3 Mart. dec. 48. † adeo quod in caſu iſto non ſuffra-
getur iuramentum, quia non apparet de ſtipulatio-
ne nomine tertij facta, & acceptatione noīe eiuſ-
dem, nec per paciſcentem, nec per notariū, ad Gab.
conſ.165. n.8. lib. 1. Hond. cōſ.25. n.46. li.2. Bertaz.
conſ. ciu.26. n.22. & ſeqq. & conſ.47. n.1. & ſeqq.

Tamen dictum fuit benè egiſſe, confirmando ſē-
4 tentiam, à qua, &c. † propter ſtat. de ceſſionib. §. ſta-
tuimus, vbi ſtipulari alteri vtiliter poſſe ſtatuitur,
5 & ad Caſtr. in conſil.171. ſub n.1. per tot. lib.2. † vbi
ſtante ſtatuto non referre qualiter verba ſtipulatio-
nis fuerint concepta, & agi rectè poſſe, perinde ac ſi
tertius perſonaliter contraxiſſet, quæ ſtatuta valere
dicit. Franc. Aret. conſ.41. ſub n.3. Cabal. conſ. dec.
133. nu.40. to.2. Soc. ſen. conſ.6. nu.13. li.4. vbi etiā
valere conſuetudinem.

Et fortius, quia verba obligatoria ſunt concepta
in perſonam contrahentis, & executiua in tertium,
ibi. *Item cum hoc, quod interim idem Faſaninus ſolue-
ret affictus. D. Capitaneo indemnemque Serpam ip-
ſum conſeruaret, prout ita Faſaninus, ei ſtipulan-*
6 *ti, & cætera. promiſit, &c.* † quo caſu etiam ex
iure communi ſuſtinetur ſtipulatio ad §. ſed, & ſi
quis. inſtit. de inut. ſtip. Caſtr. ſub d. n.1. verſ. item,
& tertio. Bero. in conſil.183. ſub num.9 & conſilio
7 61. num.13.14. lib.2. vbi benè, † & tertio competit
vtilis actio ex ſtipulatu Mar. Anguiſſ. conſ.202. n.1.
& 2. & multò magis, quia ſtipulatum fuit credito-
8 ri eorundem affictuum, † quo etiam caſu alteri al-
9 ter ſtipulatur, vt id. Anguiſſ. ſub num.6. in fi. † & li-
cet in inſtrumento non ſit extensè apposita ſtipula-
tio, tamen comprænditur ſub articulo illo, &c.
vt in term. terminant. dicit eod. num.6. Anguiſſ. &
præterea ſtatutum eſt valde amplum, omnem caſū
complectens, etiam nudi pacti vltrà ſtipulationem,
& ad Cab. conſ. dec.183. n.43.44.45. to.2.

Non obſtat defectus ratificationis ipſius D. Ca-
10 pitanei prædefuncti, de qua non apparet, † cum ta-
men ſit neceſſaria ad perfectam acquiſitionem, &
irreuocabilem, vt ait Caſtr. d. conſ.171. d. nu.1. per
11 tot, & n.2. in fi. & n.3. lib.2. † & licet hæredes agen-
do nunc, videantur ratificaſſe, eo ipſo, quod egerūt
Surd. dec.229. num.4. & 5. & in termin. hæredum
agentium Bertaz. conſil. ciu. 26. ſub num.23. & in
term. agentis ad penſiones, ſeu affictus idem in cō-
ſil.106. num.12. in conſil.47. num.56. & 57. & ante,
12 vbi † in alijs term. tamen, quia congruo tēpore eſt
ratificandum, (quod non eſt poſt mortem D. Ca-
pitanei) ideo non ſuffragatur ſtatutum, Franc. Aret.
conſ.95. num. fin.

13 † Quia reſpondebatur ſequuta ratificatione (vt
hic ad num.11. ſup.) ceſſare difficultatem Bero. cō-
ſil.61. num.15. lib.2. vbi per liberam perſonam no-
bis acquiri ſequuta ratificatione.

14 † Itē reſpondetur in ter. ſtatuti noſtri acquiri ip-
ſo iure (vt cantant verba) quare non eſt opus ratifi-
catione, vt in ter. Alb. in conſ.480. n.11. & ſeqq. vbi
n.15. reſpondet ad Caſtr. d. conſ.171. & oſtendit di-
uerſitatem caſuum iunctis, n.3. & ſeqq. eod. conſil.
480. & ad conſ. crim. diu.97. n.8. to.2.

15 † Et prętereа non deficit, & quidem tempore cō-
gruo hic ratificatio, eo ipſo quod eſt res adhuc inte-
gra, dū non apparet de reuocatione, vel aliquo præ-
iudicio tertij, Bero. d. conſ.61. n.16. lib.2. Theſſ. dec.
70. ſub n.7. & ſub n.5. vbi de hærede loquitur rati-
ficante. Cabal. conſilio deciſione. 85. numero 9.
16 to.2. Surd. dec.111. n.11. & ſeqq. † vbi in actibus
delectabilibus, vt hic (vbi agitur de recipiendo affi-
ctus) etiam poſt mortem fieri poſſe ratificationem
17 ab hęredibus dicit, † & prętereа ad effectum ne Fa-
ſaninus ipſe contrauenire poſſit promiſſis, ſufficit
ſtipulatio etiam citrà ratificationem Bero. conſ.13.
18 n.12. & ibi per tot. lib.3. † & ſufficit ad ratificatio-
nem ſcientia, quę præſumitur Cabal. d. conſilio 85.
nu.10.11. to.2. multò magis vbi, vt in caſu noſtro,
actus poſitiuus interceſſit.

Ad illud aūt, qđ opponebatur non potuiſſe fieri
19 ſequeſtra contra Faſaninum, † reſpondebatur po-
tuiſſe fieri ex vi hypothecæ ſacra conſt. Iuſt. rub.9.
n.5. de qua quidē hypotheca cōſtare dicebatur, q̄a
ſequeretur, vt ſolet fieri in inſtrumētis, poſt obliga
tionē pſonalē antecedētē, q̄ quidē obligatio, vt fuit

M com-

Digitized by Google

communiter acquiſita, & ſtipulanti, & tertio ſecū-
dum prædicta, ergò, & hypotheca fuit etiam vtri-
que communiter acquiſita, quia ea eſt acceſſoria, &
acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, ad
alibi cit. iuncta etiam clauſula extendenda ad ſu-
pra, num. 9.

Nec intrabat obiectum, quod D. Faſaninus ſe
obligauerit ad ſoluendos affictus biennij tantum,
20 & ſic non teneri ad ſubſequutos, † propter aduer-
bium, interim, limitatiuum temporis intermedij.
Cæphal. conſil. 450. num. 27 libro 3. Magon. deciſi.
21 Flor. 90. numero 13. † & quod vltrà illud tempus
non protenditur, Surdus conſilio 460. numero 64.
libro 4.

Quia ſi non obſeruauit pacta, ſi promiſſis non
22 ſtetit Faſaninus in mora fuit, fuit in culpa, † ex qua
non debet lucrari ad deciſ. ſupra. 54. numero 53.
23 † & mora propria nocere, non prodeſſe debet, cap.
mora de regul. iur. in 6. l. in condemnatione io fine.
24 ff. eod. & præterea retinet rem, & precium, † quod
eſt inconueniens ad l. curabit. C. de act. empt. vltrà
quod tale pactum non ſtat ad ſui fauorem, ſed ter-
25 tij, † quare contra eundem non poteſt allegari, vt
ſup. dec. 54. ad fin.

Quod autem iure retentionis vti potuiſſet Faſa-
ninus aduerſus Serpam, ſi ipſe egiſſet ad affictus
prædictos, propter creditum, quod habet cum eo,
non faciebat, quin dicti hæredes agere potuerint, &
quin ſit reijcienda quoad eos huiuſmodi retentio,
quia ex poſt ſe obligauit erga D. Capitaneum fide-
iubendo pro Serpa emptore ad fauorem Capitanei
pro euictione vnde per poſteriorem obligationem
26 ſibi preiudicauit Faſaninus, † & intrat contra eum
reg. quem de euictione, &c. quod ius non venit prin
cipaliter, & ſic incompatibiliter, cum petitione af-
fictuum, pro ut dicebat pars ex Seraph. dec. 1114.
num. 4. & ad ſupra deciſ. 40. punct. 14. num. 4. ſed
27 per modum replicationis. † Nam eo ipſo, quod Fa-
ſaninus recuſat ſoluere affictus promiſſos domino
28 turbat, † cum turbatio ex ſola oriatur contradi-
ctione iudiciali Alexand. conſil. 88. numero 31. li-
bro 5. & ad Mar. Anguiſſ. conſil. 140. ſub numero
60. 61. & eodem inſtanti ſit locus replicationi, quē
29 de euictione, &c. † de hiſce autem ſcilicet de actio-
ne, exceptione, & replicatione ſimul cognoſcere
poteſt, & debet Iudex l. de qua re. iuncta ibi gloſſ.
30 magna. ff. de Iudic. † Quia ſimul oriuntur, Cęphal.
conſil. 644. numero 23. 24. libro 5. ex quibus ceſſa-
re viſa ſunt omnia oppoſita per Faſaninum, deciſio
verò Seraphin. procedit vbi tempore motæ litis
competebat actio pro euictione iam ſequuta, &
tamen electa fuit via agendi ad intereſſe, vt ibi latè
quare non facit ad rem noſtram, vbi euictio
tempore motæ litis non aderat, quæ
eligi poſſet, & tentari cum non
entis nullæ ſint qualitates.

Laus Deo, &
cætera,

S V M M A R I A.

*Ad inducendam tacitam ſocietatem vniuerſalem requi-
tur cohabitatio viginti annorum, & amplius, n. 7.*
Aut decem ſecundum aliquot, num. 2.
*Item requiritur communicatio lucrorum, damnorum, &
quorumcunque bonorum, n. 3.*
Quæ cōmunicatio non præſumitur, ſed eſt probanda, n. 4.
*Sufficit vnum deficere requiſitum, ne ſit locus ſocietati ta
citæ vniuerſali, nu. 5.*
*In ſocietate omnium bonorum omnia ſupponuntur com-
munia, nu. 6.*
*In hac ſocietate non cadit debitum, vel creditum inter ip-
ſos conſocios, nu. 7.*
*Negotiari ſeorſum, & proprio nomine tollit præſumptio-
nem ſocietatis vniuerſalis, nu. 8.*
*Societas particularis vitæ, victus, ac bonorū, & fructuū
hæreditatis paternæ datur, n. 9.*
Hæc ſocietas inter fratres præſumitur, nu. 10.
Non præſumitur vniuerſalis, nu. 11.
*Eſt ſocietas particularis vitæ, & bonorum paternorum,
etiam data poſſeſſione omnium bonorum, n. 12.*
*Frater qui ſolus adminiſtrauit, tenetur reddere rationem,
etiam ſi omnes adminiſtrauerint, dummodo vnus,
plus altero adminiſtrauerit, nu. 13.*
*Et etiam Papa tenetur reddere rationem adminiſtratio-
nis, ſub eod.*
*Redditio rationum importat quædam, de quibus remiſſi-
uè, num. 14.*
*Inter cætera importat ſolutionem, ſeu reſtitutionem reli-
quorum, nu. 15.*
*Promiſſio indemnitatis ſufficit, vbi prætendit, quis ſe ſol-
uiſſe, & tamen non conſtat, n. 16.*
*Et ſit reciprocè inter fratres in caſum moleſtiæ, vel eui-
ctionis in bonis ſibi obuentis, n. 17.*
*Et de euictione inter cohæredes præſtanda remiſſiuè, ſub
eodem.*
*Lucra communium famulorum ſunt communicanda.
num. 18.*
*Scripturæ communes penes quem exiſtere debeant, &c. ad
rem iſtam, nu. 19.*

D E C I S I O LX.

IN cauſa fratrum Eugenij, & Clementi de Mau
ritijs primò reſolutum fuit, nullam fuiſſe inter
eos contractam ſocietatem tacitam, (quia expreſſa
certè non erat) vniuerſalem, ob defectum requiſi-
1 torum ad eam inducendam, † deficiebat. n. commu
nis habitatio, & continua viginti annorum, ad An-
ch. conſ. 302. n. 3. Dec. conſ. 21. n. 2. in prin. Cęph. cō
ſil. 483. ante n. 1. & ſub n. 10. Mant. de tacit. &c. li. 6.
2 tit. 10. n. 5. Rot. diu. dec. 169. n. 5. p. 2. † ac ne quidē
per decenniū (ſcdm eos, quib. hoc tpſ ſufficere viſū
3 ſunt ad Cæph. in conſ. 483. n. 3.) † deficiebat ſecūdò
(in hoc. n. ēt circū ſcripto proximè dicto, verè fiebat
fundamentū) lucrorum, damnorum, & bonorum
quorūcunq. reciproca cōicatio, ad mox cit. & apud
Seraph dec. 1303. n. 1. latè Aſſiſ. in com. opin. tit. de
ſociet. Maſc. de prob. cōcl. 1309. Alc. de pręſ. reg. 1.
4 pſ. 25. Men. li. 3. pręſ. 56. n. 37. † quia nō fuit ꝓbata,
cum

Digitized by Google

cū non præſumatur, ſed ſit probanda in term. Corn. conſil. 299. col. 2. lib. 4. & licet tertium requiſitum, hic concurrat, quia non apparet de aliqua rōne red
5 dita, † tamen vnum ſufficit ad excludendam tacitā vniuerſalem ſocietatem, cum vnum ſine altero nō ſufficiat, Borgnin. Caualc. dec. 10. num. 4. & deciſi. 11. num. 1. & 2. p. 2. Maſcard. d. concl. 1309. n. 23. Cæphal. d. conſ. 540. num. 12. cum ſeqq. lib. 3. Surd. conſ. 138. n. 11. & ſeqq. lib. 2.

Et præterea dabantur coniecturæ, ſimilis ſocietatis excluſiuæ, primò ipſo Elementus profitebatur adeſſe bona propria matris in bonis communibus,
6 id autem ſocietati huiuſmodi omnino repugnat, † in qua omnia ſupponuntur communia Surd. d. con ſilio 138. numero 14. Maſcar. d. concluſione 1309. num. 39. Cæpol. conſ. 39. ſub numero quinto, verſ. n am ſi aliter diceremus. Secundò ipſe Elementus prætendit Eugenium fratrem ſibi eſſe debitorem
7 ex cauſa mutui, & literarum cambij, vt in actis, † & tamen in hac ſocietate non eadit debitum, vel etc litum inter eos, Iaſ. conſ. 2. num. 12. lib. 3. Menoch. d. præſ. 56. num. 44. lib. 3. Decian. reſp. 36. nu. 36. 37. 38. lib. 1.

Tertiò, quia ſinguli gerebant, tractabant, & negotiabantur ſeorſum, & proprio nomine, † qui mo
8 dus tollit omnem præſumptionem volentium eſſe ſocios. Decian. d. reſpon. 36. num. 19. Surd. d. conſil. 138. num. 16. Maſcard. d. concluſ. 1309. num. 28. & ſeqq. Mantic. de tac. & ambig. d. lib. 6. tit. 10. num. 20. 21. Rot. dec. 625. in fin. par. 1. in dec. 169. ſub nu mero 9. par. 2. in nouiſſ. Menoch. d. præſ. 56. nu. 46. Bald. in conſil. 19. ſub num. 1. verſ. interdum eſt cōtracta. lib. 1.

9 † Diximus autem, ſecundo loco extitiſſe inter dictos fratres particularem ſocietatem ratione vitæ, victuſuè, ac bonorum, & fructuum hæreditatis paternæ tantum, ad Alexand. conſil. 166. num. 10. in princ. lib. 6. Natt. conſil. 264. num. 1. & 2. Mant. de tacit. & amb. lib. 6. tit. 3. num. 3. & tit. 11. nu. 14.
10 Affl. d. tit. de ſociet. verſ. ſtet igitur vera. † & quæ quidem ſocietas particularis inter fratres præſumitur Alexand. conſ. 16. num. 18. lib. 4. in conſil. 152.
11 num. 2. & ſeqq. lib. 7. † Sicut è contra non præſumitur vniuerſalis, Cæpol. conſ. 42. num. 6. libro 1. in conſ. 53. num. 5. Decian. d. reſpō. 36. num. 3. vol. 3. & in reſp. 97. num. 2. vol. 2. Natt. conſ. 358. num. 4. Cæphal. conſilio 635. num. 6. libro 5. Grat. reſpon. 128. numero 2. lib. 1. Barb. conſ. 22. num. 1. in princ. libro 2. Caualc. d. deciſ. 10. num. 1. & d. deciſio. 11.
12 num. 3. † id, quod procedit etiam data poſſeſſione communi omnium bonorum Bald. conſ. 482. per tot. libro 5. Anchar. conſil. 149. num. 3. 4. Alexand. conſil. 133. ſub num. 2. lib. 2. & in d. conſ. 76. nu. 10. libro 4. & add. Natt. ad eund. in conſ. 99. in verbo lucrantes. lib. 2. nam non intelligitur communicatio, quoad proprietatem rerum, ſed tantum reſpectu fructuum, &c. Cæp. d. num. 6.
13 † Tertiò declarauimus Elementum, qui domū adminiſtrauit teneri reddere rationem adminiſtrationis per tex. in l. quędam ſunt perſonæ 9. ff. de eden. Rot. Luc. dec. diu. 3. in princ. Bald. cōſil. 152. in prin.

libro 3. & conſil. 413. ſub num. 5. lib. 2. & in term. Soc. ſen. conſ. 192. num. 5. libro 2. conſ. 40. numero 1. & ſeqq. lib. 4. Menoch. de arbitr. iud. caſ. 209. num. 5. Caualc. d. deciſ. 11. num. 34. cum ſeqq. par. 2. latiſſimè Bero. conſil. 191. lib. 1. vbi etiam ſi omnes adminiſtrauerint, ſi vnus plus alio adminiſtrauit, vt numero 11. 33. & 34. & conſil. 128. numero 2. libro 3. vbi etiam Papam teneri reddere rationem,
14 † & etiam reliqua reſtituere, quia rationis redditio hoc inter alia etiam ſecum trahit, & importat, ad Menoch. in d. caſu 209. à num. 10. ad final. Gutier. de tute. p. 3. ca. 1. num. 49. ad 77. & num. 9. & ſeqq.
15 † Vt reliqua ſoluantur, ſeu reſtituantur l. quamuis 32. de condit. & dem. Bald. in conſil. 152. in princ. lib. 3. Menoch. eod. caſ. 209. nu. 21. & ſeqq. & Gutier. d. c. 1. n. 69. & 75.

Item condemnauimus Eugenium ad conſeruādum indemnem Elementum à medietate quarundam ſummarum debiti communis, quia etiam Eugenius tenetur pro ſua rata, & tamen quia Elementus non docuit ea ſoluiſſe, id, ò non potuit repetere
16 ab Eugenio ſuam ratam, † & ſufficit Elemento promiſſio conſeruationis indemnitatis pro ea rata, quatenus ſibi totam ſummam ſoluere adhuc contingat, ad Corb. in l. frater à fratre, circa fin. verſ. cui ſententiæ conſequens eſt. ff. de condit. & ind. vbi de communi, & ita è conuerſò in alijs quibuſdam
17 ſeruatum fuit, † & etiam generaliter ambos condemnauimus ad conſeruandum ſe viciſſim indemnes pro rata in omnem euictionis, ſeu moleſtiæ caſum, ad l. hæredes. 25. §. iudex familiæ. l. in iudicis 47. ff. fam. ercisc. l. item quamuis. 10. in fine. ff. com. diuid. l. omne æs alienum. 27. ff. pro ſoc. & ad Fachin. contr. iur. lib. 6. capitulo 68. vbi latè de euictione inter cohæredes præſtanda. † Quintò condem-
18 nauimus Elementum ad medietatem lucrorum factorum ex miniſterio, & opera communium famulatum, de quibus ex proprijs confeſſionibus conſtabat, & eſſe communicanda hæc lucra eſt tex. in l. ſi is qui. 63. §. ſi communis ſeruus in alieno. ff. de aquit. rer. dom. Surd. de alim. tit. primo, quæſt. 85. num. 5. & 6. Illuſtriſs. Tuſch. lit. S. concluſione 287. num. 23.
19 † Sextò condemnauimus Elementum ad tradendum ſcripturas, ſeu iura concernentia bona obuenta Eugenio, ipſi Eugenio, & quoad reliqua communia diximus eſſe exemplanda expenſis communibus, & exemplata eidem Eugenio tradi, originalia verò manere apud Elementum, ætate maiorem facta in forma Cameræ per eum obligatione de illis præſtandis ad omne Iudicis mandatum, &c. ad leg. 4. 5. 6. & 10. ff. Famil. erciſcund. l. fin. de fide inſtrument. leg. de inſtrumentis. 5. & ibi gloſſ. in fine. C. Commun. vtriuſque iudic. & ad Illuſtriſſimus Tuſch. lit. I. concluſione 260. per tot.

Ex quibus, & cætera.

Laus Deo, & cætera.

Digitized by Google

SVMMARIA.

Fructus conſumpti ab vno fratrum in alenda ſua familia maiori, an ſint reſtituendi pro rata alteri non habenti familiam, ponitur primò affirmatiua, quod ſic ſi impenſa ſit magna, etſi ſimus in ſocietate particulari, num. 1.

Et id indiſtinctè, ſiuè impenſum eſſet in cauſam alimentorum, ſiue in aliam cauſam, nu. 2.

Contrà vero negatiua ponitur, & approbatur. numero 3.

Eadem eſt ratio partis ad partem, ac totius ad totum. num. 4.

Et eadem eſt æquitas partis quoad partem, ac totius quoad totum, ſub eod.

Fundamentum communionis fructuum abſque ſpe reſtitutionis, ſtat in eorum tacita communicatione, ſub eodem.

Ratio generalis verificatur de quolibet dicto, n. 5.

Diſtinctio ponitur fratrum promiſcuè bonis vtentium, à non vtentibus promiſcuè, nu. 6. & ſeqq.

Quod in communi conuictu fuit conſumptum reſtitui nō debet, & quæ expenſa dicatur communis ratione victus, nu. 7.

Ratio ſanguinis, & affectio inducit donationem, numero 8.

Inter contrarietates Doctorum adhærendum eſt Doctori diſtinguenti, nu 9.

Fructus etiam non ſunt reſtituendi, quando frater nō eſt diues, num. 10.

Et quando veriſimilis ratio viget intuitus pietatis, et affectus paterni, nu. 11.

Quæ coniectura reſidet in arbitrio Iudicis, num. duodecimo.

Menoch. adducitur pro opinione negatiua in caſu intuitus pietatis, & affectus conſanguinei. numero decimo tertio.

Mant. quoq. in caſu diſtinctionis, vt nu. 14.

Et etiam Surdus abſolutè in fortioribus terminis. numero 15.

Plura vincula ſtrictius ligant, nu. 16.

De fratribus, & eorum amore quædam, n. 17.

DECISIO LXI.

CVm Elementus eſſet familia, vxore, & filijs
grauatus, Eugenius verò ſolus, fuit dubitatum,
an fructus conſumpti in alenda dicta familia
1 eſſent ei reſtituendi pro rata, † ab vna parte videbatur,
quod ſic, quia impenſa non eſſet exigua,
2 † quo caſu non eſſent indubitanter reſtituendi, ſed
magna, & prætereà non eſſemus in ſocietate vniuerſali,
ſed particulari, Menoch. latè, & viriliter
pro hac opinione de arbitr. Iud. caſ. 127. num. 4. &
3 ſeqq. † & indiſtinctè quidem, ſiue impenſum fuerit
in cauſam alimentorum, ſiue in aliam cauſam,
vt ſub num. 9. eod. caſu 127. & cum eo Surd. de aliment.
titulo primo. quæſtione 85. per tot. Illuſtriſs.
Mantic. de tacit. & ambig. libro ſexto, titulo 19.
in fine.

3 † Ab alia quod non, quoad expenſas erogatas in
cauſam alimentorum taotum, quam quidem opinionem
nos ſequi maluimus, & eam tenuit. Crau.
in conſil. 159. num. 10. vbi ex Dur. & alijs tenet dictam
diſtinctionem, ſeu differentiam expenſarum
pro alimentis, vel in aliam cauſam, & in cauſam alimentorum,
quidem ſiuè magnę, ſiuè paruę fuerint,
& ne ſingulos recenſeam, ſufficiat Affliſ. in Cō. opi.
tit. de ſociet. verſ. remota etiam ſocietate vniuerſali,
vbi ita de conſuetudine ſeruari teſtatur, &c. vt
ibi per eum. & ad Grat. dec. 190. n. fin.

Et mouit ratio ipſa, nam ſi data ſocietate omniū
bonorum, fructus non venirent reſtituendi, vel per
ipſos Menoch. Surd. & Mant. ex diuerſo citat: Cur
non idem erit in alia ſocietate, ſeu cōmunione quo-
4 uis modo contracta? † ſi quidem eadem eſt rō partis
ad partem, quæ totius ad totum l. quæ de tota. ff.
de rei vindic. & eadem æquitas verſatur in parte, ac
toto Fran. Aret. conſ. 159. num. 24. ſed ſic eſt, quod
poteſt dari caſus, in quò inter ſimul cohabitātes, ſaltem
ratione fructuum, ſic contracta tacita quędam
ſocietas, & communio eorum, ergò hoc caſu
nō erit locus alicui reſtitutioni, (nō ex ratione, quia
ptęſumatnr, aut non præſumatur donari, aut alia,)
ſed quia reuera hæc eſt natura huiuſmodi ſocietatis,
ſeu cōmunionis, vt vniuerſalis, ita, & particularis
ſocietatis.

Nam quod poſſit dari caſus ſocietatis, ſeu communionis
in fructibus, imò verò in hac ipſa ſocietate,
ſeu communicatione conſiſtere fundamentum
tenentium pro hac opinione, dum aiunt id iure ſocietatis
fieri, videatur vltrà præcit. ipſemet Surdus.
in conſil. 534. num. 33. & ſeqq. lib. 4. maximè ſub
numero 39.

5 † Quæ ratio cum ſit generalis, & æquè poſſit verificari
in omnibus expenſis magnis, & paruis, ita
& eſſe debet dictum generale, & indiſtinctū, quoad
omnes ad l. illud. ff. ad leg. Aq. l. de precio de publ.
in rem actio.

6 † Accedat quod fędus huc diſtinctionis cadit, illius.
ſ. nam aut fratres cōmuniter, & promiſcuè vtebantur
ſuis bonis, & tunc vnuſquiſque patrimoniū
7 ſuum intelligitur fratri communicaſſe, † & id, quod
in communi conuictu fuit cōſumptum, reſtitui nō
debet. l. 1. cum glo. ff. pro ſoc. & dicitur expenſa cōmunis
ratione victus, vt quæ pro pane, vino, oleo,
carnibus, veſtimentis fit, & alijs pertinentibus ad
victum. Bertr. conſil. 208. ſub num. 7. vol. 3. parte 2.
aut communiter, & promiſcuè non vtebantur eorum
bonis, & tunc fructus conſumpti in vtilitatem
alterius fratris, eiuſque familiæ, ſi ſint magnæ æſtimationis
debent reſtitui, quia non præſumitur eos,
(ecce benè applicata hic ratione præſumptæ vel nō
præſumptæ donationis, quia deficit cōmunio) voluiſſe
donare, diuerſum eſt ſi fructus ſint modicæ
8 æſtimationis, † quia ratio ſanguinis, & affectio inducit
præſumptionem donationis, quod ſufficit in
caſu, tametſi non adſit communio, ita diſtinguit.
Angel. in l. vlt. ſub num. 2. C. de collat. ſequitur clarius
diſtinctionem hanc extendens, Mant. d. lib. 6.
tit. 11. num. 16.

9 † Inter contrarietates autem Doctorum adhęrendum eſſe Doctori diſtinguenti dicit Mar. Anguiſ. in conſil. 282. num. 13. & nos alibi dicimus, optima ſanè diſtinctio ſeſe continens intra terminos communionis, vbi extat, & ad præſumptam ſe referens donationem, vbi communio non extat, & ad quam præſumptionem inducendam modicitatis, rectè intrat prætextus, & congruit eleganter.

In caſu noſtro aderat communio prædicta fructuum, & bonorum, quare ſumus in primo membro diſtinctionis, per quod fructus non ſunt reſtituendi indiſtinctè ex identitate rationis abſque adminiculo præſumptæ donationis quod ad rem non faceret, & ideò malè vſurpat in hoc propoſito maximè ad deſtruendam dictam opinionem.

Addebatur quod Elementus non ſatis diues eſſet, imò verò pauper dici poſſet, dum conſtaret ex actis de re familiari, quaſi ad nihilum redacta, & de graui familia, Alexand. de Neuo, conſil. 35. parte 2.
10 ſub num. 2. in fine, † hoc autem caſu, fructus magnæ æſtimationis, non eſſe reſtituendos cenſuit. Mantic. dic. titulo 11. ſub d. numero 16. verſic. ſed quod dicitur, & Bertrand. conſil. 298. num. 5. volu-
11 mine 3. par. 2. † Accedebat, & veroſimilis ratio intuitus pietatis, & affectus fraterni, erga alium fratrem valdè grauatum, ad Menoch. de arbitr. caſ. 88. num. 19. & ſeqq & quod Elementus ſuſtinuit onus
12 adminiſtrationis, † vnde his ſimul iunctis (ſaltem in materia ſtrictè, & præciſè alimentaria) hæc opinio viſa eſt tolerabilior in caſu iſto ex arbitrio noſtro, ad ibid. Menoch. numero 21. & ad Bertrand. conſil. 137. num. 3. ad fi. princ. vol. 3. par. 1. aliud fortè dicturi de alijs expenſis in alias cauſas pręter mera alimenta, vt in deciſione ſequenti numero vndecimo.

Aliquid etiam mouebat, quod omnes Menoch. Surd. & Mant. ſupra in contrarium cit. ab hac ſen-
13 tentia non omnino declinauerunt. † Nam Menoch. in eod. caſu 127. numero 8. 9. cedit huic opinioni, vt dictum eſt ex coniectura pietatis, aut affectus.
14 remittens ſe ad d. caſ. 88. † Mant. qui in tit. 19. in fin. contrariam videtur tenuiſſe, in alio tit. ad quę ibid. ſe ipſum refert, id eſt in tit. 11. eodem libro 6.
15 de tac. &c. diſtinxit prout ſupra num. 6. † At ſuper omnes Surd. dum is quidem, licet in d. tract. de alim. in q. 85. allegata tit. 1. contrariam defenderit. In conſil. tamen 434. libro 4. num. 33. & ſeqq. latè hanc tuetur, & in hac reſidet, aduertẽdum eſſe (inquiẽs) num. 34. quod & ſi inter ſocios diſtinguant alibi Docto. inter vniuerſalem ſocietatem omnium bonorum, & particularem, tamen illud procedit, quando ſolum ius ſocietatis eſt in conſideratione, ideò prædicti Docto. non debent turbare præſentem concluſionem, in qua donatio colligitur non ſolum ſocietatis iure, ſed ex eo etiam, quod ſunt ſanguine coniuncti, quod cohabitant, quod longo tempore
16 patruus tacuit, vti conſiderant prædicti Doctor. † plura enim vincula ſtrictius ligant, &c. vt latiſſimè ad propoſitum per tot. conſil. quod eſt in fortioribus termin. patrui cum nepotibus, non fratris cum fratre, de quo ſcriptum eſt apud Heſiod.

Sed nec germano quiſquam æquandus amori.
Et apud Herodotum libro 3. legitur quod fœmina, cui optio data fuerat, mallet ne ſoſpitem eſſe virum, filium, an fratrem, fratrem elegit. vt hæc, & ſimilia per Hercula. in tractato de cant. de non offen. capitulo decimo nono, ſub numero primo per tot. Laus Deo, & cætera.

S V M M A R I A.

Dos vnius ex fratribus in primis detrahenda eſt in diuiſione tanquam æs alienum; nu. 1.

Filiæ ſingulorum ſociorum ſunt dotandæ de Communi ſub eodem.

Declara ſi verè, vel præſumptiuè fuerit conſumpta in rem communem, nu. 4.

Item non procedit, vbi vnus ſolus eam recepit, & promiſit reſtituere, nu. 2.

Etiam ſi fuerit ſocietas omnium bonorum, numero tertio.

Præſumitur quid verſum in rem communem, quando promiſcuè omnes adminiſtrant, nu. 5.

In rem verſio probanda eſt, & admittuntur præſumptiones, ſeu coniectura, nu. 67.

Qui recipit dotem, tenetur de ſua parte reſtituere, non autem alius conſocius, nu. 8.

Fructus dotales conſumpti, ſiuè ſit ſocietas vniuerſalis, ſiuè particularis repeti non poſſunt. numero 9.

Eequitas in paribus cauſis paria iura deſiderat, ſub eodem.

Lucra facta in aliqua arte ſunt facientis tantum, cuius ſolius fuiſſet, & damnum, n. 10.

Expenſæ occaſione nuptiarum alterius fratris ſibi ſoli imputantur, nu. 11.

Et idem quoad expenſas puerperij, & ſimiles, licet non ſit auarè procedendum, ſub eod.

Emptum proprio nomine, & de propria pecunia eſt proprium, nu. 12.

Et quid præſumitur emptum nomine proprio, numero decimo tertio.

Expenſæ in cauſas illicitas ſocietati non imputantur, numero 14.

Ab expenſis abſolutio ob mutuam victoriam. numero 15.

Alia ad materiam remiſſiuè, ex de modo diuidendi fructus, nu. 16. 17.

D E C I S I O LXII.

FVit etiam dubitatum de quibuſdam alijs, & primo de dote recepta per Elementum. An eſſet in
1 primis detrahenda de cumulo ſocietatis † videbatur quod ſic, quia dos cenſetur tanquam, æs alienum in primis detrahendum, Bald. conſ. 172. ſub verſic. de fructibus dotium lib. 5. Menoch. conſil. duodecimo, num. 25. lib. primo. Zoan. in reſp. 9. per tot. Cæph. conſ. 40. num. fin. & conſ. 42. num. 8. ſic facit quod filiæ ſingulorum ſociorum ſunt dotãdæ de

communi Alexand. libro 5. conſilio 70.
2 † Contrarium tenuimus, † quia Elementus ſo-
lus eam recepit, ſoluſque eam reſtituere promiſit,
quo caſu ſibi, ac ſuæ portioni eſt imputanda, non al
teri fratri Spec. de Iud. §. ſequitur. num. 8. Bald. in l.
ſi patruus num. in. C. com. vtr. iud. in conſ. 453. li. 5.
in d. conſ. 172. ante verſ. ſed ipſa dos. d. libro 5. Pa-
pienſ. in libel. pro hæred. vel re ſingulari. in verſicu.
communiter, num. 30. ibi ex his patet deciſi. Cepo.
d. conſil. 40. num. fin. vbi alios refert, & de comm. &
ſe ità alias conſuluiſſe, & Bertrand. conſil. 137. ſub
nu. 1. vol. 3. par. 1.
3 † In tantum, quod hoc ipſum verum ſit, & pro-
cedat in ſocio etiam omnium bonorum. Bald. d. cõ
ſil. 433. verſ. dicet aliquis pone, quod fratres. Caſtr.
conſil 304. num. 6. lib. 2. Flam. de Rub. conſil. 29. à
num. 37. ad 53. lib. 1. Card. Tuſc. lit. d. concl. 770. n.
8. & concl. 283. nu. 43.
Non obſtant ex aduersò adducti, quia loqnun-
5 tur, quando dos fuit verſa in rem communem, †
quæ in rem verſio probatur, vel verè, vel præſum-
ptiuè, vt ait Menoch. eodem illo conſilio 12. num.
25. in duobus fratribus æquè adminiſtrantibus, &
6 ſic præſumptiuè, † vt etiam verè, ideſt quando ve-
rè probatur, vt per Card. Tuſc. d. cõcl. 283. & ſeqq.
7 † & etiam per coniecturas, ibid. num. 46. & in his
term. eſt adhuc Zoann. & Cepol. ambo vidẽdi, quia
ex profeſſo, & id. Cepol. maximè in conſil. 42. num.
8. dum ibi varia reſoluit circa dotes huiuſmodi, &
8 dum loquitur in generali ſocietate, † Cum nos ſi-
mus in particulari, in qua res eſt facilior, quod qui
recepit dotem, is teneatur reſtituere de ſua parte,
non conſocius. l. actione. §. fin. cum l. ſeq. ff. pro Soc.
cum alijs per Illuſtriſs. Tuſc. cit. d. concl. 283. n. 48
lit. d. Alexand. verò loquitur in ſocietate omnium
bonorum, vt paret in eodem conſilio 70. num. 2.
libro 5.
Et à fructibus quoque eiuſdem dotis æquè Eu-
9 genium abſoluimus. † Tum quia è conuerſo Ele-
mento non fuerunt computati fructus pro maiori
ſua familia conſumpti, vt in anteced. deciſ. ad tit. qđ
quiſque iur. &c. & ad tit. de Allod. in vſib. feud. vbi
quod æquitas in paribus cauſis, paria iura deſide-
rat. Tum etiam quia in diuiſione ſocietatis ſiuè v-
niuerſalis, ſiuè particularis fructus dotales conſum-
pti repeti non poſſunt, Bald. in cap. ſi duo fratres. nu
mero 3. de duobus fratr. &c. in vſib. feud. & d. conſi-
lio 172. verſic. de fructibus lib. 5. Crauet. conſil. 159.
num. 5. verſ. ſecundo reſpondeo. Menoch. con-
ſil. 579. nu 1. lib. 6.
10 † Lucra verò facta per elementum in arte ſeri-
cea eius eſſe diximus, quia excluſa ſocietate vniuer-
ſali lucra ſunt illius, qui ea fecit, ſicuti & illius ſolius
damnum fuiſſet, Ruin. conſil. 101. num. 2. & ſeqq. li.
4. Aſſiſ. de ſociet. verſic. ſemota etiam, Roman. cõ-
ſil. 471. num. 2. verſic. nec prædictis. Card. Tuſc. lit.
5. concluſ. 287. num. 67. Bertrand. conſil. 10. nu. 2.
volum. 2. par. 2. conſil. 38. num. 2. lib. 5. quemadmo-
dum è contra in ſocietate vniuerſali lucrum huiuſ-
modi, vt damnum fuiſſet commune, Angel. Peruſ.
conſil. 60. num. 4. Roman. d. conſil. 471. in princip.
Tuſc. d. concluſ. 287. num. 62. cum declaratione, vt
numero 63. & alia declaratione, vt per Cepol. con-
ſil. 39. num. 10. & adhuc alia, ſi viuente communi
patre facta eſſent lucra ad Bertr. conſil. 71. volum. 1.
par. 2. fol. 228.
11 † Sicut, & expenſas per eũ factas occaſione ma-
trimonij per ſe contracti, quia, & hæ non ſunt niſi
in parte facientis computandæ Spec. in d. §. ſequi-
tur, num. 10. Ruin. conſil. 19. num. 14. lib. 5. Iaſ. in
conſil. 5. num. 6. verſic. eodem modo. col. fin. lib. 1.
Bertr. conſ. 30. volum. 2. vbi idem etiam, & quoad
expenſas puerperij, & ſimiles, licet non ſit anarè
procedendum, vt ibi, & in conſil. 137. ſub num. 3.
vol. 3. par. 1.
Nec equum emptum nomine proprio cẽſuimus
communicandum, cum eodem præſuppoſita ſocie
12 tatis particularis tantum, † nam empta nomine
proprio, & de pecunia propria (vt hic) non commu
nicantur l. ſi patruus. C. commun. vtriuſque iudic.
Anchar. conſil. 31. num. 2. Maur. de tacit. & ambig.
13 libro 6. tit. 16. num. 19. & 41. † & præſumitur em-
ptio facta nomine proprio Mantic. cod. lib. 6. tit. 17.
num. 1. 7. & ſeqq. & apocha emptionis cantat, ſub
14 nomine proprio ementis, et ſic ſumus in claris, †
præcipuè verò aſcripſimus ipſi Eugenio, & eius por
tioni expenſas pro concubina, & lite eius occaſione
factas per eum, quia tanquam illicitæ tantum ſunt
ei de iure aſcribendæ. Cauale. deciſ. 11. par. 2. Meno.
15 conſil. 860. num. 9. & ſeqq. lib. 9. † & ab expenſis
ambos abſoluimus fratres ob mutuam victoriam,
Cæpol. in term. conſ. 41. ad fin. † alia ad materiam vl
tra citat. in. deciſ. poſſunt videri apud Menoch. cõ
ſil. 375. lib. 4. Cabal. conſ. deciſ. 16. ſub num. 60. to.
17 1. & conſil. 122. num. 25. tom. 2. † & de modo diui-
dendi fructus. Alexand. conſ. 77. numero 2. libro 5
Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

*Damnum probatur ex propria confeſſione etiam in cau-
ſa ciuili, licet confeſſio fuerit facta in cauſa crimina-
li. num. 1.*
*Singuli pro rata tantum damni tenentur, quando di-
ſcerni poteſt factum vnius à facto alterius. nu-
mero 2.*
*Iura quibus ſingulos in ſolidum teneri probatur. nu-
mero 3.*
*Quæ procedunt in delictis, & in ſimul delinquentibus,
ita quod non poſſit diſcerni quis damnum fecerit.
num. 4.*
*Nec quidem ex delicto tenentur ſinguli in ſolidum, quando
agitur ciuiliter, niſi in ſubſidium alio non exiſtente
ſoluendo, num. 5.*
*Vbi quis in ſolidum ſoluit, repetit ratam ab alijs, ſi ciui-
liter actum ſit. num. 6.*
*Affixa habentur, vt immobilia, ac vt pars domus.
num. 7.*
*Niſi affixa ſint animo remouendi, quia loco mobilium ha-
bentur, num. 8.*

Res mobiles perpetuò permanſuræ ad aliquem effectum, reputātur loco immobilium, non permanſuræ ſtant in ſua natura, num. 10.
Res inuectæ perpetuò permanſuræ cenſentur hypothecatæ, aliàs non, num. 11.
Locatori omne damnum reſtituitur ob impedimentum, ne re ſua vti poſſet, num. 12.
Appellatione damni venit carentia redditu um ob demolitionem, num. 13.
Eſt in poteſtate ſtipulatoris impediti eligere ex culpa alterius, agere ad intereſſe, num. 14.
Nec poteſt ei eripi iſta electio, & eripiens condemnatur in triplum expenſarum ſub eod.
Iudicis decretum excuſat, n. 15.
Sine citatione partis eſt nullum, num. 16.
Nec excuſat, num. 17.
Vtens decreto nullo dicitur eſſe in lata culpa. num. 18.
Præceptum iudicis procuratum non excuſat, num. 19.
Actus procuratus voluntarius reputatur, num. 20.
Præceptum malitioſè procuratum non prodeſt, num. 21.
Non poteſt quis inniti ex decreto, quod non obſeruauit, num. 22.
Dolus præſumitur in non faciente, quod facere debet, num. 23.
In non adimplente promiſſa, num. 24.
In ſciente ſe teneri ad aliquid, & non facit, num. 25.
In non obtemperante imperio Magiſtratus, nu. 26.
In faciente id, quod ſcit ſe facere non debere, numero eodem.
Subhaſtatio habita fide de pretio, fieri non poteſt, & detrctum eſt nullum, num. 27.
Dolus præſumitur in eo, qui ſpreto ordine, aliter facit, num. 28.
Et qui facit cum lucro ſuo, & iactura aliorum, numero 29.
Et qui non reſtituit, quod debet reſtituere, num. 30.
Ex malo effectu ſequuto, dolus præſumitur, num. 31.
Cuius effectus malus eſt, eius quoque voluntas mala præſumitur ſub eod.
Dolus præſumitur ex nimia feſtinantia, num. 32.
Ex nimia diligentia, num. 33.
Ex nimia cautela, num. 34.
In eo qui non denunciauit, cum poſſet, num. 35.
Executio facta virtute ordinationis inualidæ, eſt inualida, num. 36.
Deſtructo fundamento corruit ædificium, num. 39.
Si cauſa non officit, nec cauſatum, quia in cauſato, plus eſſe non poteſt quàm in cauſa ipſa, num. 38.
Executor, quia fecit de mandato Superioris excuſatur, num. 39.
Et ſi quis teneretur, ipſe ſuperior teneretur, num. 40.
Non tamen quoad alia non cōcernentia officium, ad quod ſuperior, ſeu officialis eſt præpoſitus, num. 41.
Si executor aliquid iniurioſè fecerit poteſt appellari, numero 42.
Qui abſtulit res, vel pretium retulit, ratificauit, & approbauit factum alienum, num. 43.

DECISIO LXIII.

PAgius conduxerat duas domunculas D. Zauagnoni eo conuento, vt poſſet reaptare ab artem figuli, nec finita locatione poſſet amouere ſine licentia locatoris, qui eligendo reaptata, ſolueret eorum precium.

Mortuo Pagio, Recordatus, & Quaquarelus obtinuerunt ſequeſtra in bonis dicti Pagij debitoris, & mox obtinuerunt decretum, quod bona mobilia, & laboreria ad vſum apothecæ ſequeſtrata ſubhaſtarentur, precium penes montem poneretur, dandum iui de iure, & hoc pro apotheca tradenda domino illius, & hæc per modum prouiſionis, & citra præiudicium iurium partium, &c.

Miſſo executore cum vno ſororio Quaquareli, is omnia lignamina refixit; omnia vendita fuerunt ſubhaſta, Inuentario de omnibus confecto, precio tamen retento per Quaquarelum, nec ad formam decreti temiſſo ad montem pietatis.

D. Zauagnonus egit criminaliter aduerſus Quaquarelum, & Recordatum ad pœnam publicam, & etiam ad damna: fuerunt abſoluti ſalua ciuili, &c.

Qua intentata, petebatur per D. Zauagnonum dictos condemnari ad reſarciendum domos prædictas, & ad deſtructas primæuum in ſtatum reponendas, & ad penſiones interim decurſas, & decurrendas ſoluendas, &c.

Binæ ſententiæ condemnauerunt ad prædicta; excepto quoad penſiones, pro quibus iura reſeruauerunt.

Ab vltima harum ſentētiarum appellatione ad nos interpoſita, reformauimus, vt infra ſigillatim, quia diſtinctè procedendo, primò ſeparandū cenſui damnum vnius ex dictis reis conuentis à damno alterius: Secundò etiam damna à damnis fore cenſui diſcernenda, & ſingulis ſingulas ſententiæ noſtræ cauſas, & rationes applicare.

Et quidem quod pertinet ad primum, cenſuimus Recordato vnicum damnum fuiſſe imputandum, in deuaſtatione vaſis collatorij, & in exportatione laterum, & materiæ cōſiſtens, quia de his
1 conſtabat ex propria confeſſione; † Quæ probat damnum l. ait lex. §. ſi quis hominem, & ibi Flor. de San. Petr. num. 2. ff. ad leg. Aquil. etiam in cauſa ciuili, licet fuerit facta in criminali, Bero. conſ. 201. num. 1. lib. 3. Reliqua omnia Quaquarelo, qui fuit principalis inſtans, mouens, vendens ad eredentiam, exportans, ſubhaſtans, & pecunias ad ſe trahens.

Cum hoc ſuppoſito, condemnauimus quidem
2 ambos, ſed pro rata damni dari tantum, † Quia quando poteſt diſcerni damnum, vel factū vnius; à damno, vel facto alterius, nullus tenetur, niſi de damno, vel facto ſuo ſecundum Flor. in l. Iтē Mela. 11. §. ſed ſi plures, num. 1. ff. ad leg aq. ad D. Cabal. reſol. crim. caſ. 198. num. 11. in fin. nu. 12.
3 † Nec obſtant iura, quæ habent, imo verò omnes teneri in ſolidum, l. ſi quis id quod. in fin. & ibi Albor. ff. de iuriſd. omn. iud. l. ſi plures, ff. arb. furt.

ceſ.

cęſ.l.ità vulneratus,§.fin.ff.ad leg.aq.l.vulgares,§.
ſi duo, ff.de furt.l.1.C.de cond.furt.Boer.dec.310.
Viu.deciſ.451.in fin. Magon.dec.Luc.27.num 54
Didac.in cap peccatum. 2.par.relect.§.12.add.ad
Theſ.dec.254.in princ.adducens alium text. in l.ſi
multi,cum bona Gloſſ.de publican. Card.Tuſcuſ.
adhuc alios referens lit.d.concluſ.186.num.15.&
per tot.

4 Quia omnes loquuntur, vel in delictis, vel in ſi-
mul concurrentibus ad idem damnum, ità quod
non poſſit diſcerni, quis propriè illud intulerit, &
ita non benè fuerunt applicata dicta iura, quia nec
ſumus propriè in delinquentibus, vt apparet ex ab
ſolutione à criminalitate, & quia poteſt etiam dari
damnum abſque delicto, vt in ſeq.deciſ.ſed in ius
ſuum perſequentibus, & quidem non ſimul, eodē
modò,ſed diſcretiuè, vt dictum eſt, & facit ad hu-
5 ius differentiæ confirmationem. † Quod vbi agi-
tur ciuiliter non teneri conſocios inſolidum,etiam
ex delicto, niſi quatenus conſocij non ſint ſoluēdo
dicit Theſ.dicta deciſ.254.num.3.vbi ita iudicauit
6 Senat. † & quod eo caſu,vbi omnes tenentur inſo
lidum ad damnum, & eius reſtitutionem, adhuc
tamen,qui reſtituit in ſolidum,repetat ab alijs pro
rata,vt ait Coſt.de ratio.ratæ quæſt.40. num.fin.
referens Did.in loco mox cit. & eſt add.vlt.ad Ma
gon.in d.deciſ. Luc.27. num.54. ex quibus res viſa
eſt clara in caſu iſto.

Ad damna verò ipſa accedēdo, ea in ſex ſpecies
diſtinximus, prima ſpecies conſiſtebat in ipſamet
amotione lignaminum, & materiarum ad artem
figuli reaptarum,ſeu in deuaſtatione vaſis collato-
rij, & fornacis, & huiuſmodi de quibus conſtabar
ex actis: pro his non cenſuimus teneri conuentos
ad ea in priſtinum ſtatum reponendum,quia ſolēt
apponi, & remoueri à figulis prout, vel intrant in
7 domos, vel reſpectiuè exeunt. † Nec habent hæc
pro immobilibus, ita quod non poſſent remoueri
tanquam affixa, & tanquam pars domus facta. In
quibus term.loquitur latè Cęphal.conſ.92.libro 1.
Surd.deciſ.154 num.4. Contard.de inom.poſſeſs.
lim.1.num.73.§.quęſitum,& ibi gloſ.in verb.figu
lorum, ff.de fun.inſt. ſed pro mobilibus, & facilè
8 amouibilibus,& ideo leuiter infixis. † Vnde inter
mobilia fuerunt reputata ad §. pauonum. Inſt. de
rer.diuiſ l.diuortium.3.ff.de diuort.l.quæſitū, 78.
in princ.l.Serius,99.in princ.de leg.3. Cæphal.con
9 ſil.637.num.29.lib.5. † quia non eo animo,vt ibi
permanerent affixa erant ex dictis iuribus, & per
10 Doctor.in l.fin.C.vbi in rem actio. † Quo loci res
mobiles permanſurę ad effectum,vt ibi,cenſentur
loco immobilium, ſicuti non permanſuræ ſtant in
ſua natura,de quo etiam Abb. in capit.fin. de foro
compet. & ad Caroc.de locato par.3.cap.23.rubt.
de inuect. & illat.num.18.

11 † Vbi res inuectæ,& illatę perpetuò permanſu-
ræ cenſentur hypothecatæ, aliàs non, & eſt text.l.
debitor.32. ff. de pignor. l.in prædijs, ff.in quibus
cau.pign.&c. & infra deciſ.68. ſub num.55.

Ipſe verò D. Zauagnonus non eſt in damno,
quoad hoc, aliquo, quia etiam ſi extarent, & ipſe
ea eligeret; precium tamen ſolueret, quod ſi ſibi
refundatur facilè erit eadem reponere, & ſibi pro-
uidere, ſecundum illud, *omnia per pecuniam facta
ſunt:* & præterea ipſe adhuc non vrgebat,ſed ad re
liqua damna, de quibus infra ſuis locis.

Verè tamen cadebat alterum, quod erit ſecun-
dum damnum,quia ex amotione,& deuaſtatione
prædictis, D.Zauagnonus priuatus fuit commo-
do locandi ſuas domos incontinenti eiuſdem artis
figulo, qui plus daturus fuiſſet de penſione, quàm
alius ordinarius inquilinus:ideò condemnauimus
prædictos ad iſtud plus, (liquidandum,) &c. Et
dictum commodum reſultabat, ſibi ex conuentio
ne expreſſa de non remouendo citra licentiam ip-
ſius D.Zauagnoni, quæ non aliam ob cauſam ve-
riſimiliter ità inita, ita facta fuit, niſi vt, ſi ita ele-
giſſet, poſſet alijs figulis locare, & ideo fuerunt in
culpa dicti rei conuenti remouendo de facto,& cō
trà conuentionē eius, cuius iure innituntur, vt in-
fra opportuniori loco,in ſeq.deciſ.64 n 9. & ſeqq.
12 dicetur; † Locatori verò reſtitui omnem vtilita-
tem, vel damnum ob impedimētum ſibi illatum,
ne re ſua vti poſſet, eſt in l proinde. 22.l qui occi-
dit 30.ff.ad leg.aq.Surd conſ.12.num.40.41.52.&
ſeqq 66.in fin.& 67. in l.qui domum.50.ff.ad leg.
13 aq vbi in ſpecie demolitionis domus. † Et appel-
latione damni venire carentiam reddituū eſt opti-
mus in propoſito tex. in l.Nam ſi.37.ibi, *ſed & ſi
quis reditus ob demolitionem amiſſus eſt, conſequenter
eum reſtitui Sabinus voluit*, ff.de dam.infec. & l.ſi
mulier.21.§.commodi quoque, ſi quod amotis re
bus amiſerit, & ibi gloſ.in ver.ratin. ff. rer.amor.
plenè Gayl.de arreſt.imp.cap.13.num.17. & ſeqq.
& de pignorat.obſ.17.per tot.

Nec obſtat quod D.Zauagnognus potuiſſet nō
eligere, vnde non eſſet habendus,ac ſi verè,actuq;
14 elegiſſet. † Quia ex quo demolitio præceſſit,ante-
quam poſſet eligere,propter culpam demolientiū,
eſt in poteſtate ſtipulatoris agere ad rem deuaſta-
tam,& ad intereſſe.l.Stichum,aut Pamphilum.95
in princ.ff.de ſolut.l. Stichum. 55. & ibi Floria. de
ſanc.pett.in princ. & ferè per tot ff.ad leg.aquil. &
ad l.in iure ciuili. ff. de regul.iur. nec enim eſt cui-
quam eligendi facultas eripienda, vnde fit, vt qui
debebat libellum alternatiuè concipere, ſi ſimpli-
citer concipiat, veniat in expenſis condemnandus
Rot.Gen.deciſ.144. ſub num.8.9.

15 † Nec etiam obſtat, ſi diceretur dictum decre-
tum excuſare ad.l.iuſtè.ff.de acq.hæred.l.non vide
tur,§.qui iuſſu.ff.de reg.iur. quia reſpondetur pri-
mo,illud decretum fuiſſe inualidum,quia ſine cita
tione locatoris, cuius notitia habebatur, & ita de
16 eo fuerat facta mentio in ipſo decreto. † Et ideo
ipſum decretum ſine citatione fuit nullum,& inua
lidum, Crauer.conſ.302.num.1.latè Gayl.obſ.76.
17 per tot.lib.1. †. Decretum autem inualidum non
excuſat à pęna Id.Crau.conſ.148.ſub n.6.ſub ver-
18 ſic. non obſtat aliud dubium in fin. † Et ipſi
qui ſunt eo vſi, dicuntur eſſe in lata culpa Rip.
in l.naturaliter,§.nihil commune,num.59.verſ.eſt
enim,quod is dicatur in lata culpa, qui vtitur ſen-

tentia

Digitized by Google

19 tentia nulla, ff.de acq.hæred. † Item reſpondetur
iuſſum Iudicis non excuſate, quando præceptum
fuit procuratum, vt in caſu noſtro Farin. de pęn.
temperan.quæſt.97.uum.115. & Parpal. in reper.
20 l.ſi quis maior,num.35.C.de tranſact.† quia actus
reputatur hoc modo volũtarius Aret. in l.is poteſt
21 in fin.ff.de acq.hæred.† Et multò minus ſi appa-
reat aliquo modo, quod malitioſè, quia non pro-
deſſet Cagnol.in d.l.non videtur,§.qui iuſſu.nu.5.
ff.de regul.iur.qua coniectura malitiæ non carebat
ſaltem Qnaquarelus: vt ex actibus ſubſequutis col
ligebatur, ex quibus apparebat eum non vſum, ſed
abuſum etiam decreto fuiſſe, quatenus primò pe-
22 cuniam in monte non poſuit, ſed retinuit: † Vnde
non poteſt eo inuiti decreto, quod non obſeruauit
l.auxilium,37.in fin de minor.iuncto Maſc. de pro
bat.concl.531.num.24.38.47.& ſeqq.71.84.103.
23 119.† Vbi dolum præſumi quando quis non facit
24 quod facete debet, vt num.24. † Vbi quando pro
25 miſſa non adimplentur, vt nu.38.& 119.† Quan-
do ſcit ſe ad aliquid teneri, & uon facit, vt nu.71.
26 † Quando imperio Magiſtratus quis non obtem-
perauit, nu.89. & qui facit, quod ſcit ſe facere non
debere Dyn. conſ.24. num.2. verſ.præterea Tuſc.
lit.d.concl.573. nnm.23.

Secundò, quatenus loco obſeruantiæ decreti,
magis contraueni t Quaquarelus, non ſolũ in non
ponendo in monte, † ſed etiam in ſubbaſtando,
27 habita fide de pretio contrà l.à diuo pio.15.§.opor
tet enim, ff.de re iud. Afflict.deciſ.358. numero 4.
Giurb.dec.53. ex quibus, quod non poteſt id fieri
in ſubbaſtationibus, & id maximè in caſu noſtro,
vbi erat omnino reponenda in monte ad eundem
Giurb.d.deciſ.53.num.6.7.vbi per tot. laiè de nul
litate decreti ex eo, quod habita fides fuit de pre-
cio, & hinc alia ad inducendum dolum intercurre-
28 bant, † quatenus ſpreto ordine dato in decreto
aliud fecit, ad eund. Maſc d.concl.531.num.53.

29 † Et quatenus cum iactura etiam aliorum in-
tereſſarorum (ob quos ſimiliter decretum erat fa-
ctum per modum prouiſionis) lucrum ſolus Qua-
quarelus ſibi quęſiuit, omnia ſibi appropriando, &
ad ſe trabendo, ad uum.61. apud eund. Maſcard.
d. concluſ.531.

Tertiò, & vltimò quatenus non apparet de con
ſignatione apothecæ locatori facienda ex ipſamet
oblatione per eos facta, dum decretum prætende-
bant ad eundem Maſc. dic.concluſ.531. uum.84.
30 † Vbi præſumi in dolo quando quis non reſtituit,
31 quod debet reſtituere; † Nec dubium, quin ex ma
lo effectu ſequuto dolus præſumatur, uam cuius
effectus malus eſt, eius quoque voluntas mala pręſumitur, vt ait Bal.in l.1.circa fin. C.ſi quis omiſſa
cau.teſtam. & ſequitur Maſc.hæc referens d.con-
cl.531.num.138. & 159.

32 † Reſpondebatur etiam (ad dolum faciens) tan
ta velocitas, quæ dicitur ſupplãtatio Mar.Anguiſ.
conſ.276.num.37.ſeu feſtinantia, omnibus in pun
cto peractis, ad eundem Maſc.d.concl.531.n.41.
33 † Tanta diligentia ad num.108. † Tanta cautela
34 ad num.103. abſque vlla prorſus denunciatione
35 ipſi domino rei, ad eund.nu.121. † Vbi eum eſſe
in dolo, qui cum poſſet denunciare, non denun-
ciauit.

Ex quibus ſublata vi decreti ad excuſandum,
36 ſublata illico manet uis facta in executore, † quia
etiam executio facta virtute ordinationis inuali-
dæ, dicitur nulla, tanquam prouenĩẽs ex radice in-
37 fecta, Crau.d.conſ.302.num.5.† Et deſtructo fun
damẽto corruit ædificium, c.cum paulus 3.q.1. &
38 † ſicut non officit cauſa, ita nec cauſatum, in quo
non plus eſt, quàm in cauſa ipſa, Nat.conſ.189.nu
39 mero 5.6. & ad conſ.201.ſub num.2.& ſeqq. † ſo
lus executor ipſe excuſandus, dum de mandato ſu
perioris fecit l.liber homo 37. in princ. & ibi Flo-
40 rian.ſub nu.2.& 3.ff.ad leg Aquil. † Et ſi quis te-
neretur, ipſe ſuperior teneretur l.is damnum dat.
ff.de regul.iur. Pau.de Caſtr.conſ.414.ſub num.3.
verſ.nam ex maleficio.par.1.Paris de put.de Syn-
dicat.verſ.an D.Poteſtas, uum.20.ſol.36a. in tra-
ctat.diu.tom.2. & in verſic.an Poteſtas nu.3. & 4.
41 fol.359.Card.Tuſc.lit.o. concl.99.uum.30.† licet
ſecus eſſet quoad alia non concernentia officium,
& ad quod officialis eſt præpoſitus, vt ibid. Tuſc.
42 num.33. † Aliàs ſi executor aliquid iniurioſè com
miſiſſet potuiſſet appellari, Duen.reg.41.num.7.
aſt non impedieruot conuenti, cum poſſent etiam
abſque adminiculo appellationis, ergò multò ma-
gis damnum prædictum venit eis imputandum;
43 † Et præterea quia res, vel abſtulerunt, vel ad pla-
team tranſtulerunt, & precium retulerunt, omnẽ
in caſum etiam de ratificatione tenerentur ad Ca-
ſtr.in term.damni dati per alium conſ.424.ſub nu
mero 3. ſub verſ.præterea, ex delicto par.1.

Ex quibus, &c. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Teſti de geſtis à ſe ipſo atteſtanti magis creditur, numero 1.

Detecto errore ne quidem propriæ confeſſioni ſtatur, numero 2.

Maximè ſi ſit confeſſio in cauſa criminali, num.3.

Teſti ab vtraque perſona examinato magis credendum, cum eius perſona ſit ab vtraque approbata, numero 4.

Fides teſtis examinati in criminali ſuſtinetur in Ciuili, ſi articuli continebant vnam maſſam, & vnum factum, num.9.

Conſtito de damno tenetur ad eius reſtaurationem, qui illius cauſa fuit, num.6.

Damnum conſequimur dum ſoluitur nobis pecunia neceſſaria ad rei reſtaurationem, num.7.

Onus reale in quemlibet tranſit rei poſſeſſorem, num.8.

Obligatio perſonalis ratione rerum competit contra quemlibet poſſeſſorem, num.9.

Rationi congruit, vt ſuccedat in onere, &c. num.eod.

Ignorantia conuentionis excuſat, num.10.

Fallit hic vbi eſſe in electione certum erat locatoris, ſoluere precium, vel rem auferri permittere, num.11.

Iuris ignorantia allegari non poteſt, num.12.

Nec ignorantia conuentionis ſolitæ fieri, num.13.

Eſt

Eſt enim inquirendum de huiuſmodi conuentionibus, vbi tertio poteſt inferri præiudicium, n. 14.

Imputandum eſt creditoribus, qui non perquiſierunt qualitates ſocietatis, nu. 15.

Ignorantia non excuſat, vbi conditio primæ obligationis immutaretur, nu. 16.

Nec vbi eſt dolus, num. 17.

DECISIO LXIV.

TErtium damnum conſiſtit in amotione ho-
ſtiorum, & feneſtrarum, ab hoc abſoluimus
reos, quia licet Recordatus dixerit vidiſſe Quaqua-
relum (*vender vn' aſſone, vſci, porte, & tutte ſorti di
legname*, fol 65.) tamen iſta depoſitio, licet conſocij,
detegitur erronea, & ex inuentario, vbi hæc deſcri-
pta non repetiuntur, & ex depoſitione ipſiuſmet
executoris, qui negat hæc interfuiſſe, & ex depoſi-
tione ponterij hinc inde examinari, & ideo fide di-
gni, vt infra num. 4. & 5. qui dixit, quod feneſtræ
amplius non aderant eo tempore, ſed antea fuiſſe
ab ipſo Pagio ſublatas ex depoſitione eius, qui de
ordine executoris refigebat, & amouebat, qui (Ceſ-
ſat nempè de Calabarijs) dixit tantum lignamina
ad vſum figuli amouiſſe, & domos fuiſſe relictas in
eo ſtatu, in quo erant tempore factæ locationis, ex-
1 ceptis foraminibus, &c. † cui tanquam atteſtanti de
geſtis à ſe ipſo etiam creditur, maximè iunctis alijs
ſupra Menoch. de arbitrar. iud. caſ. 99. numero 8.
2 † & detecto errore, ne quidem confeſſioni propriæ
ſtandum eſt, ad Maſcard. de probat. concl. 645. &
ſupra dec. Luc. noſtra 50. num. 19. & ſeqq. & Flor.
3 21. num. 22. † præſertim, quia, fuit facta in cauſa cri-
minali ad Flor. in l. ait lex. §. ſi quis hominem, n. 2.
& 3. ff. ad leg. Aquil. vbi in term. damni dati, ſi pro-
betur ab alio datum non præiudicaſſe confitēti tan-
tò minus tertio.

Quartum damnum conſiſtit in foraminibus ad
ligna infigenda factis, & non retectis, ſeu iterū non
obturatis, & vlterius in aliqua deterioratione, vel
parietum, vel taſſellorum, quatenus ex violenta re-
fixione lignaminum clauis infixorum, hæc aliquid
paſſa ſunt, adeo quod euaſerint aliquæ in taſſelis
rimulæ, quæ antea non aderant, vt hæc reſultant ex
ex ponterio f. 9. & 15.

Item conſiſtit in deuaſtatione fornacis, & vaſis
collarorij, per quam facies prima erat mutata, & ta-
men non apparebat ad eandem reſtituta, Circa hęc
condemnauimus reos ad refundendas impenſas ne-
ceſſarias, & opportunas, pro reducendo domos ad
priſtinum ſtatum, in quo erant de tēpore locatio-
nis. Nam in primis de hiſce conſtabat ex ipſa ocu-
lari inſpectione, & prætereà ex duplici depoſitione
ponterij, cui maximè deferendum credidimus, cū
4 fuerit ab ambabus examinatus, † & ideo ambę eius
perſonam approbauerunt ad Crauet. conſ. 100. in
fi. plenè Farinac. de teſtibus qu. 62. num. 1. & ſeqq.
Alex. conſ. 113. num. 3. lib. 4. vbi quod approbans
perſonam, cenſetur approbare dictum eius, & etiā
quia repetitus à reis ſe retulit ad primum examen,
& fuit examinatus ſuper tota cauſa, & articuli om-
nes continebant vnam maſſam, & vnum factum,
5 & tendebant ad vnum finem, † ideo ſuſtinetur fi-
des in omnibus, & etiam in cauſa Ciuili, ſi alias fint
examinati teſtes in criminali Rot. diu. dec. 593. p. 1.
Farin. q. 71. num. 14. & ſeqq. in 24. oppoſ. & ad q. 66.
num. 39. & ſeqq.

6 † Quare conſtito de damno tenetur ad reſtaura-
tionem is, qui illius cauſa fuit, l. qui domum. 50. in
7 fi. l. ſi ſeruus 27. §. ſi furnum. ff. ad leg. Aq. † Quod
quidem ſatis conſequetur D. Zauagnonus, ſi ſibi
ſoluatur valor in pecunia iuxta l. ſi ſeruum 33. in fi.
princ. ff. ad leg. Aqui. eo non obſtante, quod non te-
neantur conuenti obligatione perſonali, quia cum
domus fuiſſet affecta hac qualitate, hoc onere, ſe-
8 quitur regula, † quod onus reale in quemlibet tran
ſit rei poſſeſſorem, Surd. plenè conſil. 20. numero 11.
9 † & contra eundem reſpectu rerum contracta com
petit perſonali obligatio. Rim. iun. cōſil. 553. num.
11. lib. 5. Decia. reſp. 31. num. 166. vol. .. & ad c. cōni
congruit, vt ſuccedat in onere, &c. de reg. iur. in 6.
& ad l. nihil tam naturale. cum ibi. not. ff. eod. tit. ex
quibus reſoluitur obſtaculum, quod ipſi non inter-
uenerint in ea conuentione, & ideo quod non te-
neri poſſint.

10 † Nec eos excuſare potuit prætextus, quod igno
rarent dictam conuentionem ex l. qui in alterius. ff.
11 de regulis iur. † quia etiam citrà conuentionem cer
tum erat eſſe in facultate locatoris, vel ſoluere pre-
cium, vel tolli permittere Cauale. deci. 44. num. 69.
70. par. 1. & ad l. in fundo 39. ff. de rei vindic. §. ſi va
12 ſallus. tit. hic finitur lex, † non eſt autem licita alle-
gatio ignorantiæ iuris. l. iuris ignorantia ff. de iur. &
fact. ignor. & prætereà cum ſolitum ſit fieri conuen
13 tiones inter locatorem, & conductorem † non eſt
eius, quod fieri ſolitum eſt, licita ignorantiæ allega-
tio Crau. conſil. 225. ſub num. 8. & debebant in pri-
14 mis eas inquirere, † quia īueſtigatio neceſſaria eſt,
vbicunque, (vt in caſu noſtro) præiudicium, tertio
inferri potuiſſet. Crau. conſil. 962. num. 14. Zanetr.
in ſpecie damni per conductorem reſp. 37. num. 6.
& 7. l. quemadmodum 29 §. 1. ff. ad leg. Aqui. vbi in
term. damni in tignis dati, & Crau. conſil. 221. ſub
num. 11. in conſil. 225. num. 4. Surd. conſ. 150. nu.
122. Paſcth. in conſil. 569. ſub num. 15. & 2. libro 4.
15 Crau. d. conſ. 962. num. 12. † dum dicunt eſſe credi
toribus imputandum, qui non perquiſierunt ſocie-
tatis qualitates, item ſi Pagius contra faciens tene-
retur, iſti non tenerentur, ſequeretur immutatio cō
ditionis primæ illius obligationis, ſeu conuentionis
16 † hoc autem dum fit ignorantiam non excuſare di
cit Cagn. in d. l. qui in alterius. num. 2. verſ. contra-
17 rium. ff. de reg. iur. † Ac demum non meram igno-
rantiam, ſed dolum, (maximè ex defectu denūcia-
tionis vbi denunciandum erat,) etiam pręſumi cō-
tra conuentos in præced. dictum eſt. deciſ. num. 23.
& ſeqq. pręſertim num. 35. in puncto huius defe-
ctus, & ita dato, & non conceſſo, quod excuſaret
ignorantia, intraret tamen dolus, qui nemini patro
cinatur. Laus Deo, &c.

SVM-

SVMMARIA.

Damnum quod quis ſua culpa ſentit, &c. nu. 1.
Modicum impedimentum non attenditur, n. 2.
Nec vbi impedimentum facilè amoueri poteſt. numero 3.
Ad obtinendum in penſionibus eſt probandum ob vitium ædium, non inueniri conductores, n. 4.
Cura domorum ad proprios dominos pertinet. numero 5.
Et dominus curam domorum deſerens, eſt in culpa. numero 6.
Et quilibet rem ſuam diligenter non agens, prout quilibet pater familias ſolitus eſt, nu. 7.
Et ſub eod. quod qui allegat ob prima mancamenta alia ſuperueniſſe, debet hoc probare.
Qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur. num. 8.
Etiam ſi fuerit cauſa remota, vbi eſt pactum, ſub eodem.
Regulariter intelligitur de damno immediatè ex antecedenti occaſione ſequuto, n. 9.
Aut ex remota non valde, ſecus ſi valde, n. 10.
Si prima cauſa includeret ſequentem, ſed non includeret effectum, effectus ex ſecunda tantum inſurgit. numero 11.
Spoliatio cenſetur immediatè facta per miſſionem in poſſeſſionem, & non per ordinationem de immittendo. num. 12.
Ruinæ appellatio refertur ad tempus, quo ipſa fit. numero 13.
Et tempus destructionis præcisè probandum, ſub eodem.
Culpa vltima ex tribus dicitur, culpa poſt factum. num. 14.
Vltima culpa nocet, non prima, & culpa maior velat minorem, & ei præponderat, n. 15.
Reg. qui cauſam damni dat, non habet locum, vbi initiũ eſt licitum, n. 16.
Seu quando factum non erat ordinatum ad illud damnũ, etiam ſi rei illicitæ incumberetur, n. 17.
Per habitatores, domus ſolent magis conſeruari, & melius eſt habitari domos, quam non habitari. num. 18.
Ignorantia non excuſat eum, qui non iuit ad ſuæ rei poſſeſſionem, nec eam cuſtodiuit, quæ latam culpã præſupponit, nu. 19.

DECISIO LXV.

QVintum damnum fuit in penſionibus ad vsũ alterius Inquilini, non figuli, à quarum ſolutione abſoluimus reos: Cæſar f. 15. dixit, quod domus fuit relicta in eo ſtatu, quo erat cum eſſet locata, *& che le poteua habitare ogni galant'huomo.*

Lazarinus, ab vtraque parte examinatus, quod ipſe volebat conducere; & quod d. Zauagnonus noluit, niſi pro lib. 80. vt dabat Pagius, confirmauit põterius, qui dixit ſe fuiſſe mediatorem, *& il danno.* (ſubijciens,) *che gl'è auenuto, è perche non furono ap*
1 *pigionate à chi le dimandaua,* † Ex quibus factus locus regulis damnum, quod quis ſua culpa, &c. de
2 reg. iur. in 6. l. quod quis ex culpa ſua. ff. eod. † & qđ modicum impedimentum non attenditur tex. in l.
3 habitatores. 27. ff. loc. † Nec vbi impedimentum facilè amoueri poteſt, Surd. dec. 189. nu. 28. & ſeqq. Rim. iun. in term. damni, quod poteſt facilè amoueri conſil. 636. num. 33. lib. 6. & ad Card. Tuſc lit. I.
4 concl. 29. n. 7. 21. 32. 42. 51. 53. † & debuiſſet probare D. Zauagnonus ſe ob vitium ædium, tunc illatũ, non inueniſſe conductorem ad obtinendum in petitione penſionum. l. ſed & ſi 29. ad l. in hac ſtipulatione. 28. ad fi. ff. de damn. infec.

Quod non ſolum non præſtitit, ſed contrarium fuit probatum, ergo multò magis ſuccumbendum erat, addi poterunt, quæ mox de vltima culpa, de cauſa immediata dicentur, & ſimilia, vt ibi num. 9. & ſeqq.

Sextum, & vltimum damnum eſt in ruina, & deſtructione, quæ hodie conſpicitur, totali dictarũ domuũ, taliter, quod omnino, niſi denuò reſtaurẽtur, redditæ ſint inhabitabiles, & ab hac reos abſoluimus.

Cæſar fol. 27. quod ex remotione lignaminum, *non fù dato danno alcuno, con vna corba di geſſo, è venti cinque prede ſi ſarebbe accommodato ogni coſa,* concordat Ponterius. f. 94. *Quelli buchi, che reſtorno nel muro ſi poteuano facilmente accommodare con poca ſpeſa, & al più con vn ſcudo.*

Et, ne ſingula recenſeam, concludunt teſtes damnum euaſiſſe poſtea, vel ab igne vicinarum ædium, ſeu eius occaſione, dum ſuper dictis domibus ad eũ arcendum, & in alijs extinguendum aſcenderetur, vel à pueris, qui liberè intrabant, & exibant etiam de feneſtris, vel à pluuijs, vel à deſertione ipſa dictarum domuum: Lazarinus, vt pauca referam, f. 72. *che per eſſere ſtate abbandonate, ſiano deteriorate, che ſi poteua riparare à quelli coperti, che ſtrapioueuano,* & 68. 69. ſi poſt mortẽ Pagij ſtatim reaptatæ, & non derelictæ fuiſſent, *non ſi ſariano marciate le coperte.* Ponterius. f. 85. 86. 91. 92.

Et il Zouagnone non gl'hà altra colpa alla deteriorationi di queſte caſe, ſe non che le poteua far ricoprire doppo il fuoco, fol. 93. *veramente il Zouagnone non ne hà mai tenuto cura,* ambo ab ambobus examinati, vt iam dictum eſt in princ. huius dec. iuncta præced. num. 4. Ex his apparet quod damnum totalis ruinæ non proceſſit immediatè ex amotione illa lignaminum per reos procurata, & exequuta, (nam immediatè eſſet ſi continuatiuè ad Capr. conſi. 12. n. 12.) ſed ex alijs poſtea cauſis ſucceſſiuis. quæ omnes in vna ſola, tanquam Capitanea, ſeu generali, vt ſic dixerim, duce, fundamentum, & fomentum ſortitæ ſunt, ſcilicet in deſertione curæ dictarum domuũ,
5 † quæ quidem eum ad Dominum ipſarum benè pertineret. l. imperatores. ff. de offic. præfec. Vigil. Ang. Aret. in conſil. 197. col. 1. in fi. ſub verſ. quinto
6 facit, † ideo curam deſerendo, in culpa fuit earum
7 Dominus, vt ſubijcit Ang. in term. domus, † prout quilibet in culpa eſſe dicitur, qui rem ſuam nõ agit diligenter, nec inquirit, nec facit ea, quæ diligens pa
ter

Digitized by Google

cluſionem nepotum, num. 5.

Obſeruantia ſubſequuta declarat voluntatem. numero 6.

Clauſula, ſi ſine liberis, importat, vt etiam filij filiorum decedere habeant ſine filijs, vt excludantur ſubſtituti, num. 7.

Declara, vt nu. 9. & ſeqq.

Ceſſante ſuppoſito ceſſat diſpoſitio, nu. 8.

In agnatione abſoluta non ſufficit filios decedere ſine filijs, niſi, & filij filiorum pariter decedant ſine filijs, ſecus in reſtricta ad certos tantum caſus, quia habet locum, conſ. Oldr. 21. n. 9.

Notatur diuerſitas quædam inter Crau. & Burſat. in eodem caſu, nu. 10.

Guid. Pap. dec. 531. declaratur. num. 11.

Aliud eſt cum ſubſtitutio habuit effectum in patre, & aliud quando non habuit, n. 12.

Si teſtator decedat cum nepote ex filio, aut filia præmortuis, dicetur decedere cum filijs, ſeu liberis, & nepos ſuccedet ex l. cum acutiſſimi, n. 13.

Non dicitur decedere ſine liberis, qui reliquit neptem ex filia, num. 14.

Vox liberorum appoſita vni perſonæ, non habet tractum ſucceſſiuum, appoſita pluribus habet, n. 15.

Prohibitio Trebellianicæ non fuit ad extendendum fideicommiſſum ſimpliciter inducta, n. 16.

Nec illud extendit, num. 17.

Notatur caſus Caſana. vbi ſunt plures coniecturæ, & tamen non ceſſat. conſ. Oldr. 21. n. 18.

Vbi teſtator in vna ſubſtitutione non poſuit verba, ſi ſine liberis, in alia poſuit, dicta verba non intelliguntur tacitè in illa, & ceſſat, lex cum acutiſſimi, numero 19.

Et liberi in illa habentur pro omninò omiſſis. numero 20.

Declara, vt nu. 21. & ſeqq.

Argumentum, ſi voluiſſet teſtator expreſſiſſet hic, vt alibi expreſſit, non eſt tutum, eod. n. 21.

Modi, quibus verba vno loco expreſſa poſſunt cenſeri etiã alibi ſubintelligi, vbi non fuere expreſſa traduntur, remiſſiuè, nu. 22.

Conditio, ſi ſine liberis, vno loco expreſſa in alio ſubintelligitur ſecundum alios, vt n. 23.

Regula certa ad intelligendum, quando vno loco expreſſũ, alio ſubintelligi non debeat, aut è contra, num. 24. & ſeqq.

Diuerſitas impedit comparationem, quæ non datur inter diuerſa, num. 25.

Oppoſitio conſiderari poteſt, aut in correlatiuis, aut in contrarijs, num. 26.

Aut vbi proponuntur duo decidenda, aut vbi plura ſunt eiuſdem generis, nu. 27.

Oppoſita iuxta ſe poſita, &c. Incluſio vnius, &c. & argumentum à contrario ſenſu, ſeu qui vnum exprimit aliud negare videtur, hæ regulæ ſymbolizant. numero 28.

Data opera omiſſio in vno, & expreſſio in alio loco dicunt Doct. num. 29.

Eſt caſus in filio, cui Pater ſubſtituit, ſi ſine filijs, & in filia cui omiſit, nu. 30.

Licet ſubſtitutio facta ſimpliciter filio intelligatur, ſi ſine filijs, tamen ſi ſubſtituatur nepos ex eo, ſecus erit, numero 31.

Vt intrent dictæ regulæ, requiritur oppoſitio, & omnimoda diuerſitas, tam in modo, quam in perſonis, num. 32. & 33.

Inter perſonas eiuſdem generis facilius interpretamur ex cauſis, ne omiſſio noceat, ſed omiſſum ſuppleatur ab expreſſo alibi, n. 34.

Regula ſi voluiſſet expreſſiſſet, quibus in locis limitetur, ſeu declaretur remiſſiuè, n. 35.

Plures conciliationes ad concordandum Anan. & Abba. contrarios inter ſe, an vno loco expreſſum, in alio ſit intelligendum, remiſſiuè, nu. 36.

Clauſula, ſi ſine liberis, ſuppletur à lege, numero trigeſimo ſeptimo.

Incluſio vnius non eſt alterius excluſio, quando omiſſum in vna diſpoſitione, alio iure, vel modo eſt incluſũ. num. 38.

Argumentum à contrario ſenſu non ſumitur, quando caſus, qui venit à ſenſu contrario, eſt per aliam legẽ deciſus, num. 39.

DECISIO LXVI.

PAter hęredes inſtituit filios, eoſque inuicẽ ſubſtituit, & vltimo eorum ſine liberis decedenti ſubſtituit filios ex fratre, & ex eo nepotes ex alio filio.

Mortuo patre primo, deinde filio primo cum filio, & altero fratre vltimo loco ſine liberis, & demum filio primi filij abſque ſobole, ſuperſtitibus tamen ſubſtitutis, quæſitum fuit de hac hæreditate. Et quidem D. Iudex à quo à portione obuenta filio primo, & nepoti ex eodem abſoluit poſſeſſorem, ad portionem verò alterius ex fratribus vltimò defuncti ſine liberis admiſit ſubſtitutos cum fructibus à die litis conteſtatæ, & ipſe benè iudicatum cenſebam.

Et primò rectè fuit abſolutus poſſeſſor à portione, in qua nepos teſtatoris ex filio eidem patri ſuo
1 ſucceſſit, † ſi quidem in prima reciproca, inter duos illos filios teſtatoris, intelligitur clauſula, ſi ſine filijs, per quam filij filiorum intelliguntur ſuccedere eorum parentibus, ex l. cum auus. ff. de condit. & demonſtrat. leg. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſis.

2 † Et quidem ab inteſtato ſecundum gloſſ. fin. communiter approbatam in leg. Lucius Titius. 85. ff. de hæredit. inſtit. Alexand. conſilio 185. ſub numero decimo ſeptimo, verſiculo ſeptimo, non obſtat. libro ſecundo, & in conſilio trigeſimo octauo, numero decimo, vbi innumeros refert, teſtatur de communi, & ab hac opinione non eſſe in iudicando recedendum ait.

3 † Et ita ſuccedunt, vt faciant deficere fideicommiſſum, quicquid de ipſis poſtea contigerit leg. cum vſusfructus. Cod. quand. dies leg. cedat, cum alijs iuribus citat. per Oldrad. in vulg. conſilio vigeſimo primo, numero primo, communiter approbatum ad latè. Ruſtic. in dicta lege cum auus. libro quarto, capitulo ſecundo, & ſeqq.

N

verſ.quia, vt ex ſeric lib.3.vbi omiſſione liberorum
in prima reciproca,& poſitione in ſubſtitutione po
ſteriore, vt in caſu noſtro, liberos haberi pro omiſ-
ſis, nec habere locum tacitum ſubintellectum ex l.
eum auus,& l.cum acutiſſimi,& id eſt, quod tenẽt
omnes Doct.ſupraeit.
21 Ad hoc reſponderi poſſe videbatur. † Primò nõ
eſſe tutum argumentum, ſi voluiſſet teſtator ex-
preſſiſſet hoc loco, vt alio expreſſit, niſi cum alijs
adminiculis Dec.conſ.581.nu.6.in fi.& num.7.vbi
hoc dicit ad literam, Grat.conſi.5.num.81.& ſeqq.
22 lib.2.† vbi tradit modos,quibus verba poſſunt in-
telligi in loco, vbi deficiunt, per modum ſubaudi-
tionis, repetitionis, relationis, ſeu compræhenſio-
nis,vt ibi, & in term. dictam conditionem, ſi ſine
liberis, vno loco expreſſam, in alio ſubintelligi, di-
cit Cæph.in conſilio 391.num.19.lib.3. Ruin. latè
in conſil.131.per tot. lib. 3. vbi dicit ſe requiſitum
ab altera parte nuluiſſe conſulere, & quem tamen
impugnat Rim.iun.in d.conſ.537.nu. 20.& ſeqq.
libro 5.& Ruin. & alios impugnat Menoch. in dic.
præſumpt.89.num.94. libro 4. adeo eſt periculoſa
traditio.
24 † Secundò ipſe conſiderabam,an aliquid certius
poſſet afferri,vt quidem,quod expreſſum vno loco
dicatur in alio omiſſum,procedat in terminis oppo
ſitorum comparatiuè, ſeu collatiuè, ideſt inter ea,
inter quæ poſſit dari comparatio ratione ſimilitu-
dinis, vel paritatis, vel quia ſint eadem genere ad
Cantiuncul.in ſua Topica legali loco 11.à ſimili lo-
co 13. à contrarijs. ſub princ. ibi nam alia quoque
ſunt contrariorum genera, veluti ea, quæ cum ali-
quo cooferuntur. Iuncto loco a 2. à comparatione
non in alijs term. vbi diſſimilitudo, vel diuerſitas
25 impediat comparationem, † quæ non datur inter
diuerſa ad latè Galleſ.de exerc.iuriſper.lib.3. n. 67.
26 & ſeqq. † vbi oppoſitionem conſiderari poſſe, aut
in correlatiuis,aut in contrarijs,& num.71.vbi da-
ta diuerſitate comparationem ceſſare. Surd. deciſi.
27 195.ſub num.12.verſ.ſecundo. † vbi quando pro-
ponuntur duo decidenda, multa ſimilia afferri poſ-
ſent, in quibus expreſſum in vno cenſetur excluſũ
in alio, vbi fuit omiſſum ex oppoſitione compara-
tiua inter ea,quæ ſunt eiuſdem generis, de quibus
apud Surd.conſ.234.num.16.& ſeqq. & conſ.278.
num.10.& ſeqq. & optimè ac larius in conſil. 294.
numero 5.& ſeqq. & numero 16. & ſeqq. libro 2.
Grauet.in conſilio 1000.pro Gen.in bellat. nume-
ro vigeſimonono,libro 6.in conſ.114.num. 13.&
ſeqq. lib. 1.
Caſus in cõtrarium eſt in duobus filijs eiuſdem
teſtatoris Titio,& Sempronio quorum vni,ſcilicet
Titio ſubſtituit ſimpliciter, alteri ſcilicet Sempro-
nio ſubſtituit, ſi ſine liberis, profectò hic videntur
intrare clarè regulæ, quod oppoſita iuxta ſe poſita,
&c.& quod,incluſio vnius alterius eſt excluſio, ſeu
argumentum à contrario ſenſu, &c. ſeu qui vnum
28 exprimit, aliud negare voluit, † ſi quidem hæc in-
ter ſeſe ſymbolizant. Grauet.conſilio 987.ſub nu
mero 44.libro 6. Menoch. conſil. 881. numero 6.
libro nono, & in hoc caſu quædam vis voluntatis
teſtatoris magis videtur elucefcere diuerſificantis
29 vnum ab alio, quaſi de induſtria, † vt de induſtria
videri factum, ſeu expreſſum vno loco, & alio ta-
citum, ſeu data opera. dicit Rimin.iun. in dic. con-
ſil.537.lib.5.& Mant. de coniect. &c. lib. 10. tit.8.
numero 9.
30 † Poteſt etiam dari caſus in filio, cui ſubſtituit,
ſi ſine filijs, & in filia omiſit, dictam clauſulam,
vt in caſu Rimin. iun. dicto conſilio 537. nume-
ro 45.
Poteſt, & alius dari caſus, quem ad maiorem
31 declarationem ſubijciemus, † licet enim ſubſtitu-
tio facta filio ſimpliciter intelligatur, ſi ſine filijs
deceſſerit, per leg. cum auus. ff. de condit. & de-
monſtr. tamen ſi filio ſubſtituatur nepos ex eo,erit
locus ſubſtitutioni, etiam ſi filius decedens plures
filios relinquat, quia ex quo anus vnum ex nepoti-
bus vocauit, cenſetur alios excluſiſſe, vt ait Caſtr.
in leg.cum acutiſſimi numero ſexto. C. de fideicõ-
miſ. ſequuntur alij relati per Surd.in d.conſil.294.
num.17.lib.2.
32 † Ratio omnium eſt, quia verè intrant in dictis
caſibus regulæ ab oppoſitis ſupra dictæ, quatenus
nec vlla eſt diuerſitas in modo diſpoſitionis, nec in
perſonis ipſis, cum omnes ſint eiuſdem generis
ac, vt ſic dicam, indiuidualiter quaſi eædem,& om
nes, ac ſingulæ præoculis teſtatoris æquè habitæ,
& alias ex æquali affectione æqualiter determinan
dæ, vnde ſi æqualiter non determinentur, per hoc
datur intelligi non caſu, ſed cum miſterio diuerſi-
modè verba protuliſſe, & vni perſonæ non alteri
data ad hoc opera adijcere voluiſſe, & ita cum ef-
fectu volendi, quod expreſſit,& nolendi excluden-
diuè, quod non expreſſit ad Socin. iun. in dic. con-
33 ſilio 128.ſub num.46.libro primo,† dum ait, quia
filij erant earundem perſonarum, non poteſt aliud
dici, niſi quod in primo capite non appoſuit illam
conditionem, quia non voluit.
In caſu noſtro Titius vltimus defunctus non
ſtat oppoſititiè ad Seium alterum fratrem primum
defunctum, quia nec iſte, nec ille fuit indiuiduali-
ter poſitus, vel oppoſitus, ſed vterque ſimul com-
præhenſus, & æqualiter ſemper determinatus, a-
deo, quod ſolum remaneret, cui ſors contingeret
ſuperuiuendi, aut cui caſus præmoriendi, quare
argumenta ab oppoſitis ceſſant, & hæc quidem ma
ximè controuerſa, niſi ita, vt ſupra expoſui, conci-
lientur, quomodo ab inextricabili ſanè labirintho
abiri poſſit, ipſe hactenus non intelligo, ad mox
etiam offerenda. ſub numero trigeſimoquinto, &
trigeſimoſexto.
34 † Declarari tamen poſſunt prædicta, vt facilius
ſit inter perſonas eiuſdem generis interpretari,
quod ex cauſis non noceat omiſſio, & quod vno
loco omiſſum ſuppleatur ab expreſſo alibi ad Cra-
uet. conſilio 62. numero decimoquarto, conſilio
257. ſub numero ſexto, uerſiculo non obſtat ſecun
dum, & conſilio 987. numero trigeſimo ſexto, &
35 ſequentibus, libro ſexto, ubi latè, † quibuſ-
locis limitatur, & declaratur regula ſi uoluiſ
ſet teſtator expreſſiſſet, &c. ad §. ſin autem

N 2 ad

ad deficientis.l.vn.C.de cad. toll. & ad Grat. d. reſponſ.5.lib.2.Caſanat.conſil.6.numero 21.& ſeqq.
36 † vbi pro concordia. Auan. & Abbat. diſcrepantiũ inter ſeſe,an vnó loco expreſſum,alio ſit ſubintelligendum pluresadfert conciliationes, omnes tamẽ vacillantes,vt patet ex eod.ipſe latius io tractatu de interpr.inueſt.cap.2.gradu.8.num. 31. & pluribus ſeqq. ſed adhuc bi termini ſũt à nobis diuerſi,quia in his quærunt Doctores de qualitate, putà an adiectio maſculi ad filium in vno loco, ſubintelligatur in alio,vbi de filio ſimpliciter facta ſit mentio, nos de ſubſtantia inquirimus, ideſt an vox vna principalis vno loco poſita in alio non poſita, ſit ſubaudiẽda,quo caſu videtur,quod difficilius ſubanditio intraret, ad illud, quod diximus difficilius probari ſubſtantiam, quam qualitatem, ſed nec hoc ſcrupu
37 lum injiceret in caſu noſtro, † quia clauſula, *ſi ſine liberis*, licet concernat ſubſtantiam, ſuppletur tamen aliunde, ideſt à lege, quando omittitur ab homine per dict.l.cum acutiſſimi.C.de fideicommiſſ.
38 † & quando omiſſum in vna diſpoſitione, alia via, vel modo,eſt incluſum, ceſſat argumentum ab incluſione vnius,&c.Surd.conſil.56.numero 38.conſil.80.oumero 37.libro 1.ſicut, & argumentum à contrario ſenſu pariter conciderct,quia ceſſat,quãdo caſus, qui à ſenſu venit contrario, eſt per aliam legem deciſus, idem Surd. conſil. 25. numero 37. eodem lib.1.ex quibus viſæ ſunt ceſſare difficultates applicabiles huic caſui, (à neutra partium,licet non deguſtatæ,) & quibus per me datis in dubijs non vidi condignum reſponſum,ipſe verò dũ quid ſenſerim protuli,ab alijs meliora,ſi erunt,expoſtulo. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Deceſſiſſe ſine liberis vltimus non dicitur, ſi prior deceſſit cum liberis, num. 1.

Contra num. 11. & ſeqq.

Ex præſumpta mente teſtatoris perſona prædilecta præfertur ſubſtituto, nu. 2.

Declara, ut nu. 18. & ſeqq.

Perſona prædilecta ſuccedit ab inteſtato, vbi, à, patruo nõ ſit ſubſtituta, n. 3.

Semel excluſus ſemper manet excluſus. numero quarto.

Perſona prædilecta ſuccedit ex tranſmiſſione. numero 5.

Etiam ſi filij non ſint poſiti in conditione expreſſè. numero 6.

Vbi reciproca eſt vnita cum iure accreſcendi ſuccedituer ex tranſmiſſione, n. 7.

Vbi ſubſtitutio facta eſt per quotas, ſubſtituti non admittuntur niſi ad totam hæreditatem, n. 8.

Declara, vt num. 27. & ſeqq.

Et quando præceſſit reciproca inter fratres. numero nono.

Et quando fuit prohibita Trebell. num. 10.

Vbi vni tantum facta eſt ſubſtitutio, illi ſoli ſuccedere poſſunt ſubſtituti, & dicimur eſſe in claris. numero 11.

Vltimus, prior, primus, proximior, vnus, ſolus promiſcuè accipiuntur in iure, n. 12.

Subſtitutio facta vltimo decedenti, valet, licet ſolus fuerit, num. 13.

Primus dicitur propriè, quem nemo ex pluribus præcedit, attamen etiam de vno dicitur, n. 14.

Vltimus ſine filijs dicitur deceſſiſſe, qui verè ſine filijs deceſſit, licet ſolus ſine filijs deceſſerit. ſub eodem numero.

Vnus ſolus poteſt dici, & primus, & vltimus. numero 15.

Et maior natu, ſenior, iunior, etiam ſi nullus alius adſit. ſub eodem.

In §. cum ita, qui prior cum liberis deceſſit opponitur ad nouiſſimum, qui ſine liberis deceſſit. numero decimo ſexto.

Rip. & Socin. admittunt, dum illum vnicum, qui accepit brauium priorem dici poſſe aiunt, numero decimo ſeptimo.

Præſumptio ex prædilectione verificatur in ſubſtitutionibus per verba collectiua, ſi vterque, ſi ambo, non vbi vni ſoli facta fuit ſubſtitutio. numero 18.

Differunt ſi vterque, vel ſi vltimus, nam hoc poſteriore caſu indiſtinctè admittitur ſubſtitutus, nec excluditur à prædilecta perſona. numero decimo nono.

Tranſmiſſio intelligitur cum onere adiuncto, vt nepos, in quem tranſmiſſio ſit, teneatur reſtituere, vt tenebitur is, cui eſt tranſmiſſus. numero vigeſimo.

Ex tranſmiſſione nepos ſuccedit auo, induit perſonam tranſmittentis, & ex eius perſona ſuccedit non ex propria, num. 21.

Qui vtitur adminiculo alterius, vti debet cum ſua cauſa, num. 22.

Et cum ſuo onere, num. 23.

Qualitas, quæ inhæret, filio inhæret etiam nepoti, in quẽ ſit tranſmiſſio, num. 24.

Aliquando tamen attenditur perſona tantum, in quam ſit tranſmiſſio, & quando remiſſiuè. numero vigeſimo quinto.

Nepos dicitur primogenitus, licet non ſit, cui primogenitus ius primogenituræ ſucceſſit, ſub numero eodem.

Eſſet abſurdum, quod nepos eſſet melioris conditionis, quam pater, ſi ille non teneretur, hic teneretur reſtituere, num. 26.

Vbi ſubſtitutio facta eſt per quotas, quod de tota hæreditate intelligatur, procedit in ſubſtitutionibus, per verba collectiua. numero vigeſimo ſeptimo.

Non ſi vltimo morienti maximè ſi non ſit facta expreſſè in tota hæreditate. ſub eod.

Et ſi ſimpliciter facta ſit, etiam vltimo morienti, poſt plures, dummodo non ſit facta in parte hæreditaria vltimi, cum clauſula, ſi omnes deceſſerint, numero 28.

Quando agitur de fideicommiſſo accipiendo ab vltimo mortuo, non refert, an ſubſtitutio facta ſit ſimpliciter, an in tota, nam ſubſtituti ſuccedunt in portione vltimi tantum, nu. 29.

Si

Si conditio, ſi ſine filijs, impletur in perſona vnius, nõ expectatur in perſona alterius, n. 30.

Et admittitur ſubſtitutus in portione vltimi decedentis ſine filijs, quicquid eſſet ſi primus deceſſiſſet ſine filijs, num. 31.

Et vbi facta eſt vltimo, licet ſecus eſſet, ſi dictum fuiſſet poſt mortem vltimi, vel ſi vltimus deceſſerit, numero 32.

Fructus in fideicommiſſi reſtitutione veniunt à die litis cõteſtatæ, num. 33.

DECISIO LXVII.

DEfenſa fuit ſentẽtia in ea parte, qua abſolutus
fuit poſſeſſor à portione fratris primi defun-
cti cũ filio, in præced. deciſ. manet altera pars eiuſdẽ
ſententię, qua idem poſſeſſor condemnatus fuit ad
remittendã ſubſtitutis alteram alterius fratris, vlti-
mò ſine liberis defuncti, portionem vnà cũ fructib.
à die litis conteſtatæ, huius verò fundamentum in
eo poſitum eſt, quia venit caſus à teſtatore conſide-
ratus. Nam vltimus ex dictis fratribus deceſſit ſine
liberis, iuxtà teſtamentum ibi, *& vltimo eorum dece-
denti ſine liberis ſubſtituit, &c.* & vbi verificãtur ver
1 ba ibi, & diſpoſitio, † Verum reus conuentus dice-
bat, licet alter ille frater deceſſerit, & vltimo loco, &
ſine liberis, minimè tamen verum eſſe quod deceſ-
ſerit vltimus in compoſito ſine liberis, ex quo enim
prior frater deceſſit cum liberis, non eſt verum di-
cere alterum fratrem deceſſiſſe vltimum ſine libe-
ris, quia vltimus dicitur reſpectu primi, oportebat
autem primum etiam ſine liberis deceſſiſſe, ad hoc
vt applicari poſſent verba alteri, quod vltimus ſine
liberis deceſſerit Rip. in l. hæredes mei. §. cũ ita. ſub
num. 59. & ibi Soc. iun. ſub num. 47. ff. ad Treb. idẽ
Soc. in conſ. 14. n. 4. lib. 4.
2 † Item dicebatur, quod Nepos ſucceſſit patruo ex
præſumpta mente teſtatoris, tanquam perſona præ
dilecta, & ſemel excluſit ſubſtitutos iuxtà d. §. cum
ita, & ibi Doct. & Mant. in ter. de coniec. &c. lib. 11.
3 tit. 5. nu. 16. verſ. fatendum. † Ita quod nepos ſuc-
ceſſiſſet ab inteſtato, ſi à patruo non fuiſſet inſtitu-
4 tus Men. conſ. 636. ſub n. 27. verſ. reſpõdetur. li. 7. †
Atqui ſemel excluſi ſubſtituti, ſemper manẽt exclu
ſi Oſaſ. dec. 23. n. 17. Surd. dec. 95. n. 7. Pedr. cõſ. 20.
n. 174. Giurb. dec. 82. n. 12. & ad dec. anteced. n. 3. cũ
5 relatis ibi. † Aut ſaltem ſucceſſiſſet per viam trãſ-
miſſionis, cum ratione perſonæ prædilectę exiſtẽtis
in medio, transmitti dicatur ad eundem fideicom-
miſſum Pedr. eod. cõſ. 48. à n. 303. ad n. 310. Pereg.
6 de fideic. a. 13. n. 45. † Id quod etiam procedit, quã-
uis filij non fuiſſent poſiti in conditione expreſsè,
Men. pręſ. 201. ſub n. 97. verſ. Cęterum lib. 4. Ruſti.
ad l. cum auus. li. 6. c. 2. ſub n. 11. vbi contrà Meno. in
7 conſ. 95. n. 112. & ſeqq. li. 1. † Et hic vlterius extat re
ciproca vnita cum iure accreſcendi, quo caſu trãſ-
miſſio manifeſtius inciat Pedr. d. cõſ. 40. n. fi. vbi de
communi poſt Men. d. conſ. 95. n. 111. li. 1. d. pſ. an 1.
n. 92. in fi. & n. ſeq. lib. 4. Mant. de coniec. lib. 11. tit.
20. n. 12. 13. 14. Burſ. conſ. 71. n. 15. li. 1. Rim. iun. cõ
ſil. 476. num. 38. & ſeqq. lib. 4.

Item opponebatur, quod ſubſtitutio facta eſſet
8 in tota hæreditate, vt colligebatur, † primò quia fa-
cta eſſet per quotas Anan. conſ. 66. col. mihi 4. poſt
med. verſ. præterea conſiderandum. Soc. iun. conſil.
110. n. 34. vol. 3. Meno. pręſ. 62. n. 21. lib. 4. Barz. dec.
9 Bon. 5. n. 45. † Secũdò quia pręceſſit reciproca inter
fratres, ad Gabr. conſ. 121. ſub n. 44. verſ. etſi opor-
teret. lib. 1. Alex. conſ 66. n. 8. 9. lib. 2. Gozad. ad par
tes diſputans, conſ. 81. Rim. Sen. conſ. 521. num. 8.
10 vol. 3. † Tertiò quia fuit prohibita detractio Trebel
lianicæ, ad Rim. Sen. conſ. 243. n. 90. ad fin. libro 2.
Curt. iun. conſ. 11. ſub n. 5. verſ. conſtat etiam. lib. 1.
Pariſ. conſ. 41. n. 70. vol. 2. Marz. conſ. 5. n. 19 verſ.
4. Meno. pręſ. 62. n. 16. lib. 4.
11 † His non obſtantibus contrarium viſum fuit, ꝓ-
pter verba clara teſtatoris verificata, vt ſupra dictũ
eſt, in ſubſtitutis, ex quibus clarè apparet vni tantũ
fuiſſe factam ſubſtitutionem, & ad vnius ſucceſſio-
nem fuiſſe vocatos ſubſtitutos, Bero. in term. imò à
fortiori latè defendens, & dicens nos eſſe in claris,
in quibus eſſent omnes coniecturæ in conſ. 71. per
tot. præſertimq. ſub. n. 6. & 7. & iuncto n. 4. libro 2.
Zane. etiam in term. in d. §. cum ita. par. 8. n. 334. &
335. & melius p. 1. ſub n. 80. verſ. ſi verò dicatur, ſi
vltimus, vbi ſubſtitutum vltimo tantum ſuccedere
dicit ad litteram, & plenius ex reſponſione ad con-
traria reſultabit.
12 † Ad primum itaque quod dicebatur alterum fra
trem non eſſe vltimum in ſenſu compoſito, qui de-
ceſſerit ſine liberis, tollitur ex vnica reſponſione, ꝙ
in iure noſtro iſta promiſcuè accipiuntur: vltimus,
prior, primus, proximior, vnus, ſolus, adeo quod nõ
ſtent ſemper correlatiuè vnius ad alterum, ſed etiã
citra relationem, & is vltimus, vel primus dicatur,
etiam qui vnus eſt, aut ſolus. l. cum quis nouiſſimus.
34. ff. ad Treb. l. qui ex liberis. 110. in princ. ff. ſecun.
tab. l. in vulgari ſubſtitutione. l. proximi appellatio-
13 ne, & ibi Rebuf. † Vbi ſubſtitutionem factam vlti-
mo decedenti valere, licet ſolus fuerit, (quod proxi-
mè caſum noſtrum attingeret) ff. de verb. ſignifi. l.
qui duos. 9. ſub princ. ff. de reb. dub. & magis in ter.
14 Zanch. in d. §. cum ita p. 8. d. n. 34. & 35. † Vbi licet
primus propriè dicatur, quem nemo ex plurib. pręce-
dit. Attamen etiam in vno tantũ dicitur primus,
& in fine ſubijcit in hæc verba, *& pariter ſi ſubſti-
tutio ſit facta vltimo decedenti ſine filijs, ſatis dici po-
teſt eum fuiſſe vltimum, qui deceſſerit ſine filijs, cũ li-
cet vltimus propriè dicatur, quem nemo ex plurib. ſe-
quitur, attamen etiam dicitur de vno tantum*, hæc for
15 maliter Zane. † Et quando eſt vnus ſolus eundem
dici poſſe primum, eundem, & vltimum dicit idem
Zanc. ibid. in par. 9. numero duodecimo, addit Be-
ro. conſilio 186. numero ſecundo, volum. 4. quod
dicitur quis, vel natu maior, vel ſenior, vel iunior,
etiam ſi nullus ſuperſit, vel minor eo, vel minus
ſenex, vel minus iuuenis. Nec ab hoc diſcordant ex
16 aduerſò allata, † & quidem nõ. §. ipſe, cum ita, quia
imò concordat, dum clarè ibi opponitur prior, qui
deceſſit cum liberis ad nouiſſimũ cũ adiuncto eo-
dem ſine liberis.
17 † Non Rip. & Soc. quia dũ illũ unicũ, qui accepit

Digitized by Google

braulum, priorem dici poſſe aiunt, admittunt im-
proprietatē vocabuli prioris, hoc enim ipſo in vno
ſolo verificari aiunt,& Soc.ipſe in d.conſil. 14. ſub
num.5. Vltimum appellat eum, qui deceſſerat ſine
liberis,& quem paulò ante priorem dici poſſe(ad u.
.ſ.quartum)defendebat,& ideo retorquentur.
28 † Ad ſecundum poſitum in prædilectione ex di-
ſpoſitione §.cum ità, facilis eſt reſponſio, quia hic.
§.ſicut,& adducta ex aduersò pertinent ad ſubſtitu
tiones factas vocibus collectiuis, ſi vterque, ſi am-
bo,non vbi vni ſoli facta eſt ſubſtitutio, qui eſt ca-
ſus noſter,in quo dicimur eſſe in claris pro ſubſtitu
tis Bero.d.conſil.71.num.8 9.& iuncto,num.4.lib.
2.& ibid. reſpondet ceſſare coniecturam de prædi-
lectione,& inſigniter Zanc.in d.§. cum ita p. 1. ſub
29 num.80.ſub verſ.Non obſtat,quod facilè,† Vbi cō
ſtituta differentia inter hæc, ſi vterque, vel ſi vlti-
mus,dicit,ſi dictū ſit, ſi vltimus indiſtinctè admit-
titur ſubſtitutus, dummodo ipſe vltimus decedat
ſine filijs,etiam quod ſuperſit perſona, quæ ex ve-
riſimili mente excluderet ſubſtitutum,& ſic prædi
lecta. eece igitur caſum deciſum clarè,& diſtinctè,
& ita Mant.& alij in term.d.§.cum ita, loquentes,
non ſunt in term.noſtris, vt prætendebatur, ſed in
alijs,& diuerſis,ex quibus non infertur.

Et prætereà ad id, quod de tranſmiſſione dice-
batur,reſponderi etiam poteſt, quod licet ea dare-
30 tur, † tamen hoc intelligeretur cum onere adiun-
cto,vt.ſ. nepos, in quem fit tranſmiſſio cenſeretur
rogatus reſtituere ſubſtitutus, ſicuti ejus pater,cui
tranſmittitur,rogatus erat Bart.in l.re coniuncti.n.
64.de leg.3.& ad l.4.§.vlt.ff.de alim.& cib.leg. l.1.
§.pro ſecundo.C.de cad.toll.l.quandiù.ff.de aq.hę-
red.Caſtr.conſil.152.col.1.per tot.lib.1.
21 † Et offert ſe in promptu ratio, quia ex trāſmiſ-
ſione nepos ſuccedit auo, & inducit perſonā patris
tranſmittentis, & ex eius perſona ſuccedit non ex
propria Dec.conſi.443.num.20.Cephal.conſil.16.
num.36 Ruin.conſ.39.num.4.ad fin. verſ. & con-
firmatur,& num.7.lib.3.Phanne.de inuent. par.6.
22 num.70.Surd.conſil.341. num.35. † Is verò qui
vtitur adminiculo alterius, debet vti cum ſua cau-
ſa.l.pomponius.13.§.cum quis.ff.de aq. poſſ. Bart.
23 in q.6.num.2.verſ.4.probatur, † & cum ſuo one-
re,vt (prædict.citans) dicit Illuſtr.Tuſc.lit.O.con-
cl.145.num.4.& proprius eſt tex. in l. ſi quis filium
24 familias.7.§.pen.de aq.hæred.† Vbi quod qualitas,
quæ inhæret filio, inhæret, & nepoti,in quem fit
tranſmiſſio Soc.ſen.conſ.296.ſub num.6. ante ver
25 ſic.& ad rationem lib. 2. † Vbi quando qualitas
perſonæ,in quam fit tranſmiſſio attendatur, (vt
fit aliquando iuxtà ibi eod. verſ. ad rationem. iun-
cto,num.2.verſ.confirmatur,quia.) Hinc etiā ne-
pos dicitur primogenitus cui ius primogenituræ à
primogenito ceſſum eſt,licet ipſe nepos eſſet re ve-
ra ſecundo genitus,inſpicitur enim perſona, quam
repræſentat,quæ eſt filius primogenitus,non atten
ditur propria,ſecundum quam eſſet ſecundo geni-
tus Grat.diſcept.for.to.3.c.456.n.10.& 11.
26 † Alioqui (ad caſum noſtrum redeundo) manife
ſtum ſequeretur abſurdum, quod nepos eſſet me-
lioris conditionis,quàm pater, ſi ille non teneretur
iſte verò teneretur reſtituere ſubſtitutis Ruin.con
ſil.142.num.2.in fi.& ad fin. conſ. verſ. vnde non
ſequitur lib.2.Rol.conſil.56.ſub nu. 25. poſt med.
verſ.rurſus.vol.3. & ita fuit tentum, & iudicatum
in hac Rota,in vna fideicommiſſi Caterinæ de Zal
lis,cum Bonfandino,Relatore Excell.D. Ioan. Pau
lo Nichio, vno ex anteceſſoribus meis in hoc codē
officio, & loco.

† Ad tertium quod ſubſtitutio facta fuerit in to
27 ta hæreditate eadem applicatur reſponſio,quod do
ctrinæ contrà allegatæ procedunt in term. diſpoſi-
tionum per voces collectiuas, & ſubſtitutionum fa
ctarum vltimò poſt plures antecedentes, non in
ſubſtitutione de vltimo vni tantum facta .ſ. fratri
præmorienti ſine liberis,quem caſum eſſe faciliorē
dicit Gabr.conſ.121.ſub num.44. lib. 1. Mant.de
coniect.& c.lib.9.tit.5.in princ.vbi ſi vni tantum fa
cta ſit,non tractat tanquam de re indubitabili. Pe-
regr.de fideic.art.13.ſub num. 5.per tot. & num.7.
in primo memb.diſtinct. quam ibi facit, & num.8.
in princ.& in fi.iuncto etiam num. 11. Vbi (cum vl
timo nominatim fuit adiuncta ſubſtitutio, ſi nō in
tota hæreditate) ait omnes ſcribentes fateri onus,
videri iniunctum in portione vltimi tātum, & hæc
vltrà Zanch.& Bero.ſup.cit.n. 11.14. 15.
28 † Item facit, quod etiam, vbi poſt plures facta eſt
ſubſtitutio vltimo morienti, ſi tamen ea ſimplici-
ter facta ſit abſque verbis collectiuis, dummodo nō
ſit facta in parte hæreditaria, vltimi cum clauſula,
ſi omnes deceſſerint, admittuntur ſubſtituti in ea
portione tantum Zanc.in d.§.cum ita.par.1.ſub nu.
147.verſ.his non obſtantibus. Gabr. conſ. 121. nu.
44.lib.1.& quod ait, numero 42.verſic. cum verò.
29 † Quod quando agitur de fideicommiſſo accipien
do ab vltimo mortuò, tunc nihil refert vtrum ſub-
ſtitutio ſit ſimpliciter facta, an vero in tota hæredi-
tate, in tantum quod vltimo morienti ſine filijs ſuc
cedant ſubſtituti in eius portione, licet alij obierint
cum filijs,& ita omnes ſentire ad.d.§.cum ita,dicit
num.33.eod.conſil.121.& Mant.de coniect.&c.li.
30 11.tit.5.num.1. in fine. † Vbi ſi conditio ſi ſine fi-
lijs impletur in perſona vnius, non expectatur in
perſona alterius, quia cum in verbis teſtatoris, nul-
la ſit difficultas, non debeat admitti controuerſia
voluntatis,& Menoch.præſ.186. num.41. in fine.
31 Mant.d.lib.11.d.tit.5.ſub num.27.† Quando con
ditio, ſi ſine liberis verificatur in vltimo admittūt
in portione vltimi, licet ſecus, ſi in primo verifica-
32 retur. † Et prætereà aduertendum quod hic vlti-
mo facta eſt ſubſtitutio, non poſt mortem vltimi,
vel ſi vltimus deceſſerit, & ita vltimo in portione
ſua, etiam ſi pluribus facta fuiſſet, vt diſtinctis his
formulis dixit Gabr.conſ.117 num.26.lib.1. ergo à
fortiori hæc iura locum ſibi vindicabunt in caſu no
ſtro, vbi ſoli vltimo indiuidualiter, & in ſpecie, &
quam ſimpliciſſimè fuit facta ſubſtitutio, quæ qui-
dem in fortioribus term.allegata abundè dicta ſint.
33 † Ad fructus autem à die litis conteſtatæ condē-
nabam, eandem ſententiam primi iudicis ſequen-
do, quia hi veniunt in fideicommiſſi reſtitutione,

Viu.

Viu.dec.262.num.26. & ſeqq. Raud. dec. Piſa. 21. num.61.& ſeqq. & 70.par.1. Magon.dec. Luc.33. num.37. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Quæſtionis eſt, an executio in pallio, & pileo ſit perſonalis, an realis, nu.1.

Duo contraria decreta proponuntur, vnum, quod ſit realis, alterum, quod ſit perſonalis.n.2.3.4.

Contrà quod non ſint contraria, ſed diuerſa, numero 5.

Conuenientia in fine, diſcrepantia in ratione, ſeu medio ad finem, num.6.

Septuagenarius non poteſt capi perſonaliter pro debito ciuili ex ſtat. Bonon.n.7.

Cum pallium capitur de perſona, manus in eam inijci dicuntur, nu.8.

Manus inijcere eſt capere, & manuum iniectio captura, num.9.

Nec refert quod perſona non dicatur, quia præhenſio ſola ſufficit, num.10.

Et quod perſona ſiſtatur, quamuis aliquantulum tantum num.11.

Quia ex quo non poteſt perſona liberè abire in effectu manus iniecta eſt, n.12.

Si non oſtendatur fides capturæ, aut ſignum ſolitũ poteſt reſiſti executori, nu.13.

Bannum, quo ſignum debet ferri ab executoribus, adnotatur, num.14.

Manus inijcere verificatur quando manus applicatur ad ſubiectum initiatiuè, licet non perfectiuè, ſub eodem numero.

Vbi conueniunt verba, ibi & diſpoſitio.n.15.

Pupillum, aut mulierem capi non poſſe, eſt etiam de iure communi, nu.16.

Idem de hærede cum beneficio legis, & inuentarij, numero 17.

Idem, & de furioſo, & demente capto, n.18.

Statutum fauorabile facilè extendendum ab offenſione, in perſona ad offenſionem in re, ſub eod.

Aequiparatorum idem eſt iudicium, n.19.

Sufficit ſtatutum eſſe in genere fauorabile, ſeu pro maiori parte, n.20.21.

Mente captus, & furioſus quomodo differant remiſſiuè, ſub eod. num.21.

Captura dicitur odioſa de iure communi. eod. n.21.

Maior pars trahit ad ſe minorem, ſub eodem numero 21.

Ratio prohibendi capturam in dictis perſonis eſt intuitus ad eas, ob cauſas perſonales, dignas, quibus congruè ter eſſet hoc eis condonandum, n.22.

Furioſi mente capti, pupilli laborant mẽtis defectu, quicquid vident, ignorant, n.23.

Contra condemnatum poſtea furioſum non fit executio, eodem.

In fœminis prohibita captura propter ſcandalum, propter ſexum, num.24.

Ob reuerentiam quandam muliebrem, n.25.

In hæredibus cum beneficio propter ſe ipſos, quia reuera debitores non ſunt in capite, nec domini ſunt, ſed loco domini, num.26.

Et obligatio ſua non eſt hæreditaria, & è contra, & cenſentur, vt extranei. ibid.

In ſene quia inſanit cum mente captis, & repueraſcit cum pueris, num.27.

Senum priuilegia plura remiſſiuè, num.28.

Minorum priuilegia ſenibus communicata, n.29.

Senibus debita, peculiaris reuerentia, vt fœminis. numero 30.

Septuagenarius, tanquam ætatis decrepitæ habetur, vt infirmus, & valetudinarius, num.31.

Infirmus, ſaltem grauiter, non eſt carcerandus, numero 32.

Septuagenarius, ſi non in totum eximendus à carcere, ſaltem leniùs detinendus, nu.33.

Natura ipſa quodammodo trahit ad ſenum miſericordiã. num.34.

Ratio, & mens diſponentium non debet eludi. numero 35.

Omnis interpretatio facienda eſt, ne diſpoſitio fiat eluſoria, num.36.

Remoto antecedenti, omne eius conſequens remouetur. numero 37.

Iniuria facta in veſte dicitur facta in perſona, cui eſt induta, & dicitur iniuria perſonalis, numero 38. 40.42.

Si non propriè, ſaltem impropriè, & largè num.39. & ſub num.42.

Paria ſunt in vinculis eſſe, & eſſe ſine veſtibus, ita quod in publicum quis nudus exire cogatur, n.43.

In vinculis eſſe, & in carceribus idem eſt, num.44.

Paria ſunt nullo modo poſſe, aut poſſe quidem, ſed cum dedecore, ſub eod.

Contractus factus cũ eo, qui nõ audet exire de domo, quia nudus, non tenet, tanquam factus cum carcerato. num.45.

Auferre pallium, & pileum ſeptuagenario eſt carcerem quendam priuatum inferre, quod non licet. numero 46.

Et eſſet per indirectum venire ad intentum carcerationis. num.47.

Veſtes ſunt cohærentes perſonæ, nu.48.

Et dicuntur acceſſoria ad perſonam, nu.49.

Cohærentium idem eſt iudicium, n.50.

Violentia fit perſonæ in rebus, quæ religioſis accedunt. num.51.

Acceſſorium ſequitur principale, nu.52.

Fructus natura ſunt de genere mobilium, & prohibita executione in ſtabilibus, non prohibetur in fructibus, num.53.

Niſi fructus nondum maturi adhuc inſint ſolo, quia non fiet, num.54.

Propter cohærentiam ſoli, ob quam habentur, vt immobiles, num.55.

Secus, ſi fructus ſint maturi, quia cenſentur, vt mobiles. num.56.

Licet alijs caſibus ſiuè maturi, ſiuè immaturi, cenſeantur ſemper pars fundi, dum adhuc pendent. numero 57.

Concluditur decretum eſſe rationi, & iuri ſubnixum. num.58.

Executio in pallio dicitur perſonalis, licet ſit in re denominatione

natione

natione facta à digniori, ſeu potentiori, n.59.
Et ab eo, in quo magis incaleſcit, nu.60.
Cauſa criminalis etiam dicitur, vbi quoque pœna applicatur priuato, nu.61.
Denominatio etiam fit à fine non a re ipſa, n.62.
Et a perſona non a re, quæ venit in conſequentiam perſonæ, num.63.
Per carcerationem debitori non fit iniuria, quia iure ſuo vtitur creditor, num.64.
Offenſio ſolum verificatur cum animus adeſt offendendi. num.65.
Debitori cum carceratur, largo modo iniuria fieri dicitur. num.66.
Et dicitur iniuriam pati, num.67.
Quæ dicitur ignominia facti grauans apud graues viros cum irretractabili præiudicio, n.68.
Et magis infamatur nobilis, quam plebeius. numero 69.
Offenſio in perſonam eſt quando fit cum tumore, dolore, liuore, ſeu ſanguine, nu.70.
Iniuria reſpicit ius, offenſio magis reſpicit factum. numero 71.
Offendere perſonam, in perſonam, & perſonaliter differũt. num.72.
Plura ſpecialia non ſunt cumulanda, n.73.
Fal. vt non ſit inconueniens cumulatio, quando veniunt acceſſoriè, nu.74.
Sola ratio naturalis ſufficit, vbi lex deficit ad deciſiones cauſarum, num.75.
Obſeruantia præſertim coram principe, & in ſummo auditorio, & rationabilis eſt in conſequentiam trahenda, & ſequenda, nu.76.

DECISIO LXVIII.

1 AN † executio à pallio, & pileo ſit perſonalis,
an verò realis? eff ctus eſt magnus, quia pro-
hibita executione perſonali, non poterit in pallio, &
pileo executio conſumari, ſi ſit perſonalis, ſicur è cõ
2 tra poterit, ſi realis. † Quapropter in publico viſita-
tionis carceratorum auditorio, coram Illuſtriſſimo
atque Reuerendiſſ. D. D. Aloyſio Capponio Cardi-
nali, Bononiæ de Latere Legato meritiſſimo, atque
etiam Iure conſultiſſimo, fuit diuerſimodè decre-
3 tum. † Nam ſub die 22. Ianuarij 1617. fuit dictum
pro ſene Septuageoario executionem in pallio, &
4 pileo factam eſſe perſonalem, † è conuerſò verò eſ-
ſe dictum fuit realem ſub 22. Iunij. 1616. ante, con-
tra pauperem, qui obtinuerat apocham gratioſam,
ne grauari poſſet in perſona, & cuius odio fuit con-
firmata executio in pallio, & pileo ex decreto ſu-
pradicto.

Quid dicendum? poſſe vtranque eſſe, & perſo-
nalem, & realem ſanè fatendum eſt, quemadmodũ
per occaſionem conciliationis vtriuſque decreti fa-
5 cilè reſultabit. † Quæ non contraria inter ſeſe, vt
paſſim acclamabatur, ſed magis diuerſa eſſe, & vnũ
quodque optimè procedere in caſu ſuo, in eodẽ vl-
timo auditorio, ipſe voce defendebam. Nec aliter
eredi potuit de reſolutionibus coram tanto Princi-
pe, in, vel vltimis verum differentijs diſcernendis,
oculatiſſimo planè viro, adeo vt, vel ſolus erroneas
contradictiones agnouiſſet, nec vltrà illabi, aut ſer-
pere permiſiſſet.

6 † Conueniunt in fine ambo decreta, quia ambo
prohibẽt, Capi, vel carcerari perſonam, ſed diſcre-
pant in ratione, ſeu medio ad finem, vt ſeiunctim
de vno primò, mox de alio diſcurrendo plenius elu
ceſcet, cum ex diuerſitate rationum oriatur differẽ-
tia, & diuerſitas etiam diſpoſitionum.

7 † Primum decretum ideſt de Septnagenario ſu-
mit vires ex ſtatutis Bononienſibus dum Septuage
narium capi perſonaliter pro debito ciuili, prohibẽt
in §. dum tamen. de præcept. fac. &c. in §. ſaluo ſem
per. de Ioſtrum. & teſtam. &c. & in §. dum tamen.
de priuil. fideiuſ. & ad deciſ. 13. inter nouiſſ. ſelect.
Bon. vbi de eiſdem ſtat. & materia ex profeſſo.

Primò quidem in verbis, ſecundò, & fortius in
ratione, quæ ex tenore colligi poteſt.

8 † Verba prohibent capi perſonam, † Cum verò
pallium, vel pileus capiantur de perſona, manus in
eam inijci manifeſtum eſt per ſeſe, & ad Rebuff. in
l. in ſtratum. 45. col. 4. circa med. ſub ver. inijciatur,
9 ff de verb ſignif. † At manus inijcere eſt capere, &
manuum iniectio captura glo. in l. ſi quis curialis. in
ver. iniecta. C. de Epiſcop. & Cler. Aſin. de execut.
§. 2. cap. 3. num. 2. & 3. & in ſummario eiuſd. cap.
10 num. 9. † Nec refert quod perſona non ducatur,
quia, vt capi quis dicatur, præhẽſio ſola ſufficit ad
Zirie. de iure ſiſt. capitulo primo, numero quinto.
11 † Et quod perſona ſiſtatur, ad Gayl. de arreſt. imp.
cap. 1. numero 1. & 2. cum per eum citat. & de pi-
gnor. obſ. 1. num. 6. & lib. 2. obſ. 44. ſub numero 13.
etiam ſi quis ad carceres oon ducatur. Bart. in l.
cum eo. 10. num. 2. in fi. ff. ad leg. Iul. pecul. Guid.
Pap. ſing. 840. num. 4. tex. in l. ſolutum. ff. de verbo.
ſing. Non poſſe verò hunc actum fieri, quin aliquã
tulum perſona ſiſtatur, & ratio monet cum ſit de-
tinendus interim, dum non ſic cito capitur palliũ,
aut capi poteſt, ne pedibus ſalutem petat debitor,
ſeu etiam dum fortè, vel fidem petit cur exequa-
12 tur, aut inquirit ſignum. † Nam ex quo ooo poteſt
liberè abire, in effectu manus iniecta eſt in eũ. Abb.
13 in c. nuper. ſub num. 2. de ſent. excomm. † & adeò
eſt licita petitio, vel inquiſitio, vt ſi non oſtenderen-
tur, liceret debitori reſtituere executoribus. ad l. 1.
C. de mand. princ. Petr. Foll. pract. crim. partis 2. p. 1.
rubr Notat. capiat de perſona num. 17. l. prohibitũ.
C. de iure fiſci lib. 10. Oſaſc. conſ. 65. num. 18. 19.
Crau. conſ. 319. ſub num. 11. 12. Clar. in §. finali. q.
29. ad fin. Thom. Aeti. in tract. de Infirmit. parte 2.
14 lit. b. in ver. berruarij. num. 3. † & ad bannum ſub
26. & 27. Menſis ..... 1590. ex quo executores de-
bent ferre ſigna, &c. demum manum inijcere, ve-
rificatur quandocunque manus applicatur ad ſubie
ctum etiam initiatiuè, licet non perfectiuè, vt ma-
num mittere, apponere, &c. vt ait Franc. Aret. cõſ.
79. ſub princ. ergò verba ſtatutorum applicantur
cum ex captura pallij, & in perſonæ capturam inci-
damus prohibitam ex eiſdem, vt oſtenſum eſt.
15 Hæc de verbis, † quæ vbi connenernot, ibi, &
conuenit diſpoſitio. l. 4. §. totiens. ff. de damn. inficti

fauota-

Digitized by Google

fauorabilitet hanc in partem trahenda eò magis,
quod ſtatutum, prohibens capturam perſonalem,
16 eſt iuri communi conforme, † Quia prohibet pu-
pillum, & mulierem capi, quod eſt etiam de iure
Oſaſc.dec.123. Menoch. conſil. 916. lib. 10. & de
minoribus. Duen.in reg.259.ampl.1.vbi diſtinguit
ibi.vide,& de muliere, vi.eundem,cum ampliatio-
17 nibus,& limitationibus.in reg.312. † prohibet, &
hæredem cum beneficio legis,& inuentarij, & hoc
eſt etiam de iure. Aſin.de execut.§.2.cap.6.num.2.
18 † Ita de furioſis & mente captis, vt ibid.in d.tit. de
præcept.fac.§.dum tamen. in gloſſ. Monter. & eſt
fauorabile,quare facilè extendendum ab offenſione
in perſona ad offenſionem in re, Bero.conſ.202.nu.
24 lib.3.

Nec impedit, quod in ſeptuagenario non ſit de
iure communi ex Oſaſc.& Menoc.mox citat. quia
19 ſufficit,quod fuerit alijs æquiparatus. † Cum æqui
paratorum idem fiat iudicium Menoch.de arb.iud.
20 Caſ.88.nu.8.& per tot.† & ſtatutum ſufficit in ge-
nere eſſe fauorabile,maximè vbi, ab altera parte o-
21 dium verſatur, vt hic in captura, † quę dicitur odio
ſa de iure communi, vt ait Caualc.dec.1.numero 1.
par.1.& etiam,quia maior pars trahit ad ſe minorē
l.quod maior.ff. ad municip. cum hoc vno dempto
de ſene, in reliquis omnibus intret conformitas cũ
iure com.vt dictum eſt.

Nunc de ratione,hæc non eſt in verbis expreſſa,
colligitur tamen neceſſariò ex tenore, ideſt ex qua-
litate ipſa perſonarum capi prohibitarum, nam eo
ipſo, quod prohibentur capi furioſi mente capti,
(qui quomodo differant, Duen. in reg. 259. ampl.
9.) pupilli,minores,fęminæ,ſeptuagenarij,hęredes
22 cum beneficio legis,& inuentarij,† hoc ipſo perci-
pimus rationem,& motiuum prohibendi, non aliũ
eſſe poſſe, quam intuitus, & ratio particularis, &
principaliter conſiderata, & habita de huiuſmodi
perſonis,& id,ob qualitates aliquas earum peculia-
res,ac perſonales,ob quas hoc eis fuiſſet veriſimili-
ter,congruenterue condonandum. In furioſis,men
23 te captis, & pupillis ob mentis defectum, † quia
quicquid vident ignorant, patique non intelligun-
tur,vt per Bertr.conſ.462.vol.4.& per Duen.in re
gula.259.num. 3. vbi haberi pro regula, pro mor-
tuo,& alia in term per Matth.Coler.de proceſ.exe
cut.cap.3.par.3.num.194. & ideo contra condem-
natũ poſtea furioſum,non fit executio vt ibi Duen.
24 † In fęminis propter ſcandalum,ſeu propter ſexũ.
Oſaſc.d.dec.123.ſub num.3.ſub verſ. non obſtant
tex.in auth.vt nulli Iud.§.neceſſarium.verſ.nullum
25 in fi. † Ob reuerentiam quandam muliebrem di-
cit Cabal.reſ.crim.caſ.78.nu.1.& 2. Farin. de Car-
cer.quæſt.27.numero 42.& ſub num.55.ante fin.
26 † In hæredibus cum beneficio, &c. propter ſe ip-
ſos,quia hoc beneficium eis lex cõcedit ex eo quia,
quoad hoc non habentur vti debitores, prout re ve
ra non ſunt in capite,ſicut nec ſunt domini, ſed lo-
co domini Caſſan.conſ.22.num.11. iunct. num. 5.
& ſeqq. vbi non eſſe propriè hæredem, & eorum
obligatio non eſt hæreditaria,& è contrà. Angelus
Peruſ.conſ.31.num.8.& cenſentur vt extranei, &
ipſa hæreditas cenſetur iacens. Bertaz. conſ. cin.5.
27 num.22.† In Sene,quia & inſanit rem mente cap-
tis,& repueraſcit cum pueris ad latè Tiraq. de pœu.
cau.8.per tot Menoch.de arbitr.caſ.329.n. 20. ac.
& de iure primig.in rubr.à num. 79. vſque ad fin.
28 † Vbi quàm plura Senum priuilegia recenſentur,
& ad eadem remiſſiuè, vt per Duen. 259. ampl 6.
& ad Sfort.Odd.de reſt.in int.par.1.q. 3. art. 5. per
29 tot.& q.80.num.109.& 110. † Vbi priuilegia eis,
30 quæ minoribus competunt, communicantur. † Et
eis eſt debita reuerentia peculiaris, vt fęminis.l. sē-
per.de Iure Immun.citatis per Oſaſc.d.deciſ. 123.
num.1.exornat Tiraq.d.num.79.& ſeqq. ſuperant
31 alios,† quia & Septuagenarius infirmus, ſeu Vale-
tudinarius habetur, & ætatis decrepitæ cenſetur.
Duen.d.reg.259.d.ampl.6.Farin de Indic. & tort.
32 q.41.num.25.Menoch.præſ.46.lib.6.† Vnde ſicut
infirmus, ſaltem grauiter, non eſt carcerãdus Grã.
conſ.crim.155.num.9.& ſeqq. Farin. de carcer. q.
33 27 num.87.† Ita ſeptuagenarius, ſi non omnino,
ſaltem leuius detinendus ad Ozaſc.d.dec.123. n.4.
iuncto etiam.num.2.& 3.Menoch.d.conſil.916.nu.
2.3.lib.10.Natura ipſa quodammodo trahit ad ſe-
num miſericordiam, vt ait Diu.Bened.in reg. Mo-
nac.cap.37.& refert Tiraq. de iure prim. in præfat.
num.161.in fi.

Hæc cum ita ſint, & vnà cum his veriſſimum ſit
capturam pallij,& pilei capturæ perſonæ eſſe natu-
ra viciniſſimam, eluderetur ſanè etiam ex captura
pallij,& pilei ratio prædicta, ac mens ſtatuentium,
35 vt læderetur ex ipſa perſonæ captura. † Quod eſſe
36 non debet in dec.Flor.37.nu.12. † Et omnis inter-
pretatio facienda eſt,ne diſpoſitio fiat eluſoria dec
37 Flor.1.num.86.† Et remoto antecedenti, ideſt of-
fenſa in perſona,omne eius conſequens cenſetur re
motum, per quod eadem perſona offenderetur l.
oratio.de ſponſ.Menoch.conſil.428.numero 27.&
ſeqq.lib.4.

Quare nihil aliud ſupereſſe videtur, niſi vt præ-
ſuppoſitam vicinitatem probemus, atque hæc, &
ex diſpoſitionibus iuris,& ex ratione,& à ſimili col
ligetur,& comprobabitur,& hæc vltrà adducta ſu-
pra,num. 8.& ſeqq. vbi, & ex verbis ipſis collegi-
mus poſſe intelligi dicta ſtatuta etiam de veſtium
captura.

Ex primo ex diſpoſitionibus iuris, non ſolum vi
cinitas, ſed identitas planè quædam colligitur.
38 † Nam iniuria facta in veſte dicitur facta perſonæ,
& dicitur perſonalis Ioan. Andr. in cap. nuper. de
ſent.excom.colum.2.ſub verſ. Alijs videtur.in hæc
verba,in perſona enim videtur fieri iniuria, quæ fit
in veſtibus,quibus induitur,& ibid.Imol.& Hēt.
Boich.ſub num.67.& 8. & cæteri. ibid. & latè Ga-
br.in conſ.171.lib.1. March.dec.123.ſub num. 3. p.
2.Rebuff.de lit.oblig.art.2.gl.vn.num.106. D.Ca-
bal.latius. reſol.crim.Caſ.152.num.3.& 4.& ſeqq.
per tot. Flor.in l.ſi ſeruus communis.§.cupiſſe. ſub
num.2.vbi iniuriam dicit perſonalem.ff ad leg. Aq.
nec obſtat. Bartol. per eum in contrarium allega-
tus, quia in l. locatio. §. quod illicitè de publican.
39 † admittit iniuriam, ſeu offenſam eſſe perſonalem,
ſi

Digitized by Google

ſi non propriè, ſaltem impropriè, vt ibid. ſub nu. 5.
verſ. quædam eſt oſtenſa, quæ fit in perſonam lar-
40 gè, &c. iuncto. num. 6. † Vbi dici offendi in perſoná
ſi aliquid arripitur de manibus, vel veſtes ſcindun-
tur, vt dicit Anchar. in dic. cap. ſuper. ſub nume. 3.
41 Largè dici pulſari, ſi per veſtem, aut frænum equi
42 quis detineatur, & paulò poſt. † In perſonam enim
(ait) videtur fieri iniuria, quod fit in veſtibus, qui-
bus induitur, ibidemque. num. 4. 5. refert diſtinctio
nem, Bartol. ad verbum, & idem quod fieri dicatur
offenſio largè, dicit ibid. Butr. ſub num. 10. Corn. cō
ſil. 51. num. 6. lib. 1.

In propoſito verò tanta eſt vicinitas, ſimbolum-
que tantum eſt inter carcerationem, & veſtis ſpo-
43 liationem, † vt paria eſſe, & à pari procedere dican
44 tur in vinculis eſſe ſeu, † Quod idem eſt (in carce-
ribus ad Coraſ. de orig. iur. §. exactis deinde. n. 18.)
& eſſe ſine veſtibus, ita quod in publicum quis nu-
dus exire cogatur. Luc. de pen. de mili. Veſt. can. ſub
num. 1. C. lib. 12. Caſſan. in Catal. glor. mun. p. 12.
conſider. 96. ſub princ. Guid. Pap. ſing. 437. & ſing.
840. paria enim ſunt, poſſe nullo modo, & poſſe, ſed
non ſine dedecore Ang. Peruſ. conſ. 346. numero 5.
45 † In tantum, quod etiam cōtractus cum tali factus
non teneat, tanquam cum carcerato, vt ait Guid.
Pap. q. 253. & æquiparari carcerato dicit etiam Ma
ran. de ord. iud. par. 6. memb. 2. num. 5. & 6. vbi alia
46 allegat iura, † & ſecundum prædicta auferendo ſe-
ptuagenario, vt alijs compræhenſis in dict. ſtatutis,
pallium, & pileum, eſſet priuatum quendam carce-
rem eis inferre, quod non licet, Ang. Peruſ. conſilio
377. num. 1. ad not. Doct. in d. cap. nuper de ſentent.
47 excomm. maximè ibi Abb. num. 2. † Et per indire-
ctum venire ad intentum, & carcerare contra cap.
cum quid. de reg. iur. in 6. Ziri. in propoſito de iure
ſiſten. cap. 5. num. 56. ad fin. & ad Sol. in 3. nou. de-
cr. Sab. de modo proced. in pign. mob. gl. 2. num. 7.
& ſeqq.

Ex ſecundo ſcilicet ex ratione, eā enim eſſe aiunt
48 Doctor. † Quia veſtes ſunt cohærentes perſonæ,
March. dec. 123. ſub num. 3. par. 2. & alij Doct. mox
49 cita. num. 38. & ſeqq. † Item dicuntur acceſſoriæ
ad perſonam. Anchar. in clem. dudum. §. Huiuſmo-
di ſub num. 30. colum. ſeq. circa med. de ſepult. fol.
50 mihi 178. Vnde locus apertus ad regulam. † Quod
cohærentium idem eſt iudicium. Ang. in l. quæ re-
ligioſis in 1. not. ff. de rei vind. Rebuff. in leg. ſtatuæ
245. colum. 4. poſt princ. ſub verſ. cohærent. ff. de
verb. ſign. Contard. de mom. poſſ. lim. 1. num. 74. &
lim. 27. num. 18. Menoch. conſil. 945. num. 14. li. 10.
51 & dictam l. quæ religioſis. † Quæ habet quod vio-
lentia fiat perſonæ, etiam in rebus, quæ religioſis
accedunt. in term. veſtium adfert Flor. in d. l. ſi ſer-
uus communis. §. rupiſſe ſub num. 2. verſ. adde etiā
52 in fi. fol. mihi 183. † & ad aliam reg. quod acceſſo-
rium ſequitur principale. cap. acceſſorium. de regu.
iur. in decretalib. l. cum principalis. ff. eod. tit. & in
term. Flor. mox citat.
53 Ex tertio. ſ. à ſimili. † Fructus ſui natura ſunt de
genere mobilium, vnde prohibita executione in ſta
bilibus, non cenſetur prohibitum exequi in fructib.
perceptis, licet fuerint hauſti ex eiſdem bonis ſtabi-
54 libus. † Fac tamen fructus, adhuc in ſolo eſſe, an
fiet in eis executio? non fiet, præſertim ſi nondum
55 ſint maturi. † Quia propter cohærentiam ſoli ha-
bentur, vt immobiles. Gram. conſ. ciu. 51. num. 9.
& 10. Vrſil. ad Affl. dec. 26. num. 6. Mant. de coniec.
&c. lib. 11. tit. 3. num. 7. Caſſan. viden. conſ. 1. par. 5.
num. 88. 89. ergò nec mirum adeo, ſi, & de veſtibus
56 idem dicatur, † licet ſi ſint maturi, alia ratione po-
teſt in eis exequi, ea. ſ. quia habeātur loco mobiliū,
tanquam mox ſeparandi. Tiraq. in 1. retr. §. 1. glo. 7.
num. 44. 45. Mant. de coniect. lib. 11. tit. 3. num. 5.
6. 7. Surd. dec. 97. num. 11. & in term. Vrſil. ad dict.
dec. 26. num. 6. quod tamē non officit caſui noſtro,
ideo. n. fructus mox ſeparandi habentur, vt mobi-
les, quia ſeparabilitas hæc eſt futura perpetua, quæ
ratio ceſſat in veſte, quæ, & ſi ſpolietur iterum per-
57 petuoque inducitur, & perſonæ adhæret, † alijs ca
ſibus non diſtinguitur de fructibus maturis, vel im
maturis, quia omnes dum pendent pars fundi cen-
ſentur. l. fructus pendentes. ff. de rei vindic. Bero. cō-
ſil. 133. nu. 11. lib. 2.
58 † Vt propterea concludi poſſit decretum iſtud
fuiſſe probabilibus rationibus ſubnixum, & verè iu
ri conſonum eſſe, habendo hanc executionē, in pal-
lio, & pileo pro perſonali, quæ licet fiat in re, tamen
cum etiam dicatur fieri in perſona, quę eſt dignior,
59 intrat, † quod denominatio fieri debeat à digniori.
l. quicquid. 27. ff. de acquir. rerum dom. l. quæritur.
ff. de ſtat. hom. Iaſ. in l. imperium, num. 3. ff. de iu-
riſd. omn. iud. Gayl. lib. 1. obſ. 30. num. 22. Alexand.
60 conſil. 7. num. 3. lib. 7. † & ab eo in quo magis inca-
leſcit, prout eſt perſona Rim. Iun. conſ. 599. nu. 24.
61 lib. 5. † ſicut, & cauſa dicitur criminalis, licet etiam
priuata pęna applicetur, conſ. crim. diu. 54. num. fi-
to. 2. & etiam quia perſona finaliter offenditur ea
62 re mediante † denominatio verò non à re ipſa, ſed
à fine fieri debet, Tiraq. in 1. retr. §. 1. glo. 7. num. 45.
63 † ſeu ab eo, quod eſt principale, non ab eo, quod ve
nit in conſequentiam perſonæ Gomeſ. inſt. de act.
§. quædam ſub num. 4. ad fin. & num. ſeqq. iuncto.
num. 1. ibidem. & l. 1. ff. fin. regund. cum veſtes ve
niant acceſſoriè ad perſonam, vt ſupra numero 48.
& ſeqq.

Nec obſtat (ne vllus ſcrupulus maneat, contra
prædicta.) Primò, quod in carceratione debitoris
64 nulla ei fiat offenſio, nec iniuria vlla. † Quia qui iu-
re ſuo vtitur, non videtur iniuriam facere. l. iniuria-
rum. §. is qui iure, & in §. quę iure. ff. de iniur. l. quod
rei publicæ. ff. eod. tit. & in propoſito. Farin. d. q. 27.
65 num. 150. † & offenſio ſolum verificatur, cum ani-
mus adeſt offendendi, Bertrand. conſ. 274. num. 7.
uol. 1. parte 1. Hercul. de caut. de non off. cap. 27. nu-
mero 4. qui animus non eſt in creditore ius ſuum
proſequente.
66 † Reſpondetur ſaltem largo modo inferri iniu-
riam, ut ait Cyrill. ad l. fin. ff. de quæſt. num. 99. &
eſt text. in l. pen. & ibi gloſſ. in uerb. iniuriarum. C.
qui bon. ced. poſſ. ut refert ipſemet Farin. ead. q. 27.
67 num. 135. in fi. † & debitorem iniuriam pati dicit.
68 Boieb. in cap. Odoardus. num. 2. de ſolut. † Nā hæc
eſt

Digitized by Google

eſt ignominia quædam facti, quæ grauat apud bonos, & graues viros, & quidem cum graui, atque irretractabili præiudicio D. Ant. Sol. ad ant. Sab. decr. tit. de Captura, &c. par. 1. gloſſ. 1. num. 2. Aſin. de execut. §. 2. cap. 15. num. 2. Matth. Coller. de proceſ. execut. cap. 3. par. 2. num. 148 & ſeqq. Gayl. obſ. 26. num. pen. libro 1. Ziric. de iure ſiſten. cap. 24. nu. 1.
69 † Vbi magis infamare nobilem, quam plebeium, & hiſce mox citat. plures alios refert Farin. d. queſt. 27. num. 155.

Item non obſtat, quod huiuſmodi offenſio non
70 poſſit dici perſonalis, nec in perſonam, † quia tunc tantum dicitur offenſio in perſonam, quando offenſio fieret cum dolore tumore, liuore, ſanguine ad Bald. in l. ſi quis per calumniam. col. 1. C. de epiſc. & cler. Hercul. d. tract. c. 24. n. 6. & c. 27. per tot. & præſertim. ſub n. 18. col. 6. in fi. f. mihi 91.

Quia reſpondetur, primò nos nõ agere de offenſione ſimpliciter, ſed de iniuria, & ignominia, quæ
71 differunt inter ſe. † Nam iniuria ius reſpicit, offenſa verò magis reſpicit factũ, ita diſtinguit Hercul. in tract. de caut. de non offend. c. 26. n. 8.

72 † Secundò reſpondetur diſtinguendum eſſe inter offendere perſonam, in perſonam, & perſonaliter. In perſonam quando offenditur perſona ipſa, vt caro, vel res cohærentes carni inſeparabiliter, vt capilli piliue, perſonaliter verò, quando res perſonæ cohærens ſeparabiliter, vt veſtes ſunt, perſonæ antẽ offenſio fit etiam per iniuriam non tacta carne, ita Hercul. in d. tract. c. 25. n. 6. & ſeqq. & ad c. 24. n. 4. & 5. Iniuria ergò pſonalis rectè dicetur, quia vtrunque ex duobus poſterioribus verificatur, ſiue quia per veſtem fiat iniuria perſonæ, ſiue quia perſonaliter. Ex quibus, & iniuriæ perſonalis nomen. Immo & primum. ſ. in perſonam, ſaltem abuſiuè, & ſupra. n. 39. 40. 41. & 42. etiam verificatur.

73 † Item non obſtat, quod plura ſpecialia non ſunt cumulanda, quod. ſ. ſeptuagenarius non poſſit carcerari, & quod etiam non exequi in pallio, & pileo ad Oſaſc. in d. dec. 123. num. 3. Menoch. in cõſ. 916. n. 6. lib. 10. ambo in propoſito noſtro, quia, cum te-
74 ſtes acceſſoriæ ſint perſonæ (venſtenſum eſt.) † Nõ eſt inconueniens ſpecialiũ cumulatio, quando quid venit acceſſoriè l. ſingularia. ff. de reb. cred. Oſaſ. cõſil. 47. n. 29. Meno. de præſ. q. 43. n. 2. Surd. dec. 255. n. 23. Rebuff. de priuil. Schol. priu. 166. n. 11. & in l. in omnibus cauſis. ff. de reg. iur.

Item non obſtat, quod ſtatuta ſint ſtrictè intelligenda, & ſic dicta ſtatuta prohibentia capturã perſonæ, non eſſe extendenda ad prohibitionem capturæ veſtium, quia ſiue in verbis ad ſupra n. 8. & ſeq. ſiue in ratione ad ſupra n. 22. & ſeq. hunc etiam caſum compræhendant, non erit extenſio, ſed cõprehenſio, & vbi omnia ceſſarent, vis ſola ipſius rõnis naturalis hanc interpretationem perſuaderet ad ſu-
75 pra n. 27. & ſeqq. præſertim n. 34. † quæ ſola ſufficit, vbi deficit lex, iuxtà not. in l. ſcire oportet. §. cõſequens verſ. ſufficit. ibi tametſi ſufficit firmare ex ipſa naturali iuſtitia, & ibi; Bald. poſt Cyn. & alios per eum relatos. de excuſ. tut. l. cũ ratio. de bon. dã. cũ ſimilibus, vt pleniſſimè per Magdal. de num. teſ. in teſtam. p. 1. c. 16. à n. 5. ad 12. f. 167. Ex quib. obſeruantia hæc, præſertim quia rõnabilis, coram principe, & in tanto auditorio, erit in conſequentiam trahenda, & ſequenda impoſterum, ad l. vlt. cũ ibi not. C. de leg. Men. conſ. 501. n. 27. & 28. lib. 6. in conſ. 264. n. 46. & ſeq. li. 3. l. minimè. ff. de leg. Laus Deo.

SVMMARIA.

Gratiæ de non moleſtando in perſona, non eſt cauſa, ſeu ratio intuitus ad perſonam, n. 1.

Ratio eſt ſemper vera, vniuerſalis, neceſſaria, qua poſita ponitur dictum, & qua remota, & dictum remouetur, num. 2.

Huiuſmodi gratiæ rationes, & finis referuntur, n. 3.

Decretum de non carcerãdo intra libras trigiata refertur, & iuris eſſe comprobatur, n. 4. & ſeqq.

Procœmium rationes, & cauſam finalem oſtendit, n. 5.

Paupertatis de iure communi multa ſunt ſpecialia, n. 6.

De miſericordia præ oculis habenda, & de his, quæ poſsũt remitti, aut eis prouideri a Iudice ob paupertatem remiſſiaè, num. 7.

Penuriæ temporum ratio eſt habenda, nu. 8.

Et omnes poſſunt cogi pro pecunia cogenda ad emendum frumenta populis, ſub eod.

Tempore cariſtiæ poteſt implorare pauper officium iudicis, vt diues ſibi faciat elemoſinam, n. 9.

Vilitatis rei, & exiguæ ſummæ non tanta ratio habetur. num. 10.

Summa librarum 30. dicitur modica, nu. 11.

Alias cauſa duorum ſcutorum dicitur etiam vilis, & ipſa quantitas dicatur magna, vel parua reſidet in arbitrio iudicis, ſub eod.

Finis indemnitatis conſeruandæ formatur, & iuſtificatur ex ratione paupertatis, penuriæ temporum, vel modicitatis ſummæ, & ex alijs, quæ hinc ſequuntur, ſic num. 12.

Gradus executionis ſunt diuerſi, primò in mobilibus extra veſtes, in ſtabilibus, in iuribus, in veſtibus in ſubſidiam, & demum in perſonis etiam in ſubſidium, n. 13.

Et ſit de ſingulis iudicium diuerſum, nec ab vno ad aliud infertur. num. 14.

Nec procedit argumentum à maiori ad minorem in his tanquam differentibus ſpecie, n. 15.

Qui conceſſit de carceratione, non conceſſit de executione in pallio, nec cogitauit, n. 16.

Et è contra, qui de non exequendo in pallio, non cogitauit, aut conceſſit de carceratione, n. 17.

Quia decreta, & gratiæ ſunt ſtrictè intelligenda, n. 18.

Poteſt quis velle concedere bouem, qui non concederet capram, num. 19.

Ratio prohibendi carcerationem intuitu perſonæ trahit ſecum aliam ſpeciem non exequendi in pallio tanquam acceſſoriam, num. 20.

Etiam in gratijs acceſſorium venit ad principale, n. 21.

Diſpenſationes gratiæ dicuntur, n. 22.

Diuerſitas ſpecierum vnitur per modum acceſſorij ad principale, ita quod non noceat, n. 23.

Vnio ſpecierum non poteſt dari in caſu gratiæ, quia ratio eius non conſtituit quid principale, ad quod, ſpecies natura diſtincta per vim acceſſorij ſequantur, n. 24.

Con-

Conſeruatio indemnitatis recipit plus, & minus, prout dã num poteſt eſſe maius, vel minus, n. 25.

Carceris damnum eſt maius, quia tollit libertatem, & cruciat, & carcer dicitur mala manſio, & magnum tormentum, & corporis cruciatio, quamuis ſit publicus, & conſequenter licitus, n. 26. 27.

Pallij ablatio minus, quia non cruciat non libertatem tollit, vt carcer, & debitor manet adhuc ſuæ familiæ vtilis, & liber, nu. 28.

Vbi acceſſorium alia æquitate alia ratione nititur, ac principale, non datur relatio vnius ad alterum, imò, q̃d natura eſt acceſſorium à ſuo principali diuellitur, et fit æquè principale, nu. 29.

In carceratione, puta miſerabilis, eſt damnum abſolutè, in ſpoliatione pallij non, quia poteſt vendi, & de precio ſatisfieri, num. 30.

Nemo debet cum alterius iactura locupletari, n. 31.

Executio in pallio, & pileo ſui natura eſt realis, quia fit in re, num. 32.

Fit tamen perſonalis, vbi conſideratio perſonæ principaliter dat ei nomen, ſeu denominationem, n. 33.

Quod non mutatur ſtare non prohibetur, nu. 34.

Remoto obſtaculo, res in proprio ſuo manet ſtatu, n. 35.

Aliud eſt damnum prohibere, aliud lucrũ nõ dare, n. 36.

Quid ſit damnum, & quid lucrum remiſſiuè, ſub eod.

DECISIO LXIX.

ALterum verò decretum, quo dictum fuit exe
cutionẽ in pallio, & pileo eſſe realẽ, vt alia oc-
caſione editum fuit, ita, & alia rõne ſubnixũ, occa-
ſio eius extitit pallium ſublatũ de humeris debito-
ris habẽtis apocham gratioſam, ne moleſtaretur in
1 perſona, † Cuius gratiæ nõ potuit eſſe cauſa, ſeu rõ
intuitus pſonę principaliter, vt anteced. decreto: &
patet, quia ſi ipſa fuiſſet rõ, non opus fuiſſet gratia
ſpãli, ſed abſq. alio hmõi perſona habuiſſet priuile-
2 giũ ſp, & quolibet caſu, † prout rõ eſt ſp vera, & v-
niuerſalis, & neceſſaria, ex qua ſp, vbi ea viget ſe-
quitur dictum de neceſſitate, & qua poſita ponitur
dictum, & qua ſublata, & dictum remouetur, aliàs
non eſſet bona ratio, vt dec. Flor. 29. num. 44. & ad
ad dec. Luc. 14. nu. 39. & dec. 53. num. 55.
3 † Ergo alia rõ eſt danda, & ita eſt, † quia in hmõi
gratijs, vt plurimũ indulgetur calamitati, ſeu penu
riæ temporũ, miſerabilitati perſonæ, ſeu pauperta-
ti, ſeponitur ẽt aliquando vilitas rei, de qua agitur,
ſeu modicitas ſũmæ, q̃ ſint rõnes extrinſecæ à per-
ſona, & hæc oĩa ad finẽ præſeruationis à dãno in re
familiari, ſeu conſeruationis indemnitatis intuitu
rerũ ipſarum principaliter, vt iſta probãtur ex ipſa
rei euidẽtia, & ẽt ex Aſin. de exec. §. 6. c. 72. ſub prĩc.
4 f. 163. † & ſgregiè ex alio decr. ſub 4. Iun. 1593. quo
prohibetur detruſio in carceres pro ſũma non exce
dente libr. 30. per rõnes hmõi, de quib. in præf. ipſa,
ibi volens indẽnitati pauperũ, & miſerabiliũ perſo-
narũ prouidere iſtis calamitoſis, & penurioſis tẽpo
rib. in conueniendo pro parua debiti ſumma, & in
5 carcerib. cruciari, &c. † prooemiũ. n. cauſam finalẽ,
& rõnes oſtendit, vt probat d. Gaſp. Ant. Teſſ. q. Fo
ren. 1. per tot. Mar. Ang. in conſ. 178. n. 1, vbi in pſa-
tionibus ſtatutorũ, & habent ſingulæ cauſæ in iure
6 ipſo cõi fundamentum, † nã & paupertatis, ſecũdũ
idẽ, multa ſunt ſpãlia, de quib. Luc. de pen. in l. fi. C.
de his qui num. lib. li. 10. Caſſad. dec. 6. n. 3. de appel.
Rebuf. de ſent. ꝓuiſ. a. 3. gl. vlt. per tot. to. 1. Guliel.
Rouil. de inſt. & ĩinſt. c. 8. per tot f. 33. to. 1. int. trac.
diu. Mollius remiſſiuè in reſp. pro amico. dub. 3. n.
10. Tho. Acti. de infirm. p. 1. c. 13. per tot. & c. 25. &
in materia iſta Aſin. de exec. §. 3. c. 95. n. fi. & ibi. per
7 tot. & c. 298. † apud quẽ plura de miſericordia præ-
oculis habẽda, & circa ea, q̃ poſsũt remitti, vel ꝓui-
deri à Iud. ob pauptatẽ ex officio, nemine ẽt petẽte.
8 † Et penuriæ temporum ẽt rõnem habẽdã patet
ex Rip. de rem. ad conſeru. vbert. n. 277. & ſeqq. &
per tot. Sol. in ant. Sab. decr. de cenſ. decr. cenſus, p.
2. & 3. Surd. dec. 275. Balz. de pace ten. tit. 22. §. poſt
9 natalẽ. li. 2. in vſib. feud. Crau. conſ. 909. n. 8. 9. † Vn
de illud, ꝙ tempore cariſtiæ poteſt pauper implora-
re officiũ Iudicis ad compellendũ diuitem, vt faciat
ſibi elemoſinam c. quieſcamus, & ibi gl. 42. d. Reb.
priu. Schol. 90. n. 10. tantò magis, vt ab executions
abſtineatur tempore tali, & ꝙ oẽs poſſunt conſtri-
gi pro pecunia dãda ad emẽdũ frumẽta tpe cariſtię
ne deſit populis alimẽta. Bal. cõſ. 406. ſub n. 1. 2. li. 5.
10 † Et vilitatis rei, ſeu modicitatis ſũmæ non tan
tũ rõnem habendã eſſe conſtat ex l. ſcio. & ibi gl. de
in int. reſt. & ad Tiraq. in trac. de iud. in reb. exig. fe-
ren. per tot, & ad alios in materia executionis cit. in
11 tract. de exec. in veſtib. c. 7. † Sed ꝙ ſumma libr. 30.
ſit modica, prout reputata fuit in dicto decreto, eſt
apud Anch. ĩ cõſ. 44. n. 6. ver. 4. quia ſequitur. Cran.
conſ. 182. n. 15. verſ. albi ſcribit, quicquid aliàs, quæ
ſit magna quantitas, vel parua reſidet in arbir. Iud.
Bald. in conſ. 182. ſub n. 2. & 3. lib. 3. & cauſa duorũ
aureorum dicitur vilis, Bert. conſ. 302. vol. 2.
12 † Ex his formatur iuſtificatio quędã illius finis ſ.
indemnitatis conſeruandæ, quia pro modicis ma-
gnas pati non conuanit attritiones, itẽ quia ex carce
ratione pauperis, & miſerabilis non ſatisfit credito-
ri, ſed quinimò ſatisfactio difficultatur, interim ſo-
lũ dãnũ cruciatus manet debitori, cũ adiuncto per-
ditionis rei familiaris, vt hęc plenius comprobãtur
infra in d. tract. de execut. in veſtibus. d. cap. 7.
Hæc aũt ſunt diuerſa à mero illo intuitu, à mera
& ſimplici illa rõne habenda de perſonis ipſis, vnde
& affectus fieri planè diuerſos neceſſe eſt.
13 † Nam vt gradus executionis ſunt diuerſi, in rei-
bus. primò mobilib. extra veſtes, in ſtabilib. deinde,
& poſtea in iurib. mox in veſtibus in ſubſidium, in
perſonis demũ, etiã in ſubſidium l. à diuo pio. §. in
venditione & ibi DD. ff. de re iud. & co. tra. de exec.
14 in veſt. c. fi. † ita diuerſum fit de eis iudiciũ, prout
vnum quodq. ab alio diſtinctum, & ſeparatum eſt
natura, nec ab vno ad alium infertur, quia differunt
15 ſpecie, † Ita fit vt ne quidẽ à minori ad maius licitũ
ſit argumẽtari. Dec. ad l. nõ dẽt. ff. de reg. iur. Meno.
conſ. 297. n. 37. lib. 3. plenè. Surd. in reſcriptis, de-
cretis, & ſimilib. dec. 268. n. 20. & ſeqq latè ego de
ĩterp. ĩueſt. li. 13. c. 2. n. 62. Caſſa. cõſ. 39. n. 59. & ſeq.
16 † Quare qui conceſſit gratiã de carceratione, de
executione non fienda in pallio, non dicitur conceſ-
ſiſſe.

Digitized by Google

17 ſiſſe,ſeu cogitaſſe,quia aliud eſſe vnum ab alio † ſi-
cut,auſim dicere,è contra, ſi gratia fuiſſet facta, ne
liceret exequi in pallio,& pileo,non dici eandē con
18 ceſſam de carceratione, propter eandem rōnem, †
quia gratiæ ſtrictius ſunt intelligendæ, vt docet,vl-
19 trà citat.n.15.Surd.ī dec.344.n.2.† Nam,& quem
poſſe velle concedere bouem , qui non concederet
capram,habemus ex eod.Surd.in conſ.313.nu.31.
in propoſito,ne procedat argumētum à minori ad
maius,quando id, quod minus eſt, non continetur
in eo , quod eſt maius , quod de gradibus prædictis
verificatur .
20 † Secus,toto cęlo, quando ratio prohibendæ car
cerationis fuiſſet intuitus perſonæ,nam dictæ ſpēs
in alia caſu inter ſe diuerſæ,& æquè principales,In
caſu intuitus perſonarum,licet diuerſæ, ſunt tamē
acceſſoriæ ad illud principale , quo caſu ſuccedunt
21 plenè dicta in dec.præced.n.38.& ſeq.† Nā acceſ-
ſorium venit ad principale ēt in gratijs, Iaſ.in l.be-
neficium,n.44.45.ff.de cōſt.princ. Meno.cōſ. 428.
22 n.37.vbi in diſpenſationibus , † quæ & ipſe gratiæ
dicuntur,vt ait Rol.in conſ.38.n.4.vol.3.Surd.con
ſil.109.ſub n.5.verſ.nec obſtat. & ad num. 6. lib. 1.
23 † diuerſitas ergò illa quæ nocet , conſideratis ſpe-
ciebus de per ſe,non nocet vnita per modū acceſſo-
rij ad principale,quo caſu etiam à minori intrat ar-
gumentum ad num.19.ſupra.
24 † Hæc verò rō.ſeu facultas vnionis ; ſeu contēti
ſub alio ceſſat in ratione finis indemnitatis conſer-
25 uandæ,† ſiquidem cum finis ſit conſeruatio indē-
nitatis,hæc autē recipiat plus , & minus,prout ma-
ius damnum eſſe poteſt , & minus , ita potuit quis
26 gratiari à maiori damno , & non à minori,† carce-
ris damnum maius eſt,quia tollit libertatē, & cru-
ciat,cum mala manſio dicatur carcer , & magnum
tormentum.l.ſi hominē.ff.de poſ.l.2.ff.de lib.hom.
exhib.Bart.in l.1.§.diuus.ad Syll.Zirice.de iure ſiſt.
c.29.n.2.Gayl.obſeru.26.n.pen.lib.1.Farin. de car
27 cer.q.27.n.1.& 2. † & corporis cruciatio , quamq̄
ſit publicus , & conſequenter licitus Chriſt. de Ca-
28 tel. conſ.13.n.26.† & ad hoc videtur reſpexiſſe d.
29 decr.in verſ.in carceribus cruciaris,† pallij ablatio
minus, neq. .n.cruciat corpus , non libertatem tol-
lit,vt carcer ad Gayl.obſ.44.n.9. lib. 2. ſuæ familiæ
vtilis adhuc manet,& liber dehitur , vnum quodq.
in rōne in fine indemnitatis cōſeruandæ ſtat de per
ſe,quia vnumquodq. alia,& propria æquitateq́, alia
rōne nititur, ſeu (vt vno verbo dicā) viget diuerſa
rō . Hoc aūt dum contingit , nunquam intrat vnio
acceſſorij ad principale, neq. relatio ſit vnius ad al-
terū,imò quod natura eſt acceſſorum à ſuo princi-
pali diuellitur,& fit æquè principale,& vnūquodq.
ſtat de per ſe,& principaliter, vt per Bart.in l.eos.n.
6.C.de vſur. Anch.in ter. veſtiū. in Clem. dudū. §.
huiuſmodi.ſub n.30.col.ſeq.circa med.de ſepult.&
ad hæc etiam. Cagnol.in l.cum principalis . per tot.
maximè numero nono,in fine,& numero decimo,
& vndecimo , & ibi Dec. numero fin. ff. de regu-
lis iuris .
30 † Accedat,quod in carceratione, in terminis, in
quibus loquimur,eſt damnū abſolutè propter cru-
ciatum ſine effectu,in pallio, ſi damnum ineſt non
tamen eſt ſine effectu,quia pallium vendi poteſt,&
de pretio ſatisfieri,immo damnum hoc non atten-
ditur,eſſet enim magis lucrum debitoris , ſi non li-
31 ceret exequi in re, † nemo autem debet cum alte-
rius iactura locupletari , vt ait in materia, Marſil.
de fideiuſſ.num.235.in fine. Horat. Luc. de priuil.
Schol.priuil.32. verſic. primò limita, adeo verū eſt
differentias ſubſiſtere , dictorumque graduum v-
nionem nulla ex parte ingredi poſſe in ſpecie præ-
ſenti .
32 † Concludamus executionem in pallio , & pileo
33 ſui natura eſſe realem , quia fit in re, † fieri tamen
perſonalem aliquando vbi conſideratio perſonæ
principaliter dat ei nomen , ſeu denominationem ,
vt in decreto , & dec. præced. tolle obſtaculum in-
tuitus perſonæ,cur non manebit in priſtina ſui na-
34 tura, vt ſit realis ? † iuxtà illud,quod non mutatur
cur ſtare prohibetur. l. ſancimus. Cod. de teſtam.
35 † & iuxta aliud,quod remoto obſtaculo,res in pro-
prio ſuo manet ſtatu,cap.fin.de vita,& honeſt.cler.
l.vbi lex. §. 1.de vſucap. Crauet.conſil.202. nu.39.
39 † & quia prohibetur damnum,non lucrum datur,
quæ ſunt diuerſa,Rim.iun.conſil.630.numero 44.
lib.6.& conſil.481.num.144. lib. 5. Mar. Anguiſſ.
conſil.3.num. 14.vbi etiam præferri, qui tractat de
damno,vt hic creditor,ei,qui de lucro, vt debitor ,
& quid ſit damnum , & quid lucrum videatur ,
Bald.conſil.182.num. 1.& ſeqq. par. 1.

Et ex his ambo decreta benè ſubſiſtere , & cum grano ſalis fuiſſe edita ſatis iuſtificatum cenſerem, maximè ad me potiſſimum fortè huiuſcè defenſionis onere pertinente,cum non obſtare primum decretum, quo executio fuerat antea declarata realis, defenderem tunc ſolus voce, quominus in præſenti ſpecie perſonalis dijudicanda foret , & tandem ita fuiſſet tentum,& reſolutum,&c. Laus Deo,&c.

S V M M A R I A.

Executio in pallio,& pileo extra dorſum eſt perſonalis in caſu dec.68.num.1.

Veſtes etiam extra dorſum dicuntur cohærentes , & acceſſoriæ,num.2.

Veſtes ſunt quotidiano vſui deſtinatæ,num.3.

Deſtinatum habetur pro facto, num.4.

Eadem eſt ratio eius,quod eſt deſtinatum,ac eius,quod eſt actu,num.5.

Maximè in fauorabilibus,num.7.

Plura de deſtinatione remiſſiuè,num.6.

Obſeruantia de reſtituto pallio ſeptuagenario , & minori capto in domo,num.8.

Eminentia perſonæ in aliqua arte,aut ſcientia,quæ in paucis reperitur,aut merita in Rempublicam,faciūt eā dignam maiori indulgentia , num.9.

Facilius diſpenſatur cum viris ſublimibus , & literatis , quam cum alijs, ſub eod.

Et ſolent cum eis ſuſpendi aliquando executiones , ſub eodem num.

Cauſa quod ob qualitatem perſonæ fiat gratia exprimenda,num.10.

Gratiæ ne fiat executio in perſona, ſolent fieri ob paupertatem,num.11.

Præ-

Digitized by Google

Præſumptio ſtat pro eo, pro quo ſtat à communiter accidẽtibus argumentum, nu. 12.

Et ſufficit ad transferendum onus probandi aliam cauſã. num. 13.

Cum poteſt alia cauſa allegari, allegata non concludit de neceſſitate, & ideo nihil poteſt ex ea inferri, n. 14.

Qualitas ſeu ampliatio gratiæ per teſtes probari poteſt, ſub eod.

Veſtium in loco, vbi non eſt intuitus perſonæ, executio eſt realis, num. 15.

Ex duobus contrarijs, quod de vno negatur, de alio affirmatur, num. 16.

Formulæ, ex quo realis explicatio, nu. 17.

Petitio executionis, cum clauſula, ex quo realis non nocet, ſed prodeſſe poteſt, & eſt concedenda cum aliquali cauſæ cognitione, ne alias poſſet reſiſti executori. num. 18.

Executio in pallio, & pileo eſt iuxtà ſubiectam materiã, vel realis, vel perſonalis, & ſi perſonalis prohibita captura perſonæ cenſetur prohibita executio, in pallio, & pileo, num. 19.

DECISIO LXX.

HActenus de pallio, & pileo prout ſunt in dorſo.
1 An idem erit etſi extra dorſum? † ipſe ampliabam, vt executio ẽt perſonalis dici poſſet, dum
ſunt in loco aliquo in caſu deciſ. 65. ideſt quãdo intuitus ad perſonam principaliter habitus ſuit, nã &
2 huc intrat rõ cohærentiæ, ſeu acceſſorij, † cũ, & huiuſmodi veſtes retineant nomen, vt ẽt extra dorſũ
dicantur cohærentes, ſeu acceſſoriæ, vt clarè Rebuf. de lite, oblig. ar. 2. gl. vn. ſub n. 106. iuncto, n. 107. vbi
cohærentia, & acceſſoria clericorum dicit mobilia, tam quæ in domo clerici, quam quæ in aliena reperiuntur, & ibid. etiam in term. de veſtibus loquitur, & in term. executionis non faciendæ in eis.

3 † Et ratio eſt in promptu, quia veſtes ſunt deſtinatæ quotidianæ, & perpetuo vſui perſonæ ad iura cita. in tract. de execut. in veſtib.

4 † Et deſtinatum habetur pro facto, vt in rer. veſtium ad hoc allegatur. l. veſtimentorum. ff. de au. & arg. leg. per Surd. in conſ. 195. nu. 8. vbi inter alia
5 iura hanc legẽ citat. † eademq. rõ eſt eius, quod eſt deſtinatũ, ac eius, quod eſt actu. l. dotis fructus. 8. in
6 fi. ff. de iu. dot. † plora, vltrà Surd. ſupra, de deſtinatione, Sim. de præt. de interp. vlt. vol. lib. 4. Sol. 7. nu. 50. Alex. conſ. 129. n. 7. & ſeqq. lib. 7. & conſ. 97. nu. 6. & ſeqq. lib. 3. Gabr. de præſ. concl. 12. lib. 1. Com.
7 opin. † & procedit maximè in fauorabilibus, vt ait Ioã. Ingne. in l. 1. §. ſerui appellatione. n. pen. ad Sen. Conſ. Sylan. & ad infra de exec. in veſtibus c. vlt.

Item intrat alia ratio læſionis mentis ſtatutorũ, & iuris per indirectum, dũ carcer quidam priuatus fieret debitori, dum non auderet in publicum ſine pallio, & pileo exire ad dicta ĩ d. dec. 68. n. 43. & ſeq.

Sed cum ſuper hoc non eſſet principaliter quæſtio in auditorio, cum ad alium finem à me adducerer, non fuit in ſpecie quicquã ſuper eo reſolutũ.
8 † Sed tamen ita ipſe obſeruari in facti contingẽtia pro ſeptuagenario, & Reuer. D. Viceleg. etiam obſeruauit in minore, quorum in pallijs, & pileis, dũ in domo eſſent, & extra dorſum facta fuiſſet executio, nam mãdatum fuit reſtitui, & fuerũt reſtituta.

Item ampliabam etiam, vt in caſu decreti gratioſi poſſet dari caſus, ĩ quo carceratione prohibita ad furorem alicuius certæ perſonæ ſic gratiatæ cenſe-
9 retur pariter prohibita, & in pallio, & in pileo, † putà ſi gratia fuiſſet facta alicui perſonæ, ob qualitatẽ aliquam peculiarẽ perſonæ, putà rõne eminentię in aliqua arte, aut ſcientia, quæ in paucis reperitur. Celſ. Hugo. conſ. 54. n. 2. 3. aut rõne pro meritorum in Principem, aut Rempubl. inſignium, ob quæ digna facta eſſet huiuſmodi perſona, cui foret concedenda ad l. inter artifices. ff. de ſolut. l. 1. ff. de Conſt. princ. plenè ad Alciat. de verb. ſign. lib. 1. verſ. hę plurimum. f. mihi 32. ad 35. in paruulis. Bertr. conſ. 10. in fi. vol. 4. vbi per textũ, & ibi Doct. quod facilius diſpenſatur cum iuris ſublimibus, & literatis, nam, & huc intrat regula acceſſorij, de qua ĩ dec. præced. n. 30. & ſeqq. propter intuitum particularem habitum ad perſonam, & ad peculiares, ac intrinſecas eius qualitates, & propter quas etiam ſuſpendi ſolere executiones, in leg. ad beſtias. ff. de pen. & apud Duen. reg. 41. in fi. habetur.

10 † Aduertendum tamen putarim bonum eſſe, q; in decreto interſereretur huiuſmodi cauſa, aut qđ
11 aliunde de ea conſtaret. † Nam cum à communiter accidentibus huiuſmodi gratiæ particulares ſoleãt fieri ob paupertatem, vt ait Aſin. cit. in præced. dec.
12 nom. 3. in fi. † & præſumptio ſtet pro eo, pro quo à communiter accidẽtibus ſtat argumentum, Crau. conſil. 40. nu. 2. conſ. 270. nu. 6. & conſil. 297. nu. 3.
13 † hoc ſufficeret ad transferendum onus probandi aliam cauſam ſupradictam. ad Menoc. d. præſ. q. 33.
14 per tot. † & præterea, cum poſſet alia allegari, allegata non concluderet de neceſſitate, & ideo nihil inferri poſſet, ex ſola gratia abſq. expreſſione dictæ cauſæ, aut aliter non conſtito, de ea ad not. Bald. in l. eos. 26. n. 7. C. de vſur. vbi benè cum alia cauſa poteſt verificari, &c. ſed hoc non habui in facto, nec alium habuiſſe intellexi, puto quia de rarò contingentibus, ſi tamen accideret, ita dicerem, ſaluo ſemper ſaniori iudicio, dicebam, aut quod aliunde conſtaret, quia etiam per teſtes qualitas, aut ampliatio gratiæ benè probari poteſt. Mar. Anguiſſ. conſi. 62. num. 26.

15 † Quoad verò alium caſum, vbi perſona non eſt in conſideratione principaliter, ſi veſtes ſint in loco repoſitæ, executionem in eis verè realem dici, & eſſe patet à fortiori deſumpto argumento, nã ſi realis eſt etiam ſi capiantur à dorſo, vt in ſuperiori deciſ. quantò magis ſi extra dorſum?

Nec obſtat formula, paſſim in ore omnium, dum petunt executionem in pallio, & pileo, deficientibus alijs bonis, in quibus executio poſſit conſumari, illa nempè, peto mihi dari executionem in pallio, & pileo, ex quo realis, per quam (inferebãt ergò executionem in pallio, & pileo eſſe perſonalẽ
16 ſi in defectum realis (vt cantat formula.) † iuncta regula contrariorum, vt quod de vno negatur de alio cenſeatur affirmari cap. nonne. de præſumpt. Surd. dec. 195. num. 3.
17 † Quia reſpondere poſſe videbatur, hãc formulã

hunc

Digitized by Google

hunc habere intellectum, ideſt ex quo realis ordinaria, (& quæ iure ordinario competit in reliquis rebus extra veſtes,) deeſt ob defectum earundem rerum, in quibus ipſa executio conſumetur, detur mihi in pallio, & pileo, alia executio, quæ dicitur extraordinaria, & in ſubſidium, vt in ſeq. tract. de exe

18 cut. in veſtibus dicetur, † nam ad maiorem cautelam huiuſmodi fieri ſolet petitio, quæ abundãs cautela non nocet l. teſtamentum C. de teſtam. & hic poteſt prodeſſe, cum habita licentia à Iudice, executio, (alioquin altercationi maximè reorum ſemper fugientium ſuppoſita) hoc modo cohoneſtata, ad aures Iudicis ſemel deducta facilius currat, difficilius impediatur, ad Albet. in l. à diuo pio. §. ſi ſuper rebus. ſub num. 3. ff. de re iud. dum ibi dicit ſi iudex euidenter videat fraudem, aut colluſionem nõ debet executionem retardare.

Et præterea, quia poſſunt dari caſus, in quib. executio in pallio, & pileo non concederetur, ideo qualiquali cauſę cognitione opus eſt, aut ſaltem aditione iudicis, nõ autem ſic ex abrupto procedi propria auctoritate ad huiuſmodi executionem ad l. de qua re. cum ibi not. ff. de iud. & fortè eum periculo, ne executori de facto reſiſtatur, ſi à priuilegiato forſan pallium, & pileum capere tentaret ad Zabar. in clemen. fin. n. 16. de decim. vbi ait executori capienti ornamenta deputata diuinis poſſe reſiſti, & idem à ſimili in hoc caſu, quare aduertant etiam Dom. Iudices, ne tales executiones ſtatim concedant, niſi cum aliquali cauſæ cognitione, maximè de qualitate perſonæ, contra quam implorantur. Ad Alber. ſupra cit. num. 3. in fin, & num. 4. vbi de ſummaria cognitione adhibenda in term. executionis.

19 † Concluſio ſit executionem in pallio, & pileo poſſe, vel eſſe perſonalem, vel realem, ſi perſonalis prohibita captura perſonæ, cenſeri prohibitam executionem in pallio, & pileo, ſi realis non cẽſeri prohibitam. Reliqua ex tract. de execut. in veſtib. peti poterunt. Laus Deo, &c.

S V M M A R I A.

Conceſſa facultate diſponendi, & ſi non diſponeret, cenſeatur donatum, diſpoſitio ab inteſtato cenſetur excluſa, num. 1.

Item, & diſpoſitio vniuerſalis ex Inſtitutione teſtamentaria, num. 2.

Inſtitutio non plus complectitur, quam diſpoſitio ab inteſtato, eod. n. 2.

Teſtamentum nil noui inducit, nu. 3.

Inter diſpoſitionem ex teſtamento, & ab inteſtato nulla alia eſt differentia, niſi quod vna eſt tacita, & altera expreſſa, num. 4.

Inſtitutio generalis non comprahendit ea, in quibus ab inteſtato hæres non eſſet ſucceſſurus, ſed alius habiturus eſſet, num. 5.

Fortius diſpoſitio ex teſtamẽto generalis excluditur ex vi dictæ clauſulæ negatiuæ, quam ab inteſtato, & ratio, nu. 6. & ſeqq.

Quod facilè poteſt teſtator exprimere, & non exprimit, cenſetur voluiſſe, nu. 7.

Et ſcienter, ac de induſtria omiſiſſe, num. 8.

Et maiorem eſſe difficultatem in caſu teſtamenti. numero 9.

Inſtitutio non includit donata, nu. 10.

Et intelligitur ſalua re donata, nu. 11.

Inter donationem cauſa mortis, & inter viuos reſolubilẽ, non eſt quoad hoc differentia, n. 12.

Donatio inter viuos pro libris 800. reſeruatis eſt ſub conditione reſolutiua, ſi non diſponatur de illis, numero 13.

Et excluditur generalis inſtitutio, vel donatio, & opus eſt ſpeciali mentione in tali donatione, numero decimoquarto.

Et in ea fuit tranſlatum dominium, licet reſolubiliter, numero 15.

Inſtitutio de re aliena non fit expreſſim, numero decimoſexto.

Non ſufficit potuiſſe diſponi, niſi pariter diſponatur, numero 17.

Inſtitutio, & donatio ſunt diuerſæ naturæ, vel diuerſæ ſpeciei, num. 18.

Inſtitutio non trahitur ad ea, quæ ſunt diuerſæ naturę, vel ſpeciei, num. 19.

Menoch. caſus in conſil. 210. probantur ab alijs. numero 20.

Inſtitutio non includit donata, cum ambo poſſint ſubſiſtere, num. 21.

Ex generali inſtitutione non præſumitur mutatio voluntatis, cum poteſt mutari, n. 22.

Inſtitutio generalis de per ſe non certificat ſemper, niſi aliunde conſtet, nu. 23.

Et continet tantum virtualiter, non expreſsè. numero 24.

Niſi quoad ipſam hæreditatem, nu. 25.

Diſpoſitio generalis eſt debilior, quam ſpecialis. numero 26.

Nec ſufficit ad mentem reuocantis indicandam. numero 27.

Nec ad impediendum, quominus donatio confirmetur, licet expreſſa, & ſpecialis ſufficeret. numero 28.

Nec extenditur ad ea, in quibus fuit ſpecialiter prouiſum, num. 29.

Nec ad ea, ex quibus induceretur priuatio iuris iam quęſiti, niſi expreſſim dicatur, nu. 30.

Nec ad ea, quæ ſpecialem, & expreſſam habuerunt determinationem, nu. 31.

Nec ad ea, quæ prius fuerunt à reliquis ſeparata. num. 32.

Nec ad ea, de quibus ſpecialis, & ſeparata mentio facta eſt, num. 33.

Nec ad ea, in quibus non eſt facta ſpecialis, & alia prouiſio in teſtamento, quam eſſet in donatione, n. 34.

Dicta formula negatiua fuit comparata pro tollendis diſceptationibus, nu. 35.

Diſpoſitio generalis non tollit, ſed parit dubietates, ſub eodem num.

A fine reſeruatio, donatio, incluſio, vel excluſio eſt regulanda, num. 36.

Ex inſtitutione generali magis confirmatur donatio, alias reſolubilis, quam perimatur. numero trigeſimoſeptimo.

Et quidem irreuocabiliter per mortem ſubſequutã arguentem voluntatem, nu. 38.

Digitized by Google

Reuocatio niſi expreſſe fieri intelligitur, nu. 39.
Senſus contrarius debet intelligi ſecundum limites verborum ſcriptorum in ſenſu directo, n. 40.
Seu ſecundum limites, & qualitates ſenſus directi, n. 41.
Verba, nullo facto ordiuamento ſuper domibus, n. 42.
Important idem, ac ſi dictum fuiſſet, ſi non ordinauerit. num. 43.
Ordinare, & diſponere idem ſunt, nu. 44.
Aduerbium, vbi, importat conditionem, n. 45.
Vox, de, eſt demonſtratiua ad oculum, nu. 46.
Et vox, Ille, num. 47.
Legatum non eſt verificabile, niſi ſit res certa, quæ legetur, num. 48.
Et idem de donatione, vt ſit res in ſpecie, quæ tranſeat in donatarium, nu. 49.
Eadem determinatio æqualiter determinat, n. 50.
Verba, tam, & quam, cuilibet enunciato æqualiter tribuunt, num. 51.
Verba tam per teſtamentum, quam per donationem faciunt, quod ſpeciali opus cenſeatur diſpoſitione. numero 52.
Clauſula negatiua magis neceſſitat ad ſpecialem mentionem, num. 53.
Vbi ſpeciali mentione opus eſt, ſi verba ſunt generalia præſumitur defectus conſenſus, n. 54.
Et ideo non ſufficiunt, nu. 55.
Nec compræhendunt ea, de quibus ſpecialis mentio facienda erat, nu. 56.
Verba generalia, quando in alio verificari non poſſunt, diſpoſitio habetur pro ſpeciali, n. 57.
Donator reſeruato ſibi vſufructu de fructibus poteſt teſtari, & de alijs poſtea quæſitis, ſi donatio fuit præſentium tantum, nu. 58.
Vnuſquiſque præſumitur in futurum acquirere, ſub eodem num.
Inſtitutio eſt nomen intellectuale, ſine vllo corpore hæreditario verificabile, nu. 59.
Et ſufficit quod potentialiter quis habeat poteſtatem diſponendi, ſub eod.
Reſeruatio diſponendi, quando denotet dominium. numero 60.
Nil aliud eſt reſeruare, quam retinere, n. 61.
Inſtitutio habet vim particularis relicti, n. 62.
Et continet expreſſè, & dicitur diſpoſitio expreſſa. num. 63.
Intellige quando ea ſubeſt, & complectitur aliquid, alias ſecus, num. 64.
A quo remouetur genus, ab eo, & ſpecies remouetur. eodem.
Reſeruatio reuocandi non mutat naturam donationis inter viuos, num. 65.
Reſeruata ſunt acceſſoria reliquorum donatorum. numero 66.
Donatio ob cauſam, & oneroſa difficilius perimitur. numero 67.
Clauſula caſſans, &c. generalis non ſufficit ſtante iuramento, ſed opus eſt expreſſa mentione, ſeu derogatione, num. 68.
In dubio pro donatione pronunciandum, nu. 69.
Pro donatione lata fit interpretatio, n. 70.
Et latior quam pro teſtamento, n. 71.
Et multò magis quando eſt ob cauſam, & oneroſa, numero 72.
Contra vtentem verbis reſeruationis in dubio eſt pronunciandum, num. 73.

DECISIO LXXI.

ZOchinus decreto interpoſito donauit Conſoetino præſentia tantum reſeruato vſufructu, & facultate teſtandi, *tam per teſtamentum*, (hæc enim ſunt formalia verba,) *quam per donationem de libris* 800. *Ita quod vbi de illis non diſponeret, illæ pariter cenſeantur donatæ*, & cum onere alendi in domo propria donatarij, & cum renuncia eiuſdem, & receſſu à prætenſionibus, & litibus contra donatorem.

Quæſtio eſt, an mulieres de Groſſis inſtitutæ à donatore poſt donationem, ſed nulla facta mentione in teſtamento de dictis lib. 800. reſeruatis, eaſdē conſequi debeant à donatario. An verò ſint repellēdæ, viſum eſt quod eſſent repellendæ propter dictam clauſulam, *Ita quod vbi de illis*, &c. ex infraſcriptis.

1 † Primò, quia dicta clauſula excludit indubitātee diſpoſitionem ab inteſtato Teſſ. dec. 97. in fi. Vinc. de Franc. optimum conſilium dicens, & ſe feciſſe ſeruari in dec. 600. num. 2. ad fin. & in deciſio. 544. ſub princ. num. 11.

Ergo, & diſpoſitionem vniuerſalem ex inſtitu-
2 tione teſtamentaria, † quia hæc non complectitur plus, quam diſpoſitio ab inteſtato, l. hæredem. l. hæreditas. ff. de reg. iur. l. 1. 2. 3. ff. de bon. poſſ. Menoc.
3 conſil. 155. num. 48. & ſeqq. lib. 2. † & teſtamentum nihil noui inducit, vt ait in materia. Alb. in con
4 ſil. 295. ſub num. 14. lib. 2. † nec eſt alia differentia, niſi, quod vna eſt diſpoſitio tacita, & altera expreſſa, Curt. iun. in conſil. 4. nu. 8. In reliquis, & in effectu omnes eodem modo ſunt hæredes, & non niſi de rebus hæreditarijs, vt in dict. iurib.

Modo certum cum ſit, quod ab inteſtato hæredes dictæ non fuiſſent habituræ dictas libr. 800. ſe-
5 quitur, vt ne quidem ex teſtamento, † quia inſtitutio generalis non comprætēdit ea, in quibus ab inteſtato hæres non eſſet ſucceſſurus, ſed alius habiturus eſſet. Rot. diu. dec. 262. in fine. par. 1. in propria materia.

6 † Immo verò fortius id procedit in caſu teſtamēti, quam in caſu inteſtati, quia in caſu inteſtati vna ſola ratio viget, ſcilicet, quod non apparente de diſpoſitione actuali, & expreſſa, potior ſit donatarij cauſa, vt cui in ſpecie fuit tali in caſu prouiſum. Aſt in caſu teſtamenti duplex, & hæc, & alia, ſcilicet reſiſtentia propriæ voluntatis contra hęredem, quę
7 ex eo exurgit, † quod cum teſtator tali occaſione potuiſſet facilè exprimere dictas libras 800. & in hæredes diſponere, non exprimendo dedit ſignū, vel indicium contrariæ voluntatis. Alb. in conſilio
8 57. ſub numero 19. † & ſcienter de induſtriaque omiſiſſe. Caſanat. conſilio 45. numero 25. Sol. ad nou. conſtit. de alien. bon. min. gloſſ. 3. ſub num. 28.
9 † & ita maiorem eſſe difficultatem in caſu teſtamēti dicit in ſpecie. Ioſeph. de Seſſ. dec. Regn. Aragon. 48. numero 8.

10 Sed omiſſis argumētis, † quod inſtitutio non includat

cludat donata dicit. Crau. in conſ. 144. n. 8. & ſeqq.
Cabal. conſ. dec. 72. n. 33. d. dec. 262. ad fi. p. 1. diuer.
Bologn. conſ. 7. ſub n. 47. Menoch. præſ. 167. nu. 46.
11 47. lib. 4. † & quod inſtituens intelligatur inſtituiſ-
ſe ſalua re donata, Id. Menoch. in præſ. 37. num. 14.
12 lib. 3. qui loquuntur in donatione cauſa mortis, †
Inter quam, & donationē inter viuos nulla eſt diffe
rentia quoad hoc, quia vtrobiq. agitur tantum hoc,
an donatio ſit reuocabilis, prout eſt in vtraque do-
natione, & ita tenet Aret. conſ. 74. ſub n. 10. ſub ver
ſic. ſed ſi iſta, Bologn. d. conſ. 7. ſub n. 45. 46. 47. ad
Igne. in rep. auth. ex cauſa. ſub n. 237. & ſeqq. C. de
lib. pręt. Crau. conſ. 540. nu. 16. & conſ. ſeq. n. 4. 5. li.
13 3. ſeu vtroque caſu reſolubilis, † quia donatio inter
viuos, quoad dictas lib. 800. reſeruatas eſt ſub con-
ditione reſolutiua, ſi de eis aliter diſponeretur ad
Goffred. in l. ſeruus vxori. 76. ſub n. 31. ff. de hæred.
inſtit. Din. in conſ. 49. n. 2. 3. 4. 5. & 6. in fi. Bero. con
ſil. 60. nu. 16. 17. vol. 1. Grat. reſp. 50. nu. 52. lib. 1. Ce
phal. conſ. 332. n. 43. Imol. in l. ſi mortis cauſa. 30. in
princ. ff. de mort. cau. donat. Gomeſ. variar. reſolut.
tit. de donat. num. 20.

14 † Sed in term. etiam donationis inter viuos. Pe-
regr. hanc ipſam inter alias plures ſpecies referens,
de fideicom. art. 6. n. 1. per tot. & in donatione inter
viuos cum clauſula. *Si non mutaretur*, æquipollenti
huic noſtræ, ſi non diſponeret, eſt apud Pariſ. in con
ſil. 90. n. 6. & ſeqq. preſertim ſub n. 11. iuncto n. 26.
vbi ad verbum inſtitutionem generalem non com
præhendere. lib. 3. & tranſit in term. terminan. Bor-
go. in dec. 12. n. 4. iuncto, n. 12. lib. 4. ibi per viam cō-
tractus, vel teſtamenti, &c. expreſſe non tacitè,
&c. vt ibi.

Et videntur eſſe rationes nō paucæ, prima quod
inſtitutio non niſi res continet hæreditarias, & di-
15 ctæ libræ non ſunt de hæreditate, vt dictum eſt. †
Immo fuit etiam earum translatum dominium ex
tempore ipſo donationis, licet reſolubiliter ad Go-
meſ. ſupracit. ſub num. 16. col. 2. ante fi. & col. ſeqq.
dec. Bon. 125. num. 6. inter ſelec. Goffred. Bero. Din.
& Bologn. ſupra num. 12. cit. & ſic tantò magis, &
16 intrat quod erat opus expreſſione, † quia inſtitu-
tio, vel diſpoſitio de re aliena non fit niſi expreſſim,
tacitè verò nunquam iuxta. Cran. d. conſ. 144. ſub
num. 8. ſub princ. Pariſ. conſ. 2, num. 46. cum ſeqq.
lib. 3. Surd. in conſ. 574. num. 68. lib. 4. vt eſt in ter.
Guid. Pap. in conſ. 194. ſub princ. verſ. poſtea, & n.
17 2. & ad §. non ſolum. cum not. Inſt. de legat. † Adeo
quod non ſufficiat, vel non referat potuiſſe diſponi,
niſi actu fuerit diſpoſitum, vt ait Crau. ſub d. nu. 8.
quem retulit. Bertaz. in conſil. cit. 44. nu. 24. & ad
Surd. in term. generalis inſtitutionis. conſ. 319. nu.
17. 18. 19. lib. 3.

18 † Secunda ratio, quia inſtitutio, & donatio ſunt
diuerſæ ſpeciei ad Bologn. d. conſil. 7. num. 47. & pa
tet ex diuerſitate vocabuli. l. ſi idem. ff. de iure Codi-
cil. Zanc. in l. hæredes mei. §. cum ita. p. 6. ſub n. 21.
19 verſic. & gentes. ff. ad Trebell. † Non trahitur autē
inſtitutio ad ea, quæ ſunt diuerſæ ſpeciei, vel diuer-
ſæ naturæ. Afflict. dec. 265. num. 23. & in propria
materia, ita declarat Menoch. in conſil. 210. ſub nu.
20 66. 67. † probatus in ea caſuum ad rem diſtinctio-
ne à Surd. in conſilio 357. ſub n. 30. verſ. 3. reſpon-
detur, & per Card. Tuſc. ad verbum eoſdem caſus
referentem, lit. I. concl. 336. n. 5. & ſeqq.

21 † Tertia ratio, quia vtraque, & donatio, & inſti-
tutio poteſt in ſuo caſu ſubſiſtere, & ſaluari, quo ca
ſu inſtitutio non dicitur compræhenſiuè includere
rem donatam, aut ei derogare Cran. d. conſil. 144.
num. 14. Cabal. & alij ſupra num. 10. cit. quibus addi
poſſunt Ang. Aretin. in conſ. 73. ſub num. 34. 35. Pa
ſeth. conſ. 63. num. 7. Anchar. Regienſ. q. 75. nu. 11.
12. Card. Tuſc. lit. a. concl. 260. n. 20.

22 † Quarta ratio, quia cum potuiſſet teſtator mu-
tare voluntatem, diſponendo in alium, & non fecit,
non præſumitur ex generali illa inſtitutione huiuſ-
modi voluntatis mutatio, niſi nominatim fieret l.
ſequens quæſtio. de leg. 2. l. maritus. §. fi. ff. de pact.
dot. & in ſpecie. Peregr. de fideic. d. art. 6. ſub nu. 1.
verſic. nam licet.

23 † Quinto, quia inſtitutio generalis de per ſe non
certificat ſemper, niſi aliunde conſtet ad Gabr. con
24 ſil. 85. num. 1. li. 1. † & continet tantum virtualiter
non expreſsè, Dec. in ca. translato. nu. 10. de Conſt.
in term. Seraph. dec. 1303. ſub num. 11. verſic. vnde
25 par. 2. Cardin. Tuſc. lit. d. concluſ. 482. numero 7. †
niſi quoad ipſam hæreditatem, quoad reliqua ex-
tra eam non, vt ad materiam ait Alb. in conſil. 295.
26 num. 12. † & eſt debilior quam ſpecialis, diſpoſitio
27 generalis. ibid. ſub num. 14. † nec ſufficit ad men-
tem reuocantis indicandam. Bart. in l. rem legatam.
28 ſub num. 10. ff. de adim. lega. † nec ad impediendū,
quominus donatio confirmetur, licet expreſſa, &
ſpecialis ſufficeret teſte Bald. in l. ſi non verum. in
29 fin. C. de don. int. vir. & vxo. † Nec extenditur ad
ea, in quibus fuit ſpecialiter prouiſum. Barz. deciſ.
68. num. 8. dec. Bon. 25. num 9. inter ſelect. Surd. in
term. ſubſtitutionis, conſil. 313. numero 77. libro 3.
30 † Nec ad ea, ex quibus induceretur priuatio iuris iā
quæſiti; niſi expreſſim dicatur dec. Bon. 200. n. 7. 8.
int. eaſd. Menoch. conſil. 551. ſub n. 11. & 99. lib. 6.
31 † Nec ad ea, quæ ſpecialem, & expreſſam habue-
runt determinationem. Rimin. iun. conſil. 628. n. 49.
32 50. lib. 6. † Nec ad ea, quæ prius fuerunt à reliquis
33 ſeparata. Alb conſ. 113. nu. 16. † Nec ad ea, de qui-
bus ſpecialis, & ſeparata mentio facta eſt. Id. Alb in
34 conſ. 20. num. 2. † Et in quibus non eſt facta ſpālis,
& alia prouiſio in teſtamento, quam eſſet in dona-
tione, (vt in caſu noſtro, vbi ſpecialiter fuerunt etiā
donatæ lib. 800. niſi aliter fuiſſe diſpoſitum,) perſi-
ſtit eadē voluntas non conſtito de ſpecifica diſpōne
in contrarium. Ang. Aret. in d. conſ. 73. ſub nu. 35.

35 † Sextò, quia cauſa finalis dictę clauſulę negatiuę
cōdōnalis, fuit tollēdarū diſceptatiunū rō, vel occa-
ſio. Teſſ. d. dec. 97. in fi. Hæ aūt tā vigent in diſpōne
generali ex teſtamento, quam in diſpōne ab inteſta
to, quia diſpoſitio generalis licet expreſſa, non tollit
dubietates, ſed parit, & nutrit Crau. conſ. 70. n. 21.
Alex. conſ. 159. ſub n. 3. li. 1. Card. Tuſc. lit. g. concl.
34. per tot. & in materia Cab. d. conſ. 72. n. 32. to. 2.
36 & finem non eſſe eludendū certum eſt, † ſicut, &
certiſſimum ab eo, & reſeruationem, & donationē,
& excluſionem, vel incluſionem eſſe regulandas, vt
ait Caſanat. conſ. 45. num. 107.

Digitized by Google

7. Quia ex inſtitutione generali potius fuit con
firmata talis libr.800.donatio,alias reſolubilis , quã
reuocata, vel abrogata, vt tradit Pariſ. in d.conſ.90.
38 ſub n.26.p.3.poſt Franc.Are.in conſ.74.n.11.† Et
quidẽ irreuocabiliter per mortẽ ſubſequutã arguẽ-
tem voluntatem, vt ait Bologn.conſ.7. num.46.

8. Quia verba, *vbi aliter non diſponeret*, importãt
à contrario, vt aliter diſponendo reſoluta, ſeu reuo-
39 cata ſit illa donatio de reſeruatis , † reuocatio autẽ
nõ niſi expreſsè fieri intelligitur, Nat.conſ.123.ſub
n.9.& 10. Decia.reſp.3.n.10.lib.1. Paneir.conſ.59.
nu.102.lib.1. Bologn.d.conſ.7.nu.50.in fi. Gabriel.
conſ.96.nu.25.& ſeqq.lib.2.

9. Donator dixit, vbi non diſponeret de illis in
40 ſenſu directo, ergo, & de illis in ſenſu contrario, †
quia hic ſenſus debet intelligi ſecundũ limites ver-
borum ſcriptorũ in ſenſu directo, Oſaſ. in conſ.40.
41 ſub n.8.† Seu ſecundũ limites, & qualitates illius.
Dec.in conſ.110.n.5. & valdè proximè ad Crau. in
42 cõſ.236. ſub n.11.& 12.† vbi verba, *nullo facto or
dinamento ſuper domibus*, intelligirã cõtrario aliquo
43 facto ordinamento ſuper domib.nominatim, † &
importãt idem, ac ſi dictũ fuiſſet, ſi non ordinaue
rit, vel ordinaret, vt in caſu noſtro, *vbi non diſpone-*
44 *ret*, cum ſint eadẽ ordinare, & diſponere, Nat.conſ.
45 582.n.11.Surd.conſ.380.n.32.33.lib.3.† & ẽt ad-
uerbiũ, *vbi*, importet idẽ q; ſi, & conditionem in l.
ſi ita ſcriptũ.45.§.fi.& ibi gl.& Bart.de l.2.Idemq.
46 Bart.ad l.1.n.19. ff. de cond. & dem. † & demum
verba, *de illis*, inferant ad ocularem , & expreſſam
demonſtrationẽ, vt de verbo, de, ad l.Pomp.ff.de re
cept.arbitr.l.quidã teſtamento.de leg.1.l. Luc.ff.de
adim.leg.Pariſ.conſ.18.n.37.li.3.Alcr.ad l.1. n.11.
47 ff.ſi cer.pet.† & de voce, *ille*, Rol.conſ.59.numero
27.vol.3.Surd.dec.125.ſub num.1.

10. Et vltimo, quia donator dixit, *tã per teſta-
mentũ, quam per donationẽ*, ergò ẽt particulariter di-
ſponẽdo per viam legati, fideicommiſſi, aut aliter ,
48 † in quib.nõ poteſt verificari diſpõ, niſi accommo-
datè ad rẽ, quę legetur, &c.alioquin non conſiſteret
legatũ, aut ſimile, l.legato generaliter.de le.1. Sicar.
49 ad l.ſi quis argentũ.n.5.6.7.C.de don. † & idem de
donatione quæ intelligitur donando aliquid in ſpe-
cie, quod tranſeat in donatariũ Excell.d.Maſſin.ad
l.1.n.245.de leg.1. Quare donator nõ intellexit de
50 diſpoſitione generali, ſed de particulari , † vt eadẽ
determinatio ęqualiter determinet l. eũ qui ædes .
ff.de vſucap.Surd.conſ.352.ſub n.17.verſ.accedat.
Mantua in libel.conſ.legis.verſ.24.per tot.var. q̃ſt.
51 † & verba, *tã, & quã*, cuilibet enunciato æqualiter
tribuunt, Grat.reſp.9.n.9.li.1.Surd. conſ. 401 . ſub
52 n.12.13.14.li.3.† Vltrà, quod verba, *tã per teſtamẽ-
tum, quã per donationẽ*, ęquipollent verbis tã in vita
quã in morte, quæ eſt coniectura cogitantis de ſpe-
ciali non de generali diſpoſitione ex teſtamẽto , vel
ab inteſtato. Mant.de coniec.vlt.vol.li.7. tit.7.ſub
n.14.Surd.conſ.369.ſub n.40.verſ.3.reſpondeo. &
53 n.41.li.3.& ad Alb.in conſ.295.n.1.li.2.† & clauſu
la negatiua magis neceſſitat ad ſpecialẽ mentionẽ,
ad Io.And.ad Spec.de ſucc.ab inteſt.ſub n.31.lit.C.
Iaſ.conſ.202.col.2.ſub princ.verſ.4.pro iſta, & col.
pen.nu.5.verſ.non obſtat, vol.2.

Ex quibus res viſa eſt in claro poſita pro dona-
tario , & hæredes carere voluntate teſtatoria circa
dictas libr.800.tã quia inſtitutio eãs non comprehẽ
54 dit, quã quia ſpecialis expreſſione opus erat, † quo
caſu præſumitur defectus voluntatis. Rim.iun.con
55 ſil.72.n.244.† & ideo verba generalia nõ ſufficiũt
ibid.n.143.& Bertach.in repert.in ver.expreſſum ,
56 † quia non compræhẽdũt ea, de quib. ſpãlis mẽtio
faciẽda erat. Surd.conſ.73.n. 20.in ter.inſtitutionis.
57 † Nec intrare q̃n verba generalia de alio non poſ
ſunt verificari, diſpoſitionem haberi pro ſpeciali, &
expreſſa. Caſan.conſ.34.n.28.& conſ.57.n.23.quia
58 hic conſtabat de inuentario bonorũ defuncti.† Itẽ
quod potuiſſet teſtari de fructibus vſusfructus ſibi
reſeruati, & de alijs, quæ quis regulariter præſumi-
tur ſuperlucrari, Trentacinq.var.reſol. vol. 1. lib.3.
tit.de donat.reſol.3.n.17.& ſub n.22. Angel. Aret.
conſ.4.n.2.& Peruſ.conſ.179.ſub n. 4. circa princ.
Cabal.conſ.deciſ.31.n.2.to.2. Burſ.conſ.347.n.41.
lib 4.limitando tamen, vt in caſu Franciſc.à Ponte.
59 conſ.100.nu.20.& ſeqq.† Item, quod hæc conſide
ratio ceſſat in inſtitutione , quatenus eſt nomen in-
tellectuale, ẽt ſine vllo corpore hæreditario verifica
bile, Crau.in ter.donationis d.conſ. 144. ſub d.n.8.
Ang.Peruſ.ẽt in eiſd.conſ.179.n.3.ante fin.verſ.Itẽ
donator, & ſufficit, quod potentialiter quis habeat
prãtem diſponendi. Franc.à Pont.conſ.100. nu.26.
Purpur.ad l.fin.nu.235.& ſeqq. de pact.
60 † Non obſtat, quod reſeruatio diſponendi deno-
tet dominium.dec.771.n.2.p.2.to.2. apud Farinac.
quia hoc verum in dubio, & in facultate ſimpliciter
61 affirmatiuã, in qua retinetur,† & nil aliud ſit reſer
uare, quam retinere. Bero.conſ.140.ſub n. 42.vol.2.
ſecus vbi omnium fuit dominium translatũ, & vbi
eſt clauſula negatiua conditionalis , & in ſpecie ad
fauorẽ donatarij prouiſionalis, qua in ſpecie proce-
dunt oĩa antedicta, & dec.allegata non loquitur, &
patet ex pet eam allegatia .
62 † Itẽ non obſtat quod inſtitutio habeat vim par
63 ticularis relicti. Seraph.dec.1303. n. 12. † & quod
continet expreſsè, & dicitur diſpoſitio expreſſa Me
noch.conſ.210.per tot.lib.3.conſ.1130.n.13.14. li.
12. Surd. conſ.450.ſub n. 5. ſub verſ. audio tamen.
64 Quia inſtitutio hinc remota eſt, † & à quo remoue
tur genus, ab eo , & quælibet eius ſpecies remoue-
tur l.iuriſgentium.§.ſed ſi fraudandi, & ibi Bart. n.
2.ff.de pact. Nec alia quæ afferri poſſent obſtarent,
quia in alijs caſibus , vt infra diſtinguemus , & vi-
debimus , loquuntur .

Demum non obſtat clauſula teſtamenti Caſſans
&c. quia teſtator nõ caſſauit donationẽ inter viuos,
ſed alios actus vltimarum voluntatũ, vt ibi expreſ-
sè. In reſeruatis autem manſit donatio inter viuos,
65 † quia reſeruatio reuocandi non mutauit, nec mu-
tat naturam huiuſmodi donationis, vt ait Goffred.
66 conſ.5.n.6.† & reſeruata ſunt acceſſoria reliquorũ
donatorum Teſſ.dec.97.in fi & acceſſorium ſequi-
67 tur naturã principalis, &c. † & hæc eò magis, quia
iſta donatio fuit ob cauſam, & oneroſa, vnde multò
difficilius perimitur. Crau.conſ.732.nu. 20. lib. 4.
68 † & ſtante iuramento erat opus expreſſa mẽtione.
Bellon.conſ.60.n.17.18.Ruin.conſ.182.n.19. li.5.
Pariſ.

Digitized by Google

Patiſ.conſ.90.n.25.p.1.Crau.conſ.144. ſub nu.14.
Oſaſc.dec.118.n.fi.Affl.dec.275.in fi.Burſat.conſ.
136.num.140.& ſeqq. lib.12.
69 † Addebatur, quod etiam in dubio pro donatio-
ne eſſet pronunciandum. Crau.conſ.15.n. fi.in pri.
70 † pro qua lata ſit interpretatio Caſanat. conſ. 10.n.
71 74.† Et latior quam pro teſtamento. Bertr.conſ.21.
n.9.conſ.121.n.18.lib.2.Seraph.deciſ.534.num.5.
72 † Et multò fortius, quia hæc eſſet ob cauſam, & o-
neroſa ad latè Rip.in l.ſi vnquam.n.26.27. C.de re
uoc.donat.& in ſpecie.Crau.d.n.fi.verſ.& quia. Itē
73 & quia hęredes vtuntur verbis reſeruationis, † &
contra vtentem verbis reſeruationis, eſt in dubio
pronunciandum Id.Crau.d.conſ.15.n.6.in fi.

Et ideo diximus malè iudicatum per d.Iudicem
à quo, dum pręceptum executiuum concedere vi-
ſus eſt contra donatarium, & dum pariter idē pręce
ptū pro quibuſdā ſummis, quas tamē fuiſſe expreſ-
ſim remiſſas à donante ipſi donatario, conſtabat ex
ipſomet inſtrumento donationis.

Placuit tamen dominis præceptum prædictum
declarare in bonis donatis ad formam decreti, vt in
ſentētia, quia donatarius non diſſentiebat, ſed ex-
preſsim conſenſerat, (quia non ceſſent penes ſe hæc
bona) vt in actu ſub 19. Ianuarij. 1615. Laus Deo.

S V M M A R I A.

Aliud eſt reſeruare ſibi facultatem diſponendi, & aliud alij eam concedere, nu.74.

Reſeruatio, vel conceſſio alia eſt iuris, & alia poteſtatis, num. 75.

Vbi reſeruatur res, ius, vel quantitas, hæc ſunt in hæreditate, & tranſeunt ad hęredes ab inteſtato, n.76.77.

Multò magis ex teſtamento, ſub eod.77.

Et vbi quantitas eſt reſeruata poteſt tantum de re donata alienari, quod æquiualeat, nu.78.

Qui reſeruat non alienat, ſed retinere dicitur, & reſeruatio denotat dominium, nu.79.

P V N C T V S I.

ANtequam ad caſus ipſos in deciſione expro-
74 miſſos accedamus præmittimus. † Aliud eſſe
75 reſeruare facultatē diſponendi, aliud concedere. †
Ruſumq. ſeu reſeruationem, ſeu conceſſionē, aliā
eſſe iuris, aliam poteſtatis tantum. Inter quę eſt dif-
ferentia, & diuerſi oriuntur effectus, quemadmodū
his vel ſummis labijs ſic prælibatis, ex ſerie, & ex-
plicatione ſingulorum caſuum euidentius patebit,
vide ſi vis præſertim in caſ.12.nu.130. & ſeqq.
76 † Primus itaque caſus ſit, cum quis donādo, vel
alienando reſeruat ſibi aliquid de re donata, vel alie
nata, de qua poſſit diſponere, hic caſus eſt omnium
clariſſimus, quod ea res, & hoc ius ſit in hæredita-
te, & ideo quod pertineat ad hæredem Teſſ. deciſ.
97.ſub n.3.Cabal.reſol.crim.caſ.207.n.14.& ſeqq.
77 cent.3. † & idem eſt ſi reſeruetur aliqua ſūma, vel
quātitas, vt floreni tot, vt in his pariter term. loquū
tur mox citati. Et Ioſeph.de ſeſſe dec.48.n.7.& 10.
vbi pariter eſſe ſine difficultate, & multò magis, ex
Borgn.dec.12.n.18.p.4.& alijs, & ibi refert alia iu-
78 dicata in hoc puncto, † & poterit in caſu ſummæ
reſeruatæ tantum alienari de re ipſa, vel retineri, quod
aſcendat ad dictam ſummam Bero.conſ.60. ſub n.
79 19.& 20.lib.1. † & ratio omnium eſt, quia qui re-
ſeruat, non alienat, ſed retinet, & reſeruatio deno-
tat dominium citati in dec. ſupra. verſ. non obſtat
quod reſeruatio.n.60.61.quib.addo Borg.d.dec.12.
ſub n.9.& 10.& n.12.verſ.ſecus.lib.4.

S V M M A R I A.

Facultate diſponendi reſeruata, & ab inteſtato, & ex teſtamento intelligitur diſpoſitum fuiſſe contrà Teſs. & Cabal.n.80.81.82.

Multo magis ſtantibus verbis ad libitum, ad beneplacitū, & pro arbitrio cum ſimilibus, n.83.

Et procedit eadem diſpoſitio etiam in eo, qui nunc demū acquirit, num.84.

P V N C T V S II.

80 SEcūdus † caſus ſit cum reſeruatur non res ipſa,
aut ius, ſed facultas ſimpliciter diſponendi, &
affirmatiuè tantū, hic caſus eſt difficilior, quia Teſ.
in d.dec.97.quem ſequutus eſt Cabal.præcit.in pri
mo caſu, cenſuit non eſſe locum hæredi ab inteſta-
to, quia facultas diſponendi non tranſit ad hęredē.
Contrà verò alij cenſuerunt, & eſt communis opi-
81 nio, in ſummis tribunalibus recepta, † eo quia do-
nator cenſeatur exercuiſſe hanc facultatem in ve-
nientes ab inteſtato Franc.dec.45.in deciſ.544.ſub
n.11.in dec.600.vbi latius.Surd.in dec.272.n.25.et
ſeq. Ioſeph. ſeſſe d. dec.regn. Aragon.48.à nu. 3. ad
82 ſeptimum. Borgn.d.dec.12.per tot.li.4.† & idē vbi
extat teſtamentum, vt ibid.Seſſ.à n.8. vſq. in fi. vbi
pluribus iudicatis illuſtrat, & confirmat, licet ma-
ior ſit difficultas, vt ipſe ait, & nos rationem attuli-
mus in dec.in verſ. Immo verò fortius, n.6.& ſeqq.
83 † Quæ cōmunis opinio fortius procederet, quan
do adeſſent alia verba pleniorem arbitrium indicā-
tia, vt ad libitum, ad beneplacitū, pro arbitrio, &c.
vt in d.dec.Surd.& Borgn. & ad infra, caſu 7. & 8.
& ad Surd.in conſ.572.ſub n.64. in fi. & ſeq. lib. 4.

Extende hunc caſum, qui pertinet quando quis
eſt dominus, & alienat, vt etiam procedat in eo, qui
nunc demum acquirit, & in eodem actu acquiſitio-
nis, eodemque inſtanti ſibi reſeruat facultatē diſpo
84 nendi, † vt dum emo plura officia, & loca mōtium
vacabilia ſuper periculo vitæ duorum filiorum, &
mihi reſeruo facultatem diſponendi, nam hæres et
ex teſtamento ſuccedet, & admittetur, & ex inſtitu
tione generali tantum, ratio .n. eadem eſt, quia, &
hæc ſunt in mea hęreditate, & hic eſt caſus. Seraph.
in dec. 1303. qui hæc omnia probat vnà cum rōne
prædicta. ſub n. fi. ibi. *Ex in qualibet re hæreditaria*, &
ſub n.11.& 10 fine ipſo deciſ. ibi. *Tanquam relicta in hæreditate paterna*, & dec.262. diuerſ. p. 1.

S V M M A R I A.

Stante negatiua, ſi non diſponeret indefinitè, diſpoſitio ab inteſtato excluditur, non ex teſtamento per in-

ſtitutio-

Digitized by Google

ſtitutionem generalem, num.85.
Actualis.n.diſpoſitio requiritur, nu.86.
Alioqui hæres victor ſemper abiret, & fideicommiſſum redderetur eluſorium, quod non permittendum.n.87
Teſtamentum faciens, & inſtituens dicitur diſponere. num.88.
Qualitas diſpoſitionis verificata includit hæredem, non verificata ex continuatione vſque ad mortem abſq. diſpoſitione includit donatarium, n.89.
Deficiente qualitate, quæ faceret pro legatario, deficit diſpoſitio, & eius effectus, n.90.

PVNCTVS III.

85 Tertius † caſus eſt, cum reſeruationi poteſtatis diſponendi affirmatiuæ ſubijcitur negatiua, ſed indefinitè; putà, & ſi nõ diſpoſuerit, ſit donatarij, hoc caſu ſucceſſorem ab inteſtato excluderem,
86 rem, ex teſtamento verò nequaquam, † actualis.n.
diſpoſitio hoc caſu requiritur ad Surd.conſ.395.n.
1.lib.3.Card.Tuſc.lit.a.concl.160.n.8. Nã & aliàs
89 fieret eluſoria clauſula, & mens donantis, † quia ſẽ
per euaderet victor hæres, dicendo etiam ab inteſta
to diſpoſitum fuiſſe, vt in term. primi, & ſecundi ca
87 ſus dicunt DD. ibi citati, † hoc autem neutiquam
ferendum, ſed verba debent aliquid operari. l. ſi quã
do.de leg.1.c.ſi Papa, de priuil.in 6. vt non hinc pro
cul dicit. Corbul.tit.de cau.priu. ob lin. fin. ſub nu.
45. quæ quidem actualis diſpoſitio non exiſtens ab
inteſtato, eſt, & viget tamen condito teſtamento,
nec obeſt quod non fuerit diſpoſitum in ſpecie, qa
ex quo conditio ſtat indefinitè ſi non diſponeret,
ſufficit etiam indefinitè conſtare de diſpoſitione à
contrario ſenſu, vt verificetur qualitas, & conditio,
88 conſtat autem de hac, † quia teſtamentum faciens,
& inſtituens diſpoſuiſſe dicitur Peregr. de fideicõ.
89 artic.40.ſub n.61.ſub verſiculo 2.& ſi.† & ſufficit
qualitatem verificari pro hærede, & non verificari
pro donatario ad huius excluſionem, illiuſq. incluſionem, cum non continuauerit vſq. ad mortẽ donator in non diſpoſitione, & ſic ad implendam conditionem ad fauorem donatarij, ſed diſpoſuerit ad Molin.de Hiſp.primog.lib.3.cap.10.n.16.17.& 18.
90 † & deficiente qualitate, quæ faceret pro donatario, deficit diſpoſitio, & eius effectus. Rol.à Val.conſil.10.n.22.& 28.vol.2 cum alijs, vt in tract. meo reſol.feud.lib.6.c.2.de exhæred.n.24. & ſeqq.

SVMMARIA.

Formulæ, ſi de illis non diſpoſuerit, ſi voluntatem non mutauerit, ſi ſe non correxerit, ſi non reuocauerit, ſi aliter non diſpoſuerit, in idem coincidunt, & deſiderant ſpecialem mentionem, nu.91.
Declara, vt ſufficiat, quod ex expreſſis, aut aliunde de neceſſitate mens erui, & intelligi poſſit, n.92.
Inſtitutio de omni eo, quod eſt in poteſtate, dicitur diſponere in ſpecie de reſeruatis ad diſponendum, n.93.
Vel ſi res ſaltem in genere comprætendatur, n.94.
Inſtitutio in alijs omnibus, &c. poſt aliquam mentionem de reſeruatis dicitur in ſpecie diſponere de alijs reſeruatis, nu.95.
Maximè propter dictionem, Alijs, quæ eſt ſimilium repetiua, num.96.
Donato vſufructu omnium bonorum reuocabiliter, ſi mox eidem legetur domus, onerando hæredem ad dãdum grana, & vinum, cenſetur ea donatio reuocata, n.97
Et eadem reuocatio contingit, cum res reducitur ad impoſſibile, num.98.
Donatio de ſeruo cenſetur reuocata eo cum libertate inſtituto, num.99.
Et ſi animo compenſandi inſtitutio ſequens facta fuiſſet, num.100.
De clauſula, quod ipſo aliter diſponente donatio ſit ipſo facto, & ipſo iure nulla, n.101.
In donatione præſumpta ſola inſtitutio generalis ſufficit, num.102.
Licet ſequens diſpoſitio generalis non reuocet, reuocat tamen ſequens alienatio generalis, & ratio differentiæ remiſſiuè, num.103.

PVNCTVS IIII.

91 Quartus † caſus ſit, cum verba conditionalia negatiua tendunt ad indiuidualitatem, putà ſi de illis non diſpoſuerit; vel ſi voluntatem ſuam non mutauerit, ſi ſe non correxerit, ſi non reuocauerit, ſi aliter non diſpoſuerit, hæ omnes formulæ, vel clauſulæ in vnum coincidunt, quia ſpecificam inferunt diſpoſitionem, mutationem, correctionem, reuocationem, cum de ſui natura huiuſmodi non præſumantur, immo euitentur de induſtria ex qualibet occaſione, niſi fiãt ineuitabiles ex contrarietate, ſeu repugnantia manifeſta, vt tracto latius in trac. meo, de Interpr.inueſt.c.3.p.1.obſ.2. aut ex diſpoſitione, mutatione, correctione, ſeu reuocatione in contrarium nominatim facta, ad ea quæ latius in dec. dicta ſunt, quæ non repetuntur, & præſertim remitto ad Pariſ.conſil.90.lib.3.
92 † Quæ tamen, & deciſionem totam declara, vt non ſit adeo neceſſaria expreſſio ſpecifica, quin intret diſpoſitio, mutatio, correctio, vel reuocatio & de neceſſitate, dummodo ex expreſſis, nam iſtã expreſſionem non video eſſe pro forma, quare æquipollens ſupplebit, dummodo tale, quod ſufficiat ad voluntatem defuncti abſque cauillo, talem fuiſſe, & eſſe arguendam, atq. depræhendendam. Peregr. de fideicom.a.6.n.16.in fi. exemplis res plana fiat, paritérq. & conceptus iſte comprobetur.
93 Primum exemplum ſit, ſi teſtator, idẽq. donator ita dixiſſet, inſtituo de omni, & toto eo, quod eſt in mea pteſtate in oĩbus.&c. quocunq. & qualitercunque, vt in formula. Peregr.d.ar.40.n.55. vbi ita concludit, quod generalis diſpoſitio comprætendat, & ad caſum noſtrum valde vrgerent verba, *Et quod eſt in mea poteſtate*, quæ quã proximè accedũt, &c.
94 † & idem ſi res donata ſaltem in genere compræhẽ
deretur, vt apud Pariſ.conſ.2.n.49.& ſeqq.lib.3.
95 † Secundum exemplũ, ſi idemmet reſeruans, in
teſtamento poſtea diſpoſuiſſet de aliquibus reſeruatis, licet de non omnibus, & hinc generaliter dicat, In alijs aũt bonis inſtituo, &c. nam & hæc inſtitutio contineret diceretur alia reſeruata, & diſponere
96 expreſsè etiam de illis, † maximè propter dictionẽ,
alijs,

Digitized by Google

alijs, quæ eſt ſimilium repetitiua. Natt. conſ. 682. n. 12. & ſeqq. Surd. in conſil. 357. n. 20. lib. 3. & in cõſ. 430. ſub n. 2. verſ. colligebam. Peregr. art. 6. num. 5. in prĩc. & n. 6. in fi. col. & ad Gabr. i vlt. caſu infr. cit.

Scipio Affricanus fuit de barataria accuſatus,n.44.45.

Varij modi probandi baratariam remiſſiuè,nu.110.

Beneficium.

Renunciatum vel ubobitu,f.20.n.15.

Berorarius.

Berroarij an,& quomodo fidem faciant,l.38. numero 3. 6.13.

Si ex ſtatuto credendum ſit Berroarijs, vel eorum relationi, onus probandi contrarium transfertur in reum. numero 14.

Princeps poteſt ſtatuere quod ſtetur dicto Berroarij. num.15.

Berroarijs commodum reportantibus minus credendum, numero 23.

Beſtia.

Beſtiæ macellatæ in macello communi in vtilitatem communem præſumuntur verſæ, b.51.n.6.7.

Vide etiam. Animal.

Bonafides.

Ex bonafide dolus excluditur, num.9.

In bona fide is eſſe præſumitur, ſolitũ qui facit ſecundum ſuorum anteceſſorum,n.10.

Et vbi ſua non intereſt,num.11.

Bona fides conductorem aliquid in re conducta facientem excuſat,num.12.

Bonum bona.

Legatum certum corpus bonorum cum voce videlicet nominatis quibuſdam bonis ad hæc nominata reſtringitur.l.13.num.8.

Verba de bonis an importent hypothecam,f 22.nu.28.

Defunctum bona non habuiſſe ex repudiatione hæreditatis ipſius non probatur,f.26.ſub nu.5.& ſeqq.

In generali bonorum obligatione veniunt præſentia, & futura,etiam ſi non fuerit expreſſim dictum,f.35. nu. 21.& b.4.num.8.

Bona dotalia,extradotalia,paraphernalia, vide dos.

Sufficientibus bonis pro omnibus fruſtra contenditur de anterioritate. Vide Anterioritas.

Bona confiſcata dum princeps concedit confiſcationem antecedentem indicat ſimul,& diſſoluit,b.40 p.3. n.31.

Bonum,& exigibile, Vide debitor.

Bona

Bona infraſcripta hæc verba reſtringuntur ad nominata, l.13.num.18.

Brauium.

Vnicus ille qui accepit brauium poteſt, & prior accepiſſe cenſeri, b.67.num.17.

C

Caducitas, Caducum.

CAdutum fit relictum decedente aliquo ante granatum, f.10.num.2.
adeo quod non ſit tranſmiſſioni locus, num.3.
Caducitas cauſatur ſi locus non ſit inſtitutioni, aut ſubſtitutioni, vel iuri accreſcendi, f.29.n.4.
Caducitati tanquam odioſæ occurrendum, vbi alia cauſa inueſtigari poteſt, num.13.
Caducitatis declaratio poteſt quandocunque fieri, f. 36. num.1.
A caducitate omnis cauſa excuſat, num.3.17.
Declara, vt num.18. & ſeqq.
Si purgetur mora ante litem conteſtatam euitatur caducitas ex communi obſeruantia, ſub n.6.
Conſtitutiones occurrentes caducitatibus prouidæ babentur, num.6.
Vt Conſtit. Pedem. quæ refertur, ſub eod.
Pactum conuentum de caducitate incurrenda fortius operatur, num.9.11.
Religioſi non debent eſſe proni ad caducitates, n.4.
Magiſtratus maiores ſolent diſpenſare contra caducitates incurſas, num.5.
Interpratatio per quam bona caducentur non facilè admittenda, imò ei obuiandum, f.50.n.13.
Deuoluta non cenſentur bona, donec aliquis ſupereſt de vocatis, n.14.& ſeqq. per tot.
Caducitatem ſolus dominus, aut procurator cum ſpeciali mandato declarat, f.58. num.4.
Alij non, num.5.
Mora an purgari poſſit poſt caducitatem, & intra quantū tempus. n.7.& ſeqq.
Triennium debet eſſe continuum ad incurrendam caducitatem, num.10.
Caducitas etiam pendente iudicio committi poteſt. f.59. num.1.
Fal. numero 18.19.
Purgatio moræ non admittitur etiam ſtante pacto de incurrenda caducitate, num.4.
Nec vbi eſt ſtatutum, quod inſtrumenta babeant executionem paratam, num.5.
Depoſitum nullum, an excuſet à caducitate, n.6.30.31.
an ſi non ſit cui ſoluatur, & ſi non fuit proteſtatum. numero 7.8.
Si ex mandato ſuperioris non ſoluatur, n.9.13.
Non declaratur contra bæredes eius qui ceſſauit ſoluere, num.11.
Oblatio, vel depoſitum non eſt neceſſarium cum recuſaturo, num.28.
poſſunt fieri vel quolibet anno, vel biennio, & triennio. num.32.
Caducitatis in materia deducendi ſunt decem dies bullæ Gregorianæ. Vide tempus.
an ex defectus ſolutionis in parte caducitas incurratur, f.36.

Cæterum, & cætera.

Clauſula cæterata non ſupplet ea quæ ſpeciali egent expreſſione, b.2. num.5.
Nec cautionem præſtandam, num.6.

Calculus.

ad calculum non deuenitur niſi ſuppoſita certitudine ſummarum calculandarum, b.12.n.100.
Error calculi impedit executionē ſententiæ, b.14. n.27.
Reuocatio calculorum regulariter non datur, b. 23.nu.1.
Niſi docto de errore, num.2.
Clauſula inſtrumenti ſaluo iure calculi non impedit paratam eius executionem, b.11. n.61.

Calliditas.

Calliditati non dandæ manus, l.42.num. 44.
Infirmitati non calliditati ſuccurrendum, n.45.

Cambium.

De materia cambij, & de literis cambij, & difficultatib. remiſſiuè, f.38.
Mora intrat in eo, qui pecunias in tempore non exegit, quique literas cambij acceperat, num. 4. & fior. 70. num.2.
Reſponſio duarum perſonarum neceſſaria in eo, qui cābit cum ſemetipſo, f.64.n.9.
Vide reliqua in verbo literæ.

Canale.

Canale non debet grondare ſuper ſolo alieno, l.33. nu. 33.

Capitale.

Eſt nomen vniuerſale, & aliud ſignificat in ſocietate, b. 54.n.31.41. & ſeqq.
Communicatio lucrorum non infert ad communionem capitalis, num.37.
Aliud vendere, ſeu cedere capitale, aliud ius capitalis, aut cedere, vel vendere cum adiuncto, vt creditoribus ſoluatur, nu.36.& ſeqq.

Capitulum.

Capitula impertinentia reijcienda, l.47. n.6.
Ideſt quæ probata non releuarent, num.7.

Caput.

Conſilium per capita domorum, Vide vniuerſitas.

Captio.

Captio inter contrabentes vitanda, f.15. num. 7. & 69. num.10.

Captura, Carcerato.

Captura etiam nulla ſi conſtat de bono iure confirmāda, b.26. num.1.
Fal. vbi eſt defectus in forma, num.2.
Et vbi eſt conſtitutio annullatina, n.4.5.
aliàs non ſemper actus eſt nullus, ſi non ſit clauſula annullatina, num.6.7.
Ex conſt. Iuſt. captus eſt ad iudicem ducendus, n.2.
per capturam ſeu carcerationem debitoris nulla ei ſit iniuria b.68. num.64.
Fit tamen largo modo, num. 66.67.
Et dicitur ignominia facti grauans apud graues viros cum irretractabili præiudicio, n.68.
Magiſque ex ea infamatur nobilis, quam plebeius, n.69.
Capere veſtem de perſona eſt manus iniycere, n.8.
Manuum iniectio eſt captura, n.9.
ad capturam non requiritur, quod perſona ducatur, ſed ſufficit prehenſio, num.10.

Item

Item ſufficit, quod perſona aliquantulum ſiſtatur. numero 11.
Quia in effectu manus iniecta eſt, ex, quo non poteſt liberè abire, num. 12.
Manus iniicere dicitur cum manus applicantur ad ſubiectum initiatiuè, licet non perfectiuè, ſub n. 14.
Executor debet facere fidem facultatis capiendi, aut ſignum ſolitum ferre, alioqui poſſet ei reſiſti, n. 13.
Bannum Bonon. quo ſignum eſt deferendum, n. 14.
Captura dicitur odioſa de iure communi, n. 21.
Captura perſonæ quibuſdam prohibita, & cur, num. 16. & ſeqq.
In vinculis, & in carceribus idem, nu. 44.
Carcer priuatus minimè licitus, n. 46. 47.
Carcer tollit libertatem, cruciat, dicitur mala menſio, magnum tormentum, corporis cruciatio, quamuis ſit publicus, & conſequenter licitus, f. 69. nu. 26. 27.
In carceratione miſerabilis damnum omnino verificatur, num. 30.
Ratio prohibendi capturam intuitu perſonæ principaliter trahit ſecum aliam ſpeciem non capiendi pallium de perſona, nu. 20.
Intuitus ad perſonam principaliter non eſt cauſa gratia alicui facta ne moleſtetur in perſona, n. 1.
Sed alia extrinſeca, vt paupertatis, &c. vt num. 6. & ſeqq.
Decretum de non carcerando intra lib. 30. refertur, & iuri conforme oſtenditur, n. 4. & ſeqq.
Et alia de ſummis minimis, n. 11. & ſeqq.
Qui conceſſit gratiam de non carcerando perſonam, non cõceſſit de pallio non capiendo, n. 16.
Et è contra qui de pallio, non de carceratione, n. 17.
Carcerationis cauſa fauorabilis, & piæ cauſæ æquiparatur, tametſi ex delicto, l. 32. n. 7.
Carceris pęna dicitur grauis, l. 38. nu. 25.
Carcer ad cuſtodiam non ad pœnam inuentus, n. 29.
Aliquando tamen ad pœnam, & quando, nu. 30.
Et datus pro cuſtodia etiam pęnam habet, n. 31.
Prodeſt ad diminuendam pęnam condemnationis, numero 32.
Per liberationem à carceribus an primus fideiuſſor ſit liberatus, & an nouatio inducta, Vide fideiuſſor.

Cariſtia.

Penuriæ temporum ratio habenda, b. 69. n. 8.
Et omnes tempore penuriæ ad pecuniam ſubminiſtrandam pro emendo frumento, cogi poſſunt, ſub eod.
Tempore cariſtiæ pauper poteſt officium iudicis implorare, vt ſibi fiat æleemoſina, nu. 9.

Caſtrum.

Legato caſtro cum omnibus ſuis iuribus, & pertinentijs, f. 72. num. 4.

Caſus.

Vide etiam, textus deciſio.
Aduentitius Caſus rei naturam non immutat, l. 14. n. 43
De caſu fortuito nemo tenetur niſi ſuſcepto periculo, fl. 1. n. 78. 79. 80.
Poteſt aliquando præuideri caſus, & ei prouideri, bo. 53. num. 15.
Verba in caſu, f. 22. nu. 24. 26.
Omni caſu, omnem caſum compræhendunt, b. 6. n. 2.

Cauſa.

Ceſſante cauſa ceſſat effectus, l. 21. numero 22. & flor. 1: num. 61.
Cauſa ad non cauſam redacta, actus venit retractandus, l. 21. nu. 33. 28.
Et ſententiæ executio impeditur, n. 34.
Idem ſi falſa ſit cauſa vel erronea, n. 35.
Habenti iuſtam ignorantiæ cauſam magis ſuccurrẽdum. num. 36.
De Cauſarum connexione, vide Connexio.
Paria ſunt ab initio non adeſſe cauſam, aut fuiſſe quidem ſed ad non cauſam redactam condictio ſiue cauſa competit, & ſententiæ retractantur, l. 60. nhmero 13. & ſeqq.
Dictum determinatur ſecundum ſuam cauſam, luc. 67. num. 22.
Cauſa diſpoſitionis inſpicienda, verba ſi ſint ambigua, num. 23.
In cauſato eſſe non poteſt plus quàm in cauſa, f. 52. n. 12. & b. 63. num. 38.
Cauſa de præterito quæ, b. 20. num. 6.
Vt actus dicatur factus ex cauſa antecedenti requiſita, b. 40. p. 10. n. 6. Vide executio.
Si prima cauſa includeret ſequentem, ſed non effectum eius, effectus ex ſecunda dicitur inſurgere, bonon. 65. num. 11. 12.
Cauſæ continentia non diuidenda, f. 66. nu. 1.
Niſi aliqua legitima cauſa ſuadeat diuiſionem, n. 14.
an ſit idem cum exceptione litis pendentiæ, numero 4. & ſeqq.
In cauſis connexis plures diuerſi fori coguntur litigare coram eodem Judice, num. 2.
Declara, vt num. 3.
Cauſa criminalis dicitur, etiamſi priuato pœna applicetur, b. 68. n. 61.

Cautela.

abundans cautela non nocet, f. 59. nu. 26.

Celeritas.

Sententia cum nimia celeritate lata, aut die ſequenti eſt nulla, & laudum, l. 46. n. 2. 3. 4. 5.
aut vbi cauſæ cognitio intereſſe non potuit, n. 8.
Nec decretum præcipitanter factum, n. 9.
Celeris ſatisfactio quomodo verificetur, f. 59. n. 20.

Cenſus.

ad validitatem cenſus, quæ requirantur, l. 20. n. 1.
Creditori cenſus datur ſummariſſimum poſſeſſorium, numero 3.
Clauſula ad formam Bullæ Pij V. relata à contrahentibus, num. 4. & l. 52. n. 4.
Quæ facit, vt actus reducatur ad formam iuris, luc. 52. num. 5.
Cenſum non ſoluens tenetur ad intereſſe quanti plurimi poſt moram, l. 20. ſub n. 4.
Cenſus conſiſtens in fructibus non in pecunia an valeat, ſub num. 7.
In conſtitutione cenſus communis obſeruantia attenditur. num. 8.
Inſtrumentum cenſus habet executionem paratam, & ſequeſtratio in eo locum habet, l. 21. n. 4.
Cenſuarius debet manuteneri in quaſi poſſeſſione ex actionis cenſus, num. 9.
Executio inſtrumenti liquidi in cenſu non retardanda ob concurſum aliorum creditorum, n. 39.
Cenſus cum fideiuſſore conſtitutio valida, florent. 9. numero 1.

Creditor

Ctedito: cenſut agit contra poſſeſſorem rei obligatæ pro rata ſt.33.nu.3.
Clerici pro cenſu debito iure agatur perſonali, ſiue reali conueniendi coram iudice Eccleſiaſtico, contraria opinione reiecta, num.4.

Ceſſio, Cedens.

De ceſſione debitoris poſtquam fuit condemnatus alij facta, l.37.per tot.
Dominium incorporalium ex ſola acquiritur ceſſione, nu. 12.& 13.
Cedens non poteſt præiudicare iuri iam alteri quæſito. num.19.
In caſu l.fin.C. de tranſ. quam actionem habeat ceſſionarius contra cedentem, n. 20. & ſeqq.
Vbi debitori fuit inhibitum ne ſolueret ceſſat eius ignorãtia, num.22.
Ceſſionarius repræſentat cedentem, nec eſt plus quam cedens, num. 27.
Cedere non eſt ſoluere, num.32.
Debitor ceſſus ignorans cedenti ſoluens, quibus ex cauſis excuſetur, n.36.& ſeqq.
Directæ, vel vtiles ceſsæ quando maneant, vel tranſeant, n.23.& ſeqq.
Iure redimendi ceſso quærendum eſt primo à Ceſſionario an tale ius redimendi competat, f.23.n.5.
Et pretium offerre, num.6.
Ceſſio ſine cauſa reprobatur, f.41.nu.9.
Ceſſionarius in locum cedentis ſuccedit, b.19. nu.1.
Et eius iura conſequitur, num. 2.
Et reputatur vna perſona cum eo, nu.3.
Fal.ſi ceſſio ſit inualida, nu.4.5.
Exceptio ſpolij competens cedenti, competit, & ceſſionario, num.6.
Etiam iure proprio, ſub num. 18.
Conſeſſio cedentis non præiudicat Ceſſionario, bonon.31. num.10.
Ceſſionarius non agit contra cedentem non oſtenſa prius diligentia contra debitorem ceſſum, b.35.n.22.
Ceſſio iurium peti poteſt à debitore ſoluente, & quando, b.67. num.8.
Debet creditor manutenere, quod iura ceſsa ſint vera. num. 9.
Ceſſio operatur, vt res ſit libera ab hypotheca, n.10.
Et facta debitori operatur liberationem, n.11.

Chartularium.

Eſt vox vniuerſalis, b.54.num. 31.

Circuitus.

Circuitus inutiles euitandi, luc.25.numero 87. flor. 41. num.7.
Maximè in tribunalibus ſupremis, l.49.nu.6.7.
Argumentũ ab circuitu euitando quando non procedat, ſt.7.n.41.& ſeqq.

Circumſtantia.

Qualibet minima circumſtantia variat factum, luc. 42. num.14.

Citatio.

Citatio in quolibet actu neceſſaria, l.6.nu. 4.
Vbi citandi ſunt certi citatio non ſufficit generalis, numero 5.
Citationes executæ abſque teſtibus nullæ, l.18.n.6.
Vnica citatio ſufficit, num.7.
Limita, vt num.8.
Defectus in vna ex trinis citationibus omnium impedit effectum, num 9.
Citatio debet ſpecificare cauſam, cur fiat, putà ad recognoſcendum ſcripturam, n.10.
Sententia ſine citatione nulla, f.27.n.1.
Citatio continet defenſionem, eſt de iure naturali, & diuino, num.3.
Citationis defectum ſanare non poteſt princeps vel ſtatutum, num.5.
Maxime in rebus non minimis, nu.6.
Non valet allegatio, quod citatus ſe defendere nõ potuiſſet, num.7.
Citatio non debet eſte generalis, ſed cauſam in ſpecie continere, b.10.nu.3.
Citatio minoris eſt nulla, num.4.
Et quando valida, num. 5.
Defectus citationis ad certum tempus vitiat relationem, num.10.
Ad certum tempus citatio circumducitur, ex ſuperueniẽte Iudicis diuerſo decreto, nu.14.
Vbi eſt ad audiendum voluntatem citatio interim pronũciari non poteſt, ſub eod.
Succeſsor eſt citandus, ſ. 60.num.3.
Actum, & decretum ſine citatione nulla, n.4.
Præſens non citandus, habetur pro legitimè citato, & tenet proceſsus, ſ.65.n.7.8.
Præceptum per comparitionem in vim reducitur ſimplicis citationis, f.58.nu.6.

Claritas Clarum.

Claris ſtatuti verbis ſtandum, l.2. num.17.
Et claris ſtandum eſt, l.55.num.16.
Non eſt in claris opus coniecturis, f.1.num.20. & ſt.23. num.16.
Friuolæ interpretationes non reddunt rem dubiam, & ſtandum eſt expreſſis etiam in odioſis, nu.17. & ſeqq. d.f. 23.
Clarum eſt quod ita legitur, vt facilè perſpiciatur, nec intellectus laboret in intelligendo, f.37.n.1.
Data verborum claritate verborum nulla intrat dubitatio, num.2.
Omnis diſputatio in claris dicitur calumnioſa, n.10.
Clarum non dicitur vbi per argumenta proceditur, f.46. num. 84.
Maximè ſtantibus alijs pro altera parte argumentis. num.85.
Clara dicitur diſpoſitio, quæ oculis cernitur non mente. num. 86.
Seu quãdo verborum tenor eſt adeo clarus, vt intellectus non laboret in intelligendo, n.87.
In claris ceſsant præſumptiones, f.51.n.49.
In claris eſse dicimur vbi res eſt ad hæredes tranſitoria, aut vbi conuentum ita eſt, n.50.

Clauſula.

Clauſulæ affectatæ, & inſolitæ inducunt ſuſpicionem, b. 1.num.48.
Clauſula fecit, conſtituit, creauit, f.72.num. 25.
Clauſula dedit, vendidit, tradidit, num.26.
Clauſulæ ſalutares nil operantur, quando ſine actione agitur, b.40.p.14.n.2.
Nec ſtante ſtatuto, quod quaqualis petitio detur, n.3.
Nec ſi fuerit intentata actio diuerſa, vel contraria. num. 4.

Nec

Nec ſupplent factum, num. 5.
Vide Libellus. Vide Veritas.
poteſt Iudex ex probatione minus concludenti, vel perſuaſiua moueri, l. 56. n. 30. 40. f. 2. n. 18. 19.

Clericus.

Clerici etiam pro cenſu coram Iudice Eccleſiaſtico conueniendi, ſiue reali, ſiue perſonali agatur, f. 33. nu. 4.
Clerici actores ſequuntur forum rei, ſed ſecus florentiæ propter conſtit. Synod. quæ limitatur, & declaratur, f. 67. per tot.
Clericus ex eo non dicitur, quod ſit, vel Prothonotarius, vel Referendarius, nu. 10.
Clericatus, vel per ſcripturam, vel per teſtes probandus, num. 11.
Clerici trahunt collitigantes ad ſuum forum, n. 13.

Cohærentia Cohærens.

Cohærentium idem iudicium, b. 68. n. 50.
Fructus per cohærentiam ſoli dicuntur immobiles, n. 55.

Collateralis.

Vocationis præſumptio difficilius intrat quoad collaterales, f. 20. n. 24. 33. 59.
Et Tranſmiſſio, Vide Tranſmiſſio.

Collecta.

An ad collectas, onera, impenſas teneantur locator, conductor, emptor fructuum, vſufructuarius, vaſallus, emphyteota, linellarius, & ſimiles, b. 9. per tot. & flor. 36. nu. 13. & ſeqq.
Collectas impoſitas perſonis pro rebus ſoluit dominus, vel poſſeſſor, n. 7.
Non conductor, & ſi ſoluit repetit, num. 8.
Fal. vt num. 11.
Non ſoluit is, cui ſunt relicta certa corpora fructuum. num. 9.
In collectis exigendis eſt conſuetudo ſeruanda, nu. 17.

Collegium.

In dubio iudicandum pro cooptando in collegium, bo. 19. num. 36.
Declara, vt non procedat niſi data penuria aliorũ aggregandorum, n. 67.
Aggregationis actus eſt iuri communi conſentaneus, rationabilis, vtilis, conſuetus, n. 38.

Colluſio.

Colluſio, & verſutia animaduertitur ex eo, quod quis latitat, l. 42. nu. 43.
Colluſio præſumitur in negligenter ſe in cauſa gerente, omittente probare, interrogare, appellare, flor. 17. num. 11.
In non curante docere de iure ſuo, nu. 12.
Nec probare, num. 13.
Vnica ſuſpicio ſufficit ad colluſionem detegendam. numero 15.
Colluſio colligitur ex teſte ab eo inducto cuius nõ intereſt. num. 7.
Ex inueriſimili, num. 18.
Et ex coniecturis, num. 19.

Colonus.

poſſidet locatori. Vide Locatio.

Columna.

Columna inciſa probat in antiquis. f. 60. ſub n. 17.

Commendz.

Commenda domina directa forum laycale ſortitur, fl. 59. num. 3. 21. 22.

Commeatus.

Vide Locatio. *Commiſſio, vide Delegatio.*

Commodatum.

Rem commodatam in alios vſus conuertens furtum committit, l. 34. num. 7.

Communio.

Nemo cogitur ſtare in communione, f. 29 n. 51.
Alter alteri non præiudicat alienatione rei communis. Vide Alienatio.
Modus aſſumendus, quo communiter vtrique parti conſultum ſit. Vide Prouiſio.
Communi diuidundo iudicium non intrat, niſi quãdo res eſt communis, b. 56. nu. 1.
Ratione dominij, vel poſſeſſionis, nu. 12.
Impenſæ melioramentorum in hoc iudicio, vt in re cõmuni fundatæ conſiderantur, n. 2.
Si commodè res diuidi non poteſt eſt æſtimanda, num. 6. & ſeqq.
Diſpoſitio l. ad officium. C. com. diuid. eſt in paupertate creditoris fundata, n. 12.
Et ad alios caſus etiam citra res communes trahitur vt ad retractum, nu. 14.
Et ad caſum melioramentorum, & ratio, n. 15.

Communis opinio.

Vide Opinio.

Communiter accidens.

præſumptio ſtat pro eo, pro quo à communiter accidentibus ſtat argumentum, b. 70. n. 12.
Et ſufficit ad transferendum, onus probandi aliam cauſã in aduerſarium, nu. 13.
Argumentum à communiter accidentibus validum, luc. 56. num. 12. f. 2. num. 36. & ſeqq. & b. 6. n. 12.

Comparauo.

Comparatio non datur inter diuerſa, b. 66. n. 2.
Recognitio per comparationem literarum. Vide Recognitio.

Compenſatio.

Compenſationi locus eſſe non poteſt, vbi non eſt creditum ex aduerſo, b. 17. n. 20. & l. 66. n. 33.
promittens compenſare etiam debitum in diem debet compenſare, l. 66. nu. 5.
Declara, vt num. 24.
pater dotando filiam, an cenſeatur animo compenſandi cũ bonis maternis, n. 6. 26. & ſeqq. 11. & 34.
In dubio an animo compenſandi dotem fuiſſe datam dicendum ſit, n. 12. 35.
Compenſatio non inducitur niſi expreſsè appareat, numero 14.
Non inter diuerſa tempore, vel quantitate, n. 15.
Non in dotante ex neceſſitate, vt in patre, n. 16. 19.
Non eſt eadem ratio compenſandi liquidi cum liquido, ac liquidi cum illiquido, n. ·1.
Compenſatio dicitur debiti, & crediti inter ſe contributio, num. 22.
poteſt opponi, & de ea cognoſci etiam in executione. num. 36.
Liquidum, & incontinenti liquidandum ad compenſationem inducendam pariſicantur. Vide liquidatio.
Compenſatio in cauſa dotis admittitur in caſu, vt fl. 13, per tot.
Non obſtante, §. tacite. C. de rei vxo. act. qui declaratur num. 2.

Google

Nec exactio dotis impediri poteſt oppoſita compenſatione crediti tutelaris, num.4.
Declara, & limita, vt ſub eod. & ſeqq.
De ſpecie ad quantitatem, & è contra non datur compenſatio. f.36.nu.20.
Non intrat compenſatio ſtante iuramento de ſoluendo, 6.7.num.5. & 6.
animus compenſandi difficilius intrat cum aliquid diſſimile debito datur, num.7.
Fit inter debitorem, & creditorem compenſatio non etiā quoad alium correum, f.70.n.35.36.
Compenſatio vbi non viget, ibi nec locum habere poſſūt, retentio, exceptio, reconuentio, n.37. & ſeqq.

Competentia.

Vide forut.

Compromiſſum.

Compromiſſum cum verbis efficacibus etiam contra trāſactionem ſeruandum, l.33.n.12.
Expirato compromiſſo omnes in eo factæ renunciationes euaneſcunt, num.21.
Compromiſſum voluntarium, vel neceſſarium, & an iterandum, vel non l.53.per tot.
Non valet vbi eſt res iudicata, num.11.
Contra, num.45.
In dubio pronunciandum non eſſe iterandum, numero 13.14.
Declara, vt num.56.
Compromittentium mens ſpectanda, num.52.
Maximè ſi ex multiplicatione enixior apparent, nu.53.
Vel ſi ſit iurata, num.54.
authoritas omnis ex compromiſſo dependet, florent. 43. num.1.
Nec ea præſumitur ex longi temporis curſu, n.2.
Minor contra compromiſſum reſtituitur, n.4.

Conceſſio.

Non operatur vltra intentionem concedentis, lucen. 30. num.5.

Conciliatio. Concordia.

Verba vniuerſalia reſtringenda, vt cōtrarietas euitetur, & occaſio qualibet amplectenda, vt contraria concilientur, b.40.p.7.n.66.67.68.
Concordia ex cauſa ſocietatis, quæ anteceſſit reſtringitur ad creditores eiuſdem ſocietatis, b.54.n.21.
Concordia ſubſequuta cenſetur venire in executionem præcedentis obligationis, nu.22.

Conditio.

In conditionibus merum factum inſpicitur, lucen. 42. num.17.
Datum ſub conditione contraria conditione cenſetur ademptum, num.22.
Conditione reſoluta omnia in priſtinam redeunt cauſam. Vide Reſolutio.
Defectus conditionis nihil operatur, quando fuit pœna appoſita, f.13.n.10.
Conditio ſemel defecta non reuiniſcit, b.35.n.16.
Et deficit diſpoſitio irreuocabiliter, num.17. & bono.66. num.3.19.23. vbi de conditione ſi ſine liberis, & an vno loco expreſſa, alibi vbi non fuit expreſſa, ſit ſupplenda.
Conditio in forma ſpecifica adimplenda, b.71.n.53.

Conductor.

Conductor excuſatur aliquid bona fide committens in re conducta, l.17.n.12.
An reſpicit quæſtionem dominij. Vide Dominium.
poſſidet locatori, l.48.num.28.
Habitatione probata penſio eſt debita, luc.49. numero 1. & b.18.num.1.
Quando domus eſt ſolita locari, l.49.nu.2.
Quod probandum, & pro quali mercede, b.16.num.14. & b.58.num.14.
Declara, vt ad nullas penſiones teneatur habitans in caſibus, dec.b.16.& 58.per tot.
Conductor furtum committit alio modo vtens quam ad id, quo fuit conductum, fl.1.n.6.
Conductor, an locator ſoluat collectas, b.9.per tot.
Iniquum eſt colonum teneri, quando non grauatur pro ſuo lucro, vel traffico, n.14.
Conductores, datiorum non ſunt decipiendi non obſeruādo eis capitula concordata, b.38.n.20.
Et princeps debet eis pacta ſeruare, n.5.
Continuans in re conducta cenſetur iuri ex impedimento, ſibi illato iam quæſito renunciare, b.39.n.1.
Fal. quatenus contra fueris proteſtatus, n.6.
Facta denunciatione Conductor liberatus à damno, cui locator occurrere potuiſſet, num 8.
In loco frequenti conductores reperiri facilè præſumitur, b.58.num.5.
per quem ſtat quominus domum non locet, tenetur ad penſiones, num.4.
Declara ſi ex dolo, & lata culpa non locauerit, ſecus ſi ex leui, num.13.
Creditor aliàs domum non conducturus, eam inhabitans non tenetur ad penſiones, n.15.

Confeſſio.

Inquiſitione nulla confeſſio etiam nulla, b.12.nu.5.
aliter non conſtito de delicto ſola confeſſio, non ſufficit ad condemnationem, n.6.
Maximè ſi ea ſit qualificata, num.7.
Confeſſione propria nulla melior probatio, bon.21.n.8. & bon.55.num.25.
Maximè facta in inſtrumento, num.26.ead.55. vel repetita, num.27.ead.55.
Confeſſio, vel oblatio quando diuidi poſſit, lucen. 22. numero 13.
Confeſſioni patris ſtatur ad præiudicium filiorum, lu.25. num.11.
Confeſſio in diſcrimine vitæ, & pro ſuæ conſcientiæ exoneratione præſumitur vera, & ſincera, lucen. 31. num.57.58.
Confeſſio extraiudicialis parte præſente probat. luc.35. numero 11.
Etiam non acceptata, num.12.
Teſtes de confeſſione in diuerſis locis probant, & coniunguntur, num.16.
Confeſſio propria facit rem in claris eſſe, n.21.
Confeſſio ſcinditur in prohibitis, l.38.n.28.
Quando conſtat de falſitate qualitatis eſt confeſſio diuidenda, num.21.
Non nocet conſtito rem aliter ſe habere, l.50.n.19.
Veritati repugnans non attenditur, nu.20.& ſeqq.
Vbi eſt partium confeſſio ſumus in notorijs, l.53. nu. 39.
Confeſſio defuncti dicitur confeſſio hæredis, & eidem præiudicat.

iudicat, luc.57.num.18.
Erronea poteſt quandocunque reuocari edocta de errore, l.60.n.22.& b.64.n.2.3.
Præſertim ope reſtitutionis in integrum, vbi læſionē con tineret, l.60.num.23.
Confeſſia rei fideicommiſſum eſſe, vide fideicommiſſum.
Confeſſio mariti bona eſſe dotalia, vide dos.
Confeſſio ex coniecturis veriſimilis nocet etiam tertio, f. 2.num.17.
prælati ſpontanea non nocet, f. 21.num.21.
Maximè conſtita de cantraria, num.22.
Confeſſio facta in iudicio, vide oblatia, & nocet confitēti, f.72.num.31.
propria confeſſioni non licet repugnare, f.37.nu.4.
probatio per confeſſionem ſemper admittitur, f.1.n.99.
Confeſſio propria probat, b.4.num.16.
procuratoris an noceat domino, & an poſſit reuocari, uide procurator, & f.72.num.43.
Adeo quod non poſſit per principalem reuocari, n.44.
Confeſſia damni dati facta in criminali nocet etiã in cauſa ciuili, b.63.num.1.
Cedentis, an noceat ceſſionario, uide Ceſſia.

Confinia.

Ex deſcriptione confinium habetur certitudo, l.13.n.20.
Confinium deſignatio eſt loci, de quo fit mentio, declaratio, num.22.
Intra confines rei uenditæ quod eſt, id eſt emptoris, lucen. 33.num.34.
In diuerſitate confinium præſumitur identitas ex poſſeſſione continuata, l.57.num.12.
Dua confinia probant identitatem, num.15.
Mutatis confinibus, nec conſtito quid, quale, quantumq. ſit alladium, omnia emphyteutica præſumuntur. num. 25.

Confirmatio.

Si derogari non poſſit confirmata niſi facta ſpecifica mentione, &c. vide derogatio.

Confuſio.

Confuſia in duabus, vel tribus non datur, ſed in maiori numero, f.71.n.39.

Congruum.

Gratificationi an ſit locus in iure congrui. Vide Gratificatia.

Coniectura.

Coniecturæ probationibus cedunt, vide probatio.
Quod venit per coniecturas dicitur venire impropriè, & per ſubanditum intellectum, l.48.n.4.
Coniecturæ de coniecturis non dantur, f.20.n.32.
Debent eſſe neceſſariæ, & probabiles ad fideicommiſſum inducendum, n.34.
Nec ſupplet numerus, vbi omnes ſunt defectuoſæ, numero 35.
Et omnes ſimul ſunt repellendæ, num.36.
Ex propria cuius que capite non fingenda, n.42.

Coniunctio.

Vide Capula.

Coniunctus conſanguineus.

Conſanguinitas, & paupertas poſſunt officium Iudicis vehementius mouere, l.61.num.21.
Inter conſanguineos amarè non agendum, num. 22. & l. 68.num.37.
Ex actu ſequuto cum alio conſanguineo deducitur coniectura voluntatis quoad alium, l.67.n. 42.
Occurrendum eſt conſiderabili damno inter coniunctos, l. 68.num.36.
Coniunctus ad plura admittitur pro coniuncto, luc.70. num. 3.
Coniunctarum ſpecialia plura, & cauſa eadem eſt cum noſtra; ſub eod.n.3.
Conſanguinei ſunt quodammodo pars corporis noſtri. num.4.
Maximè filij noſtri, num.5.
Coniunctioribus maximè pauperibus ſubueniendum, ſt. 12.num.17.18.
Vt coniunctus pro coniuncta comparere poſſit requiſita, b.13.num.106.
Ratio coniunctionis legitima eſt cauſa excuſandi ab expenſis, f.10.n.19.

Coniux.

Dominium lucrorum dotalium mariti ne ſit an vxoris, l. 6.num.15.& ſeqq.
Locus vxoris non mariti attendendus, ſi eò maritus ſuã deſtinauit habitationem, n.17.
Quia cenſetur ſe voluiſſe conformare ad ſtatuta eius loci, num.18.

Connexio, Connexum.

Connexio cauſarum ex arbitrio iudicis dijudicatur, l.27. num.1.
Connexæ cauſæ ex origine, & actione intentata, & ex fine iudicantur, vel ſeparatæ, n.2.3.
Connexa dicuntur inſeparabilia, num.4.
In connexis, ſeu complicatis admittitur appellatio etiam pro eo, pro quo aliàs non daretur, l.37.num.52.& bo. 30.num.36.
Duæ cauſæ ſimul complicatæ habentur pro vna, luc. 37. num.54.
In connexis beneficium vnius alteri etiam prodeſt, l. 43. num.5.6.7.
Exceptio de connexione cauſæ, vide pendentia litis.
Connexa non dicuntur quæ per ſe ſubſiſtere poſſunt, luc. 47.num.12.
Nec vbi eſt ſeparata defenſionis cauſa, n.13.
Nec vbi ambo in vnum non reflectuntur, num.14.
Nec inter diuerſa, vt inter iudicium vniuerſale, & particulare, num.15.

Conſenſus.

Clauſula non conſentiendo, &c. facit ne cenſeatur prorogata iuriſdictio, l.45.n.6.
Fal. ſi non fuit concepta in futurum, vel ſi acta continnentur non repetita proteſtatione, l.62. n. 35.
Conſenſus vel diſſenſus mulieris circa fructus bonorũ extradotalium, vide Dos.
præſtatio conſenſus alienatione non ſequuta non præiudicat, f.15.num.18.
Creditor conſentiens alienatione pignoris quomodo ſibi præiudicet, num.19.
Conſenſus ſuperioris an præſumatur, f.21.n.23.
Non conſentiens intra tempus conuentum non poteſt ipſe dicere de nullitate, f.23.n. 12.
Conſenſus ratione præiudicij tantum non etiam pro forma requiſitus poteſt quandocunq. ſuperuenire, b.3.n.3.
Cõſenſus, licentia, authoritas ſunt nomina diuerſa [illegible] ſine, num. 14.

Index Deciſionum:

Conſenſus etiam lite pendente ſuperueniens iuuat, nu.15. vide Superueniens.

Si conſentiat intereſſatus ſuperioris inhibitio non lęditur. b.20.num.11.

Conſenſus partium à Iudice ſequendus, f.8. num.10.

De conſenſu tacito, vel expreſſo, ad l.64. ſub nu.27.

Conſequenter Conſequentia.

Verba, & in conſequenza ſtant cauſaliter, vel illatiuè, ſt. 23.num.36.

Ita quod conſequentia ex anterioribus demonſtretur. num.37.

Vide Antecedens.

Conſilium Concilium.

Malum conſilium conſultori peſſimum, f.66.n.16.

Vide Vniuerſitas.

Conſors, vide Retractus.

Conſtituo Conſtitutum.

Per clauſulam conſtituti transfertur poſſeſſio, lucen. 48. num.15.

Declara ſi conſtituens erat in poſſeſſione, bonon. 40. p. 7. num.53.

Etſi poſſidebat tempore conditionis purificatæ, nu.54.

Aliàs non etiam quod eſſet clauſula ex nũc prout ex tũc. n.55.56. & ſeqq.

Et ratio, num.57.

Verbum conſtituo conſideratur, vt quid diuerſum ab ipſo conſtituto, b.40 p.3.n.14.

Conſtituere ſeruitutem eſt eam, quæ non erat imponere, num.15.

Vſusfructus dicitur conſtitutus, cum quis incipit vti frui. num.16.

Feudum conſtituitur cum de allodio fit feudum, n.17.

Verba cum pacto conſtituti, &c. iuncta relatione ad formularium Bonon. important alienationem, numero 41. 42.

Traditio ex conſtituto ſufficit pro liberatione, bon.40. p. 7.num.42.43.

Conſtitutum in conditionali obligatione operatur conditione adueniente, n.45.46.

Adiectum contractui nullo eſt nullum, num.47.

Dicitur collatum ad mortem, non poſt mortem, in conditione ſi ſine liberis deceſſerit, & ideo ad tempus habile, & retinet officium ſuum, ſub n.68.

Ex precario, & conſtituto in donatione transfertur dominium in donatarium. Vide donatio.

Conſuetudo.

Ad probandam conſuetudinem plura requiruntur, luc. 1.num.35.

Quomodo probetur, & differat ab obſeruantia. Vide obſeruantia.

Poteſt probari generalis conſuetudo citra exactas probationes, ſt.46. num.17.

Præſertim inueterata, & reducens ad ius commune, num. 58.59 & ad alia in f.47.n.31. & ſeqq. vbi etiam de conſuetudine notoria remiſſiuè.

Conſuetudo, quod non ſoluatur pretium, vbi eſſet ſoluendum probanda, l.22.n.28.

Conſuetudo interpratatur ſtatutum, l.36. num. 4.

Attenditur in pęnis, l.54.num.2.

Solitus delinquere magis punitur, num.5.

Grauius peccat, num.8.

Conſuetudo delinquendi ex duobus actibus inducitur, num. 6.

delictum ſępius iteratum ſit maius, num.9.

De conſuetudine creditur Notario de commiſſione ſibi facta, l.56 num.17.

Conſuetudo etiam contra communem opinionem attendēda, num.18.

Conſuetudo mala, ideſt abuſus, & corruptela non ſequenda, f.27.num.2.

Nec contra ius diuinum, vel naturale præiudicat, nu.4.

Ad conſuetudinem ſe referens intelligitur de conſuetudine loci contractus, b.6.n.20.

Conſuetudo, pactum, ſtatutum parificantur, ſub eod.

Conſuetudo notoria. Vide Notorium.

Conſumptio.

Quando actus ipſo facto ſtatim conſumitur, aut abſumitur, l.21.nu.21. & ſeqq.

Contemplatio.

Actus cuius contemplatione ſiat inſpiciendum, luc. 55. num.28.

Et in cuius gratiam, num.29.

Continentia.

Continentia cauſæ non diuidenda, b.32.num.18.f.66.nu. 1. & ſeqq. vbi declaratur.

Continuatio.

Quando actus continuatur præſumitur idem motiuum, b.40.p.num.50.

Contractus.

Contractus præſumuntur iuſti, & veri non ſimulati, luc. 25.num.43.

Ex conuentione legem accipiunt, num.55. & l.67.n.18.

In contractibus non tractatus, ſed quod concluditur attēditur, f.23.num.3.

Non eſt veriſimile velle contrahentes, quod pendeant ex arbitrio vnius, num.20.

Et reijcitur interpretatio per quam contractus claudicaret, num. 21.

Talis præſumitur contractus, qualis fuit denominatus, f. 51.num.5.

Sui natura ſunt ad hæredes tranſmiſſibiles, n.6.

Etiam ſi expreſſim dictum non ſit, num.7.

Et etiam ſi ſit vox taxatiua, num.8.

Pacta conditiones, qualitates contractibus adiectæ ſeruādæ, num.43.

Quod contrahentes cenſeantur ſequi naturam contractus eſt in dubio, num.48.

In omni genere contractuum nonniſi perſona expreſſa cōpræhenditur, alia nõ, n.51.52.55.58.

Interpretatio facienda, quò minus ſit cōtrahentibus onerosa, f.1.num. 84.

Contractus in dubio præſumitur licitus non vſurarius, b. 1.num.4.

Etiamſi promiſſum ſit ſolui certũ quid quolibet anno pro capitale apotecæ, num.5.

An ſit licitum à contractu recedere ob pacta non ſeruata, bon.38. per tot.

Aduerſus petentem exequi contractum ab eo non adimpleti obſtat exceptio doli, etiam quod contrauentio nō reſpiciat cauſam finalem, n.6. & 9.

Nec datur actio, nec agi poteſt ex eo, n.10.12.

Nec ipſe princeps poteſt pacta, & capitula reuocare, n.13. & ad f.23. ſub num. 30.

Niſi

Index Deciſionum.

Niſi per viam legis generalis, num. 16.

Univerſitas n. n poteſt non obſtante inſtrumento contrauenire, num. 14.

Nec poſt venditam cancellariam licet domino nouas facere conſtitutiones, nec quicquam innouare in præiudicium emptorum, vel conductorum, n. 15.

Exceptio contractus non obſeruati à limine iudicij repellit, & eſt exceptio litis finitæ, n. 32.

Contractus ſunt ab initio voluntatis, ex poſt neceſſitatis, b. 40. p. 3. n. 10. & p. 5. n. 7.

Ad reſolutionem contractus vtriuſque partis conſenſus requiritur, & actus retraſimilis, b. 40. p. 6. n. 4.

Nec vnus ſolus abſque altero poteſt recedere, nu. 3.

Contractus eius, qui nō audet de domo exire, quia nudus, non tenet vti factus tanquam cum carcerato, bon. 68. num. 45.

Contrarium.

Contraria non poſſunt ſtare ſimul natura, luc. 25. num. 6. l. 68. num. 31.

Contraria allegans non audiendus, b. 34. n. 1.

Cognito vno contrariorum cognoſcitur, & alterum, l. 25. num. 82.

Argumentum à contrario ſenſu validum, lucen. 55. num. 22.

Maximè quando in contrario ſenſu eſt eadem ratio. num. 23.

Non ſumitur quando caſus qui venit à contrario ſenſu eſt per aliam legem deciſus. b. 66. n. 39.

Symbolizat cum illo quod incluſio vnius eſt excluſio alterius, & cum alio qui vnum exprimit de alio negare videtur, num. 28.

Ex duobus contrarijs, quod de vno negatur, de alio affirmatur, b. 70. num. 16.

Contrariorum idem eſt iudicium, f. 18. n. 20.

Vna, & eadem diſpoſitio non poteſt duorum effectuum contrariorum eſſe productiua vitæ, & interitus, f. 20. n. 28. & f. 28. n. 5.

Contrarietas tollitur pacta diuerſificando, lucen. 67. num. 38.

Verba vniuerſalia reſtringuntur, vt contrarietas euitetur, b. 40. p. 7. n. 66.

Et quælibet occaſio capienda, vt quæ videntur contraria concilientur, num. 67.

Et omnibus modis tollenda, n. 68.

Senſus contrarius quomodo deducendus, bon. 71. num. 40. & ſeqq.

Contrauentio.

Contra eum qui contrauenit interpretatio facienda. Vide Interpretatio.

De fideicommiſſo in caſum contrauentionis, lucen. 58. per tot.

Contrauentio an conſideretur inſtituendo ſucceſſuros ab inteſtato, ibid. num. 5.

Controuerſia.

Controuerſia de re aliqua inter duos pendente tertius nemini offerre tenetur. Vide pendentia.

Contumacia.

Contumax magis tenetur ad damna, f. 37. nu. 11.

Minor non fit contumax, b. 10. num. 6.

Statutum quod quis in contumaciam condemnetur intelligitur de vero contumace, num. 7.

Et quod in contumaciam ſtetur relationi Nuntij non procedit contra minorem, num. 12.

Conuentio.

Standum eſt conuentis, luc. 13. n. 17. & l. 55. n. 17.

Conuentiones tollere non poteſt iudex, f. 23. nu. 30.

Nec iuribus partium præiudicare, f. 24. n. 47.

Quod conuentum eſt attenditur, f. 36. n. 16.

Et fortius operatur, num. 9. & 11.

Et fauorabilius dicitur num. 10.

Conuentio ſeruanda eſt, f. 45. num. 4.

Conuerſio.

Conuertens rem commodatam in alios vſus. Vide Commodatum.

Copia.

In copia plus non eſt, quam in originali, b. 15. n. 8.

Copia parti danda vt ſciat an cedere, vel contendere habeat, num. 15.

Copula.

Legatum factum medico, & doctori debitum, ſi vnus ſit tantum, vel medicus, vel doctor, f. 75. nu. 33.

Copula, & denotat æqualitatem terminorum in caſibus copulatis, l. 55. nu. 11.

Inducit repetitionem antecedentium in ſequentia. num. 12.

Fall. quando ſtat inceptiuè, num. 43.

Inducit repetitionem eiuſdem qualitatis, f. 46. n. 1.

Fal. quando ſtat inceptiuè, n. 2. 3.

Habet vim implicandi caſum magis dubitabilem. numero 4.

Ambo requiſita requirit, b. 54. num. 6.

Duobus, aut pluribus copulatiuè vocatis an vnus tātum admittatur. Vide ſucceſſio.

Coniunctio non eſt vbi deficiunt tradita in l. re coniuncti, f. 29. num. 34.

Coniunctio verbalis ex quibus fiat, num. 35.

In materia coniunctionis quomodo verba, vel oratio conſideretur, n. 36. & ſeqq.

Coquina.

Dicitur à coquendo, l. 13. num. 6.

Corpus.

Quomodo ad corpus, vel ad menſuram dicatur facta venditio, l. 13. per tot.

Legatum certum corpus bonorum, quibuſdam poſtea enumeratis quid importet, n. 8.

Corredа.

Vide Dos.

Correlatiuum Correſpectiuum.

Correſpectiua dicuntur quæ inſunt in eodem contractu, l. 55. num. 8.

In correſpectiuis vno ceſſante ceſſat, & alterum, numero 9.

Declara, num. 41.

Correſpectiua diuerſo iure cenſeri non debent, n. 10.

Correſpectiuitas non intrat inter diuerſa, n. 37.

Etiam quod ſint vnius, & eiuſdem temporis, n. 38.

Nec vbi non eſt vnum, & idem finale motiuum, numero 39.

Quando apparet de contraria uoluntate, n. 40.

Correlatiuorum uno deficiente deficit, & alterum, l. 66. num. 23.

Vno poſito, & alterum conceditur, florent. 47. numero 27.

Index Deciſionum.

Argumentum à correlatinis valet vti eſt eadem ratio. b.51.num.14.

Credentia.

Conuentio quod non poſſit dari ad credẽtiam arguit quod poſſit tolli, b.51.nu.13.
Periculum eſt in dando ad credentiam non in capienda. num.15.
Ad credentiam emitur carius, num.16.

Creditor.

De creditoribus inuigilantibus ad exactiones, lucen.37. num.37.
Creditor conditionalis, vel in diem, an contineatur ſtatuto præſcribente tempus, f.7.per tot.
Creditoris appellatione an illi veniat, n.4.
Creditor poteſt utiliter agere contra debitorem ſui debitoris, ſt.22.ſub nu.27.
Creditor ſuccedens debitori conſequitur fructus alio titulo, quam hæreditario, & eos detrahit in reſtitutione fideicommiſſi, f.39.n.1.
præſumitur ſibi ſoluiſſe petendo dotes maternas, n.2.
De mobilibus, num.4.
Declara, ut num.5.& ſeqq.
Creditoris appellatione latè etiam fideiuſſor continetur. f.49.num.6.
Duo creditores ſimul contendentes de hypotheca einſdem rei dicuntur principaliter iudicio adeſſe.b.15.n.24.
Creditor an primæuis iuribus, hypothecis, ſeu actionibus uti poſſit, & quando, b.40.p.8.per tot.
Cridæ, vide Licitatio.
Cridæ an ignorari præſumantur, & de dicto quod vox præconis paucis innoteſcit, An tollerabilis ignorantia, An abſentia excuſet, an minor ætas, an reſtitutio in integrum competat, f.7.n.16.& ſeqq.

Crimen Criminalitas.

Criminalitati anſa non danda, l.22.n.5.& ſeqq.
Non contra prætendentes ſe tueri in prætenſa ſua poſſeſſione, n.8.& l.18.n.12.
Aut quando nullum damnum ſequutum fuit, aut in nullo factum eſt ius partis deterius ead.dec.l.28.n.15.
Iudex criminalis non ignoſcit de reſtitutione rerum, niſi incidenter, luc.36.num.1.& 2.& ſt.5.num.1.4.6.ubi declaratur.
Niſi peculiari conſtitutione data ſit ei facultas etiã principaliter iudicandi de reſtitutione, n.3.d.l.36.
Requiſita breuiter, ut quis in criminalibus poſſit condemnari, l.38.num.33.
Ex crimine poteſt duplex intereſſe oriri vnum publicum, & alterum priuatum, b.41.n.8.
De publico quilibet poteſt accuſare, num.3.
De priuato qui ſuam, vel ſuorum proſequitur iniuriam, num.4.
Criminaliter non agitur ex delicto habente originem à cõtractu, Vide delictum.
Acta, & teſtes in criminali quando probent in ciuili, & etiam confeſſio, b.63.in prin.

Culpa.

Culpa, & dolus probari debent ſiuè agendo, ſiue excipiendo, l.35.num.6.
Interpretatio facienda per quam excluditur dolus, vel culpa, num.9.
In dubio an culpa interuenerit, an non, non poteſt quis cõdemnari, num.10.
Culpa cares cum per te non ſtat, b.35.num.21.
Culpa leuis quæ, b.48.num.11.12.
A culpa excuſat iuſta credulitas iuris ſui conſeruandi, b.53.num.10.
Vltima culpa nocet, num.12.
In pari culpa actor repellitur, num.13.14.
In culpa eſſe dicitur quilibet rem ſuam non agens, ut paterfamilias ſolitus eſſet facere, b.65.n.7.
Culpa vltima ex tribus dicitur culpa poſt factum, numero 14.
Vltima culpa nocet, & maior velat minorem, eique præponderat, num.15.
Lata culpa eſt eius, qui non iuit ad ſuæ rei poſſeſſionem, nec eam cuſtodiuit, n.19.

D

Damnum.

Statuta de damno dato, l.1.& ſeqq.
Iuramentum damnum paſſi an admittatur contra uniuerſitatem, l.1.n.10.11.
Pœna damni dati imponitur, ſi dolo illatum ſit damnũ, num.11.
Statur iuramento damnum paſſi, & quando, n.15.
Damni dati actio an etiam pertineat ad exportata. num.16.17.
Villa non tenetur de damno dato de nocte, n.21.
Id quod tamen examinatur, ut num.ſeqq.
Villa quomodo de neceſſitate ad cuſtodiam teneatur, numero 23.24.
Damni appellatione venit læſio, ſeu occiſio quadrupedis, l.2.num.3.
Statuta de damno dato fauore publico introducta, nu.4. & ſeqq.
Tres rationes dictorum ſtatutorum afferuntur, n.5.
Damnum præſumitur datum culpa inhabitantium, ſub eodem.
Statuta de damno dato ſunt fauorabilia, numero 8. & ſeqq.
Contra, num.73.& ſeqq.n.99.100.101.
Non tenetur villa ſi poſſit negligentiæ damnum paſſi imputari, num.26.
Damnum paſſus quid primũ ex parte ſui facere debeat, num.27.& ſeqq.
Debet probare maleſactorem non reperiri, n.28.
Item damnum de die datum eſſe, n.31.
Damnum fuiſſe datum, ſeu aſinum fuiſſe vulneratum tali loco probandum eſt præciſè, ſeu in tali territorio, num.36.
An ſtatuta de damno dato, quibus alius pro alio grauatur ſint contra ius diuinum, vel naturale, l.3.per tot.et l.51.nu.99.& ſeqq.
An ſint contra ius poſitiuum, vel commune, lucen.4. per tot.
An ſint irrationabilia, iniqua, iniuſta, illicita, lucen.5. per tot.
Aequitas horum ſtatutorum oſtenditur, n.5.
Aequum eſt uniuerſitati imputari, quæ præuidere, & prouidere potuit, n.59.
De damno à familia dato dominus tenetur, n.60.
Vel hoſpes in hoſpitio, num.61.
Damnum præſumitur datum ab illis de villa non ab exteris, num.63.
An dicta ſtatuta ſint laudabilia, vel honeſta, l.6.

An

Digitized by Google

An ſint f rurabilia,luc.7.
An valida,l.8.
An dura, vel rigoroſa,luc.9.
An ſtrictè interpratanda, l.10.
Villa non tenetur de dãno foris dato,ſi homines ſint clauſi in caſtro, l.11.n.101.
Nec abſentes,Infantes,Infirmi,Senes,quicquid de facto ſeruetur contrarium, nu.103.
An teneatur villa,quando non poteſt reſiſtere multitudini,num.104.
An ex delicto ſubito ità commiſſo,vt ei præuideri non potuerit,num.106.
An quando fuit malefactori facilè aufugere,num.107.
An quando in loco eſſet ſuſpicio inimicorum, n.108.
Et alia ad idem remiſſiuè, num.109.
Eſt contra æquitatem,quod vnus ſit in damno,alter verò in lucro,Vide æquitas.
Damnum conuentum reficiendum,l.21.n.10.
Pactum de damno reficiendo eſt iuri conforme,n.11.
Modus calculandi damnum poſt diuiſionem paſſum, nu. 12.& ſeqq.
damnum,ſeu læſio non ex vno, ſed ſumitur ex vniuerſo. num.13.
damnum,ſeu læſio à cauſa finali regulatur,n.14.
damni vis ſtatim ab caſu,de quo conuenit, aduento abſumitur,num.21.
damnum de præſenti non radicatum, ſed futurum reſpiciens non eſt conſiderabile, n.25.
Laudum loquens de damno, de lucro ceſſante non intelligitur,num.26.
Nemo cum alterius iactura debet locupletari, luc. 25. num.23.
Vbi non eſt damnum,nec ius partis ſit deterius criminaliter agendum non eſt. Vide crimen.
Et excuſatur quis hoc caſu,l.37.num.16.
Nec eſt locus pœnæ,l.52.num.16.
datur purgatio moræ, & eſt pœnitentiæ locus.n.17.
damnum duplex inferri non poteſt,ſl.12.num.15.& hon. 11.num.65.
Ita debet ſtatutum generale interpratari ne quis damnum indebitè patiatur,ſ.57.n.7.
damnum ei,qui eſt in culpa,imputandum,hon.10.n.36. & ſ.66.num.15.
damna, & intereſſe principaliter petita ante ſententiam probanda, ſi ſecundariò ſufficit quod poſt in executione,h.37.n.1.& 3.
Requiſita ad ea probanda neceſſaria remiſſiuè.n.2.3.
ſupina ignorantia,quod quis in manifeſtum damnũ conijcere voluerit non præſumenda, h. 54.n.16.
Nec quod quis voluerit promiſſionem nimis damnoſam, vel oneroſam facere,num.17.
Omnis interpratatio reijcienda per quam quis ex ſua liberalitate maneret deceptus,& in damno,n.18.
damni confeſſio in criminali nocet. Etiam in ciuili, h.63. num.1.
Vbi damnum poteſt diſcerni quiſque pro rata tenetur. num. 2.
ſecus ſi diſcerni non poteſt, n.3.4.
Locatori impedito ne re ſua vti poſſit omne damnum reſtituendum, num.12.
damni appellatione venit carentia redituum ob rei demolitionem,num.13.
Qui cauſa damni fuit de eo conſtito tenetur ad reſtaurationem,h.64.n.6.
Quæ ſatis fieri dicitur,ſi pecunia ad eam neceſſaria reſtituatur,num.7.
damnum quod quis ſua culpa ſentit ſibi non alijs imputandum,h.65.
Qui occaſionem damni dat damnum dediſſe videtur. num. 8.
Et ſtante pacto etiam ſi cauſa fuiſſet remota. ſub eodem.
Regulariter intelligitur de damno immediatè ex præcedenti occaſione ſequuto,n.9.
Aut ex cauſa non valdè remota, ſecus ſi valde. numero 10.
damni vel ruinæ appellatio refertur ad tempus, quo caſus contingunt, n.13.
Et tempus deſtructionis præciſè probandum, ſub eod.
Reg. qui cauſam damni dat,non habet locum, vbi initiũ eſt licitum,num.16.
Nec quando factum ad illud damnum non erat ordinatum,& ſi rei illicitæ incumberetur,n.17.
Qui allegat ob prima mancamenta,alia ſuperueniſſe probare debet,ſub n.7.
Aliud eſt damnum prohibere, aliud lucrum non dare, h. 69.num.36.
Quid ſit damnum, & lucrum remiſſiuè, ſub eod.

Dare datio in ſolutum.

Nemo dat quod non habet,l.37.nu.18.
dari in ſolutum aliud poſſe ex auth. hoc niſi debitor.C.de ſolut.l.39.
datio in ſolutum vltra debitam quantitatem nulla, ſlo. 48.num.2.
Venditioni æquiparatur,h.1.ſub nu.50.
difficilius in ea intrat ſimulatio, num.7.
ac plena, & ex actu requiritur probatio, ſub eod.
Intrat tamen, num.61.
Et ex coniecturis poteſt videri facta in fraudem vſurarum,num.62.
ad arbitrium iudicis,num.63.
Fit ex neceſſitate,non autem venditio, n.55.
Rei in ſolutum datæ periculum eſt accipientis, numero 49. 50.
dare,& promittere à pari plerumque procedant in conſtitutione dotis, h.6.n.9.
Re in ſolutum data loco pecuniæ inducitur nouatio extinctiua primæ obligationis,& à primo contractu receſſus,h.40.p.1.n.2.& ſeqq.
An in contractu conditionali referat, quod datio in ſolutum ſit in obligatione,uel in ſolutione,n.6.
datio in ſolutum de re, loco pecuniæ an cenſeatur eſſe ad fauorem creditoris,an verò debitoris,n.19.
datio in ſolutum non præſumitur, niſi probetur, h. 40. p.3.num.1.
In eo non faciendum fundamentum de quo non conſtat. num. 2.
Inducitur ex coniecturis,aut per æquipollens inſpiciendo quod reuera agitur,n.4 5.
Ab hypotheca ſolet ad dationem in ſolutum fieri tranſitus,num.18.
datio in ſolutum arguitur,quando bona ſubrogantur in locum pecuniæ antea debitæ, n.20.

Et quando bona dantur pro ratu crediti,num.21.
Datio in ſolutum ſit pro rata crediti, pignus quandoque plus valet,num.22.
Arguitur datio inſolutum ſi mulier pro 700.det ratã bonorum,num.23.
Datio inſolutum pro pretio non congruenti nulla. num. 24.
Ex noua forma actus innouatio,& datio inſolutum eſt perpetua,pignus eſt temporale,n.35.
Spe omni luitionis deficiente alienatio eſt non pignus,nu. 38.& ſeqq.
Etiam ſi res non fuiſſet tradita,num.39.
Et etiam ſi res pignori ſuppoſita eſſet pro ea ſumma,quã valet,num.40.
Reſeruatio priorum iurium indicat dationem inſolutum. num.48.
Aliàs ea eſſet ſuperflua, quæ ſuperfluitas eſt euitanda, num. 49.
Fructus rei datæ in ſolutum non computantur in ſortem. num.53.
Per dationem in ſolutum omnibus æquè ſatisfit in caſu de quo hic,num.55.
Satisfit creditori tanquam habituro rem ſine mora. numero 56.
Et debitori,cuius magis intereſt ſoluere in re, quàm in pecunia,num.57.
In dubio datio in ſolutum interpretanda non pignus contra Afflict.num.61.62.
In concurſu pactorum diuerſa ſuadentium illud debet attendi,in quo pacta magis incaleſcunt, n.63.
Datio in ſolutum ratione incertitudinis loci, & quotæ an nulla,b.40.p.4. per tot.
Si nulla ſit,iura primæua non tollit,num.1.
Nec primæuam de dote actionem extinguit,num.3.
In caſu dotis,& tranſactionis eſt valida, num.48.
Datio in ſolutum conditionalis cenſetur imperfecta,et ex ea agi non poteſt,b.40.p.5.num.1.
Contra,num.3.& ſeqq.
Venditio conditionalis eſt perfecta,num.2.
Venditioni æquiparatur datio in ſolutum,nu.3.
Datio in ſolutum conditionalis adueniente conditione liberat,aliàs non,num.5.
Fall.vt num.6.
An ex defectu menſuræ vitietur,b.40.p.6.per tot.
Non eſt perfecta ante factam æſtimationem, ſub n.5.
Declara quantum ad periculum,non quantum ad validitatem,num.6.
Item quantum ad tranſlationem dominij occaſione vſucapiendi,vel fructus lucrandi,num.7.
Non eſt locus pœnitentiæ,num.8.
Sub æſtimatione fienda extinguit primam obligationẽ, & liberat debitorem, num.9.
Defectus traditionis,an vitiet dationem in ſolutum, nu. 1. & ſeqq.
Traditio non eſt de eius ſubſtantia,n.6.& ſub n. 8.
Nec ſub prætextu rei non traditæ ab ea recedi poteſt. num. 9.
Si res non poſſit poſtea tradi datio in ſolutum reſoluitur. num.17.
Nec fuit ſequuta liberatio,nu.24.& ſeqq.
Actus inualiditas poteſt multipliciter contingere,f.13.n. 33.& ſeqq.
Si actus in ſui origine ſit nullus ſub num.33.
Si reſcindatur, vel rumpatur,num.35.
Nullitas actuum excuſat à mora,b.11.num.92.
Eſt exceptio definitionis,num.93.
Ab eo ſolo allegabilis,cui ea prodeſt,num.29.& ſ.23.numero 11.12.
Et ſi ei placeat eam allegare,num.31.
Non ab eo,qui eius eſt cauſa,num.30.
Conualidatur ex conſenſu eius,pro quo ſtat nullitas, numero 31.
Nullitas ex defectu formæ an aliquo caſu ſanabilis,& de clauſula annullatiua, b.25.
Paria,quid eſſe à principio nullum , vel poſtea annullari,b.40.p.7.num.19.
Et nullum eſſe, vel eſſe ſine effectu,num.20.
Actus nulli vti alij poſſunt aliquando ſuſtineri,& quomodo,& quando,b.49.num.13.

Numeratio.

Requiſita negantis numeratam pecuniam contra inſtrumentum,f.9.ſub num.12.
Receptura facta ſub ſpe numerationis,b.31.num.3.

Nunc.

Verba ex nunc quid importent ,b.40. p.2.num.6.
Inducunt nouationem,& inchoationem,b.40.p.10. nu.4.
Nunc incipere,& nunc non incipere contraria, ſimul eſſe non poſſunt,num.5.

Nuptiæ.

De pœnis ſecundo nubentium etiam intra annum eſſe ſublatas,& quod fauore filiorum,quo ceſſante ſucceditur, l.64.num.43.

O

Oblatio.

OBlatio iudicialis habet vim ſtipulationis,l.22.numero 12.
An diuidi poſſit,num.13.
Alia de oblatione, & ſi ſit acceptata,vel purè, vel conditionaliter cũ clauſula ſi,& in quãtum , n.14.& ſeqq.
Vbi pars aliquid committit , cui non ſit ſeruãdum n.18.
Verbalis non legitimè facta an interrumpat tempus ad redimendum,l.40.num.11.
Nullum dat ius, quo poſſit obtineri,num.12.
Non offerre,& minus legitime paria ſunt,num.13.
Conſignatione reali,an opus ſit recuſaturo,num.14.
De oblatione,confeſſione,pollicitatione,pacto nudo in iudicio,f.24.num.1.& ſeqq.
Oblatio lite pendente prodeſt,num.8 9.
Oblatio de ſoluendo dẽi legitimè fieri,& alia,f.57. n.25.
In illiquidis non eſt neceſſaria,nec facienda,b.11.num.94
Non fienda eſt recuſaturo,f.59.num.28.
Nihil omnino offerens conſtituitur in mora,b.23. nu.13.
Sola oblatio in ſaluiano impedit ſententiæ probationem, b.24 num.5.
Offerre etiam iudicio pendente ſufficit rem , quam prius tradere quis tenebatur,b.40.p.7.n.13. & p.11.nu.12.
pauperis, & in neceſſitate conſtituti oblatio non dicitur. Spontanea,b 46.num.19.
Nec attenditur tanquam coacta,num.18.
Nec ex oblatione maioris pretij eſt à priori contractu recedendum,num.20.
Qui antea non obtulit, & in tempore præſumitur poſtea doloſè offerre,num.21.
Ad ſemel oblatũ beneficium , & non acceptatum non eſt quis poſtea admittendus,num.22.

Obligatio extincta.

Vide extinctio.

Index Deciſionum.

Obligatio,& ſolutio,ſea liberatio ſunt inter ſe contraria, b.40.p.8 num.38.

Obligatio perſonalis ratione rerum contra quemlibet cõpetit poſſeſſorem,b.64.num 9.

Pactum quod ſi in poſterum alicui ſe obligauerit, quod non teneat obligatio,f.45.

Obſeruantia.

Obſeruantia communis optima legum interpres,l.12. nu. 8.l.36.num.4.f.72.num.39.

Subſequuta tollit dubietates,l.13.ſub nu.37. & ſeqq.& l.14.num.13.

Prodeſt ad interpretationem reſcripti,l.62.num.30.

Et contractus ambigui,l.67.num.71.

Obſeruantia ſubſtantialiam non præſumitur, f. 21. numero 17.

Subſequuta confirmat fidem inſtrumenti,f.23.ſub nu.4. & f.55.num.11.12.

Dubia ſtatutorum declarat,f.28.num.18.

Ad interpretationẽ legis, vel hoĩs valde deſeruit,n.19.

Etiamſi eſſet contra verũ intellectum diſpoſitionis,n.20.

Nec requiritur quod fuerit præſcripta,num.21.

Sufficit, vel ſemel fuiſſe obſeruatum,n.22.& f.46.n.60.

Sequenda à Iudice etiam quod in contradictorio obtenta non ſit,num.23.

Multò magis ſi in contradictorio,num.24.& f.46.n.37. & ſeqq.

Obſeruantia hæredum declarat mentem teſtatoris, & præiudicat ſucceſſoribus,f.71.num.34.

Non obſeruanti non obſeruandum,b.39 num.31.

Exceptio contractus non obſeruati repellit à limine iudicij,num.32.

Obſeruantia ſubſequuta ſupplet defectus inſtrumenti, b. 40.p.2.numero 8.

Præſumitur ſubſequuta in executionem actus præcedentis,num 9.

Sequuta tranſigentium mentem magis declarat,b.40.p. 6.num.16.

Obſeruantia coram principe, & in ſummo auditorio vti lex ſequenda ad deciſiones cauſarum,b.58.num.76.

Obſeruantia tollitur ex aduentu multorum caſuum, in quib. agnati nũquã ſucceſſerunt,ſed fœminæ,f.46.n.54

Interpretatio ſtatut. ex obſeruantia,noua non dicitur diſpoſitio,f.47.num.4.

Stante obſeruantia non eſt de ſtatuti interpretatione amplius ambigendum,num.5.

Nec intrat diſpoſitio amplius interpretatiua, vbi ex obſeruantia eſt clara,num.6.

Non dicitur deſtructiua, ſed interpretatiua ſtante verborum ſtatuti generalitate,num.10.

Alia plura de obſeruantia probari per teſtes, non requiri præſcriptionem eius probationem reſidere in arbitrio iudicis,leuiores probationes ſufficere, teſtes ſingulares,eſſe fauorabilem ſi fiat reductio ad ius commune, & adiuuandã, vnicũ actum ſufficere,& de conſuetudine notoria remiſſiuè,n.31.& ſeqq.et f.46.n.38.et ſeqq.

Et ibi de differentia inter obſeruantium,et conſuetudinẽ, et de Notoria,et quandocunque poſſe allegari, et quõ altera eorum probetur an in camera,etc.vt ibi plenius

Obſtaculum.

Vide in ver.Impedimentum.

Occultum.

Occultum eſſe,et noctu fieri ſunt paria,Vide Nox.

Non currit tempus officiali in delicto taliter occulto, qđ facilè ſciri non potuit,l.11.num.105.

Odium.

Odioſa diſpoſitio quot modis poſſit intelligi,l.7.nu.73.& ſeqq.95.et ſeqq.

Odioſum dicitur Statutum,quo quis propter alterum grauatur,num.74.

Statuti mixti denominatio fit ab eo quod principaliter viget circa odium,vel fauorem,num.75. et ſeqq.et l. 10.num.94.

Verba odioſum,durum,iniuſtum,et ſimilia differunt, ſed promiſcuè accipiuntur,non rarò,l.9.n.85. et ſeqq.

In odium benefactoris conuentio non debet diſtorqueri,b. 54.num.14.

Offenſio.

Vide Iniuria.

Officium officiales.

Officiũ ſuũ nemini debet eſſe damnoſum,b.22.num.7.

Emens ſub nomine offitij nõ præſumitur ſoluiſſe de ſuo b. 3.num.12.

Fidei officialis credendum,b.32.num.8.

Fal.in excedentibus officium ſuum,num.9.

Officiali an currat tempus in delicto occulto.V.occultum.

Omiſſio.

Modica omiſſio non attenditur,l.56.num.33.& ſeqq.

Omiſſum cẽſetur,qđ facilè exprimi potuiſſet, l.62.n.29. f.14 ſub n.6.& ſeqq.& b.71.num.7.8.

Caſus à ſtatuto omiſſus manet in diſpoſitione iuris communis,f.28.num.16.f.46.num.30.31.

Omiſſum vno loco, & alio expreſſum an ſubintelligatur alio loco,b.66.num.19.et ſeqq.

Vide etiam expreſſum Vide ſpeciale Vide præcipuum.

Omne.

Vide Generale.

Onus.

Interpretatio facienda quæ ſit contrahentibus minus onerosa V.Contractus.

Actio oneris,vnerſi f.1.num.38.

Onus reale in quemlibet tranſit ſingularem rei poſſeſſorẽ, b.64.num.8.

Rationi congruit,vt ſuccedat in onere,qui ſuccedit in honore,num 9.

Opera operarius.

Vide Labor.

Opinio.

Communis non ſequenda quando eſt æquior alia, l.65. ſub num.3.

Imo ſequenda exiſtentibus alijs adminiculis, ſeu circumſtantijs ſub eod.& ſeqq.

In conflictu opinionum ſufficit quid minimum, vt vni magis quam alteri accedatur,l.68.num.32.40.

Communis conſtituitur,ex pluribus,& ex cauſa aliquando non ſequenda,f.71.num.38.

Oportet.

Quid importet,l.67.num.27.

Oppoſitio.

Opponens generaliter non auditur,l.22.num.2.

Ab oppoſitis mens contrahentium indicatur,l.25.numero 45.magis declaratur, f.51.num.28.f.71.num.44. b.40.p.3.num.45.

Opponendum eſt,& proteſtandum,&c.l.49.nu.9 f.23. num.7.ſeqq.& 60.num.24.

De tarda oppoſitione,l.56.num.36.& ſeqq.

Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt,num.28.

Oppoſitio conſideratur, vel in correlatiuis, vel in contrarijs,num.26.

Aut vbi duo decidenda proponuntur,aut ſunt plura eiuſdem generis,num.27.

Ora-

Digitized by Google

Oratio.

In diuerſitate clauſularum ſermo non vnitus, ſed diuerſus dicitur, f.29.num.36.
Fal. vt ſi ſecunda clauſula aliquid mutnet à prima vna tantum oratio cenſeatur, num.37.
Aut ſi ambæ regulentur ab vno, & eodem verbo, n.38.
Oratio prima à ſequenti limitatur, num.46.
Verbo, Inſtituo, repetito diuerſitas fit orationis, & diſtinctio, num.50.
Orationi perfectæ ſi adijciatur earundem qualitatum repetitio, f.46.num.7.
Vna, & eadem oratio dicitur, quando vnum, & idem verbum eſt, & quando in vno tractatu plures particulæ interſeruntur, num.9.10.
Vocis vnius ſignificatio non aliter capienda, quàm tota oratio ipſa ferre poſſit, num.77.
Ex poſitione cuiuſque in diuerſis locis colligitur vnumquodque in caſu ſuo obtinere debere, f.1.num.64.
Oratio teſtatoris indeterminata tempus præſens, & futurum comprehendit, f.71.num.4.
Oratio ſumpta ex vniuerſo in vno falſa. V. Generale.
Oratio ab vno, & eodem verbo determinata. V. determinatio.

Ordinarium.

Ceſſat remedium extraordinarium ſtante ordinario, f.20 num.60.b.36.num.3.b.40.p.11.num.16.
Ordo, ordinare ordinamentum,
Ordo ꝑpriè intelligitur ꝑ prius, & ꝑ poſterius, f.72.n.16
Ordinare, & diſponere idem, & diſpoſitiones ordines dicuntur, num.19.& b.71.num.44.
Vnde ordines de non tenendo tarmenta, num.20.
De conſignando grana, num.21.
Quod tales contractus ſint nulli, num.22.
Ordinis vox executiua, ſeu executionis magis indicatiua num.23.24.
Ordo, vel ſeries ſcripturæ ordinem mentis demonſtrat, l.13.num.51.l.64.n.38.f.1.n.63.f.54.n.8. ad f.53.nu.4.& ſeqq.
Verba nullo facto ordinamento, b.71.num.42.43.
Poſteriores ordines. V. poſterius.
Ordo in ſucceſſionibus V. ſucceſſio.

Origo originale.

Ab originali cauſa ſubſequentia interpretationem accipiunt, l.14.num.25.

P

Pactum.

PActa à primis diuerſa quomodo reforment, vel trãsforment, num.29.& ſeqq.& b.40.p.1
Si mutentur accidentia tantùm, reformant, num.29.
Si poſſunt ſimul ſtare cum primis, num.30.
Si mutetur facultas redimendi, num.31.
Si ſit clauſula citra præiudicium iurium partium, n.32.& ad b.40.p.8.per tot. & b.30.num.20.
Et ſi ſint verba quomodolibet id ſimilia, num.33.
Variare tempus redimendi non eſt tangere ſubſtantiam, num.35.
Pacta ſunt ſeruanda, l.67.num.16.f.23.num.1. nec licet pænitere, num.2.
Diſpoſitum in vno pactorum ad aliud diuerſum non trahendum, num.39.
Pactis non ſeruatis, an liceat à contractu recedere, ſunt pars contractus, obſeruantia eorum non præſumitur ex longo tempore f. 21.per tot.à num 13.ad ſeqq.
Conſuetudo pactum, ſtatutum à pari procedunt V. Conſuetudo.
Reliqua V. fauor.
Pacta ad fauorem vnius, &c. Vide fauor.
Pactũ de non petendo ei, qui ſe obligauerit in futurũ. f.45

Pœna.

pena damni dati V. damnum.
ſtatutum puniens pro delicto alterius an ſtrictè intelligẽdum, l.2.num.14.
Valet quoad pœnam pecuniariam tantùm, non etiã quoad corporalem, l.5.num.70.& ſub num.79.
pæna eſt, eſt qd vnus ex delicto alterius grauetur, l.2.n.19
Ibi in pœnis lex figit pedes vltrà non proceditur, n.20.
Non eſt inconueniens, quem ex delicto alterius grauari exiſtente cauſa, l.9.num.86.
pænæ ordinariæ, vel extraordinariæ quando ſit locus factis, vel non factis plenis probationibus, l.38. per tot.
In paupere pecuniaria grauis eſſe poteſt, num.26.
Secundum arbitrium Iudicis, num.27.
Licet punire in caſu non punibili ad nimiam audaciam reprimendum, l.54.num.3.
Vt emendatior quis fiat ex pœna, num.4.
pæna ex factorum contingentia poteſt declarari, num.7.
A pena cauſa etiam beſtialis excuſas, num.8.
Benignius agendum vbi agitur de pœna. num.9.
Alia eſt ratio abſoluendi à pena, & alia iuris declarandi, num.26.
Abſurdum eſt dicere, quod ex contrauentione præmium non penam conſequamur, b.54.num.20.
Reliqua Vide dolus.
Diſcat in auctorem pœna redire ſuum, f.66.in fi.

Pænitentia.

An liceat à contractu recedere, pœnitere Vide pactum; Vide receſſus.

Pallium.

Vide in Verb. Veſtis.

Papa.

Vide in Ver. princeps.

Par.

paria delicta mutua compenſatione tolluntur, l.59.nu.3.
parium idem eſt iudicium, f.46.num.21.

Parens.

Vide pater.

Paries.

Signa in pariete dominij, l.14.num.36.

Pars particula.

Vnus, & idem actus non poteſt pro parte valere, & pro parte non, Vide validum.
De toto fieri poteſt, & pars, vt ſit, & ipſa quid totum, l 13.num.44.& ſeqq.
pars fundi rectè fundus appellatur, num.46.
Et pars præbendæ, ab alia diuulſa rectè præbenda appellatur, num.47.
Idem eſt de partibus de per ſe, ac de toto, num.48.
Aliud vendi partem, aliud totum, & effectus, num.49.
Exiguum fit quod in plures partes diuiditur, l.50.n.19.
Argumentum valet à ſufficienti partium enumeratione, f.1.num.62.
Vna pars inſtrumenti influit in aliam, & omnium idem eſt iudicium, b.40.p.10.num.3.
Maior pars trahit ad ſe minorem, b.68.num.21.

Quomodo intelligatur, V. vniuerſitas.

Partus.

Partus præſumitur nonimeſtris à communiter accidentibus, b.42.num.28.
Vt ſit nonimeſtris ſuffieit de nouem lunis tetigiſſe, nu.29.
Et ſit computatio, vel à die copulæ, vel à die conceptionis, num.30.
Natus in octauo menſe dicitur legitimus, & ſucceſſibilis, num.31.
Naſci in octano menſe poſſibile eſt, & partus ex æquiori opinione eſſe dicitur Vitalis, num.32.

Poſſio pati.

patere legem quam tu ipſe tuleris, f.70.num.43.
Actio, & paſſio in eodem ſubiecto V. Actio.

Patens.

Quomodo quid dicatur, l.48.num.3.

Pater.

Confeſſio patris præiudicat filio, l.25.num.11.
pater in aduentitijs vſumfructum tantùm habet, nu.66 & l.50.num.7.
Non pōt aduētitia alienare niſi ex cauſa neceſſaria, n.67
Succedit cum filijs filio, num.21.
Limita, vt num.75. & l.64.num.6.
Capiendo rerum poſſeſſionem etiam pro filijs capere intelligitur, num.34.
per tranſitum ad ſecunda vota à filiorum ſucceſſione excluditur, num.75. & l.64.num.41.
Maximè ſi de filiorum conſenſu apparere non poſſit, quia impuberes ſint ead.25.num.42.43.
Ex poſſeſsione maternorum pater pro filijs adijſſe cenſetur, l.64 num.14. & l.66.num.26.
poteſt filij eſſe debitor, l.34.num.1.
Non agitur conditione furtina contra patrem, num.2.
pater filiæ eſt marito ſocer, num.3.
Socero idem honor debitus ac patri, num.4.
Agendum contra eum venia prius petita aliàs non, numeri 5.
Acta cum patre tanquam filiorum adminiſtratore ei etiā obſunt, quatenus nomine proprio promiſit, l.47.n.2.4.
pater naturaliter bona poſſidet filiorum, num.5.
Indebitè proprio, & filiorum nomine ſe opponens nomine proprio in expenſis condemnatus, num.10.
In bonis maternis habebat tantùm vſumfructum etiam de iure Codic. hodie cum filijs ſuccedit, l.64. num.22.
Admittitur ad ſucceſsionem filiorum ſiue extantibus, ſiue non alijs filijs, num.32.
pater dotando an cenſeatur compenſare, & alia de patre dotante V. dos.
Eſt legitimus adminiſtrator bonorum filij, f.28.num.3.
pater, mater, aſcendentes concurrunt cum fratribus in ſucceſſorio fratris, f.44.num.1.
pater filio ſuo emancipato rectè ſtipulatur, et quid de pacto cum aliquo ne negotietur cum ſuo filio, qui tamen negotiatus poſtea fuit, f.45.per tot.
Quando pater filijs, vt filijs, vel, vt hæredibus ſtipulari cenſeatur, f.51.num.2.16.17.20.26.56.
Et de patre ſtipulante poſt mortē ſuā filio ſuo dari, n.27

Patronatus ius.

Exiſtentia iuris patronatus probatur ex confeſſione aduerſarij, f.72.num.17.29.
Ad eum pertinere præſumitur, ad quem, & caſtrum ſub quo eſt, num.30.41.
Et qui oſtendit ſe in caſtro ius habere obtinebit in iure patronatus, num.32.
Legato caſtro etiam ius patronatus in eo exiſtens cenſetur legatum, num.40.

Paupertas

Quibus modis probetur, l.50.num.5.
pauper dicitur non habere in bonis, num.6.
Teſtibus nec confeſsioni circa paupertatem ſtandum, ſi in contrarium ſit veritas, num.23.
paupertas ab extrema miſeria differt ſub, nu. 36.40.43.
Euadit pauperior, qui de ſuo parum habet alienaque conſumit, vnde fit aliorum debitor, num.28.
paupertas poteſt officiū Iudicis magis mouere, l.61.n.21.
pauperi non in genere, ſed eo reſpectu, vt non habeat vnde ſe alat ſuccurrendum, b.5.num.8.

V. Miſericordia V. Captura.

paupertatis pluria ſpecialia, b.56.num.21. & b.69.n.6.
Tempore cariſtiæ poteſt pauper Iudicis officium implotare, vt diues ſibi faciat eleemoſinam, b.69 num.9.
De paupere, inope, & alijs remiſſiuè b.21. ſub num.3.
probatio paupertatis reſidet in arbitrio iudicis, num.4.
Qui de ea iudicat ex inſpectione oculari, num.5.
Et ſufficit Iudici notorium eſſe factum, licet non ex proceſſu, num.6.
Licet contra, num.7.
pauperi relictum dicitur ad piam cauſam, etiam abſque mentione quod ad honorem Dei, aut pro ſalute animæ, num.8.9.10.
Maxime ſi extraneo, num.11.
Etiam quod dicatur factum ob dilectionem, & etiam conſanguineo, num.12. & ſeqq.
Gratiæ de non carcerando, vel moleſtando in perſona à cōmuniter accidentibus fiunt ob paupertatē, b.70.n.11.

Peculium.

Etiam filio mortuo vulgò peculium adhuc dicere ſolemus l.68.num.19.
peculium nomen vniuerſale, b.54.num.31.

Pecunia pretium.

pretiū iuſtum, vel iniuſtū congruum, vel incongruū qualiter in dote, & in reſcindenda, & alijs eſtimetur, l.67. num.56. & ſeqq.
pecuniæ numeratio probatur ex inſtrumento quod de ea meminit, f.9.num.9.
Non ſoluens pretium rei meæ, qua vtitur, tenetur ad fructus, f.14.num.15.
Nec eſt æquum re, & pretio vti, b.5.nu.7. & b.59.n.25
pecuniæ non conuenit valor quanti plurimi, ſed intereſſe damni emergentis, vel lucri ceſſantis, b.11. nu.70.72.
pecunia non eſtimatur, ſed alia eſtimat, num.71.
pecuniæ triplex ſignificatus, f.68.num.18.
pretium, vel res reſtituenda, l.36.num.11.12.13.
pretia vini, frumenti, & ſimilium ſunt prout communiter in loco venduntur, b.22.num.12.
Non ex affectione, & vtilitate cuiuſque, ſed communiter æſtimanda, b.46.num.13.
Vtrumque, & pecuniam, & rē in obligatione eſſe an hoc ſit ad fauorē creditoris, vel debitoris, & cuius ſit electio, num.12. & ſeqq.
Aliud ſi vnū ſit in obligatione, & Aliud in ſolutione, num.17.18.

Pendentia.

pendente termino Iudicis officiū conquieſcit, l.12. num.9

pen-

pendente inter duc controuerſia debitor noa dicitur eſſe in mora,l.37.num.55.
Oblatio lite pendente prodeſt,f.24.num.8.9.
Vide Oblatio.
Et implementum ſuperueniens,nu.7.10.14.20.& ſeqq.
Vbi de cedente liti, ſupplicante,cauſa ſuperueniente,&c.
Alienatio neceſſaria lite pendente fieri poteſt, nu.24.
Lite inter duoc pendente neutri tertius interim offerre tenetur,num.27.
Non inducit litic pendentiam ſola notificatio,n.45.
An commiſſio,f.65.num.13.14.
Conſenſus ſuperuenientec lite pendente, b.3.n.15.
Litic pendentia in vno iudicio impedit litis ingreſſum in alio,f.65.num.2.
Nec poteſt in alio ſententiari, n.3.
Etiam ſi nondum lic ſit conteſtata,n.4.
Sufficientibus intimatione,vel citatione, nn.13.
peruenta ad reum, num.15.
Exceptio litic pendentiæ, & præuentionic an eadem cum continentia cauſæ,f.66.n.4. 8.10.
Non excludit exceptionec ſimiles oppoſitis, n.6.
Declara,vt num.7.& ſeqq.
Totalit reſolutio poteſt ſtare in pendenti ex aliquo particulari facto,vel fiendo,f.70 n.40.
De oblatione lite pendente,f.24 n.8.9.

Penes.

Penes quem eſſe intelligitur,etiam quoad meram poſſeſſionem,l.42.ſub n.15.
Conditio quod quid ſit penec vnum in alium non tranſit, num.19.
Pactum quod maritus non tenentur niſi ad reſtitutionem eius,quod penec ipſum erit æquiſſimum,l.67.n.45.

Penſio.

pro penſione ex beneficio perſonalis competit,& hypotheca,f.26.num.4.
Onus penſionic cenſetur fructibuc,ſeu reditibus iniunctũ. num. 5.
penſiones loco fructuum ſuccedunt, f.36.nu.28.
Inhabitans domum an ad eius penſionec teneatur, b.58. per tot.
Et vide Habitatio.
Ob non ſolutac penſiones an poſſit expelli conductor. vide Locatio.

Penuria.

Vide Cariſtia. vide Paupertac.

Periurium.

Vide Iuramentum.

Perpetuum.

Verba,pro ſe, & hæredibus in perpetuum an inducãt ius accreſcendi. Vide Accreſcendi ius.
Aduerbium perpetuò temporaliter poteſt ſtare, b. 40.p. 3.num.36.
Ex ſubiecta materia variè accipitur,num.37.& flor.40. ſub num.35.

Perplexitas.

prævalet perplexitati voluntac. Vide voluntas.
Is ſenſus eligenduc per quem euitatur perplexitus, f.72. num. 10.

Peritia periti.

periti referentec ſunt tanquam teſtec,bon.1.num.28. & l.1.num.4.
Vni ex duobus adhærere debet, & tertius, n.22.
Statutum quod ſtetur relationi vnius in contumaciam alteriuc non procedit in minore, b.10.nu.22.
Vniuc periti dictum non ſufficit in re non leui, & vbi facilè alij poſſunt haberi,b.6.n.1.
Relatio peritorum cum vno, fideicommiſſario ſequenti non nocet,b 55.num.1.
Contrà,quando cum legitimo Contradictore cauſa fuit legitimè defenſa,num.9. 10.
Notoriè iniuſta retractanda,num.2.
Nunquam tranſit in rem iudicatum, nec ſententia ſuper eam lata,num.3.
Et poteſt per peritiorec retractari, num.4.
Præſertim ſi non fuit relatum quanti communiter venderetur,num.5.
Contrà, quando periti ſunt à partibuc electi,n.15.17.
Item ſi non fuiſſet appellatum à ſententia,n.18.
Item ſi fuit in diſcordia priorum Tertiuc electuc,n.19.
Item vbi eſt ſtatutum ſpeciale in cõtrarium, vt Bononiæ. num.23. 24.25.
Daretur tamen recurſus à relatione tertij periti, vtraque parte appellante, n.26.
De fide peritic danda remiſſiuè, n.8.20.21.22.
Maximè Iudex ſequi eam debet peritorum relationem,cũ qua dicta teſtium concordant, n.7.
Ex productione relationic tacitu confeſſio reſultat de contentis in ea,num.16.
Communis æſtimatio per peritos melius probatur quàm per teſtec, n.20.21.22.
Et etiam melioramenta per peritos probantur, & eis eſt ſtandum,n.6. & 14.
Alia à relatione eorum non recedendum, ſi de communi conſenſu electi, ſi non petitum retractari per peritiores l.19.n.4.5.6.
Relatio peritorum nulla ex defectu citationis pro acceſſu ad tempus certum,b.10.n.10.
Citatio ad productionem relationis neceſſaria perito non electo de conſenſu, n.11.

Però.

Stat cauſaliter,& illatiuè,f.23. num. 36.

Perſeuerantia.

Deliquiſſe non dicitur, qui ſtatim ſe retrahit, lucen. 52. num.14.
ſtatutum diſponenti contra petentem executionem intelligitur ſi ad finem vſque, fuerit continuatum, nu.15.
Perſonalic actio. Vide actio.
Perſonalis offenſio. Vide iniuria.
perſonalic moleſtia. Vide Captura.
perſonæ eminentia. Vide qualitas.
Vnus ſolus poteſt duplicem perſonam repræſentare, flor. 64. num.9.
Et etiam triplicem, f.66. num.13.

Pertinacia.

Non eſt pertinaciter inſiſtendum, quando nullum iuc cõpetit,l.47.num.11.

Pertinentiæ pertinens.

Quod eſt alteri annexum dicitur eſſe de pertinentijs,l.14. num.32.
Et quæ ſunt ad rei vſum deſtinata, n.34.
Et quę ſunt rei coniuncta, niſi fuiſſent ſpecialiter excepta. num. 35.
Verba, pertinens, ſeu attinens quid important, lucen.31. num.55.

Peri-

Petitio, peto, plus petens.

Verbum peto ſonat ideſt per viam ordinarij iudicij, fl.9. num.3.5.

Petere propriè non eſt agendo contra obligatum, nu.4.

Declara, vt num. 5.

Qui nihil petit nihil conſequitur, & ſola productio non eſt petitio, f.39.num.8.

Quod iuxta petita Iudex pronunciare poſſit, florent. 29. num. 53.

pœna pluris petitionis contra minorem, f.48.n.1.

Requiſita, vt in eam incurratur remiſſiuè, n.9.

Quæ ceſſant in minore, num.9.

plus petens non excuſatur ex legitima cauſa litigandi b.11.num.91.

Debet in expenſis condemnari, b.23.nu.9.

Fall. ſtantibus maximè clauſulis ſalutaribus, vt pars altera ſit magis condemnanda, n.13.

Et latius declara, vt remiſſiuè, num.19.

Non dicitur plus petere, qui ſe ad ſcripturas retulit, & ideo in expenſis non condemnandus, n.12.

Verba gratiam eſſe exequendam ſonant in petitorium, b.28.num.16.

poſſeſſorium, & petitorium cur non cumulentur, & quando, n.1.20.23.

Verba petitionis intelligenda prout eſt vtile petenti. num 24.

Et petitio generalis à petente ipſo declaratur, nu.25.26.

petitio ſubordinata admittitur, b.30. ſub n. 35.

Ob incompatibilitatem petitionum ſtandum eſt actioni intentatæ in ſententiando, b.59. n.26.

Fall. ſi quid veniat per viam exceptionis, vel replicationis, num.27.

Pia cauſa.

Coniectura ex pia cauſa ad fideicommiſſum inducēdum, & quando pia cauſa hoc indigeat priuilegio, flor. 20. num.2.58.59.61.

pia cauſa non ex verbis, ſed ex paupertate declaratur. b. 21.num.13.

Conſiderata veritate non forma verborum, nu.14.

Etiam ſi eleemoſyna fiat in conſanguineos pauperes. num. 15.

piæ cauſæ, & religioni in dubio fauendum, n.16.

Non reſcinditur ob ſuperuenientiam liberorum donatio ad piam cauſam, ſi legitima remanſerat in bonis donãtis, num.18.

Relictum dotis, ſeu alimentorum cenſetur ad piam cauſam, n.9.10.11.12.

Pignus.

Melius eſt pignori incumbere, quam in perſonam agere, ſed hæc regula non intrat, ſi obſtet res iudicata, l.47. num.9.

Et ad eand. regul. f.57.n.19.& b.5.nu.12.

In totum manet pignus ſoluta debiti tantum parte, bon. 27.num.17.

pignoris à datione in ſolutum differentia, & multa de natura pignoris b.40.p.3. per tot.

Fructus pignoris imputantur in ſortem, num.32.

Tranſacto tempore debitor ad poſſeſſionem ſui pignoris reintegratur, num.34.

Quod eſt vltra ſummam, pignore vendito, debitori reſtituendum, b.56.n. 21.

Creditori vendente pignus auctoritate legis, ſe anteriorē ſufficit præſtare, b.57.num.12.

Creditor compenſat fructus pignoris in ſortem. bonon. 8. num.2.

Et qui habuit pignus prætorium, nu.3.

Fall. in muliere, & quando, n.7.10.12.

Pileus.

Vide in verb. veſtis.

Plantatio.

Vide in ver. melioramentum.

Plerunque.

Significat rem non ſemper ita ſe habere, fl.51.n.47.

Plus.

Vide in verb. Maius. & in ver. Petitio.

Poſitiuum.

Actus poſitiuus contrarius magis derogat præcedenti, f.72.n.9.b.40.p.2.n.6.

Magna eſt actus poſitiui vis, & denotat voluntatem, & deliberationem ſoluendi, & ſcientiam rei, bonon. 54. num.28.

Conſenſum operatur in ſola tolerante, nu.29.

Et magis vrget, num.30.

Poſſeſſio.

Ex poſſeſſione totius etiam pars intelligitur poſſideri, luc. 14.num.4.9.12.

Auctoris poſſeſſio in ſucceſſorem continuat, nu.5.8.

Et præſumitur continuata, num.6.

Etiam naturaliter, & ciuiliter, num.7.

Non amittitur non vtendo, dum corpore inſiſtatur. num. 11.

Actualis requiritur ad præſcribendum, ſub n.54.

Tantum præſcriptum cenſetur, quantum poſſeſſum. num.56.

Non transfertur ex ſola facultate inſpiciendi abſque traditione, num.57.

Vel abſque actu corporali, num.58.

Sine ea nulla currit præſcriptio etiam per mille annos. num.59.

partes ſe in poſſeſſione tueri volentes criminaliter non moleſtandæ, l.22.n.8.& b.28.n.12.

Per vti poſſidetis iudicandum, data paritate probationū. num. 31.

Ex cauſa licita poſſidere præſumitur quiſque, lucen. 25. num.61.

Seu ex cauſa præambula, & de qua conſtat, n. 62.

Noſtra intereſt continuare in poſſeſſione non cedere, l.28. num.13.

Magnum eſt commodum poſſeſſionis, & magno pretio emitur, num.14.

Teſtes de poſſeſſione non probant dominium, nec diſcordare dicuntur ab alijs de dominio deponentibus, conſtito de origine poſſeſſorio. l.50. n.17.

Quilibet iure proprio præſumitur poſſidere, nu.26.

poſſeſſio dicitur continuata in executionem tituli præcedentis, l.57.num.11.

Eodem iure ſucceſſores præſumūtur poſſidere, ac anteceſſores, num.13.

Maximè non conſtito de alio titulo, nu.14.

Contra negantem ſe poſſidere an reali agi poſſit, fl.3. per tot. & plura de negante, & ad intellectum, l. fin. ff. de rei vind.

poteſt negatio reuocari refectis expenſis, n.2.

Immiſſio odio negantis non facit dominum actorem, n.3.

Negans

Index Deciſionum.

Negans ſe poſſidere videtur poſſeſſionem deſerere. nu. 6.
Vel declarare ſua non intereſſe, vel renunciare, n 7.
Interrogatorium, An poſſideat, cur fiat, n.9.
Rei præſentia ſufficit ad poſſeſſionis tranſlationem, flor. 4.num.1.
In mobilibus probanda ſunt extrema poſſeſſionis, nu,2.
Non negante, nec affirmante reo poſſeſſio non præſumitur continuata, num.3.
Affirmatio rei ſe poſſidere prodeſt ad victoriam, nu.5.
Ex negatiua ſe non poſſidere non præſumitur poſſeſſio de præſenti, num.6.
In dubio pro poſſeſſore iudicandum, & in hoc minor error ineſſe poteſt, num.90.
Vide Reus.
Quiſque præſumitur ex cauſa præambula poſſidere. bon. 5.num.5.
Poſſeſſio probatur ex locatione, & penſionum perceptione, f.58.num.1.
poſſeſſio ſola ſufficit ad poſſeſſoris defenſionem, florent. 61. num.10.
poſſeſſorium retinendæ, & petitorium poſſunt cumulari, & quando, b.28.n.1.20.23.35.
poſſeſſio probatur ex titulo præcedenti, num.2.
poteſt pronunciari ſuper retinendi, relicto petitorio in ſuſpenſo, num.13.14.
Conſlito prius de turbatiua, num.4.
Nemo de facto ſua poſſeſſione eſt priuandus, n.17.
Nec turbari turbatione extraordinaria, num.18.
In dubio præſumitur prius conſtitiſſe de poſſeſſorio, quã de petitorio, num.15.
vno poſſidente, altero non, huic eſt inhibendum, n.19.
propria forma ſententiæ in term. manutenenda, nu.28.
Duo in ſolidum poſſidere non poſſunt, nu.29.
Quod non eſt, poſſideri non poteſt, num. 30.
Agi poſſe, vel ad poſſeſſionem, vel ad intereſſe, nu.31.
poſſeſſio data non poteſt non eſſe data, num.51.
Quaſi poſſeſſio incorporalium non acquiritur ſine patientia, num.52.
Declara, vt ibid.
Ex vnico autem actu cum patientia, & ſcientia aduerſarij transfertur, num.53.
Aliud poſſeſſio, aliud emolumentum, num.55.
Emolumenta ſunt effectus poſſeſſionis, n.57.
poſſeſſione rei principalis conceſſa cenſetur etiã reliquorum poſſeſſio conceſſa, n.59.
In incorporalibus ex poſſeſſione vnius actus rei vniuerſalis infertur ad vniuerſum, n.61.
Non eſt neceſſe circuire omnes glebas vnius fundi. num.63.
Sufficit vnum, aut alterum actum exercere vnius eiuſdemque generis ad acquirendum quaſi poſſeſſionẽ incorporalium, num.64.
Statutum ius concedens, quaſi poſſeſſionem non intelligitur concedere, b.30.n.4.
Quaſi poſſeſſio incorporalium acquiritur ex non vſu aduerſarij, iuncta inhibitione, quæ effectum habuerit. num.4.
poſſeſſionem amiſiſſe non dicitur, qui eam non habuit, ſub num 5.
Continuans non attentat, ibid. per tot.
Adde in ver. Attentatum.
In ſummariſſimo poſſeſſorio ſufficit inuſta, & violenta poſſeſſio, n.12.22. & ſeqq. & 42.
Ex curſu temporis non amittitur quaſi poſſeſſio, nu.13.
Sed retinetur ciuilis, & capiens naturalem non attentat, num.14.21.
præceptum iudicis amiſſionem poſſeſſionis non operatur, num.15.
Ei fieri non poteſt, qui eſt in poſſeſſione, vel quaſi. num.16.
Nec factum ſpoliat poſſeſſorem, num.17.
Sed turbat, num.18.
Et dicitur poſſeſſor turbari, num.24.
Iuris appellatione etiam poſſeſſio continetur, n.19.
Præceptum cum clauſula citra præiudicium, &c. non aufert poſſeſſionem, num.20.
Violentia aduerſarij poſſeſſionem non tollit, nu.26.
Appellatio non facit, ſi antea poſſidebam, quin, & poſſideam etiam nunc, n.32.
Habens ſe pro ſpoliato renunciat poſſeſſorio retinendæ num.33.
Remedium retinendæ non tollitur ex remedio reintegrandæ accumulato, ſtantibus clauſulis ſaluatoribus, n.35.
Quarum virtute ſubordinata petitio, & remedia contraria ſubordinata admittuntur, ſub eod.
Sententia dicitur principaliter declarare in petitorio, non in poſſeſſorio veniente ſecundario, n.36.
Aduerſarius poſſeſſor eſt, vbi non habeo in meo altius ædificatum, n.41.42.
Eſt poſſeſſio quædam, quam vocant detentionem, & actiuam, num.43.
Eſt manutenendus, qui antiquam habet poſſeſſionem cũ momentanea coniunctam, n.44.
Mandatum de manutenendo de nouo appellantĩ conceditur, ſub num.37.
De ſummariſſimo poſſeſſorio vide. b.36. per tot.
poſſeſſio eſſentialis ab apparenti diſtinguitur, n.6.
Etiam in quaſi poſſeſſione incorporalium, nu.7.
ſummariſſimi poſſeſſorij finis eſt ad moleſtias turbationeſne cohibendas, n 9.

Poſſibile, poſſum, potentia.

potentia proxima actui habetur pro actu, florent. 12. num. 12.
Adde verb. deſtinatio.
Quælibet diſpoſitio in ſenſu poſſibili intelligenda, l.25.n. 38. ſ 6 n.9. ſ.71.n.32.
Et etiam notificatio, ſ.28.n. 13.14.
Ad caſum poſſibilem referenda, lucen.13.num. 26. & ſt. 1. num.76.
Seu in quantum poteſt, l.13.num. 27.
paria ſunt non poſſe, aut poſſe, ſed cum dedecore, bon.64. ſub num.44.

Poſterius, primum, prius.

Vltimus, prior, primus, proximior, vnus, ſolus, nouiſſimus in iure conuertuntur, & qui ſolus deceſſit dicitur & primus, & vltimus deceſſiſſe, n.12. & ſeqq.
Vide proximitas.
poſteriores ordines prioribus derogant, b.20. n.16.
Et eſt regulare etiam citra clauſulam caſſantes, &c. num. 17.
Et fortius quando per derogationem ad ius redimus primæuum, num.18.
Vide Derogatio.
poſteriora prioribus derogant, b.38.num.21.

Vbi

Vbi quando inuicem non ſeſe compatiuntur, bon.40.p.8. num.41.

Diuerſum eſt diecre priora iura manſiſſe, vel reuiuiſcere, num.46.

Et ibid. per tot. de vſu primæuorum iurium, &c.

prior creditor poſteriori præfertur, bonon.40. punct.11. num.6.

fortius ſi eſt in poſseſsione, ſub eod.

Quanda alia extant bona in quibus executio conſumari poteſt, malè videtur agi contra creditorem poſseſsorẽ, licet poſteriorem, b.40. p.14.n.9.

In eadem ſcriptura non eſt dare prius, aut poſterius. flor. 55. num.6.

Poſthliminium.

Quædam poſtbliminij vis viget in term. reintegrationis. f.55. num.4.

Potentia.

Vide poſsibile.

Præceptum.

Vide mandatum Iudicis.

præceptum per comparitionem reducitur in vim ſimplicis citationis, f.58.n.6.

Præcipuum principale.

Quod eſt principale, omiſsum non cenſetur, ſi illud voluiſſent contrahentes, l.13.n.34.35.

Vide omiſsio. vide expreſsum. vide ſpeciale.

Præcipitatio.

Vide Celeritas.

Preco.

Vide crida. vide Licitatio.

Prædium.

Vide Ager.

Prædilectus.

Vide Dilectus.

Præfatio procemium.

Ex præfatione dignoſcitur intentio, l.2.n.41.

procemium cauſas, & rationem finalem indicat, bonon. 69. num.5.

Præiudicium.

Clauſula citra præiudicium, &c.

Vide pactum.

Premium.

Vide pæna.

Præpoſteratio. vide Interrogatorium.

Præſcriptio.

Fit ex multi temporis tollerantia, luc.13. num.39.

poſieſsio ad præſcribendum requiritur, & tantum præſcriptum, quantum poſseſsum, poſse inueniri quod eã faciat dormire, l.14. ſub n.54. 56. 59.

præſcriptionem iurium allegans eam debet probare. num.60.

Ad præſcriptionem in re communi inducendam requiſita, num.51.

Attenditur ius canonicum, num.63.

ſucceſsores, vbi mala fides anteceſsoris, ex propria perſona non præſcribunt, n.64.

Impeditur ab eo, qui aliquando prohibuit ire, lucen. 22. num.4.

Triginta annorum tollit omnem actionem, l.23.nu.6.

Currit etiam in fundo dotali, l.42. num.42.

Aduerſus quadragenarium an detur ex clauſula generali reſtitutio, contentio eſt magna, l.44.n.1.

Magis commodè maturanda in hypothecaria, quàm in Saluiano, num.5.

De præſcriptione ſtatuti, vt præcẽdens intra tale tempus compareat, &c. f.7. per tot.

Non valenti agere non currit præſcriptio ſtatutaria, n.11. & b.27. num.13.

Interrumpitur per litis conteſtationem, nu.12.

Declara inter eoſdem, num.13.

Strictè intelligenda, & tantum præſcriptum, quantũ poſſeſſum, num.14.

Minor aduerſus eam reſtituitur, num.27.

Ignoranti non currit, num.18.

Maximè annalis, vel alia temporis breuioris, n.19.

Vt obſtet præſcriptio omnia debent eſſe perfecta actu, & habitu, num.17.

Tricennaria obſtat contra rem iudicatam, f.19.n.1.

Obſtat etiam in fideicommiſſis, f.20.n.74.

De alia præſcriptione ſtatuti, ne poſt annum detur fides ſcripturæ priuatæ, &c. b.8 per tot.

Præſcriptio nulliter alienatorum religionis Hyeroſolomitanæ excluſa, f.21. per tot.

Eccleſiæ requirit curſum temporis, ſcientiam defectus ſolennitatum, & patientia rectoris, f.60.nu.12.

Reſcripti impetratio etiam abſque citatione annalẽ præſcriptionem interrumpit, f.65.n.15.

Aliquid vide in ver. poſſeſſio.

præſcriptio aduerſus executionem ſententiæ. vide debitũ.

Præſentans.

Ipſomet præſentante pecuniam exburſante mutuo accipienti tollitur omnis difficultas an idemmet poſſit poſtea exigere illam tanquam præſumptus procurator. b.52.num.14.

Quando præſentans in rem ſuam cenſeatur conſtitutus. num.12.13.

Præſeruatio.

Laudabilius eſt intactam cauſam ſeruare, quam poſt vulnus illatum remedium quærere, f.24.num.35. florent. 57.num.17.

Præſumptio.

Transfert onus probandi contrarium in aduerſarium, luc. 25.num.77.

Eſt deducenda, aut tale quid, ex quo reſultet, vt proſit, f. 39.n.7. & ſeqq.

Et omiſſio allegationis eius præſumitur facta de voluntate, num.17.

Nec non allegata eſt conſiderabilis, num.18.

Minores præſumptiones cedunt maioribus, bo.1.num.40. & b.41. num.36.

Præſumptio eſt contra eum, qui in re notoria nihil deduxit, f.46.n.51.52.

Præſumptionis, quæ oritur ex re inter alios acta, effectus. b.23.num.4. & ſeqq.

Transfert onus probandi, num.4.

Facit, quod iuramentum in ſupplementum poſſit deferri, num.5.

Facit cauſam eius pro quo ea ſtat præponderare, ſicut ſtateram, num.6.

Quod pro eo ſit iudicandum, num.7.

Præſuppoſitum.

Ceſſante præſuppoſito, ceſſat conſequentia, l.13.n.41.

Seu illatio, f.48.n.4 b.66. num.8.

Omnia

Omnia præſuppoſita ſunt verificanda, flor. 25. num. 15. f. 20. num. 11. 12.

Prætenſio.

Hæc vox omnia compræhendit, l. 62. n. 12.

Prænentio.

Sufficit præuentio ad alind iudicium declinandum, fl. 65. num. 1.

Quæ indncitur ex citatione, num. 5.

peruenta ad reum, num. 14.

Fall. quoad impediendam annalem præſcriptionem. num. 15.

Reliqua. vide pendentia.

Precarium.

Precarij natura eſt, vt poſſit quandocunque reuocari, lu. 22. num. 22.

Pretium.

Vide Pecunia.

Primordium, principium.

A primordio tituli poſterior formatur euentus, luc. 14. num. 14.

Principijs obſtandum, f. 57. num. 16.

Primogenitus.

Vide filius.

Primus.

Vide poſterius.

Principale.

Vide præcipuum. Vide Acceſſorium.

Princeps, Papa, Legatus à Latere.

Princeps tanquam Deus in terris vitę ſpiritum inſufflat, & de nihilo aliquid facit, l. 33. n. 22.

Moueri poteſt ex cauſis ad ita faciendum, n. 23.

De poteſtate ordinaria an res tranſactione finitas poſſit ſuſcitare, num. 24.

Principum decreta ſeruanda, l. 45. num. 25.

Eorum bonæ menti adhærendum, num. 26.

Eorum exemplum ſequendum, f. 31. num. 4.

Vide exemplum. vbi de pronuncijs coram principe in ſũmis auditorijs.

Ob reuerentiam principis cautius agendum, bonon. 19. num. 24.

Eius auctoritas ſemper cenſetur excepta, nu. 25.

Principi magis, quam Epiſcopo ſolent laici parere. num. 26.

principum nutus, & rogationes ſunt præcepta, n. 27.

vbi princeps, ſeu Papa manum appoſuit, inferior ſe ingerere non poteſt, num. 39.

Nequidem Legatus à Latere, num. 40.

princeps non præſumitur quicquam facere velle vltra ius, & æquum, b. 20. n. 15.

principi Deus ſubiecit leges, non contractus, bonon. 38. num. 17.

princeps auferens quid tertio, debet pretium refundere. num. 18.

Etiam auferendo per viam legis generalis, niſi aliquo caſu, num. 19.

Prior prius.

Vide poſterius.

Priuatio.

Priuatio præſupponit habitum, l. 14. nu. 48.

Generalitas non extenditur ad ea, ex quibus induceretur priuatio niſi expreſſim, b. 71. a. 30.

Priuilegium.

Cenſetur renunciatum per non vſum, vel per contrarium vſum, b. 2. num. 18.

Vel eligendo viam iuris, num. 19.

priuilegium, ne intra tot paſſus poſſit alia erigi apotheca eiuſdem artis, b. 30. n. 45. & ſeqq.

Pro.

Inducit occaſionem, ſeu cauſam occaſionalem, bonon. 52. num. 11.

Probatio.

Ei qui nõ potuit habere probationes, vt ſcripturas ſuccurrendum, f. 2. num. 34.

Et ſtatur eius iuramento ita eſſe, num. 35.

Materia probationum arbitraria, flor. 21. num. 19. luc. 67. num. 49.

Vtrunque æque probante poteſt Iudex cui vult gratificari, f. 24. num. 28.

In probationibus veriſimilitudo plurimum operatur, flo. 47. num. 38.

Probatio ſæpè non ius deficit, f. 61. num. 7.

Debet de neceſſitate concludere, aliàs non releuat, bon. 7. n. 2. b. 31. n. 11. l. 17. n. 6.

Et dicenti onus probandi incumbit, aliàs ſuccumbit. num. 12.

per duos teſtes legitima dicitur, b. 49. n. 2.

Statuta prohibentia probari niſi per inſtrumentum, & non per teſtes ſunt odioſa, & reſtringenda, n. 7.

Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, lucen. 13. num. 50.

probationes ampliandæ non coanguſtandæ, lucen. 52. num. 16.

Fiſco non probante reus abſoluendus, ſaltem rebus ſic ſtantibus. num. 17.

In criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores, luc. 17. n. 17. l. 35. n. 1. & l. 36. n. 7.

probationibus cedunt coniecturæ, l. 28. n. 10.

probatio dubia non releuat, l. 36. nu. 8.

Interpretatur contra producentem, n. 9.

Excluditur delictum, num. 10.

Debet fieri intra terminum à ſtatuto præfixum ad apponendum, l. 48. n. 11.

Non debet Iudex ſe ad vnam ſpeciem probationis aſtringere, l. 57. n. 32.

Ex clauſula, ſola facti veritate, &c. poteſt credi, &c.

Vide Veritas. Vide Teſtis.

Proclama.

Vide Cridæ.

Procurator.

Eius factum, vel confeſſio præiudicat domino, maximè in ſe habentibus per modum iuriſdictionis contentioſæ, f. 67. num. 3.

Non poteſt confeſſionem reuocare, num. 4.

In iudicio principali, non poteſt in executiuo ſine nouo mandato comparere, n. 16.

Niſi fuiſſet conſtitutus vſque ad executionem incluſiuè. num. 28.

Ad lites in initio cauſæ citari non poteſt, bonon. 39. num. 5. 24.

Si tamen comparuit tenet iudicium, n. 25.

Scientia procuratoris principis nocet quoad ſpectantia eius officium, ſecus ſcientia priuati, numero vigeſimotertio.

Procu-

Digitized by Google

Procuratum.

Vide Affectatum.

Prodeſt.

Quod tibi non nocet, & alteri prodeſt de facili concedendũ l.33.n.42.f.57.n.6.
Quædam probant in adminiculum, quæ per ſe nõ prodeſſent, l.39.n.17.
Quæ non proſunt ſingula, multa iuuant, l.55.n.33.
Fall. quando ſingula ſunt per ſeſe inualida, bononien.7. num.34.
Quia eadem ratio ſimul repellit, quæ repellit ſingulos. num.35.

Peoductio, reproductio.

Productione ſcripturæ omnia in ea contenta cenſentur approbata, l.31.n.60.
Et cum ſuis qualitatibus, non obſtante slauſula in parte & paſſibus, num.61. & bon.40. punct.2. numero 18. & ſeqq.
Quia fides eſt indiuidua, dicta clauſula non obſtante, flor. 30.num.13.
Producens inſtrumentum fatetur in eo contenta, florent. 67.num.2.
Decreta, quæ non ſunt in corpore ſtatutorum producenda. num.6.
Vide decretum.
Reproductio petitionis dicitur continuata, non noua, bon. 15.num.4.
Et regulanda ad modum principalis iudicij, n.15.
Declara, vt ſit noua, quando accedens ſtat principaliter, & non acceſſiuè, n.27.
Denegans producere requiſitus poſtea pro ſe producens.
Vide Suſpicio.

Progenies.

Hæc vox declaratur, f.71. num.14.

Prohibitio.

Probibitio nuda facit fideicommiſſum in caſum contrauẽtionis tantum, l.58.n.2.
Probibita alienatione neceſſaria, & legalis probibita cenſetur, num.9.
probibitio realis, quæ, num.26.
Disitur veſtita quando alienante vno, alter vocatur. num.29.30.
Seu grauante teſtatore ad dandum pro amore Dei. num. 31.
Qui probibita alienauit, non reuocat, nec bæres eius. numero 1.
Fal niſi omnes ſimul alienauerint, num.2.
probibitio eſt realis, ſi cum clauſula, quia voluit manere in agnatione, & cum voce bæredibus, f.29.n.2.
probibitio alienandi in reciprosa dicitur per ſe valida. f.40.num.1.
Realis fit ex ratione generali, num.7.
Et dicitur ampliare ſubſtitutionem, n.8.
probibitio vni facta ad alios non extenditur, quibus ea facta non eſt, n.16.17.18.
Quod ratio adiecta ampliet probibitionem perſonalẽ patitur limitationes, n.19.
putà ſi ſterilibus verbis ſit concepta, ſub eod.
Non ſe extendit realis vltrà quam ſonet, n.20.21.
probibitione alienandi facta in certo caſu ratio generalis non inducit fideicommiſſum abſolutum, nu.22.
probibitio indefinita indefinitè intelligenda, b.16.nu.14.
Maximè nulla ratione diuerſitatis ſubſiſtente, nu.15.
probibita alienatione non intelligitur probibita rei modicæ alienatio. Vide alienatio.
In his quæ ſunt de genere probibitorum, quiſquid in ſpecie probibitum non reperitur, cenſetur permiſſum, flor. 24.num.16.

Procemium.

Vide præfatio.

Peomiſſio.

Omnis promiſſio intelligitur in caſu neceſſario, lucen.68. num. 24.
Et cum effectu operandi, num.25.
In iudicio facta de fructibus reſtituendis. Vide iudiciũ.

Propoſitum.

In mente retentum nibil operatur, l.25.nu.8.

Proprietas.

Quando de proprietate dicatur non liquere, bonon. 28. num.13.
proprietate verborum inſeruiendum, bonon. 40. punct.3. num. 8.
Ab ea non recedendum, cum qua dicitur mens concordare, b.50. num.7.

Propeium.

Vide *Dominium.*

Peoteſtatio.

Ius proteſtantis conſeruat, bonon.11.num.52.lucen. 36. numero 7.
Aliquando non neceſſaria. f.59.num.8.
præuia proteſtatio facit clandeſtinitatem euitari. bonon. 39.num.10.
Facta per ſcripturam dicitur palam, & non clandeſtinè facta, num.12.
Coram Iudice *Vsſij ex sauſa datiorum legitima eſt. numero 12.*
Iuris conſeruatiua, vel declaratoria coram quocunque, quandocunque, & vbique fieri poteſt, n.13.
Nec requiritur præſentia partis, num.14.
Conſeruatiuæ, vel declaratiuæ effectus eſt tollere conſenſum ab actu ſequenti, n.15.
Scriptura proteſtationis probat diſſenſum, n.16.
Maximè in actis producta, num.17.
proteſtatio non facit, quod eatur contra decretum ſuperioris, ſed quod ius ſuum ſibi velle conſeruare declaretur, num.18.
Syndicus non poteſt citari, ergo nec ei fieri proteſtatio, argumentum non valet, n.19.
Agentibus alicuius facta proteſtatio afficit illum. numero 20.
In notorijs non eſt neceſſaria, num.26.
prodeſt ne cenſearis continuare in eadem conductione, & tanquam Conductor, n.27.
poteſt annullationem actus cauſare, n.30.
Factum ſequens intelligitur ſecundum proteſtationẽ antecedentem, num.28.
plura de proteſtatione reſeruatiua iuris m, bon.40.punct 8.per tot.
Eſt valde vtilis, num.17.
Multum operatur, num.18.
Non releuat cum caſus reſeruatus mundum venit. numero 24.
Quando contraria facto dicatur, n.31.
Arguit dationem in ſolutum, num.35.

ſtare

Digitized by Google

Stare dicitur ad abundantem cautelam, num. 44.
Cum clauſula, inhærendo, & Iura iuribus addendo, numero 40.
Intrat proteſtatio reſeruatiua, vbi vel nō eſt nouatio, vel ſi eſt, eſt accumulatiua, b. 40. p. 10. n. 14.
Proteſtatio ad Bullam Pij V. ad ſtatuta ad capitula. Vide forma.
An opus litis conteſtatione, vide retractus.
Proteſtatio non inducit litis pendentiam, florcn. 24. ſub num. 45.

Prouiſio.

Is modus aſſumendus per quem vtrique parti æquè prouidetur, lucen. 21. num. 19. florent. 1. num. 81. bono. 19. num. 20.
Et fratres hunc modum debent ſeruare, lucen. 21. numero 20.
Ei imputandum qui debuit prouidere, & non prouidit, b. 39. num. 7.
Electa intelligitur via, per quam vtrique ſatisfactū manet, vide electio.
Generalitas ad ea non extenditur, in quibus fuit ſpecialiter prouiſum, b. 71. n. 29.
In quibus alia contraria prouiſio facta non eſt: n. 34.

Proximitas.

Teſtator grauauit, vel non proximiores, ergo & idem de remotioribus an valeat argumentum, florent. 40. numero 51. & ſeqq.
In contractibus proximitas primi acquirentis attēditur, f. 53. num. 11.
Fall. vt inter plures nominibus collectiuis vocatos proximitas vltimi ſit attendenda, n. 12. 15.
Non inter vocatos nominibus proprijs, vel appellatiuis, ſub n. 13. 14. 15.
Et idem in teſtamentis, inter quæ procedit argumentum ab vno ad alterum, num. 16. 17. vbi per tot. vide reliqua. & in ver. ſucceſſio.
Probato, quod ſis agnatus, & proximitas præſumitur, f. 63. num. 2.
Et alio etiam non edocto ad ſucceſſionem admitteris. n. 3.
Vide ſucceſſio.
Vide poſterius.

Publiciana actio.

In hac ſufficit inſtrumentum acquiſitionis producere, & alia, l. 25. n. 25. & ſeqq.
Etiam ad fauorem hæredum, num. 29.
Titulo poſteriore rei conuenti non obſtante, nu. 30.
Vel acquiſito ab eo, qui eadem actione conueniri poſſet. num. 31.

Pupillus.

Vide Maior.

Purche.

Important hæc verba conditionem, f. 23. n. 22.

Purum.

Puri, & purificati eadem eſt ratio, l. 42. num. 21. & bo. 40. p. 5. num. 4.

Q

Querela.

Q*Uerelæ ſubſequutæ faciunt inditium, l. 35. nu. 17. bon 41. num. 14.*

Qualitas qualificatus.

Qualitas ſtatuti probanda, luc. 12. num. 10.
Et qualitas accuſationi adiecta, num. 11.
Alioqui reus eſt abſoluendus, num. 12.
Qualitas ſuppoſita rei ſubſtantiam, ſeu præexiſtentiam præſupponit, f. 23. num. 4.
Non entis nullæ ſunt qualitates, f. 56. num. 5.
Qualitas, quæ ſemel ineſt, ſemper præſumitur, flor. 59. num. 23.
Qualitas naturalis non accidentalis attenditur, n. 24.
Qualitas perſonæ eminens in aliqua arte, vel ſcientia facit eam dignam ſpecialitatibus, & ſuſpenduntur executiones, b. 70. num. 9.
Et facilius cum ſublimibus viris diſpenſatur, & literatis, ibid.

Quàm, tam.

Sunt, voces diuiſiuæ, & æqualiter cuilibet tribuunt enūciato, l. 58. n. 8. 11. b. 71. n. 51.

Quandiù.

Quid in conceſſione importet hæc dictio, florent. 50. num. 15.

Quandocunque.

Facit reciprocam, flor. 10. num. 8.

Quantum quantitas.

De clauſula ſi & in quantum in acceptatione oblationis, vide Oblatio.
Quantitas probari poteſt iuramento conſtito de ſubſtantia, l. 49. num. 3.

Quarta.

De quarta debita ex auth. præterea. C. vn. vir. & vxor, l. 50. per tot.
Quatuor neceſſaria, vt ſit ei locus, n. 3.
Potiſſima cauſa d. auth. num. 30.
Expilatio hæreditatis excludit ab hac quarta, nu. 31.
An excludatur habens, aut potens habere aliunde, numero 32.
An habens legatum, num. 34. & ſeqq.
Reſidet in arbitrio iudicis, num. 38. 39.
D. auth. continet remedium ſubſidiarium ſtrictè interpretandum, num. 46.
Cauſa rei in hoc remedio dicitur eſſe fauorabilior. numero 47.

Qui, quæ, quod.

Vide relatiuum.

Quilibet.

An inducatur hoc verbo ius accreſcendi, & alia de eius viribus, f. 63. n. 14. 15.

Quicunque, quomodolibet, quomodocunque.

